



E

6







$$\begin{array}{r} \cancel{666} \\ \hline \cancel{111} \\ \hline \cancel{4} \end{array}$$

$$\begin{array}{r} C \\ \hline 111 \\ \hline 13 \end{array}$$



JOH. HENRICI HEIDEGGERI

ר א ש י א ב ו ת

SIVE DE

HISTORIA SACRA

PATRIARCHARUM

*Exercitationes Selectæ.*



AMSTELODAMI,

Apud PETRUM LEGRAND.

M. DC. LXVII.

ExBibl.

Ios. Ren. Card.

Imperialis.



V I R I S

Magnificentissimis, Nobilissimis, Amplissimis,  
Consultissimis, Prudentissimis,

D. D. CONSULIBUS,  
PROCONSULIBUS, QUÆSTORIBUS,  
OECONOMO, TOTIQUE ADEO  
AUGUSTO SENATUI,


Inclytæ & Illustrissimæ

TIGURINORUM  
REIPUBLICÆ,

Patriæ Patribus, Ecclesiæ Nutritiis,  
Justitiæ Sacerdotibus, Literarum Mæcenatibus,

DOMINIS PROCERIBUS SUIS  
GRATIOSISSIMIS

*Gratiam & Pacem à Deo Patre Jesu Christi precatur*  
*Author.*

Uæ Christianam Ecclesiam, Magnificentissimi & Amplissimi D. D. Proceres, anteverterunt tempora, duabus potissimum distincta esse periodis satis constat. Et prior quidem inde à conditu mundi porrecta usque ad legem, Mose ministrante datam, universa ab iis, quos Patriarchas nominamus; posterior ab Israëlitis, legis Mosaicæ

religione innexis, occupata est. Quem in sensum etiam  
vetus traditio Hebræorum, quam illi Eliæ Thesbitæ  
Ἰουμαλιέγγω nequicquam acceptam ferunt, omne quod à  
principio mundi ad ejus usque exitum decurrit, decursu-  
rumque est adhuc tempus, in dies *inanitatis*, *legis*, & *Messie*  
dispescuit. Quanquam tempus Patriarcharum nomencla-  
turâ pessimâ insigniri דְּיָמֵי הַיָּמִים *Dies Inanitatis*, ferendum  
non est. Quomodo enim *inanitati* deputanda sunt ea tem-  
pora, in quibus precrebuit amplissima promissio, fides &  
spes Sanctorum hominum emicuit enixissima, denique  
pax & libertas non læsa illo rigido servitutis legalis jugo, læ-  
tissima floruit? Sed de eo quicquid fiat, displicere non po-  
test, ut complexu historiæ *Patriarcharum* & *Israëliitarum*,  
tempus, quod usque ad Christum defluxit, comprehen-  
datur. Ego, qui cum incitatus ab aliis, quibus studia mea  
probare adnixus sum, tum rationibus non aspernandis  
commotus, consilium cepi explicandæ per Selectas Exer-  
citationes veteris Testamenti historiæ: ab ipsa Sacra Pa-  
triarcharum historia exordiendum meritò duxi. Et ejus  
quidem prior pars de suis carceribus hac vice mitti gestivit.  
Posterior brevi etiam metas stringet, in lucem & adspe-  
ctum publicum proferenda, siquidem has, quas in anteces-  
sum præmitto, lucubrationes & prolusiones quasdam, ad  
ædificationem Ecclesiæ & Reipublicæ literariæ non om-  
nino nihil contulisse, bonorum & doctorum judicio & suf-  
fragatione constiterit. De cætero haud ignarus, omnia or-  
namenta nostra ad Deum piis sensibus referri oportere, ei  
tum accepti ad elucubranda hæc beneficii gratiam hu-  
mili

mili & devota mente in solidum acceptam fero, tum labores meos ad publici fœnoris usuram provehendo unice commendo

Neque tamen non colendum usurpandumque mihi antiquum probumque morem duxi, ut scriptioni huic meæ optem & implorem Patronos & veluti tutelares Genios. Quos verò mihi vel optare vel implorare fas sit magis quàm Vos, *Magnificentissimi & Amplissimi Proceres, Conscripti Patriæ Patres?* Sive enim dijudicatio harum, in quibus versatus sum, rerum aliquam partem postulat eruditionis; sunt in Cœtu Vestro Viri, qui præterquam quòd in actu rerum multiplici usu pollent, etiam dulces illas ante omnia Musas in contubernium suum adsciverunt. Sive requiritur nonnullus amor literarum, quò non aliud validius decet florente Republica usuros: ~~is iis~~ Vestris præcordiis ære fixo fortius inhæret. Quis enim animum inducatis Vestrum, non iis serò favere præfidiis, quibus Civitatem Vestram à longo jam tempore, velut prærogativâ quâdam ornatam, & inusitato splendore auctam cognoscitis? Quòd si enim quondam nobilem & venerabilem fecit Stagiram unus Aristoteles, Hipponam Augustinus, Nazianzam Gregorius, Illebiurn Lutherus, Rotterdamum Erasmus, ut paucorum horum delectu defungar: quid animi Vobis est, reputantibus, Civitatem Vestram non unius à Sapientum numero, sed tot excellentium & penitus *ῥευστῆ ἀϊών* Virorum, quorum singuli singulis Regnis amplissimisque provinciis illustrandis facile pares fuissent, incredibili propemodum gloriâ celebratam & nobilitatam esse? Non

opus est, ut in eorum hîc laudes oratio mea assurgat, quando eam ab assentationis specie submovere forsitan præstat, & ipsa illa monumenta auro contra chara, quæ Majores nostri artifice planè manu laborata, posteris noscenda & admiranda reliquerunt, id non jam loquuntur sed clamant. Hoc saltem sine fascino profiteri lubet, veluti quondam Scandinavia, teste Jornande, rerum Gothicarum scriptore, *vagina gentium* dicta est: ita non minore jure Tigurinam civitatem *vaginam virorum doctorum* cenferi dicique posse. Verùm cum non minor sit virtus quàm quærere parta tueri, connitendum est summis viribus, ut ea gloria quodammodo urbi nostræ propria, integra semper & inviolata conservetur. Quod sic demum fiet, si quæ Deus almus Musagetes subinde ostentat, ingenia decora & ad magna surgentia non sinentur inculta & inusu deteriora, sed potius instar bonæ & certæ telluris exercita & agitata habebuntur, ac efficietur denique, ne imminutis & delibatis studiorum pretiis, velut victa tædio improbi cujusque & ignavi invidiæ succumbere & atatem ferre publico cum detrimento cogantur. Sive tandem censum in eo eorum, quibus me ornâstis, beneficiorum, sunt ea profectò ejusmodi, ut ingrati immemorisque animi invidiam nullo pacto evitaturus sim, si, cum debiti mei nec sortem nec usuram dependere valeam, non aliquam saltem meæ erga vos pietatis testificationem exprompsero. Nam me & ab ineunte atate in patriæ gremio, & ea procedente inter externos publicis utilitatibus servientem, & servituum semper, siquidem cum desiderio meo transigere omnino liberum



berum fuisset, patriâ charitate fovistis ac dilexistis; ac nunc etiam non sine *ἡνία μοίρα* in hac temporum atrocitate in patriam retractum, & ejus postliminio sinibus receptum ita complectimini, ut spes non dubia jam animum meum impleverit, fore ut quam apud ex tero à maximis Mæcenatibus per causam studiorum gratiam consecutus sum, ea me in patria minimè destituat. Atque has, *Magnificentissimi & Amplissimi D. D. Proceres*, rationes in consilium adhibui, cur curas hæc meas vobis nuncupare & dedicare non dubitaverim. Quamobrem ut eas serenâ fronte admittere, & patrocinium eis aliquod commodare dignemini, eâ quâ decet, summâ animi reverentiâ & submissione rogo. Deus, qui Rempublicam vestram ad summum fastigium extulit, eam potenter conservet, efficiatque, ut inter res has dubias ereperasque senescentis & ad vesperam præcipitantis mundi, sub integerrima vestra tutela, lætioribus semper incrementis, adversus quoscunque insultus immota & inconcussa stet, floreat atque perennet! Tiguri prid. Kal. Martias. Anno Æræ Dionysianæ MDC LXVI.

*Magnificentiss. & Amplissimis  
Nominibus Vestris*

Obsequentissimus

J. HENRICUS HEIDEGGERUS.

E L E N C H U S  
EXERCITATIONUM.

- I. *DE Oeconomia Patriarcharum.*
- II. *De Politia Patriarcharum.*
- III. *De Ecclesia & Theologia Patriarcharum.*
- IV. *De Adamo & Eva.*
- V. *De Caino & Habel.*
- VI. *De Sethitis & Cainitis.*
- VII. *De Polygamia Lamechi.*
- VIII. *De Theologia Cainitarum & idololatria antediluviana.*
- IX. *De Raptu Enoch.*
- X. *De Prophetia Enoch.*
- XI. *De Nephilim seu Gigantibus antediluvianis.*
- XII. *De Anno Patriarcharum.*
- XIII. *De Aetate Patriarcharum usque ad diluvium.*
- XIV. *De Longevitate Patriarcharum.*
- XV. *De Esu Carnium retro diluvium licito.*
- XVI. *De Lingua & literis Patriarcharum.*
- XVII. *De Arca Noëtica.*
- XVIII. *De Diluvio Noëtico.*
- XIX. *De Palingenesia mundi.*
- XX. *De Prophetia Noëtica.*
- XXI. *De Turri Babel & Confusione Labii.*
- XXII. *De Dispersione Gentium.*
- XXIII. *De Patriarchis Gentium Japhetitis, Chamitis & Semitis.*

E X E R-

I

EXERCITATIO PRIMA  
D E  
O E C O N O M I A  
P A T R I A R C H A R U M.

Breviarium.

*Institutum auctoris. Philonis Judæi & Ambrosii circa idem argumentum lucubrationes laudatæ. 1. פתח שוקר. ἀρχαὶ τῆ πατριάρχων. Vocis Patriarchæ origo. Circa eam H. Stephani & Vossii error. 2. 3. Quid πατριὰ? 4. 5. Definitur Patriarcha. 5. Impropiè dicti Patriarchæ. פתח שוקר. Patriarchæ Judæorum in exilio; Christianorum. Distributio generalis tractationis. 6. Conjugium Patriarcharum. Ejus finis. 7. Lex Dei de multiplicatione data Adamo qualis fuerit? Ad partes vocantur, tum Hebræi, qui ea ad conjugium obligari solos mares, non post vicesimum annum, & quidem sub pœna pertendunt; nec non Bellarminus, à Lapide, Tornielus, alii, qui legem illam non obligare statuunt, nisi cùm deficiunt homines. 8. Institutio monogamiæ & indissolubilis vinculi. 9. An apud Patriarchas illicitum fuerit adulterium? Ambrosius notatus. Maimonides vindicatus. 10. An promiscuus inter innuptos concubitus Patriarchis permissus fuerit? Hebræi, Seldenus, Durandus, asserentes, scortationem juri naturæ non repugnare, rejecti. Lex Deut. x x i i i. 17. explicatur. פתח שוקר. Meretrices ἱεροδῶλοι. τελεσφόροι 11. An Patriarcharum conjugia quamcunque vel nullam ob causam distrahi potuerint? ἄνομια. ἀπόλειψις. Thalmudistarum & Seldeni de divortiis & concubinata Patriarcharum sententia eliditur. Locus Genes. 11. 24. & Matth. x i x. 4, 5, 6. à Grotii exceptione vindicatur. 12. Gradus in conjugii Patriarcharum prohibiti. Cur Patriarchæ gentilium sæminis non nupserint? 13. Patriarchæ sine Parentum consilio &*

*voluntate non nupserunt. Ejus rei causæ. 14. Ritus nuptiales Patriarcharum, benedictio, mora sponsæ apud Parentes, usus flammæ, nuptiale convivium septidui. Quid רבב Rebecca? 15. Jus levitationis usitatum Patriarchis. Ejus mysterium. An jus illud obligaverit fratres etiam uterinos? An in eo fuerit ritus רבבן educationis calcei? 16. Educatio liberorum. 17. Jus primogenituræ. 18. Prærogativæ ejus. Sacerdotium primogenitorum. 19. An in Patriarcharum familia primogenitus ex matre jura primogenituræ participaverit? 20. Juris primogenituræ ratio civilis & mystica eruuntur. 21. 22. Liberi Patriarcharum ex legitima uxore & ex concubina nati quo discrimine successerint in bona paterna? Hebræi & Seldenus refutantur. Ismaëliitarum & Judæorum de jure primogenituræ coram Alex. M. disceptatio. 23. Servi Patriarcharum. 24. Servitutis originem fuisse ante diluvium probatur contra Augustinum, Chrysostomum, Ambrosium. 25. Servitus legalis exempla tempore Patriarcharum. An jus de servitute legali sit Orator injustæ legis? 26. Servi Patriarcharum emptitii & vernaculi. Locus Genes. xii. 5. explicatur. Quo jure liberi à servis nati in servitute retineantur? Grotius à Feldeno defensus. 27. 28. Servitus tempore Patriarcharum an perpetua? an relaxari potuerit sine libello dimissionis? an inhæserit personæ? Servi Patriarcharum pro-felythi. 29. An Patriarchæ in servos habuerint jus vitæ & necis? 30. Vitæ genus Patriarcharum. An ob pigritiam potissimum pecuariam excoluerint? 31. Cur ob pecuariam Ægyptiis exosi? Ruperti Abenezræ, aliorum conjecturæ rejectæ. Ægyptiaci populi discrimina. Βαράδοι. An dynastia Ægyptiaca Pastorum fuerit Hebræorum Pastorum? Josephus & Eusebius reselluntur. 32. Permutationis in familia necessitas, distinctio, usus tempore Patriarcharum. 33. רבב notare scilum. Siclus quomodo διδραχμῶν & τετραδραχμῶν? Talentum duplex. Siclus magnus R. Salomon rejectus. 34. חמור esse genus non ovis, sed nummi probatur. Nummi pecudibus, ove, &c. signati. Villalpandi objectio solvitur. 35. Aureo nummo an usi Patriarchæ? 36. An mercaturæ studuerint? 37.*

I. **D**E Patriarchis scripturus, principio Deum, ex quo omnis *παιδεία* in caelis & terra nominatur, veneror, ut consilia mea Ecclesiae & Reipublicae literariae prosperet. Institutum mihi est tum in universon delinere, quae auctoritas Patriarcharum fuerit, quae institutio & pretiosa fides, quae sacrificiorum religio, quae potestas in civilibus; tum flectere ad res & historiam singulorum Patriarcharum, eorum actus recensere, & ut aliud ex alio incidet, ita quidque vel ad virtutum imitationem & ex infamia metum vitiorum, vel ad cognoscendum Ecclesiae vigorem & oppositos casus, vel ad penetrandum interiora & abdita historiae ac temporum, vel ad introspicendum in dubiis Spiritus S. mentem persequi. Quod consilium me bonis quidem, quos cura & amor trahit rerum salubrium, utilium, jucundarum, probaturum facile confido; reputantibus, illud argumentum à paucis justa diligentia occupatum esse; proinde unice convenire, ut pro parte minus tractata majore studio laboretur. Et putavi omnino, fore, ut temporis, in cujus unius fugacis ac lubricae rei possessionem Deus nos misit, collocati ratio mihi constet rectius, si quantum aliis ad scribendum de rebus subtilibus, & quas in usu forte nunquam habebimus; de Theologicis Problematis & controversiis, quas nemo non hodie tractat, ita ut pueri nasum rhinocerotis habeant, de rebus & historia gentilium, quae literatos non etiam bonos & probos efficit, aliisque ejusmodi conceditur temporum: tantum mihi met ego ad expediendas primas origines Ecclesiae, ad explicandos involutos Scripturarum sensus, & si quid aliud ejusmodi sumptero. Praeterea ea in re æmuli sumus, ut de recentioribus, quos similes curae distinuerunt, nihil dicamus, antiquissimorum tum Philonis Judæi, tum Ambrosii Mediolanensis Episcopi, etsi quo intervallo, nec ignorare me profitear, nec dissimulare velim. Quorum ille quidem *ἀνὴρ τῆς πάλαι ἱστορίας*, vir per omnia clarissimus; quo elogio ipsum exornavit Josephus *Antiquit.* xviii. 10. omnem poene industriae & diligentiae suae ardorem adhibuit in rebus Patriarcharum explicandis, & formandis ex illorum vita & moribus sapientiae & prudentiae decretis. Hic & eruditio- nis & pietatis gloria insignis posteris reliquit cedro digna de *Paradiso*, de *Cain & Abel*, de *Noë & arca*, de *Abraham*, de *Isaaco & anima*, de *Jacobo & beata vita*, de *Joseph Patriarcha*, de *benedictionibus Patriarcharum*.

II. Cùm igitur usus non *χρῆς ἢ πάλαιος* natus, sed jam dudum ab ipso etiam Protomartyre Stephano Act. vii. 8. & Paulo Hebr. vii. 4. firmatus ferat, ut sancti illi ante legem Dei viri, familiarum plurium antistites *Patriarcharum* nomine insigniantur, bonum factum fore confido, si de

nomine ipso disquirere exordiar. Fict enim omnino, ut à vocis notitia in rei ipsius perceptionem quodammodo provehamur.

III. Quos Divus Moses passim nuncupavit *ראשי אבות* *Capita Patrum*, eos Interpretes Græci alibi reddunt *ἀρχαῖς τῶν πατριῶν*, alibi *ἀρχονίας* ἢ *πατριῶν*, alibi denique *πατριαρχίας*. Vox igitur Græca *πατριαρχία* difertè extat 1. Paralip. 1x. 9. ubi Moïsi illa verba *ענין ראשי אבות* *ראשי אבות* *ראשי אבות* *ראשי אבות* reddunt Græci, *πάντες ἀντὶ πατριαρχίας καὶ οἶκος πατριῶν αὐτῶν*, *omnes hi Patriarchæ per domum familiarum*. In eodem libro c. xxvii. 2.2. quos author appellat *ראשי שבט ישראל* *Principes tribuum Israël*, Græci vocant *πατριαρχίας* ἢ *φυλῶν* *Ἰσραήλ*, *Patriarchas tribuum Israël*. Simul nobis innotescit vocis origo. Cùm enim Græci Septuaginta, à quibus tutissimè verum etymon arcessitur, quando vox non profana est, sed in Ecclesia nata, pro iisdem accipiant, ponantque vocem *πατριαρχία* & *ἀρχία* seu *ἀρχονία* ἢ *πατριῶν*, conficimus pro certo, Patriarcham *ἀπὸ τῶν ἀρχῶν* vel *ἀρχονία* & *πατριῶν* dictum, quasi *ἀρχονία* ἢ *πατριῶν*. Quid autem *πατριῶν* sit, postmodum videbimus. Proinde nostrum non impetrant calculum viri aliàs doctissimi, Henricus Stephanus & Gerhardus Johannes Vossius. Quorum ille ita inquit: *A dativo πατρὶ formatum nomen compositum est πατριαρχίας, quod significat primus Patrum*. Hic concurs eadem scripsit. Atqui conveniebat Interpretes Græcos eisdemque authores hujus vocis consulerè. Deinde quem sensum habent verba *ἀρχία* ἢ *πατριῶν*? Nam si *ἀρχία* ἢ *πατριῶν* dicerent, sensum sanè ipsum exprimerent. At sic non *πατριαρχίας* sed *πατριῶν*, eliso iōta meo sensu Interpretes scripsissent. Quantò rectius à *πατριῶν* deducimus, ea ratione, qua *Φωβλαρχον* *præfectum curiæ* seu *sodalitii*, *ἀπὸ τῶν Φωβλαίας*, *curia*, *sodalitio*.

IV. Est igitur Patriarcha princeps τῶν *πατριῶν*. Porro de *πατριῶν* Suidas: *πατριαί, χωραί, φυλαί, παραρχαί*, hoc est, *πατριαί, Regiones, Tribus, Locorum præfectura*. Etiam Helychius exponit *φυλὰς* *tribus*. Video tamen apud Græcos Hebraizantes *πατριῶν* & *tribum* distingui. Tobias Raphaëlem interrogat cap. v. 16. *Ἐκ ποίας φυλῆς καὶ ποίας πατριῶν σὺ; Ἐκ ποίας φυλῆς καὶ ποίας πατριῶν es?* Latius igitur *tribus* quam *πατριῶν*. Quomodo etiam Judithæ maritus Manassæ dicitur cum ea fuisse τῶν *φυλῶν* *αὐτῆς* καὶ τῶν *πατριῶν* *αὐτῆς*, Judithæ viii. 2. Videntur igitur hi authores ita distinguere *φυλὴν* & *πατριῶν*, ut Hebræi distinguunt *שבט* *tribus* & *בית* *familia*, cognatio, propinquitas. Interim discrimen hoc non observârunt Interpretes Græci. Est enim ubi etiam *βίβλος* convertant *φυλὴν* *tribum*, uti videre est Numer. xxvii. 11. Quam improprietatem etiam secutus vetus Collator legum Moïsi & Romanorum, inquit: *Homo si decesserit & filios non habue-*

habuerit, dabitur hereditatem proximo ejus de tribu & possidebit omnia ejus.

V. Sed rem totam expedient nobis Alexandrini Interpretes. Illis enim usitatum, ut quoties præcedit vox  $\alpha\iota\kappa\theta$ , aut  $\delta\epsilon\chi\theta$  aut  $\alpha\rho\chi\theta\upsilon\upsilon$ , eam quæ cum illis jungitur  $\alpha\tau\tau\epsilon\upsilon$  hoc est, *Patrum*, voce  $\alpha\tau\tau\epsilon\iota\alpha\varsigma$  aut  $\alpha\tau\tau\epsilon\iota\omega\upsilon$  reddant. Sic Exod. xii. 3. tollent sibi agnum singuli  $\alpha\tau\tau\epsilon\iota\omega\upsilon$   $\alpha\tau\tau\epsilon\iota\omega\upsilon$  *per domum Patrum*, καὶ  $\delta\iota\kappa\alpha\varsigma$   $\alpha\tau\tau\epsilon\iota\omega\upsilon$ . Exod. vi. 25. *ista sunt capita Patrum Levitarum*,  $\delta\epsilon\chi\theta$   $\alpha\tau\tau\epsilon\iota\alpha\varsigma$ . Liquet igitur ex illorum Interpretum sensu Patriarchas esse *patrias*, *Patresfamilias*, & cœtum qui eundem Patrem agnoscit. Patriarcha igitur in genere definiri poterit, quod sit *Princeps vel initium Patrum seu familiarum, quæ ex illo originem suam trahunt*. Ac proinde non quilibet paterfamilias Patriarcha nuncupari potuit, sed is demum, qui haberet liberos, qui ipsi etiam à filiis Patres cicerentur. Dignum etiam animadversione est, ipsum hoc initium varium esse, ac pro hac varietate aliter Patriarchas dici Abrahamum, Isaacum, Jacobum, aliter Judam, Simeonem, cæterosque filios Israël. Nam quisque Patriarcha est populi à se genus ducentis. Ita Abraham est Patriarcha populi, cum ad Abraham usque genus populi deducitur. Itidem Israël, cum ab eo populus Israël denominatur. Sic & duodecim filii Israël dicti Patriarchæ, quod singulæ tribus ab iis tanquam authoribus generis nomen acceperint, & ad eisdem profapiam suam referre poterunt.

VI. Fuerunt & alii Patriarchæ, improprie sic dicti, apud Judæos tum veteres, tum recentiores post excidium Hierosolymitanum, & in ipsa Ecclesia Christiana veteri. Apud Judæos veteres tales fuerunt, in quibus non soliti Israëlitarum certæ familiæ vel generis incunabula ostentare. Ita David Act. ii. 29. non tam generis quam præstantiæ habita ratione Patriarcha vocatus putatur; nec non, quoniam Sanhedrim, seu summus senatus erat ex familia Davidis. Constat autem Senatores Patrum quodammodo haberi loco, aded quidem ut à Romanis etiam hoc nomine appellati fuerint. Tales etiam Patriarchæ fuerunt improprie dicti apud Judæos sequioribus seculis, quibus jam extorres extra Judæam palabantur. Post everfam enim urbem Hierosolymitanam reliquæ populi Judaici miserè dissipatæ variis in locis orbis terrarum coegerunt aliquot cœtus. Quemadmodum autem vetus Synagoga Babylonica suum Æchmalotarcham habuit, cui tanquam Regi parebat; sic & reliquæ illæ Judæorum manus ubi ubi collectæ suos sibi duces præfecerunt, quos solenne appellare  $\alpha\rho\chi\theta\upsilon\upsilon\varsigma$   $\tau\eta\varsigma$   $\alpha\mu\alpha\sigma\iota\alpha\varsigma$ , *Israëtelos congregationis*. Ejusmodi præfectus Romæ, Narbonæ & alibi sibi vivos narrat Benjamin Tudelen-

lis passim in itinerario. Nec infrequens hujus dignitatis mentio in Judæorum Chronicis. Qui autem Alexandriæ vel in Syria aut Asia propter diurnam inter Græcos moram, Græcæ assueverunt, hi suos illos præfectos vocarunt Patriarchas. Itaque & *Patriarchæ* Judæorum Alexandriam incolentium meminit Hadrianus ad Severianum Cos. apud Vopiscum in Saturnino. Narrat & Epiphanius in disputatione adversus Ebionitas, Judæorum sui temporis partem aliquam Tiberiade habitasse, qui dispersio- nis suæ caput agnoscerent, quem *Patriarcham* nominabant. Huicque fuisset velut adfessores quosdam adjunctos, qui Apostoli dicerentur. A qua tamen consuetudine Christum suos Apostolorum nomine insignivisse, crassus nimis error Baronii est ad Annum 32. n. 5. uti eruditè ostendit Casaubonus. In Christiana verò Ecclesia, tanquam spirituali familia, post Christi passionem Episcopi quidam *πάππαι*, hoc est, *πατέρες*, Archiepiscopi verò *πατριάρχαι*, id est, inter Patres primi, seu Principes appellati fuerunt. Quos quidem tolerare fas fuit, si non ut *πατέρες Patres*, saltem ut *παιδαγωγὸς ἐν Χριστῷ Παιδαγωγος in Christo* 1. Cor. IV. 15. Sed horum crescente ambitione, præcipui Archiepiscoporum, quos vocabant primæ sedis Episcopus, hoc nomen ad se rapuerunt; donec quatuor primum hoc nomen præ cæteris obtinuerunt, Romanus, Hierosolymitanus, Antiochenus, Alexandrinus. Quibus postea accessit Constantinopolitanus, propter novæ Romæ dignitatem factus secundus. Sed missis his nobis maximè propriè & *Φερονίμοις* Patriarchæ sunt illi, qui ante Politiam tum Civilem tum Ecclesiasticam Israëlitarum à Mose formatam & constitutam familiæ & posteritati suæ, cui interesse licuit, præfuerunt ut patres, ei viam præverunt ad cognoscendum Deum, ejus promissiones, statuta & judicia; nec non eandem adgubernarunt institutis civilibus discernendo jus & injurias, & omnia ad æqui, rectique regulam componendo. De horum autoritate, potestate, munere in statu tum Oeconomico, tum Civili, tum Ecclesiastico in antecessum quædam differere, ut velut in typo brevi universam eorum rationem repræsentemus, consilium nobis est.

VII. In familia Patriarcharum occurrit ante omnia Conjugium illorum, quod illi coluerunt ex Divino instituto & largissima Dei benedictione. De quo ita Moses Genes. 1. 28. *Et benedixit eis Deus, dixitque ad eos: Crescite & multiplicamini.* Quæ quidem verba Dei priores posterioribus tradiderunt, & ex mente Dei fideliter interpretati sunt. Mentem autem & scopum Dei conjugium instituentis pandit Malachias 11. 13. *Annon unum fecit, cum ei superesset Spiritus? Et quid unum illud? Quærebat semen Dei.*



*Dei.* Finis conjugii ex Divina institutione fuit, ut ex eo proveniret semen Dei, hoc est, homo Deo similis, & imagine ejus præditus, qui esset gloria Dei. Eum conjugii finem non potuerunt ignorare Patriarchæ, cum conjugium hominem distinguat à conjunctione promiscua bestiarum: ut extra eum scopum viri ac fœminæ conjunctio honesta esse non possit. Proinde non alio fine eos conjugia iniisse & frequentâsse non sinit dubitare eorum celebrata sanctitas.

VIII. Verbis Dei פרו ורבו *Crescite & multiplicamini* quæ vis insit, quam ad se pertinere Patriarchæ intellexerint, quæritur? Hebræi quidem non dubitant, quin iis verbis Deus complexus fuerit præceptum obligans omnes homines masculos puta, non itidem fœminas. De qua re sic habet R. Levi Barzelonita: נתנת בכל מקום ובכל זמן ותיב האדם בה כשרוא ראוי לה והוא הזמן נתנו חכמים לו לישא אישה וצוהו זו אינה מסלה על הנשים והמבטלה בשל עשה ועשה גדול מאד שמראה ביעצמו שאנו רוצה להשלים הפך השם לישב קולטו *Obinet omni loco & tempore, ita ut teneatur ei homo dare operam primum atque aptus consecutus fuerit terminum, quem præfixerunt Magistri nostri ducendæ uxori. Hoc autem præceptum mulieribus non est impositum. Transgressor violat affirmativum, quem proinde magna manet pœna, quod complere noluerint voluntatem Dei ad habitabilem faciendum Mundum ejus. Et violatorem illius legis ait R. Eliezer similem esse ששופך דמים ei qui effundit sanguinem. In Mischna Tit. Jebamoth: c. 6. habetur sententia R. Jochanan Ben Baruka, statuentis, utrumque puta & marem & fœminam obligari præcepto פריה ורבה fructificationis & multiplicationis, quia Scriptura dicit, Et benedixit eis Deus, & dixit eis (utriusque sexui) fructificete & multiplicamini. Et in utraque Gemara tam Hierosolymitana quàm Babylonica ad eum, quem diximus, titulum occurrunt, qui recipiendam esse ejus sententiam velint. Plerique tamen eam rejecêre, quos etiam sequuntur Maimonides, Obadias Bartenorius, Solomon Jarchius, alii. Et argumentum ejus sententiæ, quæ fœminam ab obligatione præcepti illius facit immunem, capiunt ex verbis in Genesi sequentibus, וכלאו את הארץ וכבשה & implete terram ac subjicite eam. Cum igitur præceptum subjiciendi terram ad masculos tantum, non fœminas pertinere existimant, concludunt inde, nec præceptum ei connexum de fructificatione & multiplicatione nisi ad mares extendi oportere. Quod & alio argumento conficere studet glossator Jarchius, inde deprompto, quod in כבשה deficiat *Vau*. Verba sunt חסר רו ללכוד שחובר את הכסף שלא תראה ינאכה: ועור ללכוד שהאיש שרבו לכבוש מצוה על פיה ורביה ולא האשה *Deficit ibi vau, tum ut inde discas, Masculo subjiciendam esse fœminam, ne extra limites suos vagetur; tum ut ibidem discas, viro cui proprium est subjiciendi munus, imponi pro-**

*propagationis ac multiplicationis præceptum, non fœminæ.* At oppositam Hebræis sententiam fovent Bellarminus, Cornelius à Lapide, Torniiellus, alii, qui negant in his verbis esse præceptum commune, obligans quocunque tempore. Putant igitur verba illa præcipere quidem matrimonium, sed non omni tempore, verùm tum demum, quando mundus est exhaustus incolis; quo casu præceptum esse singulis, ut operam dent multiplicationi generis humani. Proinde id præceptum maximè datum esse sub mundi initium, & post diluvium, & post quò fuisset, fieri potuisse, ut non conservarentur species. Ita statuunt, ut lenocinentur impuro cœlibatui, quem vel per legem Ecclesiasticam vel per voti necessitatem commendant. Verùm neutri sanè nec Hebræi nec Papistæ benedictionis, quâ Deus & Patriarcharum, & totius adeò generis humani conjugii benedixit, mentem rectè explicant. Neque enim ut Hebræi statuunt, vel singulis maribus, vel iis solis, vel sub comminatione pœnæ irrogandæ iis, qui matrimonium negligenter, vel denique definito tempore, puta nunquam post annum vicessimum matrimonium ineundum mandatur. Hæc omnia illi statuunt ἀπὲρ γραφῆς ἢ λόγου. Etenim non omnibus & singulis maribus mandari matrimonium vel inde liquet, quòd nullo ferè tempore desint, quos Deus præditos charismate continentis hæc ipso dono ad cœlibatum potius quàm ad matrimonium vocat. In quo casu non tam obligat mandatum: *Crescite & multiplicamini*, quàm voluntas Dei, quàm nobis ostendit Apostolus hisce verbis: ἕκαστον ὡς κέλεται ὁ Κύριος, ἢ ὡς ἐπαπαύτω. *Unusquisque sicut vocaverit eum Dominus, ita ambulato*, 1. Cor. v 11. 17. Et quicquid hic vel præceptum vel institutum est, æquè ad fœminas atque mares pertinet. Valet enim, quicquid alii abnuant, ratio allegata à R. Jochanan petita ex verbis Dei: *Et benedixit eis Deus (mari & fœminæ, qui soli tum in mundo fuerunt) dixitque ad eos (marem & fœminam) Crescite & multiplicamini.* Porro frivolum est, quod obducit de terra subjicienda, quasi id ad solos pertineat masculos; cùm continuet ibi sermo institutus ad utrumque & marem & fœminam. Quòd verò de pœna sancita contra eum, qui vel planè non nubit, vel demum post annum vicessimum, nimis etiam temerarium videtur. Non debebant ita sentire, qui Patriarchas, quorum generationem describit Moses Genesewo quinto & undecimo, primogenitos fuisse statuunt, omnes sanè genitos longo post annum vicessimum tempore. Quos omnes, si verum dicunt, grandis piaculi se alligâsse necessum erit. Non statuit Deus uspiam τὰς ἑθνητῶν ἢ ἀγαθῶν ἢ ὀφθαλμῶν δικῶν, *multas sive ob cœlibatum, sive ob nuptias dilatas imponendas*, quales olim Athenis & Lacedæmone constitutas esse his verbis

verbis testatur Pollux lib. 111. cap. *αὐτὸ ἀγάμωον*, & Plato de legibus lib. IV & VI. quales etiam fuere Uxoriam Romæ, de quibus Festus verb. *Uxorium*, & ibidem Jos. Scaliger; nec non Lex Julia & Papia. Perperam etiam Thomas & cum secuti alii necessitatem multiplicationis & fructificationis restringunt ad ea tempora, quibus mundus carens incolis per studium *τεκνοποιίας* conservari debeat. Etenim verba Dei, quatenus obligant homines, eos omni ætate obligant. Id quod ipsa adjuncta benedictio satis superque docet, quæ nulla non ætate ad conjugium necessaria est. Demonstrat idem scopus institutionis, quem ex Malachiæ verbis eliminamus, nimirum, *quæstio seminis Dei*. Deus autem omni ætate quærit semen suum, hoc est, homines sanctos & fideles, in quibus glorificari vult. Addo & aliam necessitatem esse conjugii contrahendi, nimirum incontinentiæ periculum, & tentationem Sathanæ, quæ cum omni ætate inter homines obtineat, omni utique ætate iis, qui sentiunt, præcepti obligatio incumbit. Non igitur vel singuli, qui fuerunt ætate Patriarcharum, præcepti cujusdam communis & universalis necessitate sibi nubendum esse duxerunt; vel in solo casu necessaria multiplicationis mundi. Intellexerunt enim probè hanc esse mentem verborum Dei, quòd propter institutionem divinam conjugii certa benedictio maneat eos, qui in Domino nubunt. Præterea & præceptum recognoverunt in verbis Dei, sed nec absolutum & universale, nec certi tantum temporis, verum hypotheticum, obligans eos demum, qui se ad conjugium vocatos interno quodam instinctu Dei, aliarumque honestarum rationum impulsu sentiunt.

IX. Ne verò primi homines accepto mandato crescendi & se multiplicandi quamlibet honestam conjunctionem opinarentur, Deus clarioribus verbis instituit conjugium, quo unus mas non promiscuè cuivis, sed uni foeminae sibi delectæ per totam vitam fide data matrimonii potestatem faceret sui corporis. Dei verba extant Genes. 11. 24. על כן יעב אש אחד אחת אביו ואת אמו ורבק באשתו והיא רבש אחד *Idcirco* (quia una uxor creata ex ossibus Adami, quam ei Deus matrimonio copulavit) *derelinquet unusquisque patrem suum, ac matrem suam & adhaerebit uxori suæ, cruntque caro una*. Qua institutione intellexerunt Patriarchæ, tum promiscuos concubitus nefarios esse, tum fidem matrimonii semel obligatam uxori ita custodiendam esse sanctè, ut nunquam illâ desertâ citra adulterii gravissimum crimen alteri vel nubant, vel ad tempus jungantur; tum denique fidem non nisi uni uxori obstringi posse, ut illud demum legitimum matrimonium sit, quo duo sunt *in unam carnem*. Hæc tria ex

verbis Dei necessario sequi nullo negotio Patriarchæ intellexerunt. Ac posteriora etiam duo capita ex verbis illis Dei deducit Christus, redarguens divortia Judæorum tanquam pugnantia cum primæva institutione Dei. Quin & ipsum jus naturæ omni homini habenti *πῦν εὖ ἀγαρεύμων, mentem rectè dispositam* dicitur, nec deferendam esse unquam uxorem, nec alterius uxoris concubitum appetendum, peragendumve, nec primæ uxori alias superinducendas esse. Proinde gentes moratiores rationis præscripto ac dictatui obediens non aliis legibus matrimonium omni ævo coluerunt. Quomodo enim pluribus fides conjugii dari potest, cum tenerimus conjugum amor non cadat nisi in unam, adeoque per multos distribui nequeat? Quomodo fides semel jurata uxori uni tanquam sancto fœdere conjunctæ frangi potest salvo jure naturæ, ita ut vel repudietur, quamdiu innocentem vitam degit, & fidem datam religiosè servat; vel stante matrimonio jungatur perfidè alii? Quæ omnia fatis arguunt, ipsi naturæ contrariari tum adulterium, tum divortia, tum polygamiam.

X. Falluntur igitur vehementer, qui Patriarcharum ætate ante datam legem Mosis adulteria licita fuisse statuunt. Inter quos Ambrosius, si modo ex propria non aliena mente, ita loquitur lib. 1. de Abraham Patriarcha, cap. 4. *Sed fortasse dicit aliquis; Quomodo Abraham nobis proponit imitandum, cum de ancilla suscepit filium? aut quid sibi vult hoc esse, ut tantus vir huic errori fuerit obnoxius? Sed consideremus primum, quod Abraham ante legem Mosis, & ante Evangelium fuit, cum nondum interdictum adulterium videbatur: pœna criminis ex tempore legis est, quæ crimen inhibuit, nec ante legem ulla rei damnatio est. Non ergo in legem commisit Abraham, sed legem prævenit. Deus in Paradiso licet conjugium laudaverit, non adulterium damnavit.* Quam opinionem etiam Thomas Aquinas, & eum secutus Sixtus Senensis Biblioth. S. lib. v. Annot. 94. tribuit R. Mofi Ægyptio, seu Maimonidi. Verùm imperitè sanè ac contumeliosè, cum contrarium non semel claris verbis doceat. Consule in primis Halach. Melakim cap. 9. ubi Maimonides ex sua & Thalmudistarum sententia inter illicita genera concubitus refert etiam concubitum *איש באשת אביו cum uxore viri*, seu aliena. Falluntur etiam Hebræi, qui Polygamiam divino jure Patriarchis permissam & licitam fuisse statuunt: quos sequuntur Grotius & Seldenus. Et retro diluvium docent Hebræi usu receptum esse, ut quilibet maritus duabus copularetur uxoribus; alteri quidem *פריות ורבית prolis gratiâ*, alteri verò *לחשיש ad concubitum*, quæ statim atque du 3a est, sterilitatis poculum exhaurire solita fuerit. Quod sanè impurum dogma insigni contumelia

lia afficit sanctos Patriarchas, qui hac ratione rei fierent & violentiæ contra naturam admiffæ in propinando sterilitatis poculo, & nefariæ libidinis. Verùm de hac re prolixius agere instituimus fingulari exercitatione de Polygamia Lamechi.

X I. Occasione hac invitante non est prætereunda quæstio: An ante legem ætate Patriarcharum licitus fuerit, oblata mercede, promiscuus concubitus cum innuptis? Affirmat disertè Maimonides *Halach. Ifsboth* cap. 1. verba ejus sunt; קדם סתן תורה היה אדם פוגע אשה בשון אם רצה הוא והא וטו לה שכרה ובניל אותה על אם הדרך והולך וזו היא הקראת קרשה כשנתנה התורה נאסרה. הקרשה שנאמר לא תהיה קרשה מבנות ישראל לפיכך כל הבניל אשה רשע גזת בלא קדושין לוקח מן התורה לפי שבניל קרשה *Ante legem datam, occurrente in publico viro faminae, si ita ex pacto convenirent, mercede data concubuit is cum ea atque abiit. Hæc autem dicta est קרשה seu meretrix.* (quæ pro lubitu sive nuptiis corporis sui copiam faceret) *Post legem datam interdictus est id genus faminarum usus, secundum id quod in lege habetur: Non sit קרשה seu meretrix* (quæ pro lubitu corporis sui copiam faciat) *ex filiabus Israël: Unde si quis stuprator faminam compresserit, ubi non intercefferint sponsalia, verberandus est ex lege ideo, quòd cum meretrice coiverit.* Jus hoc Patriarcharum tempore viguisse probare contendunt ex historia Judæ & Thamaris, quæ occurrit Genes. xxxviii. 14. ubi cum Judas videret Thamar sedentem in publico, ratus esse וזנה *meretricem* ex eo quod operuerat vultum suum, cum ea pacta mercede hædi concubuit. Hanc autem licentiam hæctenus jure naturæ permiffam per legem Mosis prohibitam esse, tum ad evitanda contentionum & simultatum mala, quæ ex ejusmodi libidine non cohibita matrimonio oriri solent; tum ut bono illo fruantur nimirum די עני תמימים *distinctione seu notitia familiarum.* His igitur si credimus ante legem *non fuit flagitium adolescentulum scortari*, ut in illo Terentiano Adelph. Act. 1. sc. 2. habetur. Quibus non multùm discors etiam Durandus in x Dist. 33. 4. & qui eum lequuntur Scholastici, negantes *fornicationem simplicem esse peccatum contra jus naturæ.* Verùm in ea quidem sententia non fuit Apostolus Paulus, qui Corinthios hæctenus gentiles, neque unquam subditos legi Mosis compellat, conscientiam eorum adeoque naturalem sensum his verbis interrogans: *An nescitis, quod impii non sint Regnum Dei hereditaturi. Ne erretis. ἔπι πένητοι, ἔπι ἰδωλάτραι, ἔπι μοιχοί, &c. neque scortatores, neque idololatræ, neque mæchi regnum Dei hereditabunt,* 1. Cor. vi. 9, 10. Ubi fatis ostendit, naturam ipsam debuisse Corinthios hæctenus gentiles convincere, πόρνος seu *scortatores* esse ἀδίκους *impios*, & tali peccato pollutos, quod æquè ac idololatria regno Cælorum excludit.

cludit. Et eodem loco *ŷ. 16.* Apostolus negat *κολλώμενον πρὸς ἑνὴν ἀδελφὴν* *meretrici* posse adhærere Christo, & cum eo esse unum spiritum. Imò scortationis naturalem turpitudinem convincit hac ratione gravissima, quòd cùm omne peccatum quod homo fecerit, sit extra corpus, solus scortator peccet in proprium corpus. Et cùm corpora nostra sint templum Spiritus S. concludit, oportere Deum etiam glorificari in nostro corpore; quod non fit in impura scortatione. Hæc omnia quæ Paulus Corinthiis gentilibus proponit, annon etiam meditanda fuerunt Patriarchis? An minor debuit esse illorum sanctitas? Si scortatio iis licita fuit, cur Deus instituit ab initio, *ut duo sint in unam carnem*? Ex qua institutione Christus conclusit, debere ita virum adhærere suæ uxori, ut nullus homo talem conjunctionem tollere possit. At meretrici non ita adhæret vir, sed ab ea se separat. Proinde scortatio institutioni primæ adversatur. Quin & sapientes Gentilium adeoque etiam legislatores omni tempore ex solo naturæ lumine scortationem tanquam *ἀκαθαρσίην* damnârunt & pœnis coëcendam statuerunt. Judæ factum, quod occurrit Genes. xxxviii. 14. non arguit jus concessum Patriarchis. Nam cùm Thamaris is pollueret, probabile est, superstitem fuisse conjugem suam. Quo pacto adulterii se reum fecit, cum Thamar concubens, non fornicationis simplicis. Sed quicquid sit, factum Judæ, quod nullo jure sive naturali sive revelato nitebatur, non probat fornicationem illicitam non fuisse. Neque etiam Deus Deut. xxii. 17. cùm dicit: *לא תהיה קדשה ככנות ישראל* *וְלֹא יִהְיֶה קְדֵשׁ כְּכֹנֵן יִשְׂרָאֵל* *Non erit meretrix de filiabus Israël, nec scortator de filiis Israël*, uti V. V. reddit, innuit, tum demum nimirum sub lege scortationem esse illicitam cœpisse. Nam prohibitio non tam nova est, quàm ex lege naturæ cordibus omnium inscripta repetita. Ne dicam קדשה mul-tis iisque eruditissimis non *meretricem* quamcunque hic notare, sed *meretricem sacram*, quales olim fuerunt apud Phœnices, Babylonios aliisque Gentiles, quas *ἱεροδούλας* *ministraς sacras* vocat Strabo lib. 8. qui & lib. 12. Corinthi fuisse mulierum multitudinem, Veneri sacrarum narrat. Quomodo & Athenæus lib. xi. 6. refert eos, qui in Templo Veneris Corinthi Deum orarent, solitos adjicere, ut impetrarent, quæ orabant, se ei amicos seu meretriculas adducturos. Et Xenophontem Corinthium idem vovisse, & meretriculas Veneri adduxisse, cùm ex Olympiaco certamine victor rediret, Pindarus habet. De Phœnissis mulieribus ita Athanasius Oratione contra idola: *Olim Phœnissæ mulieres ante idola sua prosti-tuebantur dedicantes Numinibus suum quæstum, persuasæ meretricatu co-prospiciari, ac prosperitatæ rerum inde nasci.* Quin & Herodotus lib. 1. de Babylonis

byloniis narrat, omnibus apud eos mulieribus indigenis commune esse semel in vita ad Templum Veneris desidentibus cum externis viris consuetudinem habere. Cumque confederint non prius domum regredi, quàm hospitum aliquis pecuniam mulieri in sinum injecerit, & cum eodem à sano seorsum abducta rem habuerit. Hospitem autem illum qui pecuniam obtulit, dicere oportere: *Tanti ego tibi Deum Mylistam (Venerem) imploro.* Et pecuniam illam nefas fuisse nisi in sacrum ulum convertere. Et de tali *sacra meretrice* vocem מִצְרָיִם in loco citato etiam intellexere Græci interpretes. Nam in editione Flaminii Nobitii post verba jam citata adjiciuntur & sequentia explicationis ergo: σὺκ ἔσαι πελοφόροσ σοτὶ θυγατέριον Ἰσραήλ, ἢ σὺκ ἔσαι πελοφόροσ σοτὶ υἱῶν Ἰσραήλ. quæ sic reddit Flaminius: *Non eris ferens telesas de filiabus Israël, & non eris inihiatus de filiis Israël.* Quæ verba Procopius retulit ad tributum meretricium, quod à meretricibus deferebatur ad lenones. Quomodo & Cyrillus lib. xv. *de adoratione in spiritu* & *littera* definit πελοφόρος, quod sint οἱ φόρος πληρίας ὡς ἐξ ἀνάγκης ἐπίροις, ἢ τὰ ἐκ τῆ ἀσπλγίας μισθώματῃ τοῖς πρωμίνοις συναδραντες. *Qui tributum pendunt quasi ex necessitate aliis, & ex impudicitia mercedes suis emptoribus colligunt.* Verùm Græcos Interpretes potius ad sacras Gentilium meretrices respexisse nemini non est manifestum.

XII. Inprimis injurii in conjugia Patriarcharum sunt iidem Hebræorum Magistri, qui pronunciant, ex jure naturali ab ipsis rerum primordialibus communi citra ullam omnino causam matrimonia distrahi fas fuisse; ita ut pactum matrimoniale Patriarcharum non multum distinctum fuerit à contractu sociorum, qui eo usque stabilis manet, dum in eodem utrinque consensu perseveratur, & renunciante societati altero solvitur. Proinde sive viro sive uxore matrimonio renunciante, solutum fuisse contractum, velut divortio planè legitimo. Quomodo Scaliger Animadvers. Euseb. num. 2015. monet, apud Romanos olim & Græcos tam mulierem quàm virum potuisse alterum alteri dicere, ut res suas sibi habeat. Quin nomina rei illius propria jure Attico prodita fuisse, ut si vir discederet ab uxore, hoc diceretur *ᾠσπημιή*, si mulier à viro *ᾠτέλεισι*. In vetustissimis igitur Thalmudicis scriptis נשואין ליה אן קנין אן נשואין נשואין *Noachidis* (sic indignant eos, qui partim ante, partim post legem Mosis ejusdem legi non subfuerunt) *nec sunt nuptiæ* (puta solennes) *nec divortia*, qualia Hebræis in usu erant, interveniente sententia judicii: sed נשואין אן קנין אן נשואין *alteruter conjugum pro lubitu conjugium solvit.* Quomodo Maimonides ad mentem Gemaræ Babyloniz ad Tit. Sanhedrin cap 7. in *Halach. Melakim* cap. 9. inter alia: אן קנין אן נשואין אן קנין אן נשואין אן קנין אן נשואין אן קנין אן נשואין אן קנין אן נשואין

זה פירשן כזו *Non erat hæc res omnino forensis. Cæterum quandocunque, siue  
 viro siue uxori disjungi placuerit, disjungantur.* Et ex hoc jure dimittendi  
 ex mutuo consensu vel alterius partis placito uxorem semel acceptam in  
 matrimonium Seldenus deducit etiam jus פניש concubinarum seu concu-  
 binatus, quod tum ante legem tum post legem licitum Patribus fuisse sta-  
 tuit, exiguo inter concubinatum & conjugium verum discrimine; quale  
 post legem fuit, quòd juxta Gemaram Hierosolymitanam ad titulum  
*Cesubot*, uxores fieri dicuntur כהנה וכהנה *paclis dotalibus & sponsaliorum  
 solemnibus*, concubina neque his neque illis. Ante legem autem concubi-  
 nam nomine tenus duntaxat, aut saltem dignitatis minoris ratione ab uxore  
 discrepasse; jugalem autem contractum nodumque utrique eundem  
 ipsum fuisse. Atque inde esse, quòd Cethura, quæ Abrahamæ concubina  
 fuit, alibi etiam נשואה *uxor* dicatur. Verùm quàm vana hæc omnia & ab-  
 surda sint, validissimè probat Christus, ubi Phariseorum pravam cate-  
 chesin de dissolutione conjugii & licentia divortiorum corrigit & reform-  
 mat. Etenim is omnem dimissionem uxoris *παρεκτός λόγος πορνείας extra ca-  
 sum fornicationis* facit adulterium, tale nimirum peccatum quod ex regno  
 Cælorum excludit, & per legem Moysis supplicio capitis expiari debuit.  
 Quo verò argumento utitur? Allegat nempe primam institutionem, fa-  
 ctam inde à creatione Adami & Evæ. *Nescitis, inquit ille ad Phariseos  
 Matth. xix. 4, 5, 6. quòd qui ab initio creavit, marem & feminam creavit  
 eos? Et dixit: Propterea relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit  
 uxori suæ, & erunt duo in unam carnem. Proinde non amplius duosunt, sed  
 una caro. Quòd igitur conjunxit Deus, homo ne separet.* Hæc Dei institutio  
 annon obligavit Patriarchas? An iis non innotuit per traditionem Pa-  
 trum? Quòd si illa divinæ voluntatis declaratio primis illis temporibus  
 obligationem non induxit, perpetuum & necessarium jus sanciendo, quam  
 vim habuit tempore Christi ad cohibendam divortiorum & polygamix li-  
 centiam inter Judæos passivè grassantem? Etenim verbis illis Dei pro-  
 priam inesse vim, temeraria illa divortia restringentem & coërcentem,  
 non dependentem à dicto vel placito Christi allegantis, vel inde liquet,  
 quòd Christus provocat ad conscientiam Judæorum: *Annon legistis?* Et  
 ex ipsis Dei verbis ita argumentatur: Si homo deferere debet patrem ac  
 matrem, & adhærere uxori, & duo debent esse una caro: non igitur li-  
 cet uxori repudium mittere; non licet eam deferere; non licet nisi uni  
 fœminæ matrimonii vinculo cohærere. Cui conclusioni ex clamo Dei ver-  
 bo, quòd Judæi in dubium revocare nequeunt, illata è diametro oppo-  
 sita est illa Hebræorum & Seldeni sententia, asserentium, ex jure natu-  
 rali



rali à rerum primordiis communi citra ullam causam fas fuisse conjugia distrahi; & non alium inter conjuges contractum fuisse quàm qualis est sociorum, eo usque stabilis, dum in eodem consensu utrinque perseveratur. Hugo Grotius, qui Hebræorum & Seldeni sententiæ de Polygamia & Divortiiis Patriarcharum accedit, ad verba Dei à Christo ad oppugnanda Judæorum divortia citata respondet: ex prima illa conditione, qua uni mari foeminam non nisi unam Deus attribuit, apparere quidem, quid optimum sit Deoque gratissimum: & hinc sequi semper id fuisse egregium ac laudabile: non tamen ut aliter facere nefas esset; quia ubi lex non est, non est legis transgressio; at lex, inquit, de ea re nulla illis temporibus extabat. Christum igitur, quod Deus institutione junxerat, id ab homine separari vetuisse, ex eo quòd optimum, Deoque acceptissimum esset, dignissimam lege nova materiam defumentem, *de Jure Belli & Pacis lib. 11. 5. 9.* Verùm sic inscriptam Patriarcharum conscientii legem arguit imperfectionis, tanquam illa non imperasset id quod Deo gratissimum est & acceptissimum: cum tamen teste & Mose & Christo præceperit amorem Dei & proximi flagrantissimum & enixissimum. Deinde verba Dei & Christi argumentationem enervat. Quasi videlicet institutio Dei non haberet valorem legis, & qui contra eam facit, non quidem faciat id, quod Deo est gratissimum, de cætero tamen non peccet. Atqui institutio illa declarat nobis sanctam voluntatem Dei, ut vir deserat patrem & matrem, & adhæreat uxori, & duo sint in unam carnem. Talis enim individua conjunctio decet hominem rectum, justum, imagine Dei præditum, qui amat conjugem suam unicè, eo modo quo Christus amat Ecclesiam, ei sui potestatem facit in omnibus. Ex quo deum amore provenit Deo semen sanctum. At ille amor non est, ubi vel plures uxores ducuntur, vel distrahitur matrimonium quamcumque vel nullam ob causam, vel concubina introducitur. Quid quod Malachias ex eo quòd Deus fecit *וְאֶחָד* unum, duo in unam carnem, *וְכִי* perfidiam impingit iis, qui repudiant uxorem juventæ, Mal. 11. 14. Quomodo perfidus est, qui uxorem repudiat, si prima illa institutio legis non habet vim, obligantis ad servandum fœdus & amorem uni conjugii? Si ex institutione Dei tanta est vis conjunctionis viri & uxoris, ut fas sit propter eam parentes relinquere, & iis non servire, quomodo justum est, quod uxoris est corpus, alii foeminæ tradere? Si pater & mater uxori non faciet controversiam, quòd minùs integrè adhærescat vir uxori suæ, an secunda tertiave foemina, an quæ extra thorum legitimum est concubina primæ uxori controversiam faciet de viro? Christus verba illa Dei allegans  
tam

tam manifestè corrigit Judæorum perversos mores, ut etiam adseveret, legem jussisse eum, qui uxorem deserere constitutum malè habuit, uxori dare libellum repudii propter *σκληροκαρδίαν duritiem cordis* eorum. Si licentia divortiorum arguit duritiem cordis Patrum, annon igitur peccavit, adeoque legem aliquam violavit is, qui uxorem suam temerè deseruit? Præterea si jure divino, cui naturale minimè refragatur, vir & mulier una caro sunt, & si duo una caro sunt, quomodo vir adhærens concubinae cum uxore sua est una caro? quomodo non potius cum meretrice fit una caro, seu unum corpus *ὁ καθ' ἑμὲν ὁ τῆς πένης*; quomodo duo sunt una caro? Non video, quo pacto nuptiæ tales Patriarcharum, si ob quamvis vel nullam omnino causam distrahi potuerunt, distingui queant à promiscua belluarum conjunctione. Absit ut tale quid divino vel naturali jure licuisse Patriarchis existimemus! Si pluribus cum uxoribus coaluerunt quidam, si concubinas admiserunt, si matrimonia semel rata temerè dissolverunt; non perinde constat, consentaneum hoc fuisse cum divino vel naturali jure; sed mores id duntaxat & non probandos Patriarcharum lapsus demonstrat.

XIII. In delectu conjugum sanguinis etiam rationem habuisse Patriarchas, ne videlicet incestis sese nuptiis contaminarent, dubium non est. Fatentur Gemaristæ Babylonii ad tit. Sanhedrin. cap. 7. ante legem sex potissimum conjugia incesta fuisse, 1. באשו *cum matre sua*. 2. באשו אביו *cum uxore patris seu noverca*. 3. באשו איש *cum uxore viri*, hoc est, *aliena*. 4. באשו אחיו *cum sorore ex matre sua seu uterina*. 5. באשו בוכור *cum masculino*. 6. באשו בהמה *cum bestia*. Et illicita esse hæc conjugia probant ex scripturis. Cùm enim Adæ dictum: *Propterea deseret vir patrem suum, & matrem suam, & adglutinabit se* באשו אביו *uxori suæ, atque erunt in unum carnem*; ibi non maritale conjunctionem describi autumant, sed prohiberi sex generis incesti coitus. Itaque sic adnotat Jarchius: רוח הקדש אומר כן לאסור על בני נוח היעדרות *Verbis illis usus est Spiritus S. ut Noachidis seu universo generi humano interdiceretur concubitus incesti*. Cùm igitur deserere jubetur homo באשו *patrem suum*, ajunt vetitum conjugium cum uxore patris seu noverca. Cùm deserere jubetur באשו *matrem suam*, statuunt prohiberi conjugium cum matre. Cùm adhærere jubetur באשו *mulieri*, statuunt vetari tum adulterium seu pæderastiam. Quia duo dicuntur fieri *in carnem unam*, concludunt, illicitum esse concubitum cum specie aliena. Denique & incestas esse nuptias cum sorore uterina conficiunt ex historia Abrahamæ, ubi de Sara uxore ab Abimelecho Geraris Rege in concubinitum rapta, sed intacta tamen ita loquitur Genes. XII. 12. *Verè soror mea est,*

est, est enim filia patris mei, tamen si non sit filia matris meae, & facta est mihi in uxorem. Ubi Jarchius sic commentatur: בה אב סותר לכן נח טאן אבא ליה filia patris (soror non uterina) jure conjungebatur Noachidae, quoniam jure naturali ratio consanguinitatis paterna neutiquam habebatur. Bene habet, quod jure divino sex conjunctionum genera, quae ex mente illorum enumeravimus, pro incestis ducunt. Cæterum primò perperam prohibitionem conjugii cum sorore restringunt ad sororem duntaxat uterinam, non eam, quæ ex patre solo soror est. Etenim quæ sororis uterinæ ratio, eadem est etiam sororis ex patre. Utrinque sanguinis est propinquitas. Utrinque valet ratio, quod si inter fratres ac sorores conjugia licita forent, eorum cohabitationem inter omnes gentes permissam suspicione nunquam carituram. Deinde non sola illa conjugiorum genera sex Patriarchis ante legem illicita & incesta fuerunt, sed plura etiam; qualia sunt concubitus אשתו על אב עם cum socio sua; אב עם על אב עם cum socrus matre; אב עם על אב עם cum soceri matre; אב עם על בת עם cum filia; אב עם על בת עם cum nepse ex filia; אב עם על בת עם cum nepse ex filio; אב עם על בת עם cum privigna; אב עם על בת עם cum nepse uxoris ex filia; אב עם על בת עם cum nepse uxoris ex filio; אב עם על אחות אב עם cum amita; אב עם על אחות אב עם cum maritima; אב עם על אחות אב עם cum sorore uxoris suæ; אב עם על אשת אח עם cum fratria; אב עם על אשת אח עם cum uxore patruici: qui omnes gradus vel disertis verbis vel æquivalentibus prohibentur Levitici decimo octavo. Nam eorum graduum jure ipso naturali facta prohibitio viguit etiam ante tempora datæ legis ætate Patriarcharum. Cujus rei validissimum est argumentum, quod obligavit antequam lex daretur, & quidem gentes, puta eas, quæ terram Canaan possederunt, ante introitum in eam Israëlitarum. Hi enim quia כל התעבות אלה עשו omnes abominationes istas (sic vocantur conjugia in iis gradibus, quos commemoravimus, contracta) fecerunt, יתסמא הארץ & contaminata est per eos terra, idcirco Deus את חגי evomuit istam gentem, quæ ante Israëlitas terram Cananæam possedit, Lev. xviii. 27, 28. Ubi inprimis animadvertione dignum, quod conjugia in gradibus illis inita vocantur תעבות, abominationes, tales nimirum; quibus ipsa terra polluitur. Quod igitur in gentibus quibus lex positiva nulla data est, fuit abominatiq; polluens terram, & propter quod incolæ terræ evomi debuerunt, illud Patriarchis licitum fuisse censei nullo modo potest. Nam sanctior fuit eorum populus, quam cæteræ gentes, quæ Deum vivum maxima sui parte reliquerunt, ad cultum falsorum Numinum & impietatem jam multiplicem provolutæ. Cæterum de conjugii fratrum & sororum sub initia mundi, nec non de conjugii Abrahami Isaaci & Jacobi cum jure hætenus ostenso pugnantis in loco plura dicemus. Facit hæc, quod in contractu matrimonii non sanguinis duntaxat,

verùm etiam religionis rationem habuerunt Patriarchæ, ne videlicet copularentur cum fœmina gentili vel idololatrica. Id quod ex historia filiorum Dei & filiarum hominum, nec non Isaaci & Jacobi abundè constat. Nempe talia matrimonia vitârunt vel ex singulari Dei præcepto vel ex lumine naturæ. Esse enim ea naturæ contraria probamus infra Exercitatione undecima.

XIV. Porro nec sine parentum judicio, voluntate & consensu Patriarchæ conjugia iniverunt. Exempla sunt testatissima Abrahami, Isaaci, Jacobi, Judæ, qui filiis suis de conjugio prospexerunt. Et Abraham quidem Isaaco filio elegit conjugem ex familia Bathuëlis, ablegato ad Bathuëlem seniore servo, Genes. xxiv. 3. Isaacus Jacobum misit in Mesopotamiam, ut ex filiabus Labanis uxorem capiat, Genes. xxviii. 1. Et Laban ipse quamvis parùm fidelis fatis ostendit parentibus solis jus competere *Ἐὐχαριστῶν*, despondendi liberos suos, cùm ita dicit Genes. xxix. 19. טוב חתי אחת לך כרתה *melius est ut eam dem tibi quàm alii*. Sic Judas uxorem dedit primogenito suo Her, Genes. xxxviii. 7. Cur autem consensum requirerent Patriarchæ, rationes habuerunt potissimùm tres. Prima, quia observârunt in primo Adami & Evæ conjugio nec Adamum uxorem nec Evam virum propria sibi lubricitate sumpsisse, sed Deum ipsum Evam Adamo adduxisse. Secunda, quia recta ratio ceu *ῥῆμα θεοῦ*, *lex mentiri nescia* iis dicitavit parentibus obediendum esse *Ἐπὶ πάντεσσι per omnia*. Quomodo Philosophus agnoscit Ethic. viii. 1. φύσει δεῖχεται πατὴρ ἡμῶν, *natura Pater imperat filiis*. Ac proinde filii parentibus obsequium debent in eo etiam gravissimi momenti casu, quo matrimonium contrahentes aleam subeunt ejus fortunæ, quæ fatali necessitate in hac vita vel beatos ac felices vel miseros efficit. Quomodo ex ejusdem naturæ instinctu Hermione apud Euripidem loquitur: *Νυμφευμάτων ἡ ἐμῶν πατρὸς ἐμὸς-Μέλεμναν ἔξει, καὶ ὄντι ἐμὸν κέρειναι ταῦτα, curam parenti de meis ego nuptiis permitto, non est istud arbitrii mei*. Et apud Mufæum Hero: *Ἀμφόδον ἢ δυναμῆθαι γάμοις ὅσοισι πελάσσουσι ἢ γὰρ ἐμοῖς πατέρας ἐπέυαδεν, lege maritali jungi non possumus ambo. Cùm nolit Pater nolit Mater*. Tertia denique, quia satis noverunt, nec honestum, nec decens, nec validum esse, ut filius parentibus insciis vel invitis intrudat hæredem, quæ tantùm non est species furti. Proinde gentium fere omnium, quæ solo naturæ lumine usæ sunt, consensus est, firmum & validum non esse matrimonium, quod sine voluntate & parentum ingratiis initur. Quorum exempla plurima collegit Cujacius J. C. eminentissimus *observat*. iiii. 5. nec non *Cypræus de Sponsal*. vi. 6.

XV. Qui matrimonium mutuo consensu contraxerunt, iidem videntur

tur illud ceremoniis ac ritibus certis nuptialibus consecrâsse. Primò igitur solennis benedictio seu *εὐλογία* videtur intercessisse, per quam mulier tradita est viro. Quomodo Deus ipse costam ex Adamo in mulierem ei edificatam *אֵל הָאָדָם בָּרָא אֶת אִשָּׁה אִתּוֹ* *addidit eam ad Adamum*, Genes. 11. 22. *וַיְבָרֶךְ אֹתָם* & benedixit ipsis, Genes. 1. 28. Et benedictionis exemplum etiam extat in historia Rebeccæ, cùm illa deduceretur in uxorem Isaaci, Genes. xxiv. 60. *Et benedixerunt Rebeccæ, dixeruntque ei: soror nostra es: sis in millia millium, possideatque semen tuum portam inimicorum suorum.* Unde R. Eliezer in Pirke cap. 16. *Sicut minister Synagogæ stat & benedicit sponsæ in thalamo suo: sic illi quoque stabant & benedicebant Rebeccæ, prout dicitur: Et benedixerunt Rebeccæ & dixerunt ei, &c.* Tum & mora sponsæ in ædibus paternis ante consummationem matrimonii in usu recepto fuisse videtur. Quod probabile facit historia ejusdem Rebeccæ Isaaco per proxenetam Eleazarum desponsæ, de qua mater & frater sponsæ, Genes. xxiv. 55. *אֲשֶׁר הִנֵּחַ אֹתוֹ יָמִים או* *שבע ושבעו* *maneant puella nobiscum dies aut decem.* Ubi paraphrasis Uzielidis *שבע ירחין* *per dies anni unius, aut per decem menses.* Nimirum *שבע* absolutè positum notare annum, etiam alibi observamus & exemplis confirmamus. Non tamen omnino necessarium est vel per *שבע* hoc in loco intelligere annum; vel ex solo Rebeccæ exemplo, cujus singulares fortasse rationes fuerunt communem Patriarcharum consuetudinem colligere. Sed in nuptiis fuisse usum *flamei*, seu *iberistri*, pallioli nimirum, quo obvelari solent sponsæ, ex Rebeccæ ejusdem historia certiori conjectura colligitur. Illa enim cùm appropinquaret sponso Isaaco *הָקָה הָעֵדָה וְהַחֲכִים* *accepit* *שבע* *εἴλεσσον*, ut Græci habent, *pallium*, ut V. V. & operuit se. *εἴλεσσον* definit Helychius *λεπτὸν ὑφαντὸν εἴλεσσον ἰματίον*, *tenuè pallium æstivum vestimentum.* Hieronymus comment. in Isajam cap. 3. *εἴλεσση* nos possumus appellare palliola, quibus obvoluta erat Rebecca, ut hodie quoque Arabiæ & Mesopotamiæ operiuntur fæminæ; ab eo quod in *שבע*, id est, in æstate & caumate corpora protegunt fæminarum. Et vocem *הַתָּרְגָּם* Thargum Jonathani tributum reddit *ורגא* Onkelosus *עַרְבִי* Arabes *ורא* quam vocem Arabicam R. Nathan docet idem esse quod *ורא* nimirum *עַרְבִי שֶׁכֶּסֶה* *velum tenue, quo fæminarum obsegi solent capita.* Verùm id velum non ad arcendos tantùm æstivos calores olim usurpatum, verùm etiam pudoris causa tam à meretricibus quàm à sponsis ac matronis, uti ex historia Thamaris Genes. xxxv. 11. 15. cognoscitur. Denique & convivium nuptiale magna solennitate in nuptiis Patriarcharum celebratum docent nuptiæ Jacobi cum Rachele desponsa & per fraudem improbi focii permutata, in quibus Laban convocatis illius loci homi-

nibus *עַם כְּשֵׁתָה* *instruxit convivium*, Genes. xxix. 22. Continuare solum nuptiale convivium per integrum septiduum probat Hieronymus in locis Hebræicis ex Genes. xxix. 27. ubi Laban post suppositam Jacobo per dolum Leam eidem paciscitur alteram sororem Rachelem sub conditione servitutis septem annorum his verbis: *מָלָא שְׁבַע זָמָן* *Exple hebdomadam hujus, postea dabimus tibi etiam hanc pro servitute, quum servies apud me adhuc septem annos alios. Et fecit Jacob ita*, וַיִּמְלֵא שְׁבַע זָמָן *& implevit hebdomadam hujus, dein dedit ei Rachel filiam suam in uxorem.* Perinde ac si dixisset Laban, utriusque filiarum nuptias epulari pro more esse celebrandas. Quomodo etiam R. Eliezer illud *שְׁבַע יְמֵי הַכֶּסֶתָה* explicat de *septem diebus convivii*, in Pirke cap. 16. Verba ejus sunt: *R. Josi inquit: Unde discimus convivium nuptiale esse septem dierum? A patre nostro Jacobo, qui cum duceret Leam, instituit convivium septem dierum, prout dicitur: Comple septimanam hujus.* Thargum item Hierosolymitanum pro verbis *מָלָא שְׁבַע זָמָן* habet: *אִשְׁלִים שְׁבַע יְמֵי מִסְתוּתָהּ דְּלֵאָה וְתוֹן* *imple septenarium numerum dierum convivii Leæ, & dabitur, &c.* Jonathan Uzielides dicitur: *וַיִּבֶר יַעֲקֹב כִּרְךְ* *וַיִּבְרַח אֲשֵׁלִים שְׁבַע יְמֵי מִסְתָּא דְּלֵאָה* *fecit ita Jacob, & implevit septenarium numerum dierum convivii Leæ.*

XVI. Habuit in matrimonio Patriarcharum locum etiam *בְּרֵחַ* *præceptum seu jus levitationis*, quo obstrictus frater defuncti fratris uxorem seu fratricam ducere, & fratri semen excitare debuit. Cujus rei illustre exemplum habemus in filiis Judæ Ere, Onane & Schela in ducenda Thamare, Genes. xxxviii. 7, 8, &c. ubi Ere primogenito Judæ ob malitiam à Deo interfecto Judas Onanem his verbis compellat: *Ingredere ad uxorem fratris tui* וַיִּבֶן אֹתָהּ וְהָקָם וַיִּרְדּוּ *& affinitatem cum ea contrahere, & suscita semen fratri tuo.* Cujus juris fuit haud dubiè ratio partim politica, partim typica. Politica quidem, ut hæreditas paterna intra eandem familiam conservaretur. Typica, ut conservato per hoc institutum jure primogenituræ perspicuum haberent Patriarchæ mysterium ejus, qui est *πρωτότοκος ἐν τοῖς ἀδελφοῖς inter multos fratres primogenitus omnis creaturæ, & πρωτότως ἐν πᾶσι primatum habens in omnibus*, Rom. vii. 29. Col. i. 15, 18. Proinde non tam ex moribus Cananæorum vel vicinarum gentium Judas hoc jus deprompsit, quàm ex antiqua sanctorum Patriarcharum consuetudine, cujus origo fuit haud dubiè ex divina revelatione, vel certè ex *בְּרֵחַ כִּי־רַעַי שֶׁל* *confistorio Semi*, uti vocant Hebræi, vel ipsius Adami. Ex historia illa Judæ etiam liquet illum, cui competit jus *בְּרֵחַ levitationis*, fuisse fratrem germanum defuncti sive primogeniti sive primogenitum repræsentantis, quo deficiente nihil impediret,

diit, quò minus proximus cognatus vicem suppleret, uti postea sub lege factum sapius. Proinde nec merentur reprehensionem Interpretes Græci, qui Deut. xxv. 5. pro verbis *יבנה ביתו עירי* habent *ὁ ἀδελφὸς ὁ ἀντὶς αὐτῆς ἰσοδουλεύσει αὐτῆς αὐτῆς*, *Frater viri ejus ingreditur ad illam*. Quod ipsum tum ex historia Naomi socris Ruthæ, tum ex Sadducæorum quaestione Christo proposita demonstratu difficile non esset. Cæterum cum de fratribus ex eodem patre natis ambigi non possit, eos huic præcepto devictos fuisse: dubitari tamen possit de fratribus uterinis, ex eadem matre non tamen eodem patre prognatis; utrum & illi levitationis juri subfuerint? Quod quidem ego planè negandum censeo. Cùm enim hæreditas per lineam masculam censeri debuerit, si contigisset unam eandemque foeminam duobus qui è diversa tribu vel familia essent nubere, & ex utroque; liberos suscipere, non potuit habere locum lex ejusmodi in fratribus ex diverso matrimonio progenitis, qui ad diversas familias pertinebant, suâsq; hæreditates adeoque & habitationes separatas habebant. Maimonides Halach. Jabom Vechaliza, cap. i. אמין סך האם אין חשבון אחין לעין. *Frater ex matre tantum (seu uterinus) non censetur pro fratribus; aut in materie hæreditatis, aut in materie defuncti fratris uxoris duenda atque exuendi calcei. Quin sunt veluti qui non sunt omnino fratres (fratres.) Nam non est fraternitas, quæ à patre non est.* Neque obstat fanè exemplum Naomi, dicentis ad nurus suas Orphan & Rutham viduas necdum prole beatas: *An adhuc intra me in utero meo sunt filii qui fiant mariti vestri?* Ruth. i. 11. Verùm in promptu est responsio, non hoc à Naomi dictum esse juris hujusce obtentu, sed ex ingenti amore erga nurus, quali dixisset, tanto se erga nurus suas amore flagrare, ut si fieri posset, eas futuris si qui sibi adhuc nascerentur, filiis traditura sit. Proinde etiam Abenezra explicat: ואחר דרך הובי בום *hoc ex amore processit non ex jure fratris defuncti uxoris duenda.* Quanquam aliter etiam respondet Jarchius, quem ad i. c. vide. Jam cùm Patriarcharum frequens fuerit conjunctio non cum legitima duntaxat conjuge, verùm etiam cum concubinis, quæri posset: an ad jus levitationis etiam obligati fuerint filii nati ex concubinis? Mihi verisimile fit, natos ex concubinis nihil hic vel juris vel obligationis habuisse, quia illis jure non competebat paterna hæreditas, uti satis liquet ex historia Ismaëlis, qui cum *מנות* *muneribus* est dimissus. Verùm cùm jus ipsum levitationis vigerit ante legem, uti jam probavimus, tamen ei ex lege singularem accessisse circumstantiam, nimirum *הלצה תעל* *educlionem calcei*, de qua Deut. xx. 7, 8. & in Hilchot Maimonidis *Jabom Vechaliza*,



crediderim. Nam Onanem invitum nupsisse Thamari satis constat. At si calcei educio in usu jam tum fuisset, poterat sanè Onan à necessitate suscitandi fratri suo seminis liberari.

XVII. De liberorum educatione id unum dicere habemus, fuisse sanctis Patriarchis curæ, ut liberi eorum tum in fide erga Deum recta instituerentur, tum pietatis sentina ab ortu primo imbiberent, tum & ad vitæ præsentis felicitatem. monitis qua œconomicis qua politicis informarentur. Quod ex ipsâ historia sacra Patriarcharum abundè liquet. Et de institutione Patriarcharum argumentum capere licet vel ex uno Abrahami exemplo, de quo sibi Deus in educatione & institutione liberorum fidem pollicetur maximam, Genes. XVIII. 19. *Novi enim eum. Propterea præcipiet filiis suis, & domui suæ post se, ut custodiant viam Jehovæ, faciãntque justitiam & judicium, ut venire faciat Jehovæ super eum.* Jobi etiam, qui ante legem vixit, cura pro liberis testatissima est, quippe qui *ספרק* sanctificavit eos, surgebãtque summo mane & offerebat holocausta juxta numerum eorum. Dicebat enim Job: *Forstian peccarunt filii mei, & maledixerunt Deo in cordibus suis,* Job. 1. 5.

XVIII. Porro inter ipsos Patriarcharum filios maximè illustre est, quod observatum legimus *בכור* seu *jus primogenituræ*, competens illi, qui erat respectu quidem patris *ראשית* *אני* principium roboris ejus, Gen. XLIX. 3. respectu matris *אגויליון* *מיתוהו*, aperiens vulvam, Exod. XIII. 12. vel qui eum in jure leviratus repræsentabat: cui oppositos reliquos fratres Hebræi vocare solent *בני פשוט* filios vulgares. Illud quidem jus receptum fuisse tam ante quàm post diluvium, in propatulo est. Ante diluvium id comprobatur historia Caini & Habelis. Nam Habelem fuisse servum fratris sui Caini primogeniti, ostendunt verba Dei ad Cainum, qui designatione Dei sacrificium ejus averfantis percussus timeverat, ne excidisset sua in fratrem potestate. Deus autem illi potestatem in Habelem confirmat his verbis: *אלך השקר ואתה תהיה בטל* ad te appetitus ejus, & tu illi dominaberis, Genes. IV. 7. Inter filios Noë primogenitum fuisse Japetum suo loco probabimus, cui quidem in benedictione præpositus fuit Semus. Inter filios Isaaci Esãvus narratur *primogenitus*, cui competeabant *בכור* *גד* *אנאודוסוס*, quæ ille maximo cum damno vendidit fratri, Genes. XXV. 32. Ita de Jacobi primogenito Rubene legimus Genes. XLIX. 3. *בכורי אתה גדו ראשית אני יתר שאת עי* tu fortitudo mea & principium roboris mei. Prior in donis major in imperio. Quæ primogenituræ dignitas conspicitur etiam in filiis Judæ tum quos ex sua, tum quos ex Thamare sustulit, Gen. XX x V 111. Et in filiis Josephi, Gen. XLV 111. 18, 19. 1. Paral. 111. 1.



XIX. Primogenito fratri erat sua בכירה uti vocant Hebraei, seu *בְּאֵלֶיךָ מִיָּדָה*, *prærogativa multiplex*. Primò in paterna familia cùm adhuc esset primogenitus, lautior ejus erat fortuna, dignatio major, subiectio cæterorum fratrum quovis majori officio & studio eum colentium. Id Isaac ostendit personato suo Esavo cui ut primogenito benedicebat, Genes. xxv 11. 29. *Eslo dominus fratribus tuis, incurvent que sese filii matris tue.* In convivio, quod Josephus fratribus suis apparaverat, lederunt coram illo בכר בכר *primogenitus juxta primogenituram suam*, & minor juxta minorem ætatem suam, Genes. xli 11. 33. Secundò primogenitus extra familiam paternam erat reliquorum fratrum dominus. Id ex historia tum Caini tum Jacobi cognoscitur. Et Caini quidem dominio subiectum esse Habelem jam vidimus. De Jacobi autem, in quem translata sunt *טַבְּרָא עֲשָׂו* Esavi, dominio in Esavum Deus prædixit, Genes. xxv. 23. *בְּכֹרִי אֶתְּיָר אֶתְּיָר* major serviet minori. Tertiò primogenitus in distributione hæreditatis paternæ nomine *פְּרִיָּה* seu *prærogativæ* cernere potuit *פְּרִיָּה אֶתְּיָר*, uti Græci habent Interpretes, vel *פְּרִיָּה אֶתְּיָר מִיָּדָה*, ut Josephus, *portio duplex* ex omnibus quæ reliquerat vel possessa vel per hæreditatem demum possidenda patens, Deut. xxi. 17. Ubi verba *פְּרִיָּה אֶתְּיָר* Jarchius explicat per *כְּנֵי שְׁנֵי אֲדָמָה* quantum ad duos fratres spectat. Et Abenezra *הוּא שְׁלוֹשָׁה שִׁתְּשֵׁבוּ שָׂרָם אֲבֹתֵינוּ וְקָח שְׁנֵי חֲלָקִים* ואם שנים ננים יח שבו שלשה *Si tres fuerint fratres, putentur ut quatuor: & capiet ille duas partes. Si fratres sint bini, uti tres putentur.* Hoc jus fuisse primogeniti lege jam dati, fatis evincit locus Mosis allegatus. Cæterùm dubitare videntur Hebraei, quos sequitur etiam Seldenus *de Successionibus ad leges Hebræorum*, cap. 5. utrum ante legem Mosi datam primogenituræ juris in familia herciscunda similis obtinuerit ratio? Verùm de ea re dubitare ego non possum. Etenim duas hæreditatis fortes primogenito obtigisse patet ex historia Josephi, qui cùm in locum successisset Rubenis primogeniti, duplam in filiis duobus Menasse & Ephraim portionem adivit, Genes. xlv 11. 5. Quid quòd in lege primogenito duplex portio seu *פְּרִיָּה אֶתְּיָר מִיָּדָה* decernuntur, hæc ob rationem, *כִּי־הָיָה וְיָשִׁיר אֵת* quia ipse principium fortitudinis ejus Patris, Deut. xxi. 7. Ubi Seldenus ex Misna tit. *Beoresch* allegat & probat, quòd jus accipiendarum duarum partium pendeat ex eo, quòd est esse principium virtutis paternæ. Hæc autem ratio etiam fuit, & disertè allegatur in primogenitis Patriarcharum, Genes. xlix. 3. Et eo in loco Mosis simpliciter jus adeundarum duarum partium vocatur jus primogenituræ, seu *פְּרִיָּה אֶתְּיָר*, quæ vox etiam usurpatur in historia Esavi primogenituram vendentis Jacobo, Genes. xxv. 33. & Hebr. xli 11. 16.

Quar-

Quartò primogenitus singularem Patris benedictionem & longè uberio-  
rem ac fecundiorè quàm cæteri fratres obtinuit, ut ex historia benedi-  
ctionis Isaac conspicuum est. Quintò denique, primogenito cedebat jus sa-  
cerdotii, quod simul cum parente superstite adivit. De qua re ita legitur  
in *Bereschit Rabba* fol. 71. מזה ראה אבינו יעקב שתן נפשו על הכבוד והניח עשירי  
הוקם המשכן היו הבמות סותרות ועבודה בכורות משהם המשכן נאסרה הבמה וינידה בכבוד  
*Quæ causa erat, cur Jacob primogenituræ jus ita concupisceres? Quoniam tra-*  
*ditur, ante tabernaculum constructum altaria fuisse in usu non illicita; atque*  
*ad ea sacerdotii munere fungi solitos primogenitos. Extructo verò tabernaculo al-*  
*taria illicita erant, & functio sacra ad sacerdotes spectabat.* Ita etiam Misna  
tit. וזוהי de Sacrificiis cap. 14. Idem ex Hebræorum traditione refert  
Hieronymus in quæst. Hebr. in Genesin cap. 17. & Epistola 126. ad  
Evagrium. Et de eo primogenituræ quoad sacerdotium jure intelligen-  
dus omnino videtur locus Exod. xix. 22. ubi ante legem datam jubentur  
וזהו הכהנים *Sacerdotes* ad Deum accedentes sese sanctificare, ne forte eos dissi-  
pet Jhova. Ubi Abenezra: וזהו הכהנים הם הבכורים שהם קדשים ככתוב קדוש ליכל  
כבוד *Sacerdotes illi sunt primogeniti, quia illi sancti, sicut scriptum est: San-*  
*ctifica mihi omne primogenitum.* Et idem illi Sacerdotes Exod xxiv. 5.  
vocabant בני ישראל נערי בני ישראל *juniores filiorum Israël:* Ubi Onkelosus habet  
שלו יר בני בוכרי ישראל *misit primogenitos Israël, qui immolarunt.* Eo-  
dem modo Saadias Arabs, Tawalsius Perfa. Illa tamen primogeni-  
torum prærogativa cum hac limitatione accipienda videtur, ut quam-  
vis iis competeret ordinarium munus sacrificandi & primaria post  
Patriarcham in sacerdotio dignitas sive in familia adhuc paterna hæren-  
tibus, sive extra eam constitutis, tamen reliqui à sacrificandi munere  
non planè exclusi intelligantur. Aliàs inter filios Noë solus fuisset  
Sem sacerdos, adeoque nec Cham nec Japet, nec eorum posterii post  
dispersionem gentium à Semo longè remoti sacrificare potuissent. Dein-  
de penes paucas à Semi posteris reledisset potestas sacrificandi: nec  
Abrahamus qui primogenitus non fuit, sacrificare potuisset. Quid  
quod etiam Noam qui sacrificavit, primogenitum fuisse non constat?  
Ut jam non dicam de Habele Adami & Mose Amrami, secundò genitis.  
Probabile igitur est, cuique patrifamiliàs seu capiti familiæ fas primumque  
fuisse sacrificare, & peculiare fuisse primogenito, ut ipsius vicibus de-  
fungi posset; patrè autem defuncto sicut primogenitus succedebat in lo-  
cum patris & habebat familiæ caput, quandiu ipse cum fratribus unam fa-  
miliam conflabat; Sic illi soli hoc jus sacerdotii convenerit non aliis;  
ita tamen ut cæteri fratres, quam primum in aliam familiam commigran-

tes & ipsi familiæ caput facti sunt, idem sacerdotii jus acquirerent, etsi non eadem dignitate qua primogeniti, qui in rebus omnibus antecel-  
lebant. Proinde præ cæteris fratribus in jure sacerdotii primogenito tria  
potissimum pulchra & eximia fuerunt. Primum, quod parentis supersti-  
tis loco sacrificare potuit. Alterum, quod patre defuncto necdum ex ca-  
dem familia digressis fratribus primogenitus solus sacerdos fuit. Tertium,  
quod fratribus in proprias familias transeuntibus ad eoque sacerdotii jus re-  
quirentibus primogenitus tamen cæteris fratribus quamvis sacerdotibus  
in dignitate sacerdotii anteiverit. Proinde propter majorem dignitatem  
soli primogeniti sacerdotes καὶ ἐξουσίω dicti videntur, & de iis intelli-  
gendus est locus allegatus Exod. xix. 22. Nec non locus Exod. viii. 26,  
27. & x. 25. ubi in deserto sacrificia immolanda haud dubiè primogeni-  
tos sacerdotes habuere. Quin & Paulus Esavum primogenituram negli-  
gentem ob eam causam videtur vocare βέβηλον *profanum*, Hebr. xi. 16.

XX. Cùm autem duo fuerint genera primogenitorum; alterum eorum,  
qui primogeniti fuerunt ex patre, qui in Scriptura, Genes. xlix. 3. &  
Deut. xxi. 17. vocantur ראשית אמו *principium virtutis paternæ*; alterum  
eorum, qui non ex patre sed ex sola matre fuerunt primogeniti, quos  
Scriptura vocat פתח חלב ודבש *aperientes vulvam matris*,  
cui generi primogenitorum prærogativæ, de quibus jam diximus, conven-  
niant, quaeritur. Quod primogenitos attinet, qui sub lege fuerunt, di-  
stinguunt Hebræi in Misna tit. *Bechoroth*, cap. 8. prærogativas primogeni-  
turæ לחלה ולכהן *ratione tum hæreditatis tum sacerdotii*, seu sanctitudinis,  
quæ post adoratum vitulum lege divina media redemptione derivata fuit  
in Levitas. Ac primogenitum ex patre quod attinet, ei concessam esse  
statuunt utramque prærogativam, puta & hæreditatis & sacerdotii seu  
sanctitudinis. Primogenito verò ex sola matre non patre non esse conce-  
ssam prærogativam hæreditatis, sed tantùm sacerdotii. Idque discrimen  
inde colligunt, quòd in lege, quæ de sanctitudine primogeniti lata est  
Exod. xiii. 2. ea prærogativa restringitur ad פתח חלב ודבש *aperiens qualem-  
cunque uterum*, ad eoque primogenitum ratione matris. Ubi autem de  
singulari primogeniti successione lex fertur Deut. xxi. 17. adjecta habe-  
tur prærogativæ ratio כירוא ראשית אמו *quia ille principium virtutis ejus*.  
Quæ ratio arguit in adeunda paterna hæreditate prærogativam fuisse pri-  
mogeniti non cujusvis, sed illius demum, qui ex patre primogenitus fuit.  
An verò eadem distinctio ante legem tempore Patriarcharum obtinuerit,  
ambiguum sanè est. Eò tamen inclino, ut Patriarcharum tempore jura &  
privilegia primogenituræ competierint non alii quàm primogenito ex pa-  
tre.

tre. Nam de primogenitis ex matre sanctificandis, puta ad sacerdotium, lex nova lata videtur Exod. xiii. 2. קדש לי כל בכור פטר כל רחם בכני ישראל. *Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit omnem uterum in liberis Israël.* Ubi sanctificandum dicitur *aperiens vulvum*, adeoque primogenitus sive ex utroque patre & matre, sive ex sola matre. Sed quicquid sit de prerogativa sacerdotii, convenerit ea primogenito ex matre nec ne; id prope modum certum est, in distributione hæreditatis seu successione in bona defuncti nullam omnino fuisse prerogativam primogeniti ex matre, sed ejus tantum, qui principium erat roboris paterni; quia familia censetur civiliter à patre non matre. Inde tritum est illud Thalmudistarum: כשפחה האם קריה כשפחה *familia seu cognatio materna non appellatur familia.* Et hoc arguit etiam distributio Jacobi. Tametsi enim ea dupla portio cessit Josepho, qui fuit primogenitus ex patre non matre, id tamen non factum est propter primogenituram ex matre, sed quia jus, quod fuit primogeniti ex patre, nimirum Rubenis, in eum translatum, adeoque is reputatus est tanquam primogenitus ex patre. De qua re sic legimus 1. Paralip. v. 1. *Ruben fuit primogenitus. Quum autem violasset ipse thorum patris sui, data est primogenitura ejus filiis Joseph filii Israël, non tamen ut ipsi attribueretur primogenitura.*

XXI. Primogenituræ Patriarcharum ratio duplex fuisse videtur, altera civilis, mystica altera. Civilis, ut inserviret splendori & conservationi familiarum. Nam primogeniti fortuna lautior & amplior dignitas splendorem familiæ addidit. Mystica, quâ primogenitus cum suis prerogativis repræsentavit Christum, qui absolute vocatur πρωτότοκος *primogenitus*, Hebr. 1. 6. non tantum propter singularem πρωτογενής, verum etiam quia prior est omnibus & principibus & filiis. Paulus de eo sic habet Col. 1. 18. Ος ἐστιν ἀρχὴ πρωτότοκος ἐν τῷ νεκρῶν, ἵνα γένηται ἐν πᾶσιν αὐτὸς πρωτότοκος, *qui est princeps primogenitus ex mortuis, ut fiat inter omnes primas tenens.* Quibus verbis Paulus ostendit, Christi ut primogeniti Dei esse principatum, & eum principatum per mortem ejus & resurrectionem ex morte manifestatum & confirmatum esse. Nemo enim ad principatum suum fundandum mortuus est sicut Christus, qui ex mortuis resurrexit ad vitam immortalem, ut principatum efficacissimè & solus regeret, qui ipsi ut primogenito competebat. Quomodo etiam Apoc. 1. 5. Christus vocatur πρωτότοκος ἐν νεκρῶν, qui ut *primogenitus ex mortuis* rediit. Et Paulus Rom. vi 11. 29. eum vocat πρωτότοκον ἐν πᾶσι ἀδελφοῖς, *primogenitum inter multos fratres*, quia nimirum est *princeps salutis filiorum Dei*, Hebr. 11. 9. 10. & reliqui fratres pro quibus se sanctificat, fiunt σύμμορφοι ἡ εἰκότι αὐτοῦ;

*αὐτῶν, conformes imagini ejus, Rom. v 11. 29. Idem Paulus Christum vocat πρωτότοκον πάσης κτίσεως, Primogenitum omnis creaturæ, Col. 1. 15. quia omnis creatura in quocunque sit gradu filiationis, se habet ad eum qui est εἰκὼν, imago Dei, tanquam πρωτότοκον, primogenitum. Ipse enim æqualis est Patri. Per ipsum omnia condita sunt. Ipse est ante omnia. In ipso omnia constant. Primogenitus autem creaturæ est, non quia & ipse creatura sit, sed quia sicut ipse primogenitus est imago & filius Dei, sic etiam homo aliquo gradu est imago & filius Dei. Perspicuum igitur est, quibus in rebus primogeniti figurârint Christum. Et demonstrant id τὰ προβεβα, quæ primogenitis & Christo competunt. Primogeniti ante omnia Deo sacri erant, & sanctificabantur ei in sacerdotium. Christus est noster ὁ χερεὺς ὁ σιῶ, Pontifex sanctus, τὰ πρὸς τὸ θεὸν, in iis quæ Deum concernunt, Hebr. v 11. 26. & 11. 17. Is una oblatione consummarvit in perpetuum eos qui sanctificantur Heb. x. 14. Pro suis se sanctificavit, ut & ipsi sanctificati sint in veritate, Joh. xv 11. 19. Præterea Deus filium suum ἐπινοῦσε κύριον & χερεὺν, dominum & Christum, Act. 11. 36. Dedit ipsum κεφαλὴν ὑπὲρ πάντων τῆ ἐκκλησίας, caput super omnia Ecclesiæ, quæ est corpus ejus, impletio ejus qui omnia in omnibus implet, Ephes. 1. 22, 23. Præterea Deus posuit Christum κληρονόμον πάντων, hæredem omnium, Hebr. 1. 3. Primogenitus olim non sibi soli servavit hæreditatem, sed prælibata dupla portione reliquam hæreditatem cessit fratribus. Ita & nos ἐν χερεῶν ἐκκληρώθημεν, in ipso hæreditatem aduimus, Ephes. 1. 11. Sicut Deus Pater ei δίδωτο testamento disposuit regnum, ita & ipse ἀγαπήτηται testamento instituit hæredes eos, quos Deus Pater ei dedit, Luc. xx 11. 29.*

XXII. Est & aliud non prætereundum juris primogenituræ mysterium. Primogenitus enim quia facer Deo fuit, sanctificabat & reliquam fratrum massam. Nam ἐν ἀπαρχῇ ἀγά & τὸ φύμα, si primitiæ sanctæ etiam massæ, Rom. xi. 16. Sanctitudo igitur primogeniti sanctificabat & reliquam massam: & sic totus populus fiebat ἡνὶ τοῦ λαοῦ ἁγίου ὁ populus peculiaris Deo adeoque τῷ λαῷ ὁ populus sanctus Deo. Cum qua sanctitate populi non contemnenda beneficia conjuncta fuerunt. Qualia, quod non totum illud semen rejici ita potuit, quin semper in eo maneret κατὰλειμμα regenerationis & salutis particeps; quod & rejecti tamen spe omnimoda restitutionis & re assumptionis non exciderint; quod qui ita sancti erant, membra fuerunt Ecclesiæ, vindicati à regno Sathanæ, quod in reliquis is gentes tenuit, & à teneris unguiculis cœlestis institutionis lac hauserunt; quod qui ita sanctificatorum in infantia moriebantur, eorum excessionem è populo parentes timere non debuerunt, cùm sanctificati

cati per Spiritum promissionis Sanctum hæredes fuerint regni cœlorum; & si quæ similes prærogativæ cum sanctitate illa cohæserunt. Qua in re rursus primogenitus ille sanctificans fratres typus fuit Christi, qui sua sanctificatione, qua fecit voluntatem Dei, sese offerendo ei in victimam sanctificavit multos fratres. Quin etiam sicut primogenitus sanctificans & fratres sanctificati eandem habuerunt naturam, ita & Christus cum fratribus suis ejusdem naturæ particeps esse debuit. De qua re clarè sic loquitur Apostolus Hebr. 11. 11. Ο,τι γὰρ ἀγαζων ἔοι ἀγαζόμενοι, ἐξ ἐνός πατέρος. δι' ἣν αἰτίαν σὺν ἐπιγαζόνεσσι ἀδελφῶς αὐτὸς καλεῖν, *Quippe & qui sanctificat & qui sanctificantur, ex uno omnes. Propter quam causam non pudet eum fratres eos vocare.* Peculiaria etiam primogenituræ accesserunt mysteria post legem datam, de quibus suo loco.

XXIII. Cùm Patriarcharum liberi alii ex conjugibus, uti quidem vel erant vel habebantur, legitimis, alii ex concubinis nati fuerint, non eadem omnium ratio in distributione hæreditatis & successione in bona paterna habita fuit. *Qui* ex legitimis uxoribus nati sunt, ad hæreditatem cernendam haud dubiè sunt admissi. Sed liberorum ex concubinis genitorum non eandem rationem adhibitam à Patriarchis videmus. Nam Abrahamus quidem, qui ex duabus concubinis Hagare & Cethura genuit, ex illa quidem Ismaëlem, ex hac plures alios, qui memorantur Genes. xxv. 1, 2, 3. hæreditate soli Isaaco destinata, concubinarum filiis *נָנוּן יָנוּ dedit munera, & eos emisit ab Isaac filio ipso adduc. vivente ad orientem,* Gen. xxv. 6. Proinde ejus matrimonium cum Hagare & Cethura simile fuit illi, quod vocant *ad morgengabicam*, à quo non longè abeunt secundæ nuptiæ apud Brabantos, & matrimonia Mexicanorum, apud quos filiis post primum genitis non solebant nisi alimenta dari. At diversam rationem reperio in filiis concubinarum Jacobi, nimirum *Gad & Aser*, qui nati sunt Jacobo ex *Leæ* ancilla; nec non *Dan & Nephthalim*, qui eidem nati sunt ex ancilla *Rachelis*. Nam ii æquo cum cæteris fratribus simplicibus ex *Lea & Rachele* natis jure hæreditatem creverunt. Quæ igitur ratio diversitatis? Cur cùm filii ex concubinis Abrahami munera acceperint, filii nati ex concubinis Jacobi hæreditatis paternæ facti sunt participes? Hic Hebræi & ex eorundem mente *Seldenus de Successionibus* cap. 111. distinguit inter concubinas quæ nec ancillæ nec extraneæ seu peregrinæ fuerunt, & inter eas, quæ vel ancillæ vel extraneæ & gentiles fuerunt. Priores non discrepasse ab uxoribus justis nisi ritibus nuptiarum & pactorum dotalium mutua traditione. Proinde & earum liberos ab hæreditate non solitos excludi. Posteriorum autem utpote gentilium & extera-

exterarum liberis omnino ab hæreditate exclusos solis muneribus vel alimentis oblectandos fuisse. Maimonides Halach. Nechalot, cap. 1. אבל נו  
 כלל כן השפחה או מן הנכרה אין בן לרבר מן הרברים ואינו יורש כלל  
*At qui filius ex ancilla aut extranea susceptus ad ea quæ dicta sunt, non habetur pro filio, nec omnino hæreditatem capit.* Jant Abrahami concubinas gentiles omnino fuisse & exteras, proinde earum filios ab hæreditate arceri oportuisse. Jacobi autem concubinas saltem gentiles & peregrinas non fuisse. Vereor autem ut solida hæc sint. Nam ut de Hagare certum est, eam gentilem & exteram fuisse, sic incertum id est de Cethura. Tum concubinæ Jacobi Zilpa & Bilha utræque ancillæ fuerunt. Et exterae ac gentiles annon fuerint, incertum est. Nihilominus earum filii in hæreditate distributa nullo cum fratribus simplicibus discrimine sunt habiti. Non dubito igitur, quin jure communi hæreditas pertinuerit ad solos eos filios, qui nati ex thoro legitimo uxoris intercedentibus nuptiis, & dotalibus pactis copulatæ; concubinarum autem filiis non competierint eodem communi jure nisi munera & alimenta. Quod verò Jacob concubinarum filios cum cæteris in successione fortuna adæquavit, id voluntati ejus adscribendum. Vel certè fieri potest, ut quia volentibus uxoribus & desiderantibus ex ancillis suppositis Jacobo filii illi sublati sunt, non alio loco haberentur, quàm si ab ipsis uxoribus Lea & Rachele provenissent. Mirum est, quod habet vetustus author & *Bereschit Rabba* fol. 68. de controversia, quæ coram Alexandro M. Asia potito Ismaëlitis seu Arabibus intercesserit *de jure primogeniti*. Nempe Ismaëlitas ab Ismaële oriundos, qui primogenitus fuit Abrahæ, Israëlitis ex Isaaco editis litem intentasse de hæreditate Abrahami potius Ismaëli quàm Isaaco competente. Advocatum igitur Israelitarum, qui in Gemara Babylonia ad cap. xi. Sanhedrim vocatur ארתימלך אין ארם *Gibiab ben Pessab*, Regi Alexandro dixisse: *Domine mi Rex, nonne fas est cuique pro libitu suo cum filiis suis liberis agere?* Annuente Rege petrexisse ad vocatum: *At scriptum est* (Genes. xxv. 5.) *Et dedit Abraham totam substantiam suam Isaaco.* De distributione autem interrogantibus Ismaëlitis, subjecisse eum quæ proximè sequuntur verba: *At filiis concubinarum, quæ Abrahæ erant, dedit Abraham dona.* Atque sic Ismaëlita litem abstinentes נסתלקו משם בבנתה *ob pudorem ultra disputare volebant.* Quasi videlicet absque hac donatione fuisset, etiam Ismaël ejusque posteris, tamen ex ancilla gentili in concubinaru is genitus esset, ut hæredes succedere debuissent. Quod iis quæ jam dicta sunt, ad verfat. תענו וְאֵת הָאָמָה וְאֵת בְּנֵיהֶם וְאֵת כָּל אֲשֶׁר לָהֶם וְאֵת כָּל אֲשֶׁר לְבָתְּלָהּ וְאֵת כָּל אֲשֶׁר לְבָתְּלָהּ וְאֵת כָּל אֲשֶׁר לְבָתְּלָהּ

XXIV. Cùm in familia non tantùm locum habeat וְאֵת כָּל אֲשֶׁר לְבָתְּלָהּ וְאֵת כָּל אֲשֶׁר לְבָתְּלָהּ וְאֵת כָּל אֲשֶׁר לְבָתְּלָהּ

παῖσιν), societas conjugum, nec non parentum & liberorum, verum etiam  
 δεσποῖσιν), societas heri & servorum; ad servitutem jam, quæ fuit tempore  
 Patriarcharum, nos institutus ordo ducit. Nempe in familia oportet esse  
 organa, quibus utatur paterfamilias, ἐν μέλλει σκοπεῖσθαι ὅτι ἔργον,  
*si quidem is velit perficere opus suum*, uti loquitur Philosophus Polit. l. 3.  
 Inter organa autem animata præcipua sunt servi, qui iidem etiam mem-  
 bra familiæ. In historia quidem Patriarcharum servorum non nimis cre-  
 bra est mentio. Primo post diluvium Canaan filius Chami fratribus suis  
 addicitur in servitutum his verbis: יהיה עבדך יהיה לאחיו *servus servorum erit*  
*pro fratribus suis*, Gen. ix. 25. Quomodo etiam Jacobo in servitutum sub-  
 ditus est Esavus, Genes. xxv. 23. Rom. ix. 12. Abrahamus ex Charan  
 egressus secum tulit inter alia etiam עשר עשרו בחרן *animas quas acquisiverunt*  
 (ipse Lothus & Sara) in Chanan, Genes. xii. 2. Habuit etiam ששק  
 ביתו *procuratorem domus suæ*, quomodo reddere Interpretes solent Genes.  
 xv. 2. Idem Abrahamus cum perciperet Lothi captivitatem וירק את תוכי  
 וירק את תוכי ושלש מאות & *armavit pueros suos domus suæ trecentos octo-*  
*decim*, qui statim vocantur עבדיו *servi ejus*, Gen. xiv. 14, 15. Duorum  
 Abrahæ puerorum etiam meminit historia tentationis ejus, Genes. xxi. 3.  
 Quin & Genes. xxiv. 2. mentio est *servi senioris*, qui præerat omnibus  
 iis, quæ Abrahamo erant. Jam in lege circumcissionis Deus circumcidi  
 iussit וירק את תוכי וירק את תוכי ושלש מאות *vernaculum & emptum argento à quocunque*  
*alienigena*, Genes. xvii. 12. Jacobus denique ex Mesopotamia in Canaan  
 contendens cum conjugibus, liberis, omnibusque impedimentis inter  
 alia in comitatu suo habuit etiam עבדיו *servos*, Genes. xxxi. 16.

XXV. Originem servitutis refert Augustinus ad ea tempora, quibus  
 Noë maledixit Canaani, & eum iussit esse servum servorum. Verba ejus  
 sunt de Civitate Dei xix. 15. *Rationalem hominem factum ad imaginem*  
*suam noluit Deus nisi irrationalibus dominari: non hominem homini, sed homi-*  
*nem pecori. Inde primi iusti pastores pecorum magis quam reges hominum confi-*  
*tuti sunt, ut etiam sic insinuaret Deus quid postularet ordo creaturarum, &*  
*quid exigat meritum peccatorum, conditio quippe servitutis jure intelligitur im-*  
*posita peccatori. Proinde nusquam scripturarum legimus servum, antequam*  
*hoc vocabulo Noë justus peccatum filii vindicaret. Nomen itaque istud culpa me-*  
*rui non natura. Origo autem vocabuli servorum in lingua latina inde creditur*  
*ducta, quod ii qui jure belli iuste possent occidi, à victoribus cum servabantur,*  
*servi fiebant à servando appellati: quod etiam ipsum sine peccati merito non est.*  
*Nam & cum iustum geritur bellum pro peccato contrario dimicatur: & omnis*  
*victoria etiam cum malis provenit, divino iudicio victos humiliat, vel emen-*  
*dans*



*dans peccata vel puniens. Prima ergo servitutis causa peccatum est, ut homo homini conditionis vinculo subderetur, quod non fit nisi Deo judicante, apud quem non est iniquitas, & novit diversas pœnas meritis distribuere delinquentium. Haud paulò aliter Chrysostomus Homilia 29. in Genesin: Ecce fratrem eodem natum patre, eodémque egressum utero peccatum fecit servum, & ablata libertate jugum illi vilissimæ subjectionis imposuit, unde postea servitus sumpsit originem. Neque enim antea solebant ita molliter vivere & delitians, ut aliorum ministerio & servitiis uterentur, sed quisque sibi quod opus erat ministrabat, eratque par omnium homo, sublata è medio honorum diversitate. Peccatum autem ubi intravit, libertatem perdidit, & corruptis dignitatem naturæ datam, servitutémque introduxit, ut ea res perpetuo doceres & admoneres hominem fugere servitutis peccatum, & ad virtutis libertatem redire: Ex quo servus pariter ac dominus magnam capient utilitatem secum reputantes, ex peccato natam esse tantam inter homines aliorum superbè dominantium, aliorum contra indigne servientium differentiam. Ambrosius ab eodem sanè principio sed non ab eodem peccato servitutum auspicatur, Serm. de jejuniis: Mamebat, inquit, antequam vinum inveniretur omnibus inconcussa libertas: nemo sciebat è consorte naturæ suæ obsequia servitutis exigere. Non esset bodie servitus si ebrietas non esset. Non videtur igitur iis, ante diluvium servitutes introductas esse. Fateor sanè in brevissima illa epitome historię antediluvianæ servorum mentionem factam non esse. Sed silentium hoc non est idoneum argumentum servitutis ab illis temporibus tollendæ. Servitutum fatentur sancti illi Patres peccatum causam habere. At peccatum ante diluvium ita sæviit, ut omnis homo fuerit caro, & omnis caro viam suam corruperit. Tum Nephilim longo ante diluvium tempore mundum infestum habuerunt. Quid autem magis proprium fuit illorum insolentiæ, quàm ut homines naturâ liberos in servitutum redigerent? Quid quòd τὸ δυνάμενον ἐν ἀνομίᾳ προεῖν, ἄρχον φύσι, καὶ δεσπίζον φύσι. Τὸ δὲ δυνάμενον ἐν σάμασι ταῦτ' ποιῆν, ἀρχόμενον καὶ φύσι δ' ἄλλοι. διὸ δεσπότη καὶ δούλο τ' αὐτὸ συμφίρει, quod mente providere potest, natura imperat & dominatur natura. quod potest autem corpore hæc facere, pares & natura est servum. quare domino & servo idem conducit, uti habet Aristoteles Polit. l. 1. Cùm igitur natura quosdam effecerit servos, qui ingenio destituti at valentes corpore imperata facere possunt, cur non dicemus ante diluvium, si non liberos in servitutum per ἀπειροχρὴν ἐξουσίας redactos, at certè eos, qui natura servi fuerunt, vel libera voluntate dominis suis servitutum pepigisse, vel à parentibus aliis in servitutum addictos esse, quòd ita iis conducere intelligerent? Quomodo in historiis notat Posidonius Stoicus, multos olim*

fuisse

fuisse qui conscii suæ imbecillitatis sponte se aliis in servitutem darent : Οὐκ οὐκ παρ' ἐκείνων τυγχάνοντες ἢ εἰς ἀναγκαῖα ἑπιμελείαι ἀντοὶ πάλιν ὁποδιδῶσαν ἐκείνοις δι' αὐτῶν ἀπερ' ἄν ὦσιν ὑπερητιῶν δυνατοί. *Ut domini quidem ipsis providerent de necessariis, ipsi verò operam vicissim quam possint præstarent.*

XXVI. In exemplis fervorum, quæ supra attulimus, legalis servitus est, quæ eorum videlicet, qui sunt καὶ νόμον δούλοι καὶ δουλόοντες, *legalis pacto servi & servientes.* Est autem legalis servitus alia libera eorum, qui cum liberi & sui esse possent, alterius nempe domini fiunt libera voluntate, & pacta mercede ac alimento : quò etiam pertinet, quòd apud Germanos olim novissimo alexæ jactu de libertate contententes victus voluntariam servitutem adiit, teste Tacito; alia non libera eorum, qui vel victi concedunt in potestatem victoris, vel propter notoria scelera in servitutem rediguntur, quos *servos patriæ* nuncupant; vel quocunque violento modo alio acquiruntur, vel denique qui ex servis hoc modo nascuntur. Servitutis legalis liberæ exemplum fortassis habemus in procuratore domus Abrahamicæ & filio ejus Eleazaro Damasceno servo Abrahamæ, ἢ ἡσκα ἡβραΐστὴ *quis præerat omnibus quæ erant ei*, Gen. xv. 2. & xxiv. 2. Quanquam fieri etiam potest, ut procurator ille domus Abrahamicæ esset ex eorum numero, quos acquisivit Charane, qui postea ob exploratam fidem & industriam in majore charitate fuerit domini; & ex eodem natus servus alter proxeneta Isaac. Servitutis legalis eorum qui in victoris imperium accepti, exemplum est tum in Canaanem tum in Esavo, quorum ille fratrum suorum Semi & Japeti, hic fratris Jacobi servituti divina voluntate mancipatus est. Certum quidem est, nec Canaanem vel Semo vel Japeto, nec Esavum Jacobo subjectos & in potestatem deditos servivisse. Cæterum in posteris & Canaanis & Esavi impletam esse servitutem ex eventu ipso cognoscitur. Præbet sanè divina hæc quorundam in servitutem addictio argumentum, servitutem legalem, qua victus mancipatur victori, quem cum occidere potuisset, tanquam hostem, servavit tamen, adeoque jus illud redigendi homines hæctenus liberos in servitutem non esse ἡπὲρ παρὲν νόμων, *oratorum injustæ legis*, quasi videlicet, ut eleganter Heinsius παρὰ τὸ νόμον, *jus ipsum à jure hic deflexerit*, quibus eam verbis apud Aristotelem Jurisconsulti accusant. Etenim Deus qui Semi, Japeti & Jacobi posteris homines improbos in servitutem addixit, non rogavit legem injustam, quæ naturæ juri adverfetur. Deinde natura non abnuit, quò minus in justo bello ἢ κατὰ τὴν ἀνάγκην ἢ ἀνάγκην πρὸς quod superat *fit in præstantia boni alicujus, ὡς δὲ δοκεῖν μὴ ἀνὸς ἀρετῆς εἶναι ἢ βίαν, ut videatur vis talis* (puta in justo bello) *non esse absque virtute.* Tamdiu homines liberi

liberi sunt, quamdiu nihil patrant, quo libertate sua spoliari mereantur. Qui si culpa sua solam libertatem non etiam vitam amittunt, habent adhuc quod in beneficio deputent. Quod si tamen casus incidunt, quibus injustè opprimuntur, liberi sive in bello, sive extra bellum, ab iis qui sola vi non etiam virtute & causa vincunt, nihil hoc derogat legitimo juri aliorum, qui & causa & virtute ac potestate superiores fiunt. Et in tali injusta servitute quamvis facultas agendi opprimitur, tamen principium libertatis manet. Quomodo sapientem etiam cum servit, servire negant Stoici. Et eodem sensu nonnulli putant Judæos negare, Joan. VIII. 33. se unquam cuiquam servivisse.

XCVII. Abrahamus ex Charane in Canaan inter alia secum adduxit etiam הנפש אשר עשו בחרן *animas quas fecerant* (ipse & Loth) in Charan, Gen. XII. 2. Manifestum est, non posse hoc explicari de generatione animarum vel hominum in Charan, cum Abraham necdum filios genuerit, & Lothus etiam postea demum generâsse tradatur. Sunt igitur inter Hebræos nonnulli qui animas quas fecerant Abraham & Loth in Charan, interpretantur de hominibus, quos illi ab idololatria conversos Deo lucrificerunt. Abenezra יש אומרים הנפשות שהורו האמת לעקר את השם *Sunt qui dicunt: animas quas docuerunt veritatem, ut colerent verum Deum.* Jarchius: שהביא ברחל כפי השכינה אברהם מניד את האנשים ושרה מניד *Animas quas congregarunt sub alas Majestatis Dei. Abraham quidem profelythos fecit viros, Sara mulieres.* In eadem sententia fuit etiam Onkelofus qui sic habet: הן נפשתיא ושיעבדו לאויתא *Animas quas subjecerant legi in Charan.* Verùm cum de ejusmodi profelythis imò seu conversione non solet verbum עשו accipi, longè probabilius est, עשו positum esse pro קנה *acquirere*, ut ita indigentur נכר *servi empti pecunia à quocunque alienigena*, quomodo servi emptitij definiuntur Gen. XVII. 12. Abenezra עשו כפי קנה *fecerunt, id est, acquisiverunt.* Habemus igitur Abrahamum & Lothum servos sibi & mancipia emisse, non eos qui liberi erant, verùm eos qui in servitutem jam ante redacti fuerunt. Sed præter hos emptitjos servos copia fuit etiam vernaculorum qui vocantur ילדי בית *nati domus.* Nam ii, quos Abrahamus trecentos & octodecim servos ad persecutionem exterorum Regum adhibuit, fuerunt ילדי ביתו ישראֵל *nati in domo ejus*, adeoque vernæ, Gen. XIV. 14. Et distributio servorum emptitiorum & vernaculorum disertè extat Gen. XVII. 13. ubi Deus jussit circumcidi tam ילד בשר *servum dominatum* seu vernaculum, quàm מקנה נכר *emptitium*, seu emptum argento ab alienigenis. Ex quo rursus colligitur, non repugnare juri, ut homines mancipentur. Nam Patriarcharum sanè servi fuère

mancia. Et de emptitiis quidem nulla est difficultas. Illi enim supponuntur vel justo bello capti, vel ob scelera servitute mulctati. Non est autem injustum reos subdere poenis meritis. Præterea nec servitus talis, quæ perpetuas operas præstat pro alimentis & aliis quæ vitæ exigit necessitas, habet in se aliquid nimis acerbis, quia perpetua illa obligatio compenſatur perpetua alimentorum certitudine, quam sæpe non habent, qui diurnas operas locant. Hæc ratio cum rectissimè urgeatur ab Hugone Grotio *de Jure belli & pacis* 11. 5. 27. tamen is reprehenditur à Feldeno, qui se sæpe ostendit imparem congressus Achillis. Dicitis, jus naturæ æstimare servum ex usu rationis, quo destitutum subjiciat dominio & rationi alterius. Non igitur ejusmodi conventionem pro contractu, ut operæ præstentur pro alimentis, haberi posse, sed ex accidenti deberi servo alimenta, quia homo est, nec ut instrumentum patrifamiliæ inservire potest, nisi ei alimenta suppetant. Verùm jus naturæ servum non semper æstimat ex ingenio, verùm quandoque etiam ex merito poenæ propter admissum flagitium, quod etiam cadere in ingeniosissimum potest. Deinde quia herus servo præstat alimentum, probat Grotius non conventionem vel contractum inter herum & servum, sed quod servitus perpetua seu perfecta nihil habeat in se nimis acerbis, adeoque iniquitatis.

XXVIII. Sed de servis vernaculis Patriarcharum difficilior est inspectio. Non videtur enim consentaneum justitiæ, ut qui ex servo vel serva nascuntur, & ipsi servi sint ejusdem domini. Tamen jure gentium & civili Cæsareo in servilis conditionis hominibus partus sequitur ventrem. Ubi quidem juri naturali non congruit, ut cum foetus, qui & à patre & à matre curatur, communis sit utriusque, tamen utrum tantum sequatur matris, non item patrem. Dicamus ergo, naturali jure partum non minus patrem sequi quam matrem. Quod si igitur uterque parens reductus est in servitutem, minimè injustum est, ut qui ab utroque nascitur, parem conditionem subeat. Si enim parentes aliam rationem non habuerunt educandi partum, utique prolem sibi nascituram juxta secum addicere in servitutem potuerunt. Hoc autem jus cum naturaliter ortum ducat ex necessitate, non est fas parentibus extra eam cuiquam prolem suam addicere in servitutem. Proinde jus dominorum in prolem servilem hoc casu nascetur ex ipsa sustentatione servilis partus, adeoque alimenti præbitione. Cum enim diu alendi fuerint à servis nati, antequam ii domino utilem operam præstare possent, & sequentes operæ prioris temporis impensis responderent, non potuerunt effugere, quin dominis suis  
ju-

justam servitatem penderent. Hactenus igitur vernaculorum servitus nullam injustitiæ maculam Patriarchis inurere potuit.

X XIX. Servitus hæc tempore Patriarcharum usitata quin perpetua fuerit, si nimirum à domino non relaxaretur liberali voluntate, non licet ambigere. Nam de necessaria manumissione, quæ intra certum tempus ex necessitate legis fieret, non ante legem Moïsi de servis Hebræorum latam constitutum fuisse credibile est. Deinde alia videtur ratio fuisse servitutis, quæ tempore Patriarcharum in usu fuit, & ejus quæ post Moïsen in usu fuit, etiam in eo, quod illa non sicut hæc ita hæserit in persona servi, seu ut loquuntur Hebræi *בשרו* *in corpore ejus*, ut non licuerit libertatem ei restituere sine libello missionis personæ veluti naturam mutante, hoc est, ut servitus non posset tolli ulla formula simplici sive verborum sive actuum sine libello manumissionis, quam rationem servitutis apud Hebræos fuisse docent Juris Hebræici Consulti. Neque enim credibile est, tali legi positivæ obnoxiam fuisse servitatem, quæ tempore Patriarcharum fuit. Nam jure naturæ, cui soli conformata videtur illa servitus, non ita ea personæ inhæret, quin libera domini voluntate mutari & ex servo ingenuus fieri possit. Quomodo vetustissimo Cæsareo jure leves ob causas sine libello dimissionis libertas acquiri potuit, veluti ex vindicta, qua uti loquitur Persius Satyra 5. *una Quiritem vertigo faciebat*. Et constat ex *C. de Latina libertate tollenda*, l. 1. si servi domini funus apud Romanos antecessissent pileati, vel ipso lectulo stantes cadaver ventilare viderentur, atque hoc ex voluntate fieret testatoris vel hæredis, cives ilico Romanos eos factos esse. Interim frivolum omnino putamus, quod Hebræi tantum ex jure suo seu Hebraico non jure naturali servitatem esse personalem seu inhærentem personæ statuunt, ut videlicet servus Hebræus acquisitus fuerit domino suo *לגבו* *quoad personam*; at servus gentilis vel quicumque ex jure tantum naturali servus domino suo non sit acquisitus nisi *למשרתו* *quoad ministerium & opera ejus*, quæ distinctio extat tum in Gemara Babylonica ad tit. *Gittin*, cap. 4. tum apud Maimonidem Hal. *עבדים* cap. 19. Nam qui servus acquiritur vel in bello vel per emptionem, ejus persona jure naturali acquiritur. Quæ enim in bello captus est, is poterat jure belli licitè occidi. Neque ullam hic agnosco inter jus Hebraicum & vel naturale vel gentium differentiam. Veteribus omnes servi dicuntur *אנשים*, quia personam propriam & liberam non habent, sed domino subjacent. Præterea Patriarchæ servos sibi nexu & mancipio deditos si antea infideles fuissent, videntur instituisse & ad timorem Numinis per profelythismum convertisse. Quod satis apparet ex servis

Abrahami tam vernaculis quàm emptitiis, quos Deus circumcidi iussit. At circumcisio obligavit ad obientiam legis.

XXX. Patriarchis, qui cœtibus suis præfuerunt ut principes & iudices, in servos suos jus vitæ & necis competiisse, certum est. Sed an idem jus competiit singulis patribus familiâs? Primò impune non potuerunt occidere servos, quia nemo hominem jure potest interficere, nisi is capital commiserit. Deinde ne quidem reos videntur domini privati afficere supplicio potuisse, quia dominium privatum subiectum fuit & inclusum publico. Nam lex illa naturâ inscripta hominum cordibus & post diluvium lata de non effundendo hominis sanguine liberi & servi conditionem non distinguit. Quòd si dominus impune injuriam facere potest servo, non arguit ea agendi impunitas jus agendi. Nec quia apud multos olim populos advertere possumus, dominis in servos vitæ & necis potestatem fuisse, sequitur id vel jure naturæ iis permixtum esse, quia rursus aliud est agendi impunitas, aliud jus; vel Patriarchas sibi idem licere credidisse. Apud eas ipsas gentes, apud quas impunita fuit quævis major dominorum erga servos lævitia, sapientiores & meliores sibi moderationis legem dixisse reperimus. Omnino igitur statuendum censeo, sanctos Patriarchas non hic egisse more barbararum gentium, sed potiùs naturæ & rationis præscripto obtemperâsse.

XXXI. Vitæ genus quod attinet Patriarcharum, videmus alios quidem agri, alios vineæ colendæ negotium sibi dedisse; plerosque tamen *μοναδικῶς pecuarios* seu pastores fuisse. Hinc Josephi fratres coram Pharaone profitentur Gen. XLVI. 34. & se & patres suos fuisse *τρωσκῶν pecuarios*. Cujus rei ratio non ea fuit, quam perhibet Aristoteles. Is enim Polit. 1. 5. innuit, pecuvariorum vitam deligi à pigris. *Οἱ μὲν ἔν, inquit, ἀργότατοι νομαδες εἰσιν. Ἡ δὲ δόξῃ τῶν ἡμέρων τρωσκῶν (ὡὼν ἀνδρῶν πόνος γίνετ) ἀκολάζουσιν. Pigerrimi quidem sunt pecuarii. Vitæ enim ex animantibus cicuribus sine labore cessantibus obvenit.* Neque enim pigritia Patriarchis fuit causa pecuariæ excolendæ, verùm quia non ita animum occupat quin is liberam facultatem habeat meditandi de rebus divinis. Tum quia habitantes in tentoriis, & ea modo huc modo illuc pro pascuis quæ mutabant pecudes promoventes, significationem ediderunt, quòd peregrinantes in hoc mundo quærant civitatem quæ in cœlis fundamenta habet. Deinde quia pecuaria non ad victum tantùm, verùm etiam ad sacrificia plurimum contulit. Præterea, quia ex pecuaria plurima trahere potuerunt ad vitam & in formationem morum necessaria. De qua re alibi prolixius dicendum nobis erit.

XXXII. Propter pecuariam Patriarchæ Ægyptiis abominabiles fuerunt. Iosephus fratres suos ad Pharaonem introducendos his verbis instruit, Gen. XLVI. 34. *Dicetis: Homines pecuarii fuerunt servi tui à pueritia nostra & usque nunc & nos & patres nostri; ut habitetis in terra Gosen* כי תגידו כי העובד כל רעה צאן *quia abominatio est Ægyptiis omnis pastor ovium.* Quæ causa fuerit, quòd Ægyptiis omnes pastores, adeoque & Patriarchas pecuarios abominarentur, inquirendum est. Malè Rupertus causam odii deducit ex superbia Ægyptiorum, qui cùm equis & curribus vectarentur, pastores aspernati fuerint, *Comment. in Genesim* 1x. 19. Aliud enim est contemnere aliud abominari. Non desunt igitur qui causam publici odii ex superstitione arcessant, quasi videlicet ea natio Hebræos homines pecudum & armentorum pastores tolerare nequiverit, quia promiscuè mactabant boves, capras, oves, aliásque quadrupedes, quas tamen Ægyptiis utpote sacras mactari nefas fuit, cùm iis quiddam Divinum inesse censuerint. Notum illud Juvenalis de Ægyptiis numinibus, Sat. 15.

— *Lanatis animalibus abstinet omnis  
Mensa, nefas illic factum jugulare capellæ.*

Sic Apis bos facer Ægyptiis. Iosephus etiam contra Apionem lib. 1. Ægyptiorum Deos recenset bovem, hircum, crocodilos, cynocephalos. Philo lib. de Decalogo, tauros, hircos, arietes. Plura vide apud Diodorum l. 1. Herodotum in Euterpe. Strabonem lib. 17. Plutarchum in Iside. Macrobius lib. 7. Sat. Tacitum Histor. lib. 5. Hanc igitur unicum causam odii Hebræos inter & Ægyptios plerique sanè etiam doctiores reddunt. Verùm quid respondebunt, cùm discent, Pharaonem immanes pecudum greges habuisse? Gen. XLVII. 6, 16, 17. aut cùm tot proferri historiarum monumenta videbunt, ex quibus constat, magnam Ægyptiorum partem in pascuis atque inter pecora vixisse? Inter Hebræos Abenezra causam hujus odii sic exprimit ad verba citata ex Gen. XLVI. 34. לאמר כי בימים ההם לא היו המצרים אכרים בשר ולא יעוב אדם שיזבח צאן כאשר עשו היום אנשי הורד ופי שרואם רעה צאן תגובה היא שהוא שתה הח לב ואנשי הורד לא יאכלו ולא ישתו כל אשר יצא מפי מרגיש עד היום *Signum hoc hoc est, quod tempore isto non soliti sint in Ægypto comedere carnes. Neque quisquam erat qui mactaret oves. Sicut bodièque faciunt Indi. Qui enim pastor ovium est iis abominationis est, quia bibit lac. Et Indi non edunt vel bibunt quidquam quod ex animante sensibilis provenit hunc usque in diem.* Atqui si carnes non comederunt Ægyptii, cui bono possederunt pecora, armenta? Deinde annon detestaturi fuerunt Iosephum, qui præfecto familiæ suæ mandavit: *מאכל סוכה פנה* *macta*

*victimam, quia mecum comedent viri isti in meridie, Gen. XLIII. 16.* Hoc cum fecisse non ex proprio familiæ suæ instituto sed ex usu communi Ægyptiorum, arguit quòd cum Hebræis illis instituit convivari more non Hebraico sed Ægyptiaco, ne agnosceretur. Nec probabile est, illum in gratiam fratrum, quos hæctenus viliter habuit, violaturum fuisse Ægyptiorum legem, si nefas fuit iis carnes comedere. Veram igitur causam illius odii nos docuit Josephus Scaliger *Animadvers. ad Chronologica Eusebii, pag. 18.* In Ægypto quatuor fuerunt discrimina populi; *ιερείς* summo in honore habiti: *μάχομοι* & ipsi honoratissimi: *πυρνῆται* nullo in honore, sed tamen liberi: *πιμένες* pessimæ conditionis & servi. Fuerunt autem iidem pastores qui & *βουκόλοι* dicebantur, & quorum locus, ubi à reliquis Ægyptiis remoti sedebant, dictus *βουκόλια*, uti videre est libro primo Æthiopicorum Heliodori. Et Bucolos hos lingua Ægyptiaca *Τσο* fuisse vocatos scribit Manethon apud Josephum. Hi bucoli erant omnes advenæ, cuiusmodi & Hebræi. Cum igitur durè ab Ægyptiis haberentur, quippe populus advena & fœx plebis, non semel se in libertatem vindicârunt, aded ut Regem & sedem regni sibi constituerent. Idque accidit primò annis ante exodum, uti scribunt; mille centum & duodecim in dynastia decima quinta. Secundò alii pastores rebellârunt annis octingentis sexaginta ante exodum. Tertio rebellio successit annis centum & nonaginta ante idem tempus exodi. Hæ igitur pastorum seditiones & rebellio frequens causa fuit, quòd omnes pastores, quos illi habuere genus hominum abjectissimum & despiciatissimum tanquam *καθάρματα* odissent & execrarentur. Quin & illis assignatæ erant paludes, tum ut haberent ubi greges & armenta sua alerent, tum ut ipsi à reliquis Ægyptiis secreti agerent, propter loca deserta & inaccessa, quorum illi natura freti sæpenumero in Reges rebellârunt, & tanquam ex arce quadam belli ex illis palustribus profecti campestria Ægypti infesta habuerunt. Et habuerunt sanè, cur non mediocriter Ægypti reformidarent hos pastores. Nam plerique Ægyptii, uti vidimus, opifices & sellularii artibus dediti sub umbra urbium intra mœnia desidebant. Nec deerant, qui lanam etiam telamque tractarent. Et suo apte ingenio ad mollitiem erant proclives. Quin & lex fuit, ne quis opifex nisi paternam artem excoleret. Proinde Juvenalis Crispinum grandi convitio verberaturus vocat *partem Niliacæ plebis & vernam Canopi.* Sed è vulgo illorum opificum diversissimi erant pastores, ætuoſi & gnavi, tantòque magis timendi, quòd reliquorum ignaviam semper sollicitam tenerent, & vires eorum, vegetòsque & acres spiritus homines sedentarii & opifices ægrè ac vix perferrent. Neque solùm illis

tempo-



temporibus pastores seu bucoli illi latrocinii & excursionibus Ægyptum fatigârunt, verùm etiam sub Romanis Cæsaribus multum molestiæ creârunt præfectis Ægypti, aded ut necessum haberent iis imponere firmissimum præsidium militum, qui ab illo *Bucolici* dicebantur. Cæterum Josephus & eum securus Eusebius pastores illos, qui dominationem Ægypti invaserunt in xv, xvi & xvii. dynastia, faciunt ipsos Hebræos, qui cum Jacobo in Ægyptum descenderunt. Sed Josephum alter Josephus Scaliger refutat validè à tempore dynastiæ pastorum primæ & secundæ, quod non respondet tempori quo Hebræi in Ægypto ab obitu Josephi Patriarchæ ad exodum ulque misera servitute pressi fuerunt. Quomodo igitur in illa servitute regnare potuerunt?

XXXIII. Inter plures familias intercedit ἀλλανή seu *permutatio* quæ ex naturæ necessitate provenit, τῶ τὰ μὴ πλείω, τὰ δὲ ἐλάττω ἢ ἰσωνῶν ἔχον τὸς ἀνθρώπους, quòd *homines alia quidem plura, alia verò pauciora quàm satis sit, habeant*, uti habet Philosophus Polit. 1. 6. Neque enim quælibet domus, vel omne solum, ut loquitur Isocrates in Panegyrico, ita est αὐτοκρῆς, quin requirat μετδόσεις mutuas & reciprocas traditiones. Est autem permutatio multiplex. Permutatur enim vel res pro re, vel pecunia pro pecunia, quod κέραιβον Græci vocant, mercatores cambium, vel res pro pecunia, ut in emptione & venditione; aut usus rei pro re; aut usus rei pro usu rei in ἀντιχρήσι; aut denique usus rei pro pecunia, quod locatio, conductio dicitur. In prima familia Adami permutatio non habuit locum, quia, uti rursus Aristoteles l. c. ἐν τῇ πρώτῃ κοινωνίᾳ, τῶσ δὲ ἐστὶν οἰκία, φανερὸν ὅτι ἐδὲν ἐστιν ἔργον αὐτῆς, ἀλλ' ἤδη πλείον ἢ τὴν κοινωνίαν ἔσθις. Οἱ μὴ γὰρ ἢ αὐτῶν ἐκοινωνῶν πάντων. *In prima societate (hæc autem est domus) perspicuum est nullum ejus esse usum, sed amplificatæ jam societatis. Nam illis quidem omnia erant communia.* Multiplicatis autem familiis permutatio, cùm sit maximè secundum naturam, evitari non potuit. Cæterum primis temporibus permutatio rei cum re videtur potissimum usitata fuisse. Hanc enim fuisse antiquissimam, exemplum barbarorum ostendit, quibus ea vetustissima fuit, quique majorum mores inprimis pertinaciter tueri soliti. De Mauris consule sis Sallustium in Jugurthino; de Græcis Homerum ll. 7. de Schythis Strabonem lib. 7. De Germanis Tacitus: *Interiores simplicius & antiquius permutatione mercium utuntur.* Nec hodie penitus apud barbaros illa ratio permutationis obsolevit. Nam antequam eò venirent Hispani, nullus erat usus nummi. Idque hodie obtinere in Senega, Æthiopia meridionali aliisque locis, testes habemus Columbum, Petrum Martyrem, Fr. Aloarensem & Olaum Magnum. Sed

Sed an primis temporibus, adeoque ante diluivium usitata fuerit permutatio rei cum pecunia, hoc est, emptio & venditio, non planè liquet. Probabile tamen est, ipsa necessitate intra sedecim secula esse inventum nummum, quia singulæ res ad naturam necessariæ non facilè huc illuc comportari poterant. Verisimile est igitur ad permutationes pactos inter se aliquid dare & accipere, quod esset partim ἐν τῷ χρυσίον ex numero rerum utilium, partim ἀμειψόμενον, tractabile, quod facili negotio huc illuc portaretur, quale fuit aurum, argentum, ferrum, æs, & si quid aliud. Itaque apud antiquos satis populos hæc etiam permutationis ratio non fuit infrequens. Ferreis olim nummis usos esse Byzantios testis est Aristophanes in nubibus. Plutarchus in vita Lycurgi scribit, eum ferrei nummi usum præscripsisse Sparthanis. Jam & Romæ Numa Pompilius ferreum numisma cudit. Sic & cogente Dionysio Tyratio Syracusani olim stanneis nummis sunt usi. Quin & rudi ære, tantum magnitudine definito, non signato caractere, Romanos antiquissimos usos esse, narrat Plinius xxxiii. 3. Hinc nata illa vocabula *impendere, expendere, impensæ, expensæ*, aliâque plurima. Signati æris usum Phœdoni Archivo adscribit Strabo, eidem & Erichonio Pollux, alii Lyciis, alii Lydis, alii Naxiis, plurimi Phœnicibus. Plinius verò fatetur ignotum esse instituti hujus principium. Cùm igitur antiquissimos populos necessitas & ratio compulerit uti nummo, nihil impedit, quò minus etiam ante diluivium ejus fuisse usum credamus, inprimis quia uti Philosophus loquitur Polit. i. 6. νόμισμα στοιχείον ἐκ πέρας ἢ ἀλλοτῆς ἐστὶ, *nummus elementum & terminus est permutationis.*

XXXIV. Sed de hoc quicquid fiat, jam Abrahami ætate nummi usum fuisse satis ex Scriptura constat. Ita enim Abrahamo servos fuisse δουλοπώλητος pecunia emptos patet ex Genes. xvii. 12, 13. Deinde Abrahamo pro conjugè Sara Abimelechus obtulit ἀργύριον mille argenteos, Gen. xx. 16. Et idem Abrahamus offert Ephroni ἀργύριον pro agro & spelunca duplicata quæ erat in agro. Cumque Ephron indicaret ei pretium ἀργύριον ἑξήκοντα ἀνθρακίον *quadringentorum siclorum argenti.* ἑξήκοντα ἀνθρακίον *appendit Abraham ipsi Ephroni argentum quod dixerat in auribus filiorum Hebræorum, quadringentos siclos argenteos transientes per mercatores,* Gen. xxiii. 13, 15, 16. Ubi ἀργύριον absolutè ponitur, siclum notari dubium non est. Proinde Gen. xx. 16. pro ἀργύριον Onkelofus habet ἀνθρακίον *siclos argenteos.* In Gemara Becho-roth, fol. 50. ita legitur: כל כסף האכור בתורה כתם סלע רבאית לשרין דתובים קנטרין *Argentum in lege commemoratum est simpliciter siclus, in Prophetis li-*  
*bra,*

*bra, in Hagiographis centenarii.* Verùm discrimen illud, uti aliàs videbimus, fallax & commentitium est. Græci χλεια δίδραχμα, mille didrachmas. Sed quomodo Græci Interpretes siclos faciunt didrachmos, & eos sicuti Budæus, alii siclum adfirmant duabus drachmis Atticis valuisse; cùm tetradrachmos, seu constantes quatuor drachmis Atticis faciant alii, ad eoque æquivalentes stateri, quam vocem pro siclo posuit Vulgatus interpres? Josephus Antiq. III. 9. Ο ἅ σικλῶ νόμισμα ἰβραϊκὸν ὡς Ἀττικῆς δέξω δραχμὰς ἑξήσασαι: Siclus nummus Hebræorum capiebat quatuor drachmas Atticas. Eodem modo Hieronymus in cap. 4. Ezech. siclum Hebræorum comparat cum stateri Attico. Verùm conciliari potest Josephus cum septuaginta Senioribus, si quemadmodum talenta non fuerint ejus valoris & ponderis, ita nec drachmas æquales fuisse dicatur. Quæ igitur fuit proportio talenti ad talentum, eandem probabile est fuisse drachmæ ad drachmam. De talento ex sententia Diodori ita habet Suidas: Τάλεντον ὡς Φησι Διόδωρος ἐστὶ τῶ πέντε παμίων, μύριον ἑστὶν ἕ. ἢ ἅ μύα δραχμῶν ἑ. Talentum sicut Diodorus ait libro de ponderibus valet sexaginta minas. Mina vero drachmas centum. Itaque talentum quod vis continet sex millia suorum drachmorum. Talentum autem Hebraicum seu שקל Sancluaris, quod solum antiquissimis temporibus videtur in usu fuisse, fuit duplum ad talentum Atticum, ad eoque centum viginti minarum. Proinde sicuti talentum Hebraicum duplum fuit ad Atticum, ita & drachma Hebraica fuit dupla ad Atticam. Hinc igitur eundem siclum Græci Interpretes fecerunt didrachmum, non comparantes eum cum drachmis Atticis sed Hebraicis, qui dupli fuerunt ad Atticas; & tetradrachmum Josephus, comparans nimirum siclum cum drachmis Atticis. Porro siclus semuncie pondus habuit, quod pondus fuit etiam stateris & quatuor drachmarum Atticarum, ad eoque siclus Hebraicus valorem habuit præter quadrantis imperialis, duorum Schillingorum Hollandicorum. In quadringentis illis siclis, quos Ephroni pro agro pependit Abraham prodigiosus est R. Solomon, qui siclos interpretatur majores, centenariis æquivalentes, & figmentum insuper addit, quod ipsius verbis ponemus: שֶׁל אַבְרָהָם לְעֶפְרוֹן: הָסֵר יוֹ לְפִי שֵׁסֶר הַרְבֵּה וְאִפְּלוֹ: כִּסֵּס לֹא עָשָׂה שְׁנַיִם כִּסְסֵי שְׁקָלִים גְּדוּלִים שֶׁהָן קִנְסֵרוֹן שְׁנֵאֵסֶר עֵבֶר לְסוּר שֶׁתְּקַבְּלִים בְּשֶׁקֶל כִּבֹּל כִּסּוֹם וְשֶׁתְּקַבְּלִין גְּדוּלִים שֶׁהָן קִנְסֵרוֹן. *Appendix Abraham Ephroni: In quibus deficit Vau, quia dixit Abraham sex siclos peti supra pretium justum, qui quidem parum non fuerunt, quandoquidem sermo est de siclis majoribus, qui centenarii fuerunt. Quia dictum est. Siclos argenteos transeuntes per mercatores, qui nimirum valent & commeant in omni loco. Atqui est locus, ubi sicli magni sunt centenarii.* Verùm nugæ sunt ex Kabalístico ingenio profluentes. Et

quis ille locus est, in quo siclus centenarius valet? Porro verisimile est, non fuisse siclos Abrahami tempore signatos, quia de Abrahamo dicitur: וְשֵׁקֶל & *appendis*. Vetustissimi nummi non signati appendi solebant.

XX XV. Fuit & alius nummus Patriarcharum ætate receptus, cui nomen קֶשֶׁת *Kesitha*. Ejus mentio est duobus in locis. Prior Gen. xxxiii. 19. ubi Jacob cùm venisset in urbem Sichem, dicitur emisse partem agri, in quo tetenderat tabernaculum suum, de manu filiorum Chamor patris Sichem כֶּשֶׁת בְּסֵאֵר *centum Kesithis*. Quod repetitur Jos. xxiv. 32. Posterior est Jobi xlii. 11. ubi fratres, sorores & amici Jobi postquam ille divinam tentationem sustinuit, dicuntur quique dedisse קֶשֶׁת אֶחָד *Kesitham unam*. Utroque loco קֶשֶׁת Græci interpretantur de ἀμνάδι *agno*. Nam Gen. xxxiii. 19. pro ἀμνάδι legendum esse μνάδι *minarum* nulla omnino ratione conjectat Eugubinus. Quomodo enim talis corruptio potuit locum habere in voce ἀμνάδι, quæ apud Josuam & Jobum occurrit? Ita etiam Onkelosus reddit חרפא *Syrus* נקרא *Arabs* אלסאר *Vulgatus ovem*, eodem omnes censu. At R. Solomon Jarchi קֶשֶׁת facit קֶשֶׁת quæ vox Rabbiniis notat *obolum argenteum*, sextam partem denarii. Quomodo etiam explicat R. Aquiba in *Ros Hassana*, cap. 3. כְּשֶׁתְּכִי לֵאמֹרֵי. *Cum per Africam peregrinaret, obolum vocabant Kesitham. Quanam inde est utilitas? ut centum Kesithæ de quibus agitur in lege Moysi, explicentur centum δάναξας*. Neque aliter R. Levi ben Gerson, Kimchius, Hebræi denique omnes, præter Abenezram. Quorum sententiam verissimam esse non dubito. Nam Hebræi, Chaldæi, Syri, Arabes cùm de ovium pastu, proventu, maturatione, sacrificiis loquuntur, cùm varias ovium voces adhibeant, nunquam tamen illam קֶשֶׁת adhibent. Et interpretem habemus omni exceptione majorem protomartyrem Stephanum, qui Act. vii. 16. ubi sepulchrum dicitur emptum קֶשֶׁת אֶחָד, *pretio argenti*. Neque obstat, quod ibi Abrahamus dicatur emisse sepulchrum à filio Emor, cùm noster textus, in quo est mentio mille קֶשֶׁת emptionem illam tribuat Jacobo. Nam parum interest, siue id tribuatur Abrahamo, cui promissio facta est, quodd Deus ipsi eam terram daturus esset, nempe substituendo semen ipsius pro ipso; siue Jacobo qui illud emit. Sic Genes. xlviii. 22. Jacob dicit, se arcu & gladio suo eripuissè terram Amorrhæis. Et Abrahamus emendæ sepulturæ exemplum reliquerat. Quæ conciliatio si non admittitur, nihil impedit, quod minùs dicatur, errorem admiffum esse, non quidem vel à Stephano vel à Luca, sed duobus aliis sciolis; quorum alter putans ante ἀνάστα deesse rectum casum, cùm tamen Jacobi nomen, cu-

jus in præcedentibus facta mentio  $\delta\alpha\mu\ \kappa\alpha\iota\ \nu\epsilon\iota$  repeti posset, in margine scripsit  $\Lambda\beta\epsilon\gamma\alpha\mu$ , ac si res esset de sepulchro quod Abraham emisse legitur Gen. XXIII. 16. alter id, quod male scriptum erat in margine, in textum intulit. Quid quodd ipsum in  $\text{רשפ}$  foemininum genus arguit, non agnum significari. Sequeretur aliàs, Jacobum filii Emor non nisi agnos dedisse: & Jobum ab amicis accepisse tantum foeminas absque ullo mare, quod verisimile non est. Accedit, quod Jacobi ætate permutatio rei cum re non amplius usitata fuisse videatur. Nam cum adhuc in Charane esset ipse cum Lotho, illi servos sibi acquisiverunt, uti constat ex collatione locorum Gen. XII. 5. & XV. 12, 13. Et Abrahamus jam ante emerat Ephronis agrum siclis quadringentis, uti vidimus. Quin & Jacobus filios misit in Ægyptum ad emendum frumentum cum prælenti pecunia. Et Ægyptiis, cum aliquandiu præsentanea pecunia frumentum à Josepho emissent, nummis tandem consumptis, permisit Josephus armenta & greges frugibus permutare, Gen. XLVII. 16. Ex quo satis apparet, factum id fuisse præter seculi morem ut in re extraordinaria. Quid quodd apud Arabes vox  $\text{רשפ}$  quæ numularium significat, ab eadem voce  $\text{רשפ}$  descendere videtur? Radix quidem vocis hujus non satis patet. Et fieri potest, ut ea amissa sit. Nihilominus facili permutatione à Schin in Sin potuit derivari à  $\text{שפ}$  quod Hebræis est *veritas*, quæ vox in ponderibus sæpius usurpatur à Thargumistis Chaldæis, quoties notare voluit pondus sincerum, justum, perfectum. Proinde posset  $\text{רשפ}$  notare monetam *veram*, *probatam*, *justam*, talem nimirum quam supra Gen. XXIII. 16. Moses in historia Abrahami vocavit  $\text{רשפ}$  *transseuntem per mercatores*, quam monetam ibi Græci vocant  $\delta\acute{o}\kappa\iota\mu\omicron\nu\ \epsilon\mu\pi\acute{\rho}\iota\sigma\iota\varsigma$ , *probatam mercatoribus*. Sicut igitur à  $\text{שש}$  *extendere* orta est vox  $\text{רשש}$  quæ certam monetæ speciem significat; sic eadem forma nominis & flexione à  $\text{שפ}$  derivari potuit  $\text{רשפ}$  nomen veræ, justæ &  $\alpha\upsilon\theta\acute{\eta}\nu\alpha$  monetæ. Quod si repudiata hac notatione  $\text{רשפ}$  omnino ovem significare aliquis pertenderit, in primis quia ita verterunt antiquissimi Interpretes Græci, qui videri possunt significationem hunc non ignorasse; adhuc tamen nummum notare poterit, sed eum signatum agno. Id quod etiam Ariæmontano, Masio, Serario, Bonfrerio, Cajetano non displicet. Sic ex eo, quod Servius Rex apud Romanos, teste Plinio XVIII. 3. & Plutarcho in vita Publicolæ, primus signavit æs, eique notam pecudis impressit *pecunia* dicta est. Et ipsos olim nummos *oves* masculino genere vocatos, constat ex Varrone & Agellio Noctium, Att. II. 1. Apud Peloponnesios nummus fuit, quem ab insculpta animalis forma vocârunt  $\chi\alpha\lambda\acute{\alpha}\nu\eta\nu\ \tau\epsilon\sigma\tau\upsilon\delta\iota\alpha\iota\tau\epsilon\mu$ . Unde illud apud Julium Pollucem lib. IX. de rerum vocabulis præter.

verbium : τὴν ἀρετὴν ἢ τὴν σοφίαν νικᾶν τὴν χελῶνα : *Et virtus testudinibus & sapientia cedit.* Atheniensibus etiam, sive ut alii volunt, Delii *Bos* fuit duarum drachmarum Atticarum nummus. Unde rursus apud eundem Polum proverbia : Βῶς ἑστὶ γλώττης *bos in lingua*, deiis, qui linguam muneribus corruptam habent. Et δεκάβοιον in Draconis legibus est genus μὲν δὲ *decem boum*. Apud Homerum Iliad. β. ἑκαπέμβοι ἑκάς, *quisque centum boum*. Nihil jam dicam de ποσειδῶν Atheniensium, *corvæ* Helvetiorum, *arietibus & leonibus aureis* Hispanorum, Neque solidum est, quod hic obducitur à Villalpando in *Appar. p. 11 lib. 2. diss. 4. cap. 25*. Non usum esse Jacobum ejusmodi nummis agno signatis, eò quòd hujusmodi nummi Judæis essent illiciti, eorùmq; usus ad idololatriam spectare crederetur. Nam imagines ejusmodi civiles nullo interdicto sunt prohibitz. Et S. Patriarchæ qui inter Chananzos vixerunt, non potuerunt non uti moneta & nummis apud istos populos receptis. Cæterùm quis valor fuerit Kesithæ apud Patriarchas, non puto ulla vel ratione vel conjectura indagari posse.

XXXVI. An Patriarchæ præter argenteos hos nummos usi sint etiam aureis, non liquet. Haud sanè ignoro, apud LXX. Interpretes ante tempora Mosis aurei nummi mentionem reperiri, nominatim Gen. xxxvii. 28. ubi Josephi fratres Josephum vendidisse dicuntur Ismaëlitis εἰκοσι χυμῶν *viginti aureis*. Verùm Hebraicus textus nihil ibi habet de aureis, sed simpliciter meminit *ἄργυρου* *viginti argenteorum*. De quo in loco prolixius agendum fuerit.

XXXVII. Est & aliud genus χρηματιστικῆς, natum ex permutatione rei cum nummo, quod Philosophus vocat καπηλικὴν, *cauponariam, mercaturam*. Nam permutatione rei cum nummo semel cœpta & expedita, facile evenit inter homines, ut aliqui appetentiores lucri non jam propter indigentiam permutatione illa defungerentur, sed propter divitiarum cupiditatem & dulcedinẽm lucri. Cum hac mercatura nihil constitutum habuisse sanctos Patriarchas est credibile. Nulla enim in illorum historia ejus vestigia reperiantur. Legimus quidem eos usos esse nummo כסף *commẽante inter mercatores*, quales fuerunt inter Cananzos, Gen. xxiii. 16. At ipsos fuisse כסף & mercaturæ operam dedisse nulli legimus. Longiùs à natura recedit, ut homines quæstum faciant ex hominum solùm laboribus, non ex terræ fructibus aut animalibus. Itaque generosissimi quique populi indecorum ex mercatura quæstum reputavere. De Romanis Livius: *Patribus visus est mercatorius hic quæstus planè indecorus*. Rectissimè Synesius judicat, non esse mirum, si sordidis quæstibus dediti contemnantur, cum ipsi se primi contemnant. Pecuniarum enim corraisionem eos corpori antepone, quæ corporis esse ministra debuit.

EXERCITATIO II  
DE  
P O L I T I A  
P A T R I A R C H A R U M.

Breviarium.

*Patriarcharum civitas. 1. Ante diluvium inter Sethitas fuisse locum imperio Politico variis argumentis probatur. Anarchiæ mala. Judiciï domus superior & inferior. Chaldæorum Reges antediluviani. 2. Imperium Patriarcharum post diluvium. Patriarchæ unæli Dei. 3. Regia potestas Patriarcharum post diluvium, Noæ, Abrahami, Isaaci, Jacobi. Ante diluvium regnasse Patriarchas. 4. Bertrami sententia de Politia Patriarcharum in Ægypto examinatur. An עֲרֵב Seniores, quos alloquebatur Moses & Aaron, præfuerint populo cum jurisdictione quadam forensi? An עֲרֵבִים Israëlitarum fuerint periti & consulti juris. An numerus Seniorum in Ægypto fuerit septuagenarius? 5. Judicia Patriarcharum. Hebræorum de Lotho Judice traditio. An in Politia Patriarcharum suffecerit unus Judex? 6. Requisita judicium Patriarcharum. An sæmina judicare potuerit? Judices Patriarcharum venisse nomine עֲרֵב Presbyterorum, dignitatis non ætatis habita ratione probatur. 7. Patriarchæ unde leges civiles deprompserint? Præcepta Noachidarum. 8. Legum politicarum, quibus usi Patriarchæ, epitome. 9. Legum civilium vestigia in libro Jobi. Quid עֲרֵבִים אֵלֶיךָ apud Jobum? 10. Pænas & supplicia apud Patriarchas in usu fuisse tum ante tum post diluvium. Lapidatio illius, qui attingeret montem Sinai, explicata. 11. An in solos homicidas capitali supplicio animadvertentur Patriarchæ? Error Hebræorum. Supplicium viduæ Thamari à Juda decretum an fuerit tantum inusio frontis? 12. Pæna עֲרֵבִים fuerint foren-*

forensis an תורה? Thalmudistarum & Karaeorum sententia; nec non Christianorum. 13. Non fuisse Cheret pœnam forensis probatur. Pœna incircumcisi, & comedentis fermentatum qualis fuerit? Distinguitur usus vocis כירה in Scripturis. 14. Fœdera Patriarcharum. 15. Amorrhæi, Abimelechus, Laban an fuerint veri Dei cultores? 16. An Patriarchæ cum idololatris sancientes fœdera peccaverint? 17. Respondetur ad legem Exod. xxxiv. 15. An fœdera cum infidelibus per se sint illicita? 18. Ritus & ceremonia fœderales. Origo phrasæ כירה כירה ferire, percutere fœdus. 19. Bellum Abrahamicum.

- I. **A** Familia Patriarcharum ad eorundem civitatem & πολιτείαν nos ducit ordo institutæ tractationis. Oportuit enim multiplicatis & à se invicem digredientibus familiis inter ipsos etiam Patriarchas oriri eam societatem, quæ est non jam parentum tantum & liberorum, mariti & uxoris, heri & servi, verum etiam civium inter se placitis institutis & inprimis naturali illo ordine imperandi & parendi conversantium. Quamvis enim primis temporibus, quibus longissimum ad terminum vitam suam protaxere homines, inter eos qui supersitum sanguine creti sunt & ipsos parentes superstites non fuerit nisi φιλίας & ἀγαθολογίας, respectus familiæ; tamen inter familias ipsas, quas collaterales vocant, inprimis jam auctas, ubi non amplius fuerunt ὁμογάλακτες *collatanei*, ut in Σπουδικία οἰκίας, *colonia domus*, sed per varias colonias separati & deducti, vera civitas & politia intercessit. Cùm autem in civitate nihil prius & antiquius sit, quàm imperandi & parendi ordo, qui ipsam naturam ducentem & auctorem habet, & sine quo civitas nulla est, certè minimè stabilis & firma; ante omnia nobis investigandum est, an etiam ordo ille ætate Patriarcharum custoditus sit, & penes quos imperium & summa potestas tum constiterit?

II. Ante diluvium in coetu Patriarcharum, puta Sethitarum (nam de Cainitis hic non loquimur) imperii locum fuisse arguit naturalis ratio omnium hominum cordibus insculpta, quæ alios imperare, alios parere debere omnes homines convincuntur. Quin ipsa natura distinxit servos & dominos, dum alios instruxit sapientia, iudicio, virtute, alios horum dotibus destituit, & ad servilia ministeria ac obedientiam projecit. Et ordo hic ne in ipsis quidem animantibus deest. Naturæ autem ductum hunc primos homines secutos esse quis dubitat? Adde non potuisse res humanas



manas per sedecim secula hoc ordine destitui citra summam rerum omnium confusionem & perturbationem, qualis frequenter notata est iis temporibus, quibus anarchia submoto potentiorum imperio successit. Itaque pro vero dixit Cicero lib.III. de Legibus cap. 1. *Sine imperio nec domus ulla, nec gens, nec hominum universum genus stare, nec rerum natura omnis nec ipse mundus potest.* Et Aristoteles Polit. 1. 3. *Τὸ γὰρ ἄρχον ἔχει ἀρχὴς οὐ μόνον ἢ ἀναγκαίων ἀλλὰ ἔχει ἢ συμφερόντων.* *Regere & regi non solum inter ea quae necessaria, sed quae utilia.* Seneca de Clero, 1. 4. *Istud (imperium) est vinculum, per quod Respublica cohaeret: ille spiritus vitalis, quem haec tot millia trahunt: nihil ipsa per se futura nisi onus & praeda, si mens illa imperii subtrahatur.* Et anarchiam paucis sic describit Sophocles in Antigono, §. 683.

Ἀναρχίας γὰρ μείζον ὄση ἔστι κακόν.  
 Ἀνὴ πύλεις ὄκυσαν ἠδ' ἀναρχίαις,  
 Οἴκου ἦνυσαν ἠδ' ἐπὶ μάχῃ δορὸς  
 Τροπὰς κατ' ἄρρηγγυσι, ἢ δ' ὄρημαμένων  
 Σώζῃ τὰ πικρὰ σώματ' ἢ πειθαρχία.

*Confusione tetrius non est malum.  
 Haec perdit urbes, ista perdit & domos  
 Vastaeque reddit; Marti in certamine  
 Haec terga vertit. rite sed parentium  
 Res servat atque vitam obedientia.*

Quid quod Deus Iudex mundi res humanas interposita aequitate temperat, & poenis malorum ac nocentium probos & meliores securos reddit. Atqui in hac re ἐξουσία ὑπερέχουσα potestas supereminens, οἱ ἄρχοντες imperantes sunt Δίκαιοι ἢ Θεοῦ, ἐκδικοὶ εἰς ὄργην ἢ τὸ κακὸν πρᾶσσόντι, ministri Dei, vindicæ ad iram eorum qui malum faciunt, Rom. XIII. 1, 3, 4. Unde & Hebraei distinguunt duplicem iudicii domum nullo unquam tempore deficientem, alteram יְעוֹשׂ לְשׁוֹרָה seu יְעוֹשׂ לְשׁוֹרָה domum iudicii superiorem, caelestem seu divinam; alteram יְעוֹשׂ לְשׁוֹרָה seu יְעוֹשׂ לְשׁוֹרָה domum iudicii inferiorem, seu humanam. Præterea Deus qui Cainum vitæ suæ securum reddidit hac oratione, *Quisquis occiderit Cain septuplum vindicabitur*, Gen. 15. 15. nonne indicavit, se in terris habere vel constituere velle ἐκδικῶν vindicem? Quid verò etiam illud est, quòd Judas illos, qui κλεβητικῶς ἀθετήσῃσι, δόξαν βλασφημῶσῃσι, dicit incessisse τῇ ὁδῷ ἢ καὶν via Cain? Judæ §. 8, 11. Agnaverunt antediluvianum imperium etiam Chaldaei vetustissimi. Illi enim, uti constat ex Berosi & Abydeni fragmentis, omne tem-  
 pus

pub quod ab initio mundi fluxit ad Xifuthrum usque, qui Noë fuit, & sub quo diluvium contigit, distinguunt *εις χρόνον ἀβασιλευμένων, & εις χρόνον βασιλευόντων*, tempus quo nulli Reges erant, imperio nimirum intra familias adhuc coarctato, & quo regnatum fuit. Regnatum autem esse per faros centum & viginti à decem Regibus; quorum primus *Alorus*, ultimus *Xifuthrus*, de quibus ex Chadæorum monumentis agit Eusebius *παντοδαπῆς ιστορίας*, pag. 4. & Scaliger in animadversionibus Græcorum Eusebii. Adeoque quod Cedrenus dicit in *Comp. Historiæ*: *πρὸ δὲ κατὰ κλυσιμῶν ἔτε ἐθνῶν ἔτε βασιλεία*: *Ante diluvium nec gens fuit, nec regnum*, non sine grano falis accipiendum est.

III. Post diluvium in Patriarcharum cœtu imperatum esse oportet æquè ac retro diluvium; idque argumenta quæ hæctenus attuli comprobant. Sed manifestiora sanè & luculentiora etiam testimonia suppeditant Scripturæ de Patriarchis illis, qui inter medios Reges gentium, quales Cananæi, Ægyptii, versati sunt, & potestatem suam omnino puram & illibatam conservârunt. Nam de Patriarchis illis ita loquitur David, 1. Paralip. xvi. 21, 22. *אֵל מִלְכִים*: *Non permisit homini ut vim inferret ei, & corripuit pro eis Reges: Ne tangatis Christos meos, & Prophetas meos ne malefaciatis*. Locutus fuerat de Abrahamo, Isaaco, Jacobo; & eos à Deo dictos *unēlos* suos, quos nefas sit attingere, asserit. Uncti igitur & Christi Dei fuerunt, adeoque Reges aut Regum instar. Proinde R. David Kimchi ad ea verba sic commentatur: *הַמֶּלֶךְ הַגּוֹיִם וְנִשְׂכָּח הוּא כְּאֵילוֹ הוּא אֵל מִלְכִים כְּאֵילוֹ הוּא אֵל מִלְכִים* Christos meos, hoc est, *magnos unēlos, quia honorati fuerunt apud Reges, ac si ipsi fuissent Reges unēli*. Ita enim dixerunt Hethæi ad Abrahamum: *Dux Dei es in medio nostri*. Et sententia hac Dei de Patriarchis Christis Dei non attingendis contra Regum parricidas utuntur Patres Concilii Toletani quarti can. 74. *Cum Dominus dicat*: *Nolite tangere Christos meos, & David: Quis extendet manum suam in Christum domini, & innocens erit; illis nec vitare metus est perjurium, nec Regibus inferre exitium*. Atque hinc est, quod uti etiam Kimchius monebat, Abraham Genes. xxiii. 6. vocatur *אֵל מִלְכִים* *Princeps Dei*, ubi Græci habent *βασιλευὸς τοῦ Θεοῦ*, *Rex à Deo*. Nam *אֵל מִלְכִים* pro Rege sumitur Ezech. xxxiv. 24. & xxxvii. 25. Ubi Propheta Davidem appellat *אֵל מִלְכִים* *Principem*, pro eo quod paulò ante *מֶלֶךְ* *Regem*. Isaaci etiam potentiam Regiæ fuisse æmulam, & Jacobi immensas opes patet ex Genes. xvi. 16. & xxxvi. 7. Nihil dicam de bellis & fœderibus Patriarcharum, quæ satis superque docent, Patriarchas nec privatos fuisse,

fuisse, nec potestatem habuisse aliis superioribus subiectam & obnoxiam. Unde est quod pro Regibus habiti apud Ethnicos. Inter quos Justinus ex Trogo, lib. xxxvi. *Abraham, Moses Israël Reges fuerunt.* Et Nicolaus Damascenus Abrahamum ait βασιλέως, regnasse.

IV. Jam penes quos fuerit summa potestas & τὸ κύριον, *majestas*, ex iis quæ diximus obiter liquet. Et post diluuium quidem, ut inde ordiar, summa rei primùm penes Noam fuit, qui filiis & posteritati suæ præfuit paterno jure, sed quod æmulum fuit regio, quippe extendens se ad eos, qui ex potestate patria exiverunt. Credibile tamen est Patriarchas ex Semo oriundos aliquamdiu in Chaldæa inter medios idololatræ servivisse. A qua servitute liberati sunt per divinum & potentem tractum, quo Deus Abrahamum cum suis ex Ur Chaldæorum excivit, & illatum in Chananzam fecit suarum dominum, ἀντιπαύμενος, non obnoxium ullius potentis. Hoc arguunt ipsius famulitium, bellum, foedera cum Regibus in quorum medio habitavit, liberæ migrationes, honor & cultus quo affecit Cananzos populos, qui fuit non decens vel servum vel obsequentem vel subditum, sed *comis* uti vocant, velut erga pares. Nempe Abrahamus cum in terra Canaan & Ægypto inquilinus esset, domesticos suos propriis institutis gubernavit, bellum etiam ciens contra externos Reges, qui Pentapolitanos adfixerant. Quo feliciter defunctus tanquam ἀντινόμος, sicut olim Romani Jovi Feretrio, ita ille Melchisedeco spolia tulit. Quin cum Abimelecho Geraris Rege, & Escol ac Aner foedera socialia est pactus. Quæ satis probant, penes Abrahamum refedisse τὸ κύριον, seu summam potestatem. Qui enim suo nutu bella movet, & foedera init, ejus actus juri alterius non subsunt, adeoque Dominus est rerum suarum. Et quotquot de partibus potestatis civilis scripserunt, facultatem ferendi foedera, leges rogandi, bella indicendi & gerendi summæ potestati propriam esse censent. Nam Aristoteles disertè ad βουλῶν κωνσουλτατικὴν, quam partem summæ potestatis fecit palmariam, refert deliberationem de pace, bello, foederibus faciendis ac dissolvendis, de legibus, Polit. iv. 4. Quem etiam Grotius sequitur *de Jure belli & pacis* 1.3.6. Quid quod filii Heth Abrahami principatum agnoscunt, Genes. xxiii. 6. *Audi nos Domine mi, ἄναξ ἰσραὴλ ἡμῶν Princeps Dei es in medio nostri.* Eadem post mortem Abrahami potestas cessit Isaac, & hinc Jacobo. De Politia autem eorum in Ægypto postea dicemus. Quæ cum ita se habeant, proclive hinc collectu est, ante diluuium in coetu Patriarcharum non ab aliis regnatum esse quam ab ipsis Patriarchis, puta ab Adamo, quamdiu ille superstes fuit,

postea à Setho, ac sic deinceps. Cùm enim apud eos imperio Politico locum jam fecerimus multis argumentis, quid quæso probabilius elici potest, quàm Adamum, quamdiu is vixit, liberis suis, iis cumprimis, qui paternum obsequium non exuerunt, quales Sethitæ, cum regio imperio præfuisse, iis leges quibus in civitate uterentur salubres præscripsisse, judicia & consistoria ut ita loquar ordinâsse, vel per se vel per delectos iudices jus dixisse, fontes & honestarum legum frenum abnuentes coercuisse, & si quæ alia pro regibus vel supremis dominis facere solent. Sanè patrem liberis & nepotibus suis superstitem æquum fuit eorundem habere curam, & ne vel improborum vexentur injuriis, vel rectè vivendi destituantur subsidiis, sollicitè providere. Et quis sibi fingere potest, liberos Adami, qui in civitate jam vixere, alium appetuisse dominum & Regem, quàm magnum illum Patriarcham & parentem omnium. Non aliud fecisse credi debent, quàm hodièque facerent homines, si in tali omnino societate viverent. Illustrari hæc possunt convenientissimis verbis Philosophi, Polit. l. i. c. 4. §. inquit, ἐκ πλειόνων οἰκῶν δικνομία πρῶτη γένεσις ἔνεκεν μὴ ἐφθιμῆρα, κώμη. Μάλιστα ἢ καὶ φύσιν ὅμοιον ἢ κώμη δοτικία οἰκίας εἶναι. Ἔς καλῶσι ἄλλοι ὁμογάλακτο, παῖδας τε καὶ παίδων παῖδας. Διὸ καὶ τὸ πρῶτον ἐβασιλεύοντο αἱ πόλεις, καὶ νῦν ἐπὶ τὰ ἔθνη ἐβασιλεύομενων γὰρ συνήλθον, πῶσα γὰρ οἰκία βασιλεύεται, ὑπὸ τῆ περὶ βυβαλῶν ὡσεὶ καὶ αἱ δοτικία ἀφ' ἧ συγγενειαν. καὶ τῶν ἑπὶ ὀλίγα Ὀμηροῦ, ἡμιπέδη ἢ ἕκαστο παίδων ἢ δὲ ἀλλοχων. σπαράδες γὰρ καὶ ἄλλοι τὸ ἀρχαῖον ἔχον. καὶ τὸς θεοὺς ἢ ἀφ' ἑαυτῶ πάντες φασὶ βασιλεύειν, ὅτι καὶ αὐτοὶ, οἱ μὲν ἐπὶ καὶ νῦν, οἱ δὲ τὸ ἀρχαῖον ἐβασιλεύοντο. ὡσπερ ἢ καὶ τὰ εἶδη ταυτοῖς ἀφομοιοῦσιν οἱ ἄνθρωποι, ἔτω καὶ τὸς βίβας τῶ θεῶν. Quæ Philolophi verba scitè & disertè sic παραφράζει Daniel Hensius: *Hæc ergo prima est societas. Sequitur secunda, quæ est vicus. Qui & ipse est societas, & quidem quæ ex pluribus familiis consistit, non quotidiani tamen usus causa, quod jam de familia est dictum. Cujus equidem colonie videtur vicus; quippe quam natura mater ex majore jam familia deducit. Atque hujus incolæ videntur ii, quos nonnulli collactaneos; Homerus liberos ac liberorum liberos vocavit. Quin & hæc videtur causa, cur initio non gentes tantum, quod fit hodie, sed ipsæ quoque civitates regum imperiis parerent. Quippe initio, ex regio imperio videntur cives ad majores has societates devenisse. Ex domestico nimirum. Domus enim quævis seniori, tanquam regi paret. Ex hac autem cæteræ societates proflexere. Magnæ enim sunt colonie minorum. Quod facilius, similem ei formam induerunt quam jam ante habebant. Imò ratione aliqua eandem adhuc servabant; regiam nimirum, cum præsertim omnes inter se cognati essent, atque eadem stirpe oriundi. Sic qui simul in eadem vixerant familia, cum jam plures essent*

sent in eadem civitate sub eodem imperio vivebant. Unde apparet antiquissimum in civitates imperium fuisse regium. Eoque primum habitos imperio, quos familiae aut vici capere non poterant. Quo respexit sine dubio Homerus, ubi ait: — Quisque gubernat uxorem jure agnatos. Affinitatem enim manifeste utriusque domi tangit: regiae nimirum & domesticæ. Verisimile enim est, mortales olim, antequam in civitatem aut societatem aliquam majorem eos lex & ratio coegit, per familias & vicos sparsim sub unius imperio vixisse. Inde ad civiles cætus pariter & regnum pervenisse, quod idcirco antiquissimum videtur. Atque idem vel ex eo apparet, quod videmus vulgè credi, Diis quoque Regem aliquem præesse. Unde enim hæc opinio, nisi quis homines, sicut hodie, ita olim regio imperio in terris habebantur? Nam quemadmodum ex præconcepta opinione species humanas Diis adscripsisse homines videmus, quod nimirum eos sibi hac in parte judicantes esse similes, ita & vivendirationem, (qua initio usi sunt) Diis immortalibus quoque adscripsisse, non est dubitandum. Adamo supremam diem functo nihil omnino immutatum esse in forma imperii verisimile est. Igitur ei successerit Sethus, atque sic deinceps reliqui in Scripturis celebrati Patriarchæ. Quòd si quis mihi obduxerit, rationem ab me adductam probare, vetustissimos Patriarchas clavum Reipublicæ tenuisse; tales autem fuisse Sethum, Enochum & reliquos qui commemorantur, non constare, cum an primogeniti illi fuerint, adhuc sub judice lis sit, & disertè id neget Augustinus: sanè non intercedam, quò minus post Adamum dicatur regnasse vetustissimus quisque Patriarcha, qui inclytæ justitiæ & virtutis fuerit, sive Sethus fuerit, sive alius. Nam quòd Sethi, Enochi, Cenani, & sequentium meminjt Spiritus Dei, id non videtur factum ob primogenituram, vel alias dignitatis & imperii prærogativas, verùm ob genealogiam Noë, quin & ipsius Christi, qui ex Noa descendit, & Redemptor fuit etiã eorum, qui ante diluvium vixere, cujus proinde ex iis genus ductum non voluit Spiritus S. in obscuro esse. Porro sanctos illos Patriarchas multa ministrasse per delegatos vel secum concurrentes judices, quos Hebræi vocant בית דין של אדם *domum judicii forensis Adams*, &c. & quos זקנים *Seniores* ex Genes. l. 7. & Exod. iv. 29. vocare liceret, dubitare etiam non possumus. Et tales judices fortassis ipsi primogeniti illi fuerunt, de quibus supra prolixè actum.

V. Postquam Jacobus cum septuaginta animabus in Ægyptum descendit, continuatam esse Patriarchici hujus in terra Gosen regiminis formam, non est improbable usque ad mortem Josephi, & fratrum ejus. Nam mortuis illis, & populo Israëlítico supra modum aucto Surrexit Rex novus super Mizraim, qui non noverat Joseph; qui dixit ad populum suum:

En populus filiorum Israël multus, & fortior nobis est. Agite sapientiores sumus illo, ne multiplicetur, &c. Præposuerunt igitur eis מַשְׁפָּטִים principes tributorum, ut affligeret eos oneribus suis; ædificaueruntque urbes thesaurorum ipsi Pharaon, Pitbon & Rahamses, Exod. i. 9, 10, 11. Cæterum existimat Bonaventura Cornelius Bertramus, Hebræorum in Ægypto fuisse aliquam politiam, & primò quidem Aristocraticam, vel certè mixtam ex Aristocratica & Democratica; postea succedentibus novis Regibus, qui merita Josephi & populum Hebraicum despexerunt, ortam esse tyrannicam. Sub priori igitur politia summam potestatem fuisse penes מַשְׁפָּטִים Seniores in quorum cœtu etiam fuerint מַשְׁפָּטִים præfelli. Seniores autem eos fuisse in universum septuaginta. Sub posteriori autem politia Reges Ægyptios Israelitis dominatos esse, & iudiciorum publicorum usum eis interdixisse. Verba viri docti sunt de Republica Hebraica, cap. 5. Hebræos politiam civilem aliquam habuisse in Ægypto apparet ex eo quod Moses in Ægyptum profecturus mandata habet à Domino, ut Seniores ipsos adeat: sicut & eos interpretatur Abenezra, Exod. iv. 29. ubi definit מַשְׁפָּטִים quos aggregarunt Moses & Aharon, eos qui in consilium adhibiti fuerant in ætate & ætate, id est, anterioribus seculis. In illo seniorum cœtu fuerunt quidam מַשְׁפָּטִים præfelli (Gallicè Prevosts) ex ipsis Hebræorum popularibus, ut apparet ex Exod. v. 14, &c. מַשְׁפָּטִים seu præfelli istiusmodi videntur fuisse rerum iudicandarum peritiores & consultiiores reliquis senioribus, & earundem iudicatarum executores: ita ut essent maxime authoritatis apud ipsum populum, unde & Pharaonis publicani & exactores eis usi sunt dirigendis Israelitarum operibus. De numero eorum Seniorum & præfectorum non ita constat: sed si conjectura valere potest, videntur septuaginta fuisse, quasi septuagenarius Seniorum numerus quem Deus in lege sancivit, non tam ab eo tum institutus quàm continuatus fuerit: sicut & alia quàm plurima apud Patres usitata Deus ad montem Sinain potius confirmavit quàm innovavit. Septuagenarii autem istius numeri origo petita videtur ab eo quod tam diserte & tam crebro in sacris literis repetitur septuaginta animas ingressas fuisse in Ægyptum: ita ut subduclis quàm plurimis rationibus, quas alii cuidam libro reservamus, dissimulare amplius & diutius non possim, mihi videri censum illum qui in septuaginta illis animabus tanquam septuaginta Hebræorum gentibus, à Mose proponitur, vel ab ipso earum parente Jacobo sub postrema vitæ tempora actum fuisse, vel certè statim post illius mortem ab ejus filijs, ut vel eo solo manifestius aliquando liqueret de implemento promissionis Dei sapius Hebræorum majoribus repetitæ de immensa posterorum Abrahami sobole & multitudine: unde & quibus potuerunt censum illum celebrarunt & nobilitarunt. Hinc igitur & animas illas tam accuratè enumeratas fuisse, &

tam

tam crebro commemoratas existimo: imo & ex illarum familiis præcipuos populi Hebræorum moderatores sumptos fuisse, qui septuaginta illas gentes Hebræorum posteris in omnes mundi ætates repræsentarent. Et verò cum ab istis tanquam stirpibus omnes familiæ per singulas tribus postea propagatæ sint, merito ab unaquaque earum familia unus aliquis in hunc numerum ad Rempublicam Judaicam administrandam cooptatus dicatur, quod & aliquo modo apparet ex commentario Abenezræ quem paulo ante citavimus. Atque quod Dominus Exod. xxiv. 1. jubet septuaginta ex senioribus Israël ad se unâ cum Mose accedere, neque exprimit quomodo Moses eos eligat, videatur de re nota agere: quod & ex eo satis arguitur, quod illi septuaginta, vers. 11. ejusdem capituli, noto quodam nomine & proprio appellantur אצירי בני ישראל Magnates seu optimates filiorum Israël. Ita enim omnes Interpretes Hebræi exponunt vocem illam אצירי per גדולי. Huc denique eodem prorsus modo accommodari potest quod Dominus septuagenarium hunc numerum planè confirmaturus his verbis utitur, Num. xi. 16. *Aggrega mihi septuaginta viros ex senioribus Israël, quos nosti quod ipsi (sint videlicet, vel fuerint jam dudum) seniores populi & præfecti ejus: quasi ad hoc Seniorum & judicum munus evehat eos qui aliquando eo functi fuerant.* Politiâ hanc multum fuisse imminutam tyrannide posterorum Pharaonum verisimile est: unde judiciorum saltem publicorum administratio adempta illis fuerit. Atque illa prior Hebræorum Politia in Ægypto Aristocratica fuisse videtur, vel certè mixta ex Aristocratica & Democratica. Posterior tyrannica fuit Regum Ægypti adversus eos. Privatam autem alteram in Ægypto continuatam verisimile est. Verùm ut de זקנים Senioribus, quos ex divino jussu Moses & Aaron convocarunt, primo loco dicamus, unde quæso constat, fuisse eos judiciis, aut regimini alicui ex Politia Hebraica præfectos? Non fuit quidem jam tum contemnenda dignitas Seniorum seu זקנים אצירי. Et probabile est omnino, illos convocari solitos ob singularem prudentiam & scientiam, quoties in servitute illa id necessitas postularet. Verùm præfuisse illos cum autoritate & jurisdictione forensi seu politica parum est verisimile. Nam post Josephi mortem pressa est Regum Ægyptiorum dominatione Jacobi posteritas. Ante exitum ex Ægypto erant, ut vir Dei dixit ad Heli, 1. Sam. ii. 27. לבית פיתח in domo Pharaonis. Rectè igitur Abenezra: וזקנים הם היענים בכל דור דור כי לא יוכלו לדבר יום שש מאות אלה איש רק הזקנים ידברו להם *Seniores, qui nempe in consilium adhiberi solent per omnia secula. Neque enim Moses & Aaron poterunt loqui cum sexcentis millibus. Solos igitur adloquebantur Presbyteros.* Jarchius quidem Presbyteros illos vocat מוזרים לשיבה quorum munus fuerit habere confessum. Sed confessum habent æquè consiliiarii atque judices. Quod verò

En populus filiorum Israël multus, & fortior nobis est. Agite sapientiores simus illo, ne multiplicetur, &c. Præposuerunt igitur eis סבס principes tributorum, ut affigeret eos oneribus suis; ædificaueruntque urbes thesaurorum ipsi Pharaon, Pitom & Rahameses, Exod. 1. 9, 10, 11. Cæterum existimat Bonaventura Cornelius Bertramus, Hebræorum in Ægypto fuisse aliquam politiam, & primum quidem Aristocraticam, vel certe mixtam ex Aristocratica & Democratica; postea succedentibus novis Regibus, qui merita Iosephi & populum Hebraicum despexerunt, ortam esse tyrannicam. Sub priori igitur politia summam potestatem fuisse penes זקני Seniores in quorum cætu etiam fuerint סבס præfecti. Seniores autem eos fuisse in uniuersum septuaginta. Sub posteriori autem politia Reges Ægyptios Israelitis dominatos esse, & iudiciorum publicorum usum iis interdixisse. Verba viri docti sunt de Republica Hebraica, cap. 5. Hebræos politiam civilem aliquam habuisse in Ægypto apparet ex eo quod Moses in Ægyptum profecturus mandata habet à Domino, ut Seniores ipsos adeat: sicut & eos interpretatur Avenezra, Exod. 1v. 29. ubi definit זקני quos aggregarunt Moses & Abaron, eos qui in consilium adhibiti fuerant in ætate & ætate, id est, anterioribus seculis. In illo seniorum cætu fuerunt quidam סבס præfecti (Gallicè Prevosts) ex ipsis Hebræorum popularibus, ut apparet ex Exod. v. 14, &c. סבס seu præfecti istiusmodi videntur fuisse rerum iudicandarum peritiores & consultiore reliquis senioribus, & earundem iudicatarum executores: ita ut essent maxime autoritatis apud ipsum populum, unde & Pharaonis publicani, & exactores iis usi sunt dirigendis Israelitarum operibus. De numero horum Seniorum & præfectorum non ita constat: sed si coniectura valere potest, videntur septuaginta fuisse, quasi septuagenarius Seniorum numerus quem Deus in lege sancivit, non tam ab eo tum institutus quam continuatus fuerit: sicut & alia quam plurima apud Patres usitata Deus ad montem Sinai potius confirmavit quam innovavit. Septuagenarii autem istius numeri origo petita videtur ab eo quod tam disertè & tam crebro in sacris literis repetitur septuaginta animas ingressas fuisse in Ægyptum: ita ut subduclis quam plurimis rationibus, quas alii cuidam libro referuimus, dissimulare amplius & diutius non possim, mihi videri censum illum qui in septuaginta illis animabus tanquam septuaginta Hebræorum genibus, à Moise proponitur, vel ab ipso earum parente Jacobo sub postrema vite tempora actum fuisse, vel certè statim post illius mortem ab ejus filijs, ut vel eo solo manifestius aliquando liqueret de implemento promissionis Dei sapius Hebræorum majoribus repetitæ de immensa posterorum Abrahami sobole & multitudine: unde & quibus potuerunt censum illum celebrârunt & nobilitârunt. Hinc igitur & animas illas tam accuratè enumeratas fuisse, &

tam



tam crebro commemoratas existimo: imo & ex illarum familiis præcipuos populi Hebræorum moderatores sumptos fuisse, qui septuaginta illas gentes Hebræorum posteris in omnes mundi ætates repræsentarent. Et verè cum ab istis tanquam stirpibus omnes familiæ per singulas tribus postea propagatæ sint, merito ab unaquaque earum familia unus aliquis in hunc numerum ad Rempublicam Judaicam administrandam cooptatus dicatur, quod & aliquo modo apparet ex commentario Abenezræ quem paulo ante citavimus. Atque quod Dominus Exod. xxiv. 1. jubet septuaginta ex senioribus Israël ad se unâ cum Mose accedere, neque exprimit quomodo Moses eos eligat, videatur de re nota agere: quod & ex eo factus arguitur, quod illi septuaginta, vers. 11. ejusdem capituli, noto quodam nomine & proprio appellantur אצ"י בני ישראל Magnates seu optimates filiorum Israël. Ita enim omnes Interpretes Hebræi exponunt vocem illam גרולי per אצ"י. Huc denique eodem prorsus modo accommodari potest quod Dominus septuagenarium hunc numerum planè confirmaturus his verbis utitur, Num. xi. 16. *Aggrega mihi septuaginta viros ex senioribus Israël, quos nosti quod ipsi (sint videlicet, vel fuerint jam dudum) seniores populi & præfeci ejus: quasi ad hoc Seniorum & judicum munus evehat eos qui aliquando eo functi fuerant.* Politiâ hanc multum fuisse imminutam tyrannide posteriorum Pharaonum verisimile est: unde judiciorum saltem publicorum administratio adempta illis fuerit. Atque illa prior Hebræorum Politia in Ægypto Aristocratica fuisse videtur, vel certè mixta ex Aristocratica & Democratica. Posterior tyrannica fuit Regum Ægypti adversus eos. Privatam autem alteram in Ægypto continuatam verisimile est. Verùm ut de זקנים Senioribus, quos ex divino jussu Moses & Aaron convocarunt, primo loco dicamus, unde quæso constat, fuisse eos judiciis, aut regimini alicui ex Politia Hebraica præfectos? Non fuit quidem jam tum contemnenda dignitas Seniorum seu זקנים. Et probabile est omnino, illos convocari solitos ob singularem prudentiam & scientiam, quoties in servitute illa id necessitas postularet. Verùm præfuisse illos cum autoritate & jurisdictione forensi seu politica parum est verisimile. Nam post Josephi mortem pressa est Regum Ægyptiorum dominatione Jacobi posteritas. Ante exitum ex Ægypto erant, ut vir Dei dixit ad Heli, 1. Sam. 11. 27. לבית פיתה in domo Pharaonis. Rectè igitur Abenezra: וזקנים הם הידועים בכל דור ודור כי לא זכרו לדבר: *Seniores, qui nempe in consilium adhiberi solent per omnia secula.* Neque enim Moses & Abaron potuerunt loqui cum sexcentis millibus. Solos igitur adloquebantur Presbyteros. Jarchius quidem Presbyteros illos vocat מזחרים לשיבה quorum munus fuerit habere confessum. Sed confessum habent æquè consiliiarii atque judices. Quòd verò

שרים facit eos, qui peritiores fuerunt & consultiores rerum judicandarum reliquis Senioribus, & in eo vehementer fallitur. Nam שרים sunt potius executores rerum judicatarum, qui populum ad obedientiam cogunt. Itaque R. Moses Cozæus observat ad Deut. xvi. שפטים הם הרונים הפסקים אחרתון ושרים הם חרדים את העם אחר כמותם בכק' ורצוניה *Judices sunt senatores qui decidunt causam. At שרים qui regunt populum ex illorum præscripto cum baculo & loro.* Sunt igitur שרים qui in jure Romano vocantur *Officiales*, & in Digestis & Codice *Executores*. Quos Græci vocant *ἐπιβασις*, & ab exigendo judicatio *ἐπαγγελος*, Luc. xii. 58. Theodotion sæpe *ἐπιβασις*, & *Coactores*. Tametsi alibi etiam nomen hoc latius pateat. Quæ porro de numero Seniorum septuagenario divinat vir doctus, ego vana duco, quamvis placuerit etiam aliis, nominatim Jonathani, Thargumistæ Hierosolymitano, Jarchio. R. Eliezeri Modæo, Grotio, qui septuaginta palmas, quarum mentio est in statione Elim, Exod. xv. 27. putant dispositas esse juxta numerum LXX Seniorum in earum umbra confidentium, ut laudibus Deum ob beneficia accepta concelebrarent. Sed quicquid de septuaginta illis palmis fiat, Synedrium septuaginta Seniorum jurisdictionem aliquam vel propriam vel à Pharaone indultam nunquam Bertramus probaverit. Etenim postquam ex Ægypto exiverunt Israëlitas usque ad adventum Jethronis, adeoque in ipsa etiam statione Elim, ubi palmæ septuaginta fuerunt, unus Moses juri dicundo præfuit: & molestia illius oneris uni homini incumbentis causa & occasio fuit consilii Jethronis de instituendo septuaginta virali Synedrio. Quo igitur pacto admitteremus tale Collegium Seniorum judicum in deserto ante adventum Jethronis, nedum in Ægypto? Quid quòd prima mentio Collegii septuaginta Presbyterorum habetur Num. xi. 16. non sanè ut antea constituti, sed ut nunc demum constituendi & ex divino mandato seligendi. Non enim vocantur ibi septuaginta זקנים *Presbyteri*, quasi tunc ejusmodi numerus notus fuerit. Sed præcipitur Moses ut ascenderet ipse, alique aliquot זקנים וישראו *& septuaginta è senioribus Israël.* Ubi satis constat numerum septuaginta antehac indeterminatum nunc determinari. Aliud est congregare *septuaginta seniores*, aliud *septuaginta è senioribus*. Sic igitur de Politia Israëlitarum in Ægypto sentimus, superstitè adhuc Jacobo & Josepho pristinam regiminis formam indulgente Pharaone retentam esse; at iis fato decedentibus res versas esse, & Israëlitas pristinam libertatem cum dura servitute commutasse, donec liberati per Mosén sibi redderentur in deserto, & in terra Canaan novam Politiam juxta Dei præscriptum instituerent. De qua re nativo in loco uberius ספר יהושע acturi sumus.

VI. Explicata imperii Patriarchici forma ad ejusdem administrationem procedimus. Fuit autem pars officii eorum facile princeps *שופט* *judicium*, quo jus & injurias sui populi discernabant. Itaque Aristoteles summæ potestatis partem facit *το δικάζον* *judicia*, Polit. IV. 14. De eo sic Deus loquitur ad Abrahamum, Genes. XVIII. 19. *Novicium, propterea præcepi & filiis suis & domui suæ post se, ut custodiant viam Jebrae, faciantque צדק וישרות* *justitiam & judicium*. Quin ipsi Patriarchæ jus dixerint, nemo dubitare potest: quando constat, sine supremo judice sæpe labare jus, per quem id corrigendum ac firmandum est. Itaque & optimi quique veterum & Regum & Imperatorum id fecere. Quia tamen unus judiciorum oneri par non est, per delectos judices hanc partem sui muneris haud dubiè administrarunt. Rara quidem ejusmodi judicum in historia Patriarcharum mentio est. Genes. XI. 1. de Lotho legimus: *Venerunt duo Angeli in Sodom vespere, ולוט ישב בשער סדם & Loth sedebat in porta Sodom*. Quod ipsum fecisse ut Judicem docent Hebræi. Jarchius ex Kabala seu traditione veteri adnotat: *איתו היום כוננו שופט עליהם Eum constituerunt super se eo ipso die Judicem*. In Bereschith Rabba legitur, quinque fuisse in Sodomis judices primarios *קן שקר קז, קב שקר, קג שקר, קד שקר, קה שקר* *Kaz, Sebakar, Rab Sebakar, Rab Misferim, & קלא פנרי קלא פנרי Kola Pindar*. Lothum autem fuisse *ארכי הדינים* *principem illorum Judicium*. Quoties igitur diceret ille quæ eis placerent, dixisse ad eum *judices נש הלאה סק לעיל Secede illuc, ascende in suggestum*. Cùm autem diceret ea quæ non placebant, dixisse *האחר בא האחר בא* *Unus ipse buc venit ad peregrinandum, & jam jurisdictionem exercet*. Post exodum usque ad adventum Jethronis solus Moyses judiciis præfuit. Id profitetur Jethroni Moyses Exod. XVIII. 16. *Quum est illis negotium veniunt ad me, ושפתי & judico inter virum & socium suum*. Sed postea ex consilio Jethronis accepit capita tribuum, viros sapientes & intelligentes, *& constituit capita super eos, præfecit eos mille, principes centum, principes quinquaginta & principes decem, & ministros secundum tribus eorum, & ויצואת שפתיים & præcepit judicibus suis, dicens: Audite inter fratres vestros & judicabitis justitiam inter virum & fratrem ejus*, Deut. I. 15, 16. Duobus hisce Lothi & Moysi exemplis nixi Hebræi contendunt, in Politia Patriarcharum unum judicem suffecisse. Verùm exempla ad id probandum non sunt idonea. Nam ut Lothum fuisse judicem concedamus, tamen ipsi Hebræi in Bereschith Rabba fatentur, non fuisse eum solum. Jam & Moysi alia ratio est, quia à Deo extra ordinem is missus est ad Israëlitas, & jure divinæ illius missionis & liberationis populi causis tum sacris tum civilibus præfedit. Cæterùm etiam Jobus, quem ad tempora Patriarcharum refe-

referimus, partes sustinuit judicandi, ut de se ipse profiteretur Job, c. xxix. 7, 8, 12, 13, 14. *Quando egrediebar portam, juxta urbem; in platea parare faciebam cathedram meam: videbant me juvenes, & abscondebant se, & de-crepiti assurgebant & stabant. Quia liberabam pauperem vociferantem & pu-pillum cui non erat adjutor. Benedictio percussis super me veniebat, & cor vi-duæ exilarabam. Jusitiam induebam, & inducbat me tanquam pallium, & cidarim judicium meum.*

VII. In judicibus Patriarcharum varia sunt, quæ requisita esse docent Hebræi. Primum, ne ex sexu deteriori mulierum nimirum deligerentur. Maimonides tract. Melakim, cap. 9. ולא תרין אשה להם *Non præest judicis eorum femina.* Idque colligitur ex Deut. 1. 15. ubi Moses jussu Jethronis delecturus judices tulit אנשים viros sapientes. Ubi Jarchius ובי אנשים אנשים חקלה על רעתך נשים מה תל אנשים *viros: ne de sexu altero rem dictam sentias expressim viri nominantur.* Et in universum habet Hebræorum axioma אשה פסולה לרוך *feminam judicandis ineptam esse.* Mulierem sanè judicis non adhibitam esse ineptè & Kabalisticè probant Magistri. Sed res ipsa aliunde certa est. Rectè Augustinus *Quæst. V. T. 45. Quomodo potest de muliere dici, quia imago Dei est, quam constat viri dominio subjectam, & nullam auctoritatem habere? Nec docere enim potest, neque fidem dare, nec judicare; quantò magis non potest imperare?* Deinde in judice necessariam fuisse docent peritiam & scientiam juris tum naturalis tum positivi, puta divini & humani. Idque nullam dubitationem habet. Quomodo etiam cæterarum virtutum, quæ decent judices, ratio habita fuerit oportet. Quam enim rationem inire in delectu judicum Mosen jussit Jethro, ut videlicet prospiciat sibi בני אדם אנשי אלהים אנשי אמת אנשי אלהים *viros fortes, timentes Domini, veridicos, avaritiæ ocores,* Exod. xviii. 21. eadem haud dubiè etiam ante illa tempora religiose observata & custodita est à S. Patriarchis. Præterea & ætatis in delectu judicum haud postrema fortassis cura fuit. Et judices, qui tempore Patriarcharum fuerunt, venisse non tantùm nomine ששנים *Judicum,* verùm etiam זקנים *Presbyterorum, Seniorum,* quatenus non tam ætas quàm sapientia & dignitas hic spectatur, ariolatur Seldenus de *Synedriis Hebræorum,* lib. 1. cap. 14. tribus fere argumentis. Primum petit ex *circumstantiis aliquot temporis eos eligendi constituendique, ac populi, cui eligerentur moribus coævis, & vetustioribus.* Nam Mosaicam illam ex consilio Jethronis institutam Politiam in usu fuit haud dubiè ex more tunc à majoribus recepissimum nomen זקני ישראל *Presbyterorum Israël,* Exod. iii. 16, 18. & iv. 29. & xii. 21. & xvii. 5, 6. Eos Philo vocat *δευζέροντες & ἄνους, Seniores populi.* Et ubi Genes. xxiiv. 2.

mentio

mentio est servi Abrahami וְקִי *presbyteri*, Thargum Hierosolymitanum habet שְׂרָפָה וְקִי *seruus principalis seu gubernator*. Hinc & præfecti Pharaonis stylo Mosáico vocantur וְקִי *Seniores domus ejus*, Genes. l. 6. Secundum Seldeno arcessitur *ex moribus statim postea tunc, anteriorum velut ex seculorum usu receptis, sub lege circa* וְקִי *Presbyterorum apud Judæos ipsos creationem ac denominationem*. Nam Hebræi sub lege perpetuò ejusmodi Presbyteros creabant per וְקִי *impositionem manuum*. Quam in rem expressissimum Maimonidis locum ex Tract. Sanhedrin cap. 4. allegat. Et clarior etiam hic est locus Levit. xix. 32. וְקִי *honora vultum presbyteri*. Ubi de qualibet dignitate & honore præstante sermone esse variis argumentis probat. Itaque & Philo ait, Mosen in legislatione sua solere *ὡς τῆς ἡλικίας ἀποσπῶντα νέους, καὶ τῆς μηδέπω γενησομένου ἡμπαλιν ὀνομαζέειν πρεσβυτέρους ἢ εἰς πλειονίαν ἀφορῶντα, ἢ βραχύνει καὶ μάλιστα χρόνον, ἀλλ' εἰς ψυχῆς δυνάμεις κινουμένους ἴσπερ καὶ χεῖρον, appellare & προεχέουσιν ἡλικίαν, & eos qui nondum senuerunt Presbyteros, non respicientem annorum numerum, aut breve tempus longumve, sed in potentias animæ quæ movet melius aut deterius*. Tertium denique argumentum depromit ex antiquissimo nominis hujus apud alios populos *in præstantia tum præfectorum, tum aliorum qui in eminentiorum numero fuerint, designando usu, eoque velut ex hoc tempore desumpto, per omnia secula usque in hoc nostrum & ubique ferè gentium adeò amplo, ut titulus seu nomen aliud dignitatis haud ullum reperiat* æquè præscum simul ac diffusum, & tam diversimodè ad dignitates ejusmodi indicandas adhibitum.

VIII. Judicia à Patriarchis administrata sunt ex præscripto legum. Est enim, uti præclare Philosophus *Rhetoric. 1. 4. ἐν τοῖς νόμοις ἡ σωτηρία καὶ πάρεσις, in legibus salus civitatis*. Non est autem obscurum, unde leges suas & jura civilia Patriarchæ depromperint. Nam quotidianas revelationes hauserant, ex quarum interpretatione, ac ipsis communibus notionibus & præsentī necessitate statuere juris & injuriæ discrimina & necessaria civium officia haud arduum fuit. Hebræi septem potissimum præcepta Patriarchis à Numine disertè impertita volunt. Adamo quidem Deum præcepisse sex, 1. עַל דִּבְרֵי *De judicium*. 2. עַל בְּרִיחַ וְשִׁמְרֵם *De maledictione Nominis divini*. 3. עַל עֲבֹדַת זָרָה *De extraneo cultu*. 4. עַל שְׂפִיכַת דָּמִים *De homicidio*. 5. עַל גִּיּוּר עֵרְוָה *De turpitudine & concubitu*. 6. עַל הַגֵּבֶל *De furto ac rapina*. Noacho superadditum septimum עַל אֲבִיר כֶּן הָרִי *De membro animalis vivētis non comedendo*. Qui ordo præceptorum traditur in Gemara Babylonica ad Tit. Sanhedrin, cap 7. fol. 56. & repetitur prolixè tum à Maimonide tum à Mose Kotzæo. Nuncupant autem omnia hæc

præcepta מצוות *præcepta Noachidarum*. Ex Thalmudicis scriptis repetierunt illas leges Grotius de Jure belli & pacis I. I. 16. 11. 5. Filescus Select. lib. 11. Tit. Mystera SS. 5. Boulducius in Job. XXI. 12. Schindlerus, Genebrardus, Schikhardus, alii. Justo volumine eas explicavit Seldenus. Sed, quid de iis sentiendum putemus, peculiari dissertatione de *præceptis Noachidarum* suo loco inferenda demonstrabimus.

IX. Vestigia porro non obscura legum quarundam in historia Patriarcharum est reperire. Ac primò quidem & ante & post diluvium lex fuit, ne matrimonium ineatur cum infidelibus, Genes. VI. 2. & XXIV. 3. Post diluvium severa lex lata est de non effundendo sanguine, Genes. IX. 5, 6. Nam altera illa de non comedendo sanguine Ecclesiastica potiùs quàm Politica fuit. Præceptum Patriarchas habuisse pendendam decimarum, constat exemplo Abrahami, Genes. XIV. 20. Pèrperam enim Maimonides, Abraham Zachuth in Juchasin institutum מצער *decimationis* referunt ad Isaacum. Pertinent ad leges has civiles nuptiarum ritus, gradus consanguinitatis in conjugii vel liciti vel prohibiti, jus levirationis, jura primogenituræ, ordo successionis filiorum in bona paterna, de quibus actum est prima Exercitatione. Occasione nervi Jacobi in lucta cum Angelo luxati sancita est lex שלא לאכול גיד הנשר *de non comedendo nervo oblivionis*, de qua Genes. XXXI. 1. 32. Idcirco לא יאכלו בני ישראל את גיד הנשר *non comedunt filii Israël nervum oblivionis, qui est in pala femoris*. Quæ verba imperativè non כפור על ירך כפור *historicè* accipient Hebræi Cbin. p. 13. Iisdem legibus determinatam esse formam, modum & ceremoniam juramenti colligitur ex historia servi Abrahami senioris, Genes. XXV. 3, 4. Ubi illam juramenti formulam rectè vocat Abenezra מסעט בנימים הרם *morem*, qui inoleverat tanquam juris humani pars *illis diebus*. Ita etiam Jacobo juravit Josephus, Genes. XLV. 1. 29, 31. Vestigium etiam legis positivæ civilis apparet in historia Judæ & Thamaris. Nam cùm is Thamar ob fornicationem vivicomburio addixit, proclive conjectu est, extitisse civilem aliquam eamque severissimam legem, ne vidua, cùm prioris mariti fratres supersunt, vel adulti vel adolescentens, cum alio quocunque rem habeat. Præterea multa alia circa contrahendi, conducendi, locandi, emendi, vendendi, succedendi rationem, nec non circa jura de agrorum terminis, mensuris, ponderibus admissa & instituta esse dubitari nequit.

X. Jam & ex Jobi, qui Patriarcharum ætate viguit, historia & libro indicia quedam apparent civilium legum Patriarchis receptorum. Lex de colendis Diis gentium colligitur ex Job. XXXI. 26. *Si vidi solem quando splen-*

*splendebat, & lunam קר הלב nobiliter incedentem, & seduxit sese in abscondito cor meum, & osculata est manus mea os meum. Etiam hoc fuisse ען פ'לי iniquitas judicata. Legem de non blasphemando Numine extitisse, arguit, quod Jobus absoluto filiorum convivio mittebat & sanctificabat eos, & consurgens manè obtulit holocausta juxta numerum eorum. Dicebat enim Job, כלנבב אורי חטאו בני וברכו אלהים כלנבב Fortasse peccarunt filii mei, & maledixerunt Deo in corde suo. Contra privatorum injurias & cædes facit, quod extat Job. xxxi. 29. Contra adulterium, quæ extant c. xxxi. 19. Contra mendacium, c. xxxi. 5. Contra injustitiam, ꝑ. 6. Furtum, rapinam, dolum, rei alienæ contrectationem prolixè insectatur capite, xxiv. & xxxi. 7. Præceptum de administrando jure ostendit, quod cap. xxxi. 26. mentio est ען פ'לי iniquitatis judicatæ, criminis judicium, judicialis, forensis, puniendi in foro judicium. Itaque Jarchius vocat ען שפעת סורן ראון יבא על ען crimen judiciale, idoneo poenarum genere castigandum.*

XI. Leges Patriarcharum fuisse munitas terrore poenarum & suppliciorum etiam capitalium adversus eos, qui eas violarent, & noxam committerent, satis constat. Nam ipsa natura distavit, justam esse אב'אמ'ד'ס'סו poenæ, si quis leges eas, quæ ad conservationem spectant humanæ societatis, transgrediretur. Quippe naturâ notum est, suum cuique tribuendum esse. Quod pertinet ea quam Aristoteles vocat ἀτασθαλίη σωφροσύνη *justitiam commutatricem*. Et vanæ sunt leges ac inutiles in humana societate, quæ violantur impune. Quid quod ne judiciis quidem sine poenarum vi ullus locus concedi potest? Nam judicare, sententiam ferre, jurisdictionem exercere citra vim imperii alicubi collocatam, quam executio subsequatur, quo pacto judex poterit? Igitur etiam ante diluvium capitalia supplicia fontibus repræsentata esse, tum ex manifesta ratione, tum exemplo Caini vindicem sui sceleris expavescentis, probamus contra Grotium, ubi de *palingenesia mundi*. Post diluvium à Deo ipso Magistratui summo concessum esse jus gladii ex Genes. ix. 6. uti etiam jus illud talionis à Deo sancitum non potuisse exequi nisi eos, qui judiciali potestate præditi erant, secus quam putavit idem Grotius, manifestum facimus. Est & alia capitalis supplicii à Deo proximè ante datam legem constituti mentio, Exod. xix. 12, 13. ubi Deus ad Mosen dicit. *Constitues terminum populo per circuitum, dicendo: Cavete vobis, ne ascendatis in ipsum montem, neque contingatis terminum ejus: Quicumque attigerit montem morte morietur. לא תגע ביד כי סקל יסקל או יד ידה אם נהם אם Non tanget eum manus, sed lapidando lapidabitur, vel projiciendo projicietur; sive homo sive animal non vivet. Quæ repetuntur Hebr. xii. 20.*

Quibus verbis Deus de pœna lapidationis loquitur, ceu jam antè Israëlitis nota. Quod enim de jaculis vel sagittis in reum immittendis verba Dei accipiuntur tum à Græcis LXX Interpretibus, tum ab Abenezra, Lyrano, Abulensi, probandum non est. Neque enim aliam pœnam Deus innuit quàm lapidationis forensẽ, quæ etiam sequentibus temporibus usu inter Hebræos recepta fuit. Duplex lapidationis Judæis usitatæ forma describitur tit. Sanhedrin, cap. 6. altera, quâ reus שהא נבוח שתי מית הקקיה מית הקקיה *ex domo lapidationis, qui altus erat duas hominis staturas* pronus in terram lapidibus stratam præcipitabatur: altera קקיה lapidatio magis propriè sic dicta, qua lapidum jactu testibus præeuntibus obruebantur. De utraque hac lapidationis pœna verba Dei accipi possunt hoc sensu: *Aut lapidibus petisus obruatur, aut ita præceps in terram è sublimi loco detruatur & projiciatur, quò sic vita privetur.*

XII. Præter hæc supplicia divino mandato dictata alia etiam ab hominibus in reos non tantum homicidas verum etiam adulteros, blasphemos, aliòsque facinorosos constituta sunt, tum propter rei ipsius æquitatem, tum propter voluntatis divinæ conjecturam ex lege illa Gen. ix. 6. sumptam. Quod vir magnus Hugo Grotius *de Jure belli & Pacis* 1, 2, 5. sapienter sic colligit: *Nimirum, inquit, conjecturæ Divinæ voluntatis ipsa naturali ratione adjuvante à similibus ad similia processerat, ut quod in homicidam constitutum erat, in alios quoque nocentes non iniquum videretur. Sunt enim quædam quæ vitæ æquiparantur, ut existimatio, pudor virginalis, fides matrimonii, aut sine quibus vita tuta esse non potest, ut imperii societatem continentis reverentia: adversum quæ qui faciunt, si homicidis meliores non videntur. Huc pertinet vetus quæ apud Hebræos exstat traditio, leges plures Noæ filius datas à Deo quæ non omnes à Mose narratæ sint, quia satis erat ad ipsius institutum eas postea in lege peculiari Hebræorum esse comprehensas. Sic adversus nuptias incestas legem veterem quanquam à Mose suo loco non memoratam existisse apparet Lev. xv 111. Inter ea autem quæ Noæ liberis Deus edixit hoc quoque ajunt fuisse, ut non homicidia tantum, sed & adulteria, & concubitus incesti, item violentæ rapinæ morte punirentur. Quod ipsum confirmant Jobi verba c. xxxi. 11. Fallitur quidem Grotius in eo, quod Hebræorum allegat traditionem, qua feratur, Noæ liberis edictum esse, ut non homicidia tantum, verum & adulteria, concubitus incesti & violentæ rapinæ puniantur. Nam ita non habet traditio Hebræorum. Verum ita traditum esse sciunt, ut solum homicidam ex Divino edicto occidere necessum sit: cæterum jure permissivo & autoritate humana licuisse extremo supplicio animadvertere non in solos homicidas, verum in alios etiam*



etiam quoscunque præceptorum Noachidis datorum violatores. In Gemara Babylonica *ad tit. Sanhedrin*, cap. 7. Sic habent de Noachide ענין שבע מצוות בני נוח נהרגו גלי דהמסא כהרא והוא הדין לכולהו *Ob violationem alicujus de septem præceptis Noachidarum morse afficitur. De unico aperte effatus est Deus ipse. Atque eadem ratio est cunctorum.* In reliquis optimè argutus est Grotius. Et indicium ejus rei luculentum est in historia Thamaris, Genes. xxxviii. 11. Illa enim cùm esset שמרת יכא servata, ut Schelæ defuncti mariti fratri nuberet, cum Juda meretricem habitu simulans rem habuit. Proinde eam Judas comburendam censuit. Quam poenam eam meruisse alii, quia sacerdotis filia adulterium commiserit, alii probabilis, quia gravissimè interdicta fuerit ejusmodi vidua conjunctione alterius tanquam incesta, jure aliquo positivo, arbitrantur. Sed sententia ipsa Judæ in Thamarem manifestè evincit, supplicia capitalia expromi solita non solis homicidis, verùm aliis etiam facinorosis. Quod enim inter Hebræos nonnulli non tam vivicomburii poenam hic intelligunt, quàm inultionem frontis, ut eam scortum esse publicè constaret, dilutum est. Neque enim verbum שרף absolutè positum ejusmodi inultionem unquam notat.

XIII. Est etiam in historia Patriarcharum mentio poenæ כרת excidii infligendæ ei, qui circumcissionem negligit. Verba Dei de incircumciso extant Gen. xvii. 14. ונכרתה הנפש ההוא מינערה *Excindetur anima illius de populo suo.* Eandem poenam Deus minatur ei, qui fermentum intra hebdomadam Paschalem comedit, Exod. xii. 15. כל אכל חמץ ונכרתה הנפש *Quicumque comedit fermentum, excindetur anima ipse ex Israël.* Quod repetitur 19. Quæritur hic, an poena illa כרת seu excidii fuerit forensis, infligenda in foro externo; an potiùs Divina, exequenda non per hominem, verùm immediatè per Deum, vel, ut loquuntur Hebræi כרת ביד שמים *manu Dei?* Hebræi in eo consentiunt omnes, poenam כרת excidii forensis non esse. Abenezra: ופרת ביד שמים והטעם השבו כי אם סת העיר: ולא נמול אין לו חלק לעולם הבא ואין הנפש כרצונם כי נפש כמו איש וטעמי נפש שיש לו נפש וכן נפש כי החטא הוא כי כרת המצוות נב שנה רא כי כרת שכירת שמו כמות ודין: עול כן אפר הכתוב מינערה כי מי שיש לו בנים כאלו הוא חי ושמו לא נכרת id est: *Cheret autem ab ipso Deo infligitur. Errant qui existimant, puerum sine circumcissione ex hac vita discedentem non habiturum partem in futuro seculo. At vox נפש anima, non significat id quod illi volunt. Nam נפש hic idem est quod אש & significat corpus, in quo est anima, ut anima cum peccaverit, Levit. iv. 2. Et sunt qui dicunt, per Chereth intelligi, cum quis moritur ante annum LII. Alii, cum alicujus nomen excinditur extincta posteritate. Ideo dicit Scriptura, כעסרה ex populo suo: Nam qui filios relinquit, est ac si vivit.*

viveret, & nomen ejus non excinditur. In corpore Thalmudico integer est de כרתות excisionibus tractatus, in quo unanimes Magistri negant, pœnam hic forensẽm intelligi, & excidii hujus divinitus inferendi triginta sex genera numerant. Neque verò soli Thalmudici, verùm etiam Karæi, quos vocant, Thalmudistarum cœtera fatis acres adversarii de pœna כרתות potius quàm forensi humana explicant. Ex R. Elia-ben Mose Karæo Scriptore M. S. locum allegat Seldenus, in quo inter alia sic habetur: כרת שנתורה הוא כרת בני השמים בנינו בטובין ופוש *Omne Chereth in lege memoratum insigitur per manus Dei in pœnam aut corporis aut animæ.* Quamvis autem excisionem pertendant fieri per solum Deum, ita ut homines per capitale supplicium eam exequi non potuerint; tamen, ubi Deus sibi ipsi excidium reservat, non dubitant etiam humano in foro pœnam contra excindendum à Deo infligi potuisse, verùm minimè capitalem eam, sed verberum duntaxat. De qua re sic Ephodæus ad More Nebochim, p. 3. cap. 41. כרת ענין כרת חרב מלקות וזוהו הענין כרת שיש עליו *Quisquis in legem aliquam commiserit, excisionis pœna vindicandam, præter pœnam excisionis illi impendentem verberibus etiam pleclendus venit.* Cæterum qui hæcenus consentiunt, in explicando tamen excidii modo sententiarum divortii distrahuntur. Quatuor in universum apud eos sententiarum reperire est. Prima est eorum, qui mortem immaturam intelligi pertendant, quæ non per homines, sed per Deum acceleratur. Ita Abarbanel ad Num. xv. 22. קצור ימי החוסה ומיתתו קס קצו בעולם הזה והוא יעצרו יעקב המיתה שמים *Abbreviatio dierum peccatoris, & mors ante terminum naturalem in hoc mundo quæ mors est opera cæli illata.* Qui terminus aliis censetur annus vitæ sexagesimus: aliis quinquagesimus, aliis quinquagesimus secundus. Atque hinc est, quod teste Buxtorfio in Lex. Thalm. in voce כרת senes Hebræi post sexagesimum annum convivium eucharisticum instituunt, in quo Deo gratias agunt, quòd à populo suo excisi nondum sint. Secunda eorum est, qui excidium accipiunt de sterilitate seu אצילות, quibus כרת הוא עירוי שיתר בלי בנים *excidium in eo consistit, ut quis moriatur אצילות*, uti loquitur Jarchius. Nempe eum qui liberos relinquit, ajunt perinde habere ac si semper vireret, nec unquam ex populo Dei excindatur. Respexerunt ad Levit. xx. 20, 21. מוריתו עירוי, מוריתו עירוי. Hinc fortassis est, quòd & Tacitus de Judæis narrat Histor. v. *Augendæ multisitudini consulitur. Nam & necare quemquam ex Agnatis* (Lipsius legit gnatis) *nefas; animasque prælio aut suppliciiis peremptorum æternas putant. Hinc generandi amor & moriendi contemptus.* Tertia est Maimonidis, qui *Chereth* interpretatur totius hominis secundum corpus & animam extinc-

ctio-

tionem, sicut bruti. Verba ejus Halacha de pœnis. cap. 8. sunt: יכרת  
 Excindetur ob impietatem suam & peribit ut bestia. Atque hoc intelligitur per Chereth quod extat  
 in lege, quando dicitur: & excindendo excindetur anima. Frustra hic sudant  
 cæteri Hebræi, ut Maimonidem animæ ἀφαιροντες abnegantem vindicent.  
 Quarta denique sententia est Abarbanelis, qui pœnam in inferno luendam  
 intelligit: תכרת תנפש מאותו צדור החיים הלין ולא קבל זו השכינה שהוא  
 העונן והשכר הנפשי אבל אין זה לנפש היעדר כבוד הפקר כחלם כי הוא עמו וחמי קים  
 בעצמו בלתי נפטר בשכרין אך הכרת הוא יענש ויעזר נזול לנפש תקבל בו הפחית והחזק  
 ואחרי קבל העונש תשוב לקבל העונן והעונן לכמש ים יכרת ועוד חלוק והנחתו לא תחדל  
 Anima excindetur ab isto fasciculo vitæ supremo, neque splendorem divinitatis  
 obtinebit, id est, voluptatem & mercedem animæ. Sed hic non est anima de-  
 fectus consummatus, & interitus absolutus. Ipsa enim est substantia spiritua-  
 lis, in se subsistens, minime natura sua corruptibilis. Verum, exterminium,  
 est pœna & dolor magnus animæ. Quæ in eo minus & majus suscipit. Et post  
 exantlatam pœnam denuo delicias & voluptatem obtinebit. Idque secundum  
 illud dictum, (Job. xiv. 8.) si excindatur, repullulabit; & tener ramus  
 ejus non deficiet. De pœna כרת ex mente Hebræorum prolixius egerunt  
 Sixt. Amama, Seldenus, L'empereur, Buxtorfius, Fagius, Ainsworth,  
 alii. Inter Christianos non minus discors est sensus de pœna excidii. Non-  
 nulli omnino explicant de pœna forensi, seu capitali supplicio ab homini-  
 hus decernendo & exequendo. Ita Lyranus, Carthusianus, Piscator,  
 Bonfrerius, &c. Alii & plerique quidem alia omnia quam capitale sup-  
 plicium intelligunt. Tameñ & ipsi in determinanda forma excidii non  
 mediocriter variant. Augustinus de Civ. Dei xvi. 27. pertendit, æter-  
 nam inferni pœnam excidio contineri. Itaque verba Dei de incircumciso  
 excindendo accipit perinde, ac si dictum esset: Qui non fuerit regeneratus  
 inseribit anima illa de genere ejus, quia testamentum meum dissipavit, quando  
 in Adam cum omnibus etiam ipse peccavit. Eodem modo Gabriel Biel in 4.  
 Sentent. Distinct. 1. quæst. 4. artic. 2. Ubicumque, inquit, in scripturis  
 ponitur hoc verbum delebitur aut peribit de populo suo, denotatur interitus salu-  
 tis & mors æterna. Neque aliter Jansenius, Chamierus, alii. At excom-  
 municationem ab Ecclesia Calvinus, Mercerus, Deodatus, Genevenses,  
 Bertramus, alicubi etiam Rivetus, alii subintelligunt. Doctissimus L'em-  
 pereur in notis ad Bertramum, pag. 357. mentem animi sui his verbis ex-  
 promit: Ego in hac varietate, eorum sententiam minime absurdam sentio, qui,  
 mortem præmaturam indicari, arbitratur: quandoquidem cum excindendi  
 vox ista, non verò sterilitatis, optime quadrat tum infantie eorum qui in Ec-  
 clefia

clesia Judaica nascabantur, majores illas pœnas convenire & competere, clementia Dei prohibere videtur. Cui consentit Grotius ad Exod. xii. 15.

XIV. Totam hanc rem paucis ego hunc in modum expedito. Primum igitur pœna *כרת* excidii, cujus in historia Patriarcharum mentio est, forense supplicium non fuit, sed *ἑτέλευται*. De incircumciso excindendo ex populo id fati est manifestum. Inauditum est enim, quenquam ob neglectum circumcisionis morte corporali in foro humano plexum esse. Rectè Paulus Burgenfis in additionibus ad Lyranum. *Non dicitur hic, morte moriatur, sicut in aliis criminibus, in quibus lex vetus mandabat puniri morte corporali. Sed dicitur hic, delebitur anima ipsius, id est, non computabitur inter sanctos secundum glossam.* Atque hinc est, quod Deus ipse ad mortem expetiit Moÿsen, qui neglexerat circumcisionem filii, non occidendum obtulit humano judicio. Par ratio est comedentis fermentatum in hebdomada Paschali, quem punitum nunquam in humano judicio capitis supplicio legimus, quamvis constet, ejusmodi reos subinde multis vel verberibus punitos esse. Cæterùm in excidio, quod denuntiatum est incircumciso nec Ecclesiasticam aliquam pœnam, qualis est excommunicatio, invenio. Nam incircumcisus, postquam circumcisionis præceptum datum est, ne Ecclesiæ quidem membrum fuit. Quomodo igitur ab Ecclesia plectendus, cum non judicet eos qui sunt *ἔξω*? Intellego igitur tale excidium, quo præputiatus in eo populo cui Deus circumcisionem dedit, tum in hac vita exclusus fuit à societate Ecclesiæ, tum in altera vita exterminatus è terra viventium. Quomodo enim particeps esset benedictionum Abrahamo promissarum, adeoque etiam gloriæ in vita æterna, qui Sacramentum ei mandatum negligeret? Neque aliter accipiendum puto excidium comedentis fermentatum Paschali hebdomada, ut videlicet per mortem divinitus acceleratam excludatur ab Ecclesia cui est facta promissio, adeoque etiam à fructu promissionis, vitæ æternæ hæreditate, nî pœnitentia ductus cum Deo in gratiam redeat. Secundò, quod cætera attinet Scripturæ loca, in quibus vox *כרת* obvia est, non dubito quin quoad sensum differentiam insignem recipiant, ita quidem, ut aliàs supplicium capitale forense, aliàs pœna qualiscunque *ἑτέλευται*, aliàs æterna etiam damnatio intelligatur. Cujus quidem differentiarum notæ admodum evidentes ipsis scripturis conjunctæ sunt. Quoties enim homo ob peccatum aliquod, cui in lege pœna mortis in externo foro luenda addita est, excindendus dicitur, toties excidium procul omni dubio supplicium forense connotat. Huc pertinet Sabbathi profanatio, adulterium, incestus genera, blasphemia, idololatria, aliæque ejusmodi, quæ qui admisit, excidii

cidii reus est. Sic de violatore Sabbathi lex est Exod. xxxi. 14. *Custodietis Sabbathum, quia sanctissas est vobis: quisquis profanaverit illud, morte morietur: quia omnis faciens in eo opus, excidetur anima ipsa à medio populorum suorum.* Ubi excidii poenam forensam describi clarum est, quanquam nihil impedit etiam æternam damnationem non resipiscentis subintelligi. Non ignoro, quomodo locum citatum eludere soleant Hebræi & Hebraizantes. Sed frustra sunt, quando palam est, excidium & mortis poenam utique in humano iudicio infligendam poni pro iisdem. Quoties autem excidium denuntiatur peccatori ob ejusmodi delictum, cui poena mortis in lege forensi Hebræorum nullibi expresse decreta & denuntiata est, probabile est, iis in locis poenam כרת non esse nisi *שֶׁלֶמֶת*, immediatè à Deo infligendam vel per præmaturam & violentam mortem, vel per æternam damnationem, vel per utramque. Idque imprimis obtinet iis in locis, quibus Deus de se loquitur in prima persona, veluti cùm his verbis minatur: *Ponam faciem meam in eum: כרתו excidam ego, succidam, interficiam de medio populi sui, disperdam, Lev. xvii. 10. xx. 5, 6. & xxiii. 30.* Hujus generis peccata sunt circumcisionis neglectus, esus fermenti in Paschate, sanguinis, adipis, aliæque ejusmodi.

XV. Ad Politiam Patriarcharum referenda sunt etiam fœdera, quæ cum aliis ipsi pepigerunt iis maxime temporibus, quibus cum exteris gentibus in agro Cananæo permixti fuerunt. Sic enim Abrahamo fœdus intercessit cum Mamre Amoræo, Eschol & Aner, qui vocantur בני אברהם *συνωμότης Ἐβραίου confœderati Abrahami, Genes. xiv. 13.* Idem Abrahamus cum Abimelecho percussit fœdus, Genes. xxi. 27. *וכרתו שנהם & percusserunt ambo fœdus.* Jacobus etiam cum socero suo Labane feriit fœdus, Genes. xxxi. 44. *Nunc ergo veni, verba sunt Labanis ad Jacobum, וכתרתה ברית אבי ראיתך percusiamus fœdus ego & tu, & sit in testimonium inter me & te.*

XVI. Fuisse eos, cum quibus fœdera hæc à sanctis Patriarchis inita sunt, à vera pietate & religione alienos non dubitamus. Si enim in familia ipsius Semi paulò ante evocationem Abrahami ex Ur Chaldæorum falsis diis litatum est, quid putabimus fecisse maledictam posteritatem Canaanis? Et de Amorhæi impietate non ambiget, qui reputabit, Deum populo Israëlitico tempus introductionis in terram Canaan suspendisse ab impletionem iniquitatis Amorhæorum, & de iisdem tempore Abrahami sic loqui Genes. xv. 16. *Generatione quarta revertentur huc, כרת שנים עשר, quia nondum impleta erat jam tum iniquitas Amorhæorum.* Erat igitur jam tum iniquitas Amorhæorum, sed necdum ita impleta,

ut excidium totale mereretur. De Abimelechi regis Geraris fide & pietate nonnulli dubitant. Verùm qualis fuerit ipse & populus ejus, indicant verba Abrahami Genes. xx. 11. אמרת רק אין יראת אלהים בנפוקם הוה *Dixi: verè non est timor Dei in loco isto.* Hujus autem adseverationis Abrahamus causas habuerit prægnantes oportet. De Labanis autem idololatria, res est notoria, & nos de eo infra non uno loco agimus.

XVII. Cùm igitur cum Regibus & hominibus infidelibus sancti Patriarchæ foedus pepigerint, an id piè & ritè factum sit, quæritur. Certum est, Patriarchas in iis rebus, de quibus in neutram partem mandatum extabat, naturæ & conscientiæ suæ ductum secutos esse. Fuisse autem divinum mandatum de foederibus cum impiis vel feriendis vel non feriendis, non constat. Jure autem naturali ejusmodi foedera prohibita non fuerunt, dum ne vel religioni inde damnum & noxa accessit, vel pietas & justitia detrimentum passa est. Quod sanè non contigit in foederibus, quæ vel mutux defensionis ergo, vel non nocendi gratia, vel propter amicitiam, beneficentiam, tolerantiam ineuntur, qualia fuerunt illa foedera Patriarcharum. Tum in media Chananæorum regione habitârunt, ipsi peregrini & advenæ, neque minùs tamen propriis institutis usi. Intererat igitur securitatis illorum, ne oblatis foederis societatem oblatam à dominis illarum gentium detrectarent. Aliàs jure quodam ipsi objectari potuit, quod postea Judæis objectum esse testatur Iosephus, ἡ ἀμικτων, ἡ ἀσυμφυλον, ἢ ἀγαπῆς ἀμικξία, *insociabilis vivendi ratio.* Quid quodd foedus pium & justum charitatis actus est? Atqui charitatem debuerunt etiam hostibus nedum iis, qui charitatem mutuam & beneficia obtulerunt primi, ac paria stipulati sunt? Has sanè ob causas rectè & prudenter foedera illa Patriarchæ percusserunt. Neque tamen probo Hugonis Grotii assertionem lib. 1. r. de *Jure belli & pacis*, cap. xv. 8. *Jus naturale ita omnibus hominibus commune est, ut religionis discrimen non admittat.* Quasi verò natura non inspiret animo hominis, ut verum Dei cultum feligat, atque adè studiose vitet ea omnia, quæ Dei amorem & cultum labefactare queant.

XVIII. Neque obstat, quod postea sub lege latum est à Deo præceptum, Exod. xxxiv. 15. *Ne in eas pactum cum hominibus illarum regionum, ne cùm fornicati fuerint cùm Diis suis & sacrificaverint, vocet te quispiam, &c.* Nam præceptum illud divini & liberi placiti fuit, cui quidem utpote sapientissimo rationes non defuerunt. Non obstante autem singulari ejusmodi placito Patriarchæ juris naturæ dictatum sequi potuerunt. Et sanè admodum dispar fuit ratio Patriarcharum in Cananæa conjunctorum cum aliis Regibus, nondum per חרר jussu Dei exterminandis, & scorsim in

ea terra tanquam femini Abrahami promissa agitantium. Antea cum Patriarchæ in Cananæ versarentur, nec ut in terra propria habitârunt, & gentes Canaan devotæ & subiectæ interdîcto fuerunt. Etsi enim Abrahamo facta fuisset terræ illius promissio, nondum tamen in ejus possessionem vocatus fuit, sed habitavit in terra aliena. Idcirco illis non solum licuit, sed planè necessarium fuit, amicitiaæ fœdus cum iis, quibuscum habitârunt, pangere. Alia fuit ratio posteriorum temporum, quibus populos aliquos sibi exosos aut infortunio damnatos Deus expressit lege. Quid quodd sub ipsa lege fœderis contractus illicitus fuit cum iis tantum populis quos Deus in lege difertè nominavit. Cum reliquis autem gentibus fœdera ferire per se nefas non fuit, sed tantum ob animi aliquod vitium, à quo procedebant, & singulares ejusmodi circumstantias, quarum ratio habenda fuit non tam ex interdîcto ipsius fœderis, quam ex generali mandato de cultu Dei servando intemperato, fiducia in solum Deum collocanda, non nocendo infontibus vel de nobis malè non meritis, non colludendo cum idololatria, vel connivendo cum flagitiis gentium. Extra quas similisque circumstantias etiam sancti Reges aliique sub lege fœdera cum Gentilibus pepigerunt, in Scripturis nullibi reprehensa. Et Idumæos ac Ægyptios haud dubiè idololatras aversari tamen ventantur Hebræi, Deut. xxxiii. 7. *Non abominaberis Edomæum quia frater tuus est: non abominaberis Ægyptium, quia peregrinus fuisti in terra ejus.* Sic fœdera commerciorum & quæ his similia sunt ad utilitatem publicam, inire cum profanis gentibus divina sententia non damnatis & devotis, per se malum & illicitum Hebræis non fuit. Exemplum est Davidis & Solomonis, qui cum Hiram Tyriorum Rege fœdus fecerunt. Et fœdus illud cum Hiram dicitur Solomon fecisse juxta illam sapientiam, quam ei Deus impertierat, 1. Reg. v. 12. Apud Josephum Antiq. viii. 2. eidem Solomoni templum dedicanti, & oranti ut Deus ibi etiam alienigenarum preces exaudiat, hæc oratio tribuitur: *ἡμεῖς οὐκ ἀπάνθρωποι ἢ φύσιν ἐσμέν, ἀδὲ ἀλλοτρίως πρὸς τὰς οὐκ ὁμοφύλους ἔχομεν, non sumus inhumano ingenio, neque malè affecti erga extraneos.* Quodd verò culpantur fœdera Asæ cum Rege Syriæ, 2. Paralip. xvi. 2, 7. Josophati cum Achazia Rege, 2. Paralip. xix. 2. non ex natura fœderis profectum est, sed ex peculiari personarum qualitate. Sunt enim multa per se bona & licita, quæ vitiat animus malè dispositus.

XIX. In feriendis fœderibus Patriarchæ solennibus ceremoniis usi, quibus ea sancirentur & confirmarentur. Quibus prævit Deus ipse in eo fœdere, quod cum Abrahamo fecit, Genes. xv. 9, 10, 11, 17, 18. Ubi

Deus fœdus, in quo Abrahamo promisit hæreditatem terræ Canaan, sanciturus *sustulit vitulum triennem, & capram triennem, & arietem triennem, turturem quoque & pullum columbarum.* Accipiens itaque omnia illa *נתן את כל דבריו ויקרא רעהו ארבעה חלקים ונתן את הארבעה חלקים ונתן את הארבעה חלקים ונתן את הארבעה חלקים* & *divisit ea per medium, & posuit unamquamque ÷ regione partis correspondentis.* Fuit præterea cum sol occumberet, *caligo exorta est & ecce furnus fumans & lampas ignea, אשר עבר בין הנגרים האלה, quæ transiit ἀναμύσον ἡ διχοπομημάτων τῶν inter medias illas divisiones.* Die ipsa pepigit *Jehova fœdus cum Abraham.* Quæ ceremonia à Deo adhibita haud dubiè eam significationem continuit, ut quicumque fœdus ruperit, eodem modo mactatus dividatur. Itaque etiam Cyrillus contra Julianum & Augustinus *de Civitate Dei* xvi. 14. hanc animalium dissectionem accipiunt pro diris in fœdiferagos, ut nimirum eodem modo illi dividerentur, si pactis legibus fœderis non bona fide stetitissent. Eum ferendi fœderis ritum postea in fœderibus sancitum esse ostendit *luculenter locus, Jerem. xxxiv. 18. Et tradam viros istos, qui transgressi sunt pactum meum, qui non confirmarunt verba fœderis quod pepigerunt in conspectu meo* אשר העברו את בריתו ויעברו בין ברתו *vitulum quem dissecuerunt in duas partes, & transferunt inter partes ejus, principes Jehuda, &c. in manum inimicorum suorum* Probabile est, eum ritum etiam Jacobum adhibuisse in victima illa, quæ post fœdus Labanicum est immolata, *Genes. xxxi. 54.* Et ex illius victimæ reliquiis instruxisse *ἕσσιμον* convivium & fœderale dicitur eodem loco. Quid quòd ab hoc ritu mactandi in fœdere ipsa ineundi fœdus ætio descripta est phrasi *כרת ברית* *ferire fœdus, icere, percutere fœdus,* hoc est, sectione animalis adhibita facere fœdus. Eundem morem veterum fuisse Chaldæorum notat contra Julianum Cyrillus. De Molottis Zenobius: *οἱ Μόλοττοι ἐν τῷ ὄρκωμοσίαις κατὰ τὸ πόντες εἰς μικρὰ τὰς βῆς τὰς συνθήκας ἐποιῶντο, Molotti in juramentis dissecando in frustra boves fœdera feriebant.* De Bœotia Plut. *Quæst. Romanis: Βοιωτῶν δημοσίᾳ καθαρμῶς ἐστὶ κυνὸς διχοπομηθέντι & τῷ μερῶν διεξελθεῖν, Bœotis mos publicus est mactato cane per partes ejus transire.* Ab Hebræis & Græcis manavit etiam consuetudo ferendi in fœdere animal, de qua juvat audire Livium *Annal. 1. 24. Fœdera alia aliis legibus, ceterum eodem modo omnia fiunt. Tum ita factum accepimus, nec ullius vetustior fœderis memoria est. Fetialis Regem Tullum ita rogavit: Jubeſne me Rex cum patre patrato populi Albani fœdus ferire? jubente Rege. Sagmina, inquit, te, Rex, posco. Rex ait puram tollito. Fetialis ex arce graminis herbam puram attulit: postea Regem ita rogavit, Rex, facisne me tu regium nuntium populi Romani Quiritium? Vasa, comitesque meos? Rex respondit: Quod sine fraude mea, populique Romani Quiri-*

tium



tium fiat, facio. *Fetialis erat M. Valerius. is patrem patratum Sp. Fufium fecit, verbena caput capillisque tangens (pater patratus ad iurandum patrandum, id est, sancendum fit) fœdus, multisque id verbis, quæ longo effata carmine non operæ est referre, peragit. Legibus deinde recitatis: Audi, inquit, Jupiter, audi pater patratus populi Albani, audi tu populus Albanus, ut illa palam prima postrema, ex illis tabulis ceravæ recitata sunt, sine dolo malo, utique ea hic hodie rectissimè intellecta sunt: illis legibus populus Romanus prior non deficiet. Si prior defecerit publico consilio, dolo malo: tu illo die Jupiter populum Romanum sic ferito, ut ego hunc porcum feriam: tantoque magis ferito, quanto magis potes, pollésque.*

X X. Belli ab Abrahamo gesti contra externos Reges mentio est Genes. XIV. 24. Verùm quia de eo bello agimus singulari Exercitatione *de bello Scnaaritico*, prolixiore hic ejus explicatione ultro superfedemus.

## EXERCITATIO III

DE


ECCLESIA ET THEOLOGIA  
PATRIARCHARUM.

## Breviarium.

*Ratio ordinis, & argumentum exercitationis. 1. Ecclesiæ gubernandæ potestatem fuisse penes Patriarchas ostenditur. 2. Ecclesiæ Patriarcharum status, fueritne monarchicus, aristocraticus an democraticus? Sanderus & Coccius refutati, qui in Ecclesia Patriarcharum unum faciunt Patriarcham summum, monarcham & Pontificem. 3. Limitatur potestas ecclesiastica Patriarcharum. 4. Potestatem ecclesiasticam fuisse penes Seniores & Patres familiâs, præsidente iis Patriarcha summo ostenditur. 5. In Ecclesia Patriarcharum penes eosdem fuisse potestatem ecclesiasticam, penes quos & politica fuit, asseritur,*

nonnullo tamen cum discrimine. Apud vetustissimas gentes rerum  
 civilium dominos fuisse etiam dominos rerum sacrarum. 6. Patriar-  
 chas Doctores publicos fuisse probatur. 7. Prophetas fuisse probatur. 8.  
 Quam normam habuerint suæ institutionis? An solam conscien-  
 tiam? 9. Probatur, necessum eos habuisse revelatione. 10. 11.  
 Eum qui apparere solitus Patriarchis, probatur fuisse Christum. 12  
 — 15. Vindicatur locus Esai. XLVIII. 16. à glossematis Kim-  
 chii. 13. Quo pacto discreverint Patriarchæ Deum apparentem &  
 loquentem à non Deo? 15 — 19. Quo pacto filii Patriarcharum  
 traditionem paternam Divinam esse cognoverint? 19. 20. Fidem  
 non excludere λογισμὸν prudentem. 21. Doctrinam Patriarcha-  
 rum fuisse Euangelium à Christo iisdem annuntiatum. 22. Fides &  
 Theologia Patriarcharum fusè ostensa. 23. 24. Serpens tentator quis  
 fuerit? 24. Promisso Protoplastis facta expenditur, & ex ea octo-  
 decim porismata eliciuntur. 25 — 31. Summa Theologiæ Pa-  
 triarcharum. 31. Posteros Adami constanter retinuisse traditionem  
 paternam de promissione. 32. 33. Abrahami fides. 34. Mysterium  
 circumcisionis. 35. Notantur quædam circa fidem Patriarcharum  
 à Paulo Hebr. xi. laudatam. 36. Fides Patriarcharum cir-  
 ca creationem mundi. 37. Fides Habelis, Enochi, Noë, Abra-  
 hami, Saræ, Isaaci, Jacobi, Josephi ex Hebr. xi. asseritur. 38  
 — 43. Patriarcharum iustitia & justificatio. 44. Iustitiæ Pa-  
 triarcharum effectus. 45. Differentia effectuum iustitiæ Patriar-  
 charum & Israëlitarum legi subiectorum. 46. Differentia illa du-  
 pliciter typo, nempe uxoris maritatae & desolatæ, nec non Hagaris &  
 Saræ ex scriptura illustratur. 47. Differentia Ecclesiæ Patriarcha-  
 rum ab Ecclesia novi Testamenti. 48. Convenientia Ecclesiæ Patriar-  
 charum & N. T. Ecclesiam Patriarcharum fuisse matrem Ecclesiæ  
 N. T. ostenditur. 49. Patriarcharum Sacerdotium. 50. Penes  
 quos fuerit potestas sacerdotii? 51. Sacrificiorum divina institu-  
 tio. 52. Signum Divinæ acceptationis sacrificiorum fuisse ἱμπερασ-  
 μόν. 53. Inflammationem illam fuisse symbolum Spiritus S. apud  
 illos habitantis. 54. Quæ fuerit fides sacrificantium? 55. Sacri-  
 ficia

*ficia nec media nec causas fuisse remissionis peccatorum. 56. Sacramenta Patriarcharum, diluuium, iris, circumcisio, Pascha. 57. An Patriarchæ habuerint mandatum sanctificandi Sabbathi? 58. An in usu fuerit sanctificatio ceremonialis? Bertramus ad partes vocatus, statuens Patriarchis receptum fuisse usum  $\tau\upsilon$  Niddui &  $\square\eta$  anathematis. Quid Paulo sit maranatha? 59. Patriarcharum sepultura. An XII. Patriarchæ omnes Sichemæ sepulti? Cur in agris & hortis sepeliri voluerint? 60. Animas Patriarcharum à morte cælo receptas esse novem argumentis ostenditur. 61.*

I.  Um Patriarcharum tum Oeconomiam tum Politiam modica adumbratione & velut in compendio exhibuerimus; proximum est, ut ad Ecclesiam & Theologiam eorundem nos convertamus, rem in hoc quidem argumento ita necessariam, ut tantum non utramque paginem faciat. Hoc autem loco non tam singula quàm summa rerum capita delibaturi sumus. Et cum quidem delectum ordinis habebimus, ut primò de potestate Patriarcharum circa Ecclesiam agamus; tum institutionem eorum, ejus normam &  $\tau\omega$   $\kappa\upsilon$   $\epsilon\lambda\alpha$   $\delta\delta\gamma\mu\alpha\tau\epsilon$  seu primaria fidei capita edisseramus; hinc cultum eorum externum, quem Deo præstiterunt, investigemus: ubi inprimis de Sacerdotio Patriarcharum agendi occasio dabitur; denique & ea quæ post mortem Patriarcharum de iis ex scripturis comperimus explicata reddemus.

II. Quæ potestas Patriarcharum fuerit circa ea, quæ liberorum tum in domo paterna tum in civilibus vitam præsentem concernunt, ex iis, quæ superiori Exercitatione dicta sunt, satis liquet. Sed potestas eorum in Ecclesia & institutione fidei non æquè nobis patet. Id tamen non sine ratione videmur asserere posse, iis  $\tau\omega$   $\kappa\upsilon$   $\beta\acute{\epsilon}\gamma\eta\sigma\iota\upsilon$  seu gubernationem Ecclesiastici ordinis & paterno jure & divina revelatione creditam esse. Ex iis, quæ postea dicemus, apparebit, fidem ipsam & charitatem ex divinæ revelationis præscripto Patriarchas deprompsisse. In præcepto autem fidei & charitatis continetur etiam præceptum  $\epsilon\upsilon$   $\tau\alpha$   $\xi$   $\iota$   $\alpha$  seu boni ordinis. Credibile est autem, cum ordinem in Ecclesia divina revelatione determinatum non fuisse, adeoque relictum esse ipsius Ecclesiæ prudentiæ, id quod obtinet hodiè que in Ecclesia Christiana. Quod si firmum est, uti quidem de eo neminem dubitaturum confido, cui magis incumbebat in iis rebus quæ à cœtu agendæ fuerunt, modum & ordinem decorum ac commodum instituerè quàm iis, qui in cœtu multorum non habuerunt superiorem cui subesse;

sent; adeoque Senioribus, Patriarchis, Patribus, qui & œconomico & politico jure liberis suis præfuerunt, & patria potestate suos gubernârunt? Id Deus ipse videtur innuere, ubi quid de Abrahamo expectet, explicans ait, *eum præcepturum filiis suis & domui suæ post se, ut custodiant viam Jehovæ faciântque justitiam & judicium*, Genes. XVIII. 19. Quid quod Patres maximè autem primogeniti munere sacerdotii defuncti fuerunt? Claro indicio, iis Ecclesiæ gubernationem demandatam fuisse. Eosdem Patriarchas Doctores publicos & Prophetas fuisse, postea confirmabimus. Tale autem regendæ Ecclesiæ onus citra dubium gesserunt.

III. An verò subortis casibus, qui definitionem Ecclesiæ flagitârunt, v. g. ubi lex pertinens ad bonum ordinem Ecclesiæ constituenda fuit; ubi redarguendus is qui publico peccato vel Ecclesiam universam, vel fratrem quemcunque offendit, & si quid aliud: convenerint in unum Patriarchæ omnes & Seniores & in medium consultaverint; an paucis eam curam demandaverint, non abdicata interim cura & officiositate erga totum cœtum; an uni alicui ceu eminentiori omnem illam potestatem delegaverint, verbo dicam, fueritne forma regiminis Ecclesiæ Patriarcharum Monarchica, Aristocratica an Democratica, id verò non perinde cognitum obvium est in Ecclesia Patriarcharum, atque in Ecclesia Judaica per Mosem Dei jussu constituta, & Christiana per Christum & Apostolos informata. Id tamen inprimis monendum esse duco, falli majorem in modum eos, qui studio flagrantés adserendæ in Ecclesia dominationis & Monarchiæ, unum faciunt in ætate illa Patriarcharum Patriarcham summum, cæteris dignitate & jure antistantem, infallibilem, denique Monarcham & Pontificem. Quæ infania Sanderum, Coccium, alióque gnathones & fulcra Papatus, *כבודו כבודו propugnacula arcium exercet*. Qui si id duntaxat vellent, in Ecclesia Patriarcharum τὸ πρῶτον convenisse uni Patriarchæ ætatis provectissimæ, veluti Adamo, quamdiu superstes fuit, post ipsum Setho, &c. ita tamen, ut nec potestas ejus fuerit ἀντιπροσωπευτική, nec exclusi fuerint à judicio rerum Ecclesiasticarum cæteri; reprehensionem non mererentur. Nunc id pertendunt, ejusmodi Patriarcham unum Monarchicam habuisse potestatem, & talem quidem dominationem in Ecclesiam qualem audent tribuere suo Papæ, cujus *πρωβασιλείαν* & omnipotentiam ex forma regiminis quæ tempore Patriarcharum obtinuit, adstruere laborant. Atqui Deus satis in Babylonica confusione ostendit, non placere sibi in Ecclesia *ἀρχὴν*, seu principatum. Illorum enim consilia, qui concitatore Nimrodo moliebantur curiam & domicilium illud magnificentum, in quo unus, quem penes summa rei esset, cum paucis aliis

ex populo delectis, custodiret depositum traditionis, & cæteros in sensum ac verba sua adigeret, non sine indignationis æstu disturbavit. Noluit enim populum suum dare למשנה לכו *in direptionem prædanti*, seu venanti tanquam sub nutu & oculis Domini, Genes. xi. 9. Esai. XLII. 24. Deinde non videmus cuiquam Patriarcharum has pontificatus partes mandatas esse. Nec ipsi ita affecti erant, ut vellent, quod ajunt, sine suffragiis ædilitatem gerere. Præterea dominatio illa libertati Ecclesiæ, charitati fidelium, conscientiis hominum repugnat, ac simul involat in jus illud, quod sibi solus Deus servavit. Præerant sanè familiis, sed jure patrumfamiliâs, non jure Pontificis & Monarchæ in fide infallibilis. Est autem patrisfamiliâs docere suos fidem, & ea, per quæ *ἐναρξεν ἡμεῖς τῷ θεῷ, Deo chari acceptique sumus*; non loqui sententias non dictatas ante à Deo, & per eas imperare conscientiis liberorum. Quid quòd eadem ætate plures Patriarchæ fuerunt, nullo cum discrimine talis *ἐπιτροπῆς* in religione? Superstes erat Noachus, cùm Babylone pessimum facinus inciperetur. Nec tamen eum pro jure Monarchicæ potestatis in Ecclesia intercessisse malis coeptis constat. Superstes erat Semus non tantum cùm fratrum posteritas rectam fidem linqueret, sed etiam cùm ipsius posteri in Chaldæa, majores Abrahami præcipitarent ad idololatriam. Si Monarcha fuit & Pontifex Semus, cur nihil hic ipsum pro Monarcha egisse legitur? Cur apostasiam non coërcuit?

IV. Proinde ne in dilatandis illius quæ à Patriarchis Ecclesiam regentibus, seu unoratione *προνοίας*, seu paucis seu omnibus æquo jure administrata fuit potestatis fimbriis hallucinemur, hos inprimis limites figendos esse ducimus, ne existimemus, quanta quanta potestate eminuère, quicquam tamen illis licuisse in conscientiam & fidem liberorum suorum, legibus humanis & non revelatis à Deo obstringendam & subigendam. Nam arctè adstringebantur ad oracula & revelationem Numinis. Nec poterant aliud circa fidem inculcare suis, quàm quod ex Deo audiverunt de promissione & remissione peccatorum, de foedere gratuito, fiducia in benedictum mulieris semen & necessitate ambulandi cum Deo. Et si Patriarchæ fuerunt, in iis tamen quæ ad fidem pertinent & cultum Dei seu externum seu internum, non erant armati ea potestate, qua post Mosen Sacerdotes, qui passim veniunt nomine שרים, כהנים, בני יי, *ἐξουσιῶν, principatum & potestatum*. Nempe nondum erant œconomi, tutores, pædagogi & *κοκκοι* *legislatores*, quia populus Dei nondum redactus in servitutem egenorum & infirmorum elementorum mundi, nondum declaratus impurus, nondum institutum judicium de discretione pu-

ritatis & impuritatis legalis. Feliciora fuerunt illa tempora, nec dissimilia hæcenus nostris post Christum natum, quæ non patiuntur dominos fidei, spoliantes populum libertate, quæ in regno Christi florere debet.

V. Hæc igitur dominatio & principatus fidei ubi ex Ecclesia Patriarcharum ceu pestis charitatis & fraternitatis mutæ eliminata est, parum jam referre puto, quam formam Ecclesiasticæ gubernationis apud Patriarchas obtinuisse statuamus. Probabile autem est, ante & post diluuium usque ad servitutem Ægyptiacam quidem regimen Ecclesiæ fuisse penes Seniores & patresfamiliâs, ita tamen ut iis anteiret & præsideret unus Patriarcha nimirum vetustissimus, cui tamen in cæteros in causis merè ecclesiasticis non aliud jus esset, quàm quale competit cujuslibet societatis præfidi & antistiti, qui nihil suo arbitrio, omnia juxta sententiam vel totius societatis vel potioris ejus partis tentat. Sic igitur Adamus quamdiu superstes fuit, societati patrumfamiliâs paterno jure, eo modo, quo dixi, præfuisse videtur. Post Adamum clavum tenuit Sethus. Setho Enofchus, Enofcho Kenan, Kenani Mahalaleël, Mahalaleëli Jared, Jaredo Hanochus, Hanocho Methuschelachus, huic Lamechus, & Lamecho Noachus successit. Nisi fortè alii fuere primogeniti & digniores. Post diluuium eandem *משפחה* habuit Noachus, & qui eum secuti sunt, suo quique ordine usque ad multiplicationem populi in Ægypto. Hi enim nobis in Scripturis proponuntur tanquam digniores cæteris, & quidem perique ut Doctores publici, Prophetæ, Sacerdotes. Tum qui in Ecclesia eadem vetustissimi fuerunt, singulari pietatis & sanctitatis laude celebrati, quidnî ei posteriores & liberi quidem omnes lampadem ultro cesserunt? Potuit sanè tum, cum Ecclesia non esset terrarum & regionum spatiis divisa, & cum parentibus ac majoribus conjuncta ab uno fieri, quod post Christi tempora Christiana Ecclesia per orbem terrarum dispersa & distracta ab uno eodémque *משפחה*, qui paterni ejusmodi juris prærogativa non gaudet, non æquè fieri potest. Ejusmodi igitur Patriarcharum regimen quod penes integrum collegium uno præside & *הנהגה* ei præeunte fuerit, agnoscunt etiam Hebræi, qui illud usitatè nuncupare solent בית אדם *domus judicii Adam*, &c. Maimonides in *Moreh Nebochim* parte I I. cap. 39. inter alia hæc habet: החנמים אומרים במי שקראו מן הנביאים בית דין של עבר בית דין של מתשלח מדרשו של מתשלח כלם עה אמנם היו נביאים יסרו בני אדם על תכיות דרשים ושלמדים ומשירים *Dicunt sapientes de prophetis qui antecesserunt illum; Domus judicii Eberi, domus judicii Methusala licet omnes piæ memoriæ prophætæ essent, docebant homines ad morem concionatorum, doctorum, præceptorum, &c.* Eadem Orientalibus sententia sedit. Quomodo

do Elmacinus Kenanem filium Enofchi his verbis commendat : סאָר כִּירָה כִּירָה נְמִלִירָה *Es vexit populum suum regimine pulchro.* Ita moriturus Mahalael, teste eodem, adesse sibi iussit filios suos יאָר וואַסחֶכֶף עֲלֵיהֶם & *præfecit eis Jaredum.* Iisdem quibus Kananem, etiam Jaredum laudat Elmacinus. At in Ægypto cum Josephus oppetiisset, videtur sicut Politici, ita & Ecclesiastici regiminis immutata esse ratio. Neque enim amplius unus præfuit toti collegio omnium Seniorum, quia Moses & Aaron nomine Dei missi ad Israël non compellârunt unum aliquem *παριστάτη* cum collegio, sed *כל זקני בני ישראל omnes seniores filiorum Israël,* Exod. 17. 29. De quibus in superiobus actum.

V I. Nunc si quæ diximus, ritè disputata sunt, sequetur penes eodem fuisse rerum & Civilium & Ecclesiasticarum arbitrium, quamvis diversissima ratione. Nam in Civilibus imperatum videtur pleno jure & summa potestate. At in Ecclesiasticis nulla jurisdictio, imperium nullum locum habere potuit. Et utramque sanè potestatem concurrisse apud Melchisedecum & Mosen manifestum est, & suo loco firmabimus. Hinc fortasse est, quod apud vetustissimas quasque gentes ab iisdem administratum fuit & imperium & sacerdotium. Livius 11. 2. *Rerum deinde divinarum habita cura, & quia quædam publica sacra per ipsos Reges facta ita erant, nec ubi Regum desiderium esset, regem sacrificulum creant.* Confer Dionysium Halicarnassem in initio libri quinti. Cicero lib. 11. de legibus: *Apud veteres qui rerum potiebantur, iidem auguria tenebant. Ut sapere sic divinare regale ducebant.* Quam potestatem ipse Cicero consul sibi delatam magnicè extollit eodem lib. cap. 12. Regis uxor Regina & ipsa aliquot sacra facere solebat. De quo consule sis Macrobius lib. 2. Saturnalium. Et de vetustis Regibus ac Heroibus Aristoteles ita loquitur Polit. III. 10. *Κύριαι ἦσαν τῶν πόλεμον ἡγεμονίας καὶ τῶν θυσιῶν, ὅσων μὴ ἱεροῦ καὶ πρὸς τοῖς τοῖς δίκαις ἔχοντο.* *Domini erant tum rei bellicæ tum sacrificiorum seu sacrorum, exceptis eis quæ ad Sacerdotalem functionem pertinent* (sacerdotes nimirum qua sacerdotem functionem sine imperio præstantes) *& de causis præterea universis judicabant.* Et capite sequenti de iisdem Heroicis temporibus: *στρατηγὸς ἦν καὶ δίκαιος ὁ βασιλεὺς καὶ πρὸς τοῖς θεοῖς κύριος.* *Dux belli & iudex erat Rex, ut etiam rerum divinarum moderator.* Quod verò primis temporibus non alienum fuit, ut in eadem persona & Ecclesiastica & Politica potestas concurreret, id propter Regum luxum, incoördiam & bellicas occupationes Deus in populo suo positiva lege abrogavit, quæ Sacerdotium, quo per peccatum adorati vituli se indignos fecere primogeniti, Aaronidis commisit. Tametsi Israëlita Babylone reduces contra Dei institutum Sa-

cerdotio principatum rursus conjunxerunt. At in Christiana Ecclesia qui utramque illam potestatem vel gerit, vel in unam personam confert, eum Synesius adversus Andronicum scitissimè dicit κλῆσθαι πᾶ ἀσύνγκλωμα, *conglomerare* quod ajunt, *inconglomerabilia*. Confer Canones quos vocant Apostolicos 6. 81. 83. nec non Carthaginensis Synodi sub Honorio & Theodosio celebratæ. Nunc ad institutionem Patriarcharum, eorumque Theologiam pergimus.

VII. Fuerunt sanè Patriarchæ Doctores publici, qui cœlestis doctrinæ veritatem tradiderunt suis, & sedula repetitione altè infixerunt. Hinc Enochus narratur de *extremo judicio* articulum docuisse, Jud. 9. 14. Solennem & publicam nominis divini invocationem, ejusque necessitatem Enoch demonstravit, Genes. iv. 26. Articulum de justitia Dei ejusdemque longanimitate in concionibus suis agitavit Noë, 2. Petr. 11. 5. De via Dei, justitia & judicio familiam suam erudit Abrahamus, Genes. xviii. 19. Idem fœdus Dei & ejus symbolum, circumcisionem ad eò solerter explanavit, & animis suorum impressit, ut ejus etiam constanter in Ægypto fuerint tenaces, ac ob eam causam noluerint cum Ægyptiis fieri populus unus. Jobi institutio exquisita luculenter satis ex libro ejus colligitur. De Josepho ait Psaltes cv. 22. illum positum in Ægypto à Pharaone *ad ligandum Principes ejus anima sua*, & ut רַבֵּן עֹפְרַיִם מִדִּינָה, *doceat sapientiam seniores*. Quod de spiritali sapientia intelligi potest.

VIII. Nec Doctores tantum suæ παιδείας fuerunt, sed etiam Prophetæ, latentes & abditos eventus divinarum rerum conscia mente explicantes. Hinc Deus increpans Abimelechum, quod contra fas gentium Abrahamo uxorem suam retineret, ait: *Redde uxorem viri illius* חַוָּה נָכְרִי *quia Propheta est, & pro se intercedet*, Genes. xx. 7. Propheticum est dictum Adami de uxore sua: כִּי הִיא הִתְחַמָּה אִמִּי כָל חַי *quia illa facta mater omnis viventis*, nempe tum vivificantis; tum hominum omnium, qui per Christum olim vivificandi, tum etiam posterioris illius Adami, qui futurus εἰς πᾶσα ζωοποιῶν, Genes. 111. 20. 1. Cor. xv. 45. Enochus prophetavit de futuro judicio. Cujus prophetiam suo loco expendimus. Prophetam egit Lamech, qui in nomine imposto filio suo Noë prænunciavit mundum sceleribus fessum & supplicio diluvii futuri expiatum recreatum iri, & *consolationem* accepturum, Genes. v. 28. *Quid* de Noë ipso dicam? qui post diluvium fata totius Ecclesiæ compendio præcæcinit, Genes. ix. 25, 26, 27. *Quam* proinde illustrem Prophetiam Noëticanam non omittemus in dissertatione peculiari penitius evolvere. De Abrahamo, Isaaco & Jacobo res non est obscura ex celeusmatis & benedictionibus fatidicis,



cis, quas pleni annis & exfatiati lucis hujus ufura filiis suis impertiverunt.

IX. Doctrina autem & institutio Patriarcharum quam habuerit normam, & qualis fuerit, operæ pretium est dispicere. Ac quod normam & regulam attingit institutionis illius, scimus quidem, hominem post lapsum retinuisse *συνείδησιν & συνήρησιν*, quarum hæc quoddam veluti *αγίων έννοιών* penultima cogitationes hominum accusantes vel excusantes regere debuit. Sed facultates istæ aded sunt in deterius versæ, ut illarum lux in principio quidem creationis limpidissima, partim densis tenebris mirificè sit obscurata, partim ubi splendere adhuc conspicitur, statuens ob oculos discrimen inter fas & nefas, inter honestum & turpe, nunquam tamen nos ad veram usque Dei vel nostri ipsius notitiam adducat, nec potiore antiquiorémve fere usum habeat, quàm ut homini peccatorum inanes prætextus & causas quæsitas magis quàm natas eximat, quò sic Deus *justificetur, quando loquetur, & mundus sit, quando judicabit*, Psa. LI. 6. Itaque conscientiam ipsorum etiam Patriarcharum à solo illo duce gubernatam in multis aberrare, & principia veri & recti, sine amplioris accessione lucis, haud aded altè insidere animis eorum necessum fuit.

X. Naturalis proinde notitia rerum divinarum, & interna illa principia in corde Patriarcharum scripta non continuerunt illum *νόμον διδασχῆς, τυπον διδραχῆς*, & *μόρφωσιν ἡ ἰσοβείας*, formulam pietatis, cognitionis & veritatis, in quam suos Patriarchæ in publica illa institutione traderent. Necessaria fuit divina revelatio, quò suis res divinas possent *כבר אל חק narrare juxta præscriptum* & præviam definitionem, Psa. I. 7. Nam gratiæ exercendæ modus utpote naturâ non notus, indice divino eget. Et ipsorum tum Patriarcharum tum Catechumenorum fides in Deum voluntatis suæ arcana revelantem resolvere debuit, secus non fides sed superstitio & idololatria futura. Quicquid enim Deo auctore non fit, impossibile est, ut cum bona conscientia fieri possit. Relinquitur igitur, divinam revelationem illos operari debuisse, & cum sanctis identidem ingeminare: *יהוה אלהינו עיני אל עיני Oculi nostri ad Dominum Deum nostrum*, Psa. CXXIII. 2.

XI. Hinc est, quòd Deum *πολυμερῶς*, partim arcano spiritus sui adflatu, partim externis adlocutionibus, Patribus revelasse se apud Mosen reperimus. Nec quidquam est absurdius sententia communi Hebræorum, quam tuetur Maimonides in *Moreh Neb.* parte II. 39. ubi domum judicii Heberi, Mathusalæ, &c. ait docuisse suos more concionatorum, doctorum, præceptorum, additque: *לא שאסור ואסר יהוה אלהינו אל עיני* Non dixerunt Dominus Deus meus dixit ad me, *כן היה הקדוש משה רבינו עק*

loquere ad hunc vel illum. Atque ita res se habuit ante Moſen. Quasi Deus Patriarchis vel nihil revelaverit, vel eos ipsa Dei revelatio non obligaverit ad ea, quæ iis revelata ſuis dicenda & explicanda. Frequentes autem fuiſſe Dei revelationes patet. Vix dederat ſe in caſum Adam, cùm Deus benigniſſimus deambulans in horto ad auram diei Adamum pro conſcientia ſceleris paventem & fugitivum revocaret, & colloquio mutuo focillatum ad ſœdus gratiæ alliceret. Et credibile eſt, ejuſmodi apparitiones crebras & quotidianas fuiſſe ante diluvium. Eſt enim hoc *ἱεραγγελίας*, ut virtutes ſuas manifeſtas faciat iis, qui ipſum quæerunt, & *velut unguentum nomen ſuum effundat*, Cant. 1. 3. Poſt diluvium Deus locutus cum Noë, Abrahamo, Jobo, Iſaaco, Jacobo. Omnium autem familiariffimè cùm Abrahamo, quem & patrem & hæredem fecit gentium.

XII. Is qui ſe revelavit Patriarchis, & cum illis locutus eſt verbum gratiæ, idem ille fuit, per quem etiam locutus eſt Deus באהרת היםים *ἐπ' ἐσχάτων ἡμερῶν*, ſub ultima dierum, nempe Filius Dei & Dominus noſter Jeſus Chriſtus. Quidnî enim in Paradifo locutus fuiſſet, qui ſerpenti caput confregit, & ſic inimicitiam poſuit inter ſerpentem & mulierem, ac utriuſque ſemen? Quidnî apparuiſſet is Noacho, qui in Spiritu ſuo profectus prædicavit in ejuſ diebus? 1. Pet. 11. 20. Abrahamo locutus eſt is, qui fuit antequam Abraham eſſet, Joh. VIII. 58. qui promiſit ſe futurum ipſi in Deum, Genef. XVII. 7. quem Chriſtum fuiſſe patet ex Jerem. XXX. 22. Jacobo *Aſſertor* ille, quem invocavit Genef. XLVIII. 16. Hoſ. XII. 13. *Aſſertor* autem non eſt niſi ille קדוש ישראל *Sanctus Iſraelis*, Eſai. XLI. 14. *ſanctificans ille frater*, Hebr. II. 11. Hinc eſt, quòd Chriſtus inter alia nomina *Ἁγιοποιῦντες* ſibi induit nomen המרבר *loquens*, Eſai. LI. 6. ubi fic ait: *Propterea cognosceſt populus meus nomen meum in die illa*, כי אני הוא המרבר הנני *quod ego loquens*, ſeu, qui loquebar, *adſim*. Ubi per loquentem intelligit Eſaias eum, quem vox ſpeculatorum annunciabit, quem oculo in oculum deſixo videbit Zion, cum eum reduxerit Jehova, qui eſt ירושלים נאר *Aſſertor Hieroſolymæ*, ſ. 8, 9. hoc eſt, Chriſtum filium Dei. Et clariſſimè ident Eſaias teſtificatur, Filium Dei locutum eſſe Patriarchis c. XLVIII. 16. *Appropinquate ad me, audite hoc*, לא בראש בכתר *non à principio in occulto locutus ſum; ante tempus, quo id exiſtit, ego ibi eram: & nunc feherova miſit me* in carne nimirum, & *Spiritum ejuſ*. Qui ſermo eſt Chriſti, qui ſtatim vocatur *Redemptor & Sanctus Iſraelis*, de quo diſertis verbis Eſaias, quod ſit חלק לדרך לדרך *doctor eorum, quæ profunt ad ſalutem, & dirigens in via in qua ambulandum*. Cùm igitur Chriſtus & docuerit ab initio, & clueat doctor eorum quæ proficiunt

ciunt ad salutem, tanquam solus ille *ὁ σωτήρ*, patet non in alio quàm in Filio Deum patribus etiam ante legem locutus esse. Unde jure merito sibi verba Esaiæ Christus ad importunam Judæorum interrogationem, *quis esset?* respondens sic applicat: *† δὲ ἀρχὴν ὅτι ἐλάλει ὑμῖν*; quasi diceret *quomodo sum is, qui ab initio vobis locutus sum*, Joh. VIII. 25.

XIII. Operæ pretium erit Esaiæ locum jam laudatum à falsa interpretatione Judæorum absolvere, tum ne ulla dubitatio relinquatur, Jesum nostrum esse illum, qui Patriarchis apparuisse legitur; tum quia locus evidens est ad probandam Christi æternitatem; tum denique, quia nullus ambigere possum, quin Christus in sua cum Judæis disceptatione descripta Johannis octavo, non minùs in lingua quàm in animo textum illum habuerit. Rabbi David Kimchi verba Esaiæ ita explicat: *אני דברי הנביא לא מראש בסתר דברתי ראשונה לא דברתי בסתר אלה בגלוי אמרתי כי כן יהיה סעת חזתה בעת היות הגורח כמו שאמנתו ואתם ערן ויני עתה אודי* hoc est: *Appropinquate: hæc verba sunt Prophetæ. Non ab initio in occulto locutus sum. Prophetiam Sancheribi factam à principio non locutus sum in occulto, sed palam dixi ita futurum. A tempore quo fuit: à tempore quo fuit decretum secundum id quod dixi & vos estis testes. Et nunc Dominus me misit; propter decisam sententiam certo eventuram. Et hæc est devastatio Babelis. Et spiritus ejus: Perusch habet, Angelus ejus. Recitat deinde parentis expositionem suæ convenientem, in qua illa verba *אני tum eram*, quæ omisit R. David, interpretatur *אני כוונתי שם ibi eram vocatus*. Intelligimus, Judæis eum, qui loquebatur ab initio, quemque Dominus Jehova misit, censeri esse Esaiam Prophetam, non Christum. Atqui quæ ratio est, cur, cum in tota hac oratione loquatur Christus, is nempe, qui per omne ævum futura annuntiavit per Prophetas, qui propter nomen suum erat dilaturus furorem suum, qui gloriam suam alteri daturus non erat, qui Israëllem vocabat, qui primus & novissimus, qui vocat & adstant simul, qui terram fecit, qui vocavit Cyrum, quem Jehova dilexit, & cujus brachium futurum erat in Chaldæos; nunc subito mutato orationis flexu loquatur Propheta? Hoc esse discernere & dilaniare Prophetiam, non ἐπισημαίν. Deinde evidens est, verba illa: *Ego non locutus sum in abscondito*, esse ejusdem, qui in proximo versu dixerat: *Ego, ego locutus sum*. Atqui qui locutus ibi dicitur, idem est, qui vocavit etiam Cyrum, qui adduxit eum, & viam ejus prosperavit, quod Propheta Esaias non fecit, nec sibi adrogavit. Tum initium loquendi non est idem quod initium vaticinationis Esaiæ. Præterea dubium non erat, Esaiam cum primo*

mò

mò prophetâffet, & antequam adduceretur Cyrus, jam extitisse. Quorsum igitur illa invitatio pathetica Israël *ad appropinquandum, ad audendum*, quod noverant omnes? Nam quod Kimchii parens illa verba אני אני *ibi eram* supplet per קראתי *vocatus*, violentum planè est. Et tum illud אני redundaret. Accedit, quòd qui *ab initio* locutus dicitur, idem & fuerit ante tempus, quo prædicta de Cyro evenerunt, & post illud tempus à Domino Jehova rursus missus. Atqui Esaias post Cyrum populi hospitatorum non est missus; sed Dominus Jehova misit Christum in carne manifestandum, & spiritum ejus fidelibus donandum. Denique & præcedentia & sequentia capita loquuntur de Christi gloria & missione.

XIV. Is igitur, qui locutus ab initio, Christus erat; de quo idem Esaias: *Audi me Jacob & Israël* אקראתי *vocatus meus; ego sum primus, etiam ego novissimus*, §. 12. Christus is est, qui omnia vocavit, etiam coelos & terram. Vocavit idem Jacobum & Israël. Adeoque is est, qui iisdem apparuit, & ex Patris sinu voluntatem de salute peccatoris attulit. Et causa etiam hæc est, cur Johannes Christo nomen λόγος induerit, quia nempe ab omni ævo dicta Christi sunt, quæ à Deo dicta sunt secundum propositum servandi Ecclesiam. Quanquam & aliæ causæ plures ad hanc nomenclaturam concurrere sunt putandæ.

XV. Cùm Deus invisibilis sit, & saltem in hac vita à facie ad faciem non possit videri, in hac igitur revelatione ipsum Deum Patriarchæ non potuerunt immediatè videre loquentem. Quodammodo igitur dubitatio incessere potest, quibus modis potuerint Deum sibi loquentem à non Deo discernere? Hoc enim omnino necessum erat, ne à malo genio deciperentur, & loco veritatis exciperent mendacium, ipsamque gloriam Deo soli debitam alienarent. Putamus autem duobus potissimum modis fieri potuisse, ut cognoscerent, Deum se illis manifestâsse, & locutum esse. Primò cùm viderent evidentem demonstrationem gloriæ divinæ, in externis signis sese proferentem. Haud dubiè revelatio Dei sæpe facta est cum tanta majestate & gloria, ut ambiguum non esset, eum qui cum illa gloria sese exhibuit, Deum esse. Fatendum enim est, infinitæ suæ, & à nullo *non Deo* imitabilis gloriæ signa ita potuisse Deum in manifestatione sua exferere, ut omnis dubitatio in certissimum obsequium migraret. Sic quotidie in natura se revelat, cœlis enarrantibus gloriam Dei omnipotentis, Psal. xix. 1. Sic quondam palam קראתי *in cœtu* Deus locutus est cum populo Israëlítico, internuntio Mose, non sine signis maxime propriis gloriæ & Majestatis divinæ, Exod. xix. 10. & c. xx. 19. Hebr. xii. 18, 19.

XVI. Secundò, Deum sibi apparere & loqui, recognoscebant potissimum ex ipsius verbi & sermonis proprietate. Nam fieri quidem potuit, ut non semper se Patriarchis sic manifestaret *μεγαληφως*, ut ex conspicabilibus signis Deum loqui, non hominem vel malum genium patesceret. At sermonem & verbum Dei in omni apparitione audiverunt Patriarchæ. Eratque illud ita comparatum, ut non potuerit loquentem in incerto & occulto tenere. Nunquam enim Deus ita loquitur, ut ii, qui non per eunt, verbum ipsius non possint distinguere à verbo cujusvis alterius, sive is homo sit, sive Spiritus non ex Deo loquens. Nempe infita habet Divinitatis *κερτις*, quæ possunt *νούμενα καθ'εξ'εξ*, animadversa deprehendi. Est *vivum & efficax*, & magis secans quàm omnis gladius anceps, & penetrans usque ad divisionem animæ & spiritus, & juncturarum & medullarum, & judicans commentationes & cogitationes cordis, Hebr. iv. 12. Dei verbum est *כאש וכלב* sicut ignis & malleus, qui facit dissilire petras; & est verbum veritatis, quod ita potest à mendacio discerni, sicut triticum à palea, Jerem. xxiii. 28, 29. Denique manifestat veritatem ad omnem conscientiam, 2. Cor. iv. 2.

XVII. Homo prudens & mediocriter perspicax gnarus est discernendi sermones hominum. Judicem agere potest inter verba periti & imperiti, docti civilium artium & indocti, sapientis & insipientis, amantis veritatem & eam adulterantis vel aspernantis. Nempe veritatis, doctrinæ & sapientiæ ea vis est, ut non possit non splendere in animo *εὐ ἀγαθαιμῆν* rectè disposito. Quod si homini etiam animali data est ea facultas, ut judicare possit eorum sermones, qui etsi differunt magnopere sapientiæ, eloquentiæ, doctrinæ viribus, tamen non differunt nisi modis finitis; quid censebimus de homine spirituali, cui datum *γνώσκειν τὰ ἀγαθὰ ἔργα, ἔχ' τὰ πνευματικὰ συγκρίνει*? An Dei sermonem, qui quoad sapientiam, præstantiam, & omnes virtutes sermone divino dignas humani sermonis sapientiam & *δεινότη* nedom stultitiam & mendacium infinitè superat & excedit, infinita illa evidèntia conspicuum non discernet à verbo hominis vel spiritus deceptoris?

XVIII. Hinc videmus, Deum quoties Patriarchis locutus est, ita sermonem conscientis eorum adaptasse, ut non possent non convinci, & de veritate divini sermonis *ἀληθοφωρῆ*. Cùm Adam peccasset, audivit vocem Dei pervadentem hortum. Cùm se ei stitisset & nuditatem suam fallus esset, audivit vocem Dei interrogantis: *Quis indicavit tibi quod nudus esses? Nomen de arbore illa, de qua præceperam tibi ne comederes, comedisti?* Sciscitatio illa conveniebat homini malam conscientiam habenti,

& Deo creatori ejus. Ideò reputabat Adam, interrogationem illam Dei esse. Ita verbum pronuntiatum in serpentem planè erat *ἀνομίαν*, quia decebat Deum justum judicem omnium, & tamen fidelem ac misericordem creatorem hominis. Erat enim in eo verbo variarum virtutum Dei adfertio, justitiæ in obnoxium; odii in peccatum; misericordiæ in peccatorem sanctificandum; sapientiæ in delectu medii, quo justitia salva misereri peccatoris posset; potentiæ in destruendo imperio Sathanæ; potestatis, in libera discretionem feminis Adami vel vocandi & in fœdus assumendi, vel in exitio suo relinquendi. Hæc omnia concurrentia tale faciebant Dei verbum, ut omnes ratiocinationes subverteret, & intellectum omnem sub obsequio Christi captivum attineret: quale profectò verbum non fuit illud serpentis, quod is Evæ locutus est. Ac ita comparatæ fuerunt omnes cæteræ, quæ narrantur diviniæ revelationes.

XIX. Quando autem Patriarchæ filiis suis verbum illud Dei, de quo ipsis fides indubitabilis facta est, retulerunt, tenebantur & illi verbum sibi narratum *ὡς λόγος Θεοῦ* accipere & eadem fide exofculari. Nec alia methodo utebantur filii in explorando verbo, quàm qua ipsi Patres. Attenderunt nimirum ad verbum ipsum, ejus proprietates & signacula. Deprehenderunt, verbum esse *θεοπνευστόν*, ac proinde Deo autore editum. Scilicet quando voces Dei, vel sententia vocum Dei per ministerium hominum p̄fertur ad alios, non ideo vim suam, infitam virtutem & Divinitatem amittit, quo minùs omni conscientiæ audientis sese approbet. Efficacia enim verbi non tam in modo revelationis, quàm in ipsa intima qualitate & potestate verbi consistit. Potest thesaurus ille verbi Dei etiam in fictilibus vasis servari, & ex iisdem promi aliis; sed ipsa *ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως*, *sublimitas virtutis* non est nisi folius verbi, 2. Cor. iv. 7.

XX. Non poterat quidem filiis parentum verbum illud proponendum fides esse dubia, tum quia noverant, parentibus ex instinctu naturæ ita curæ esse liberos, ut nollent mentiri, dicentes ea, quæ non audiverunt; tum quia verbum, quod proponebant, tale erat, ut contra ipsosmet patres testaretur. Nec tamen propterea fides eorum nitebatur dicto parentum, vel authentica eorum propositione, cum *ex terra fuerint*, & *ex terra locuti*, tanquam ministrantes verbo, Joh. III. 31. Sed unicè figebatur in natura & indole verbi, tanquam maximè idonei instrumenti ad amandum & timendum Deum.

XXI. Hoc autem cum dicimus, non statuimus rationem & conscientiam hominis fuisse judicem revelationis & verbi vel accepti, vel traditi, & rationem non fidem reclinasse in testimonium. Nam novi-

novimus, fidem solam debere revelationem divinam amplecti, & obfignare testimonium Dei. Nec ratio est idoneus iudex & dimensor rerum divinarum; sed solus *Spiritus est, qui testatur, quod Spiritus sit veritas*, 1. Joh. v. 6. Etiam in humanum testimonium non fertur nisi fides. Interim fateamur & hoc necessum, fidem non esse assensum præcipitem & cæcum, qui excludat notitiam revelantis, adeoque omnem *ὁμολογίαν* & *λογισμὸν*, per quam probentur spiritus, an sint ex Deo? Nam Deum ficut est, & *καὶ εἶδ' οὐδὲν* nemo vidit, cùm habitet lucem inaccessam. Proinde nemini contigit talis revelatio, quæ non priùs sollicitam haberet conscientiam, an qui loquitur, Deus ac verus Propheta, an Spiritus nequam & Pseudopropheta sit? Qui secus statuunt, & prudentiam illam *ἀφροσύνην* à fide secernunt, næ illi mihi videntur veram religionem ludos facere, vel certè discrimini ingenti exponere. Si enim fides illum *λογισμὸν* aspernatur, & cæco impetu ruit in revelantem, ejusque in verbis non exploratis stupet, edisserant mihi, an debuerint Patriarchæ cuilibet se pro Deo ostentanti credere? An liberi eorum verba parentum recipere *ἰθαυοῦσις*? An Ecclesia, quam penes revelationem immediatam esse jactant, verbum admittere, non introspicens & explorans sibi loquentem, ad cognoscendum, cujus is notæ & commatis? Quod si verum est, necessum est omnem certitudinem de cœlesti doctrina tolli, & conscientiam perpetuis dubitationum fluctibus exerceri, inter variè jactatas à Judæis, Turcis, Gentilibus, Enthusiasticis revelationes ancipitem. Quid enim homo sciet, an revelatio quam Christiani narrant, magis à Deo sit, quàm ea, quam jactant Mahumedani? Sin falsum, conficimus, prudentia igitur opus esse, ne fides reclinet in testem fallacem. Quæ prudentia non est sine conscientia & ratiocinatione. Porro quod conscientia indicat, Deum esse qui loquitur, non creaturam mendacii suspectam, falsum nullo modo esse potest. Bona enim conscientia explorat omnia, donec locus dubitationi nullus relinquatur.

XXII. Atque hæcenus satis constat, institutionis & doctrinæ Patriarcharum normam fuisse solum verbum à Deo ac nominatim Christo ipsis authenticè traditum ac revelatum, à quo nec ad dextram nec ad sinistram declinare licuerit. Quale autem illud verbum Christi fuerit, plurimum refert cognoscere, & quæsitius indagare juvat.

XXIII. In primis repeto, verbum patribus revelatum fuisse verbum Christi. Qualia igitur verba Christi sunt, tale & illud fuit. At verbum Christi est illud, quod peccatori *prodest*, quod ipsum *dirigit in via, per quam ambulet*, Jel. XLVIII. 17. Christus est Jehova, *loquens justitiam, &*

*indicans recta,* cf. XLV. 19. Cujus sermo plenus gratiæ: *Deus justus & salvans non est præter me. Respicite ad me & salvamini omnes fines terræ,* y. 21 & 22. Verbum ejus omni tempore fuit, *annuntiare mansuetis, obligare fractos corde, prædicare captivis liberatam, & vinculis apertionem carceris, prædicare annum beneplaciti Jehovæ futurum,* Esai. LXI. 1, 2. Quis verò sermo convenientior Christo fuit, quàm de gratia, consilio Dei miserendi peccatoris, sponsione sua apud Patrem, ejusdemque acceptatione, purgatione peccatorum futura per se ipsum, spe hæreditatis & vitæ; quæ omnia hominibus non alio auctore, mediatore & conciliatore, quàm ipso Christo contingunt? Denique non potuit aliud agere, nec se ipsum Patriarchis abnegare. Sicut igitur nobis adnuntiavit Evangelium, ita & ipsis *αγγελγγελήσαντο, ante idem annuntiavit,* Gal. III. 8.

XXIV. Sed ex ipso sermone cum patribus cæso melius patebit, qualis ille fuerit. Proinde rectum erit, ut eum scrutemur, & ex eo *κελεύς δόξας* & summas veritates patribus insinuatæ excerpamus. Omnium autem sermonum fundamentum, nucleus & epitome fuit illa concio Christi, in qua damnavit Sathanam, adstante & audiente Patriarcha Adamo ac Eva conjuge facta. Quicquid deinceps Deus patribus locutus est, mera fuit explicatio & applicatio concionis illius, & in illa tanquam vero suo centro quævit. Sic autem sonat: *ואיכה אשר בן בן האשר בן ורעך בן ורעך* ואיכה אשר בן בן האשר בן ורעך בן ורעך *Inimicitiam ponam inter te & inter mulierem, & inter semen tuum & inter semen ejus. Illud conteres tibi caput. Et tu conteres illi calcaneum,* Genes. III. 15. Loco hoc penitus excusso habebimus clavim totius revelationis, doctrinæ & traditionis adeoque etiam Theologiæ Patriarcharum.

XXV. In antecessum postulo mihi dari, verbis Dei pœnam dictari serpenti non naturali, seu callidæ illi bestię agri, sed antiquo, Sathanæ. Quod minimè Judæi inficias ibunt, si reputaverint, sub hieroglyphico serpentis indigitari in Scripturis improbum illum & Sathanam. Ita enim Esai. xxvii. 1. *In die illo visitabis Jehova super Leviathan serpentem transfremum mare, & super Leviathan נחש עקלתון serpentem tortuosum.* Et Psal. xci. 13. *Super immani leone & aspidè incedes, calcabis juvenem leonem & draconem.* Et pœna ei infligitur, qui loquendo decepit Evam. Serpens autem non est locutus. Nullum enim animal loquens est nisi homo, qui ratione potest verba dirigere. Fatentur ipsi Hebræi, qui sæpe hominem definiunt per sermonem. Quem enim *λογικόν ζῷον* vocamus, solent illi nuncupare *כחלילן loquentem.* Unde Onkelosus Genes. II. 6. pro *נפש הרה* loquentem habet *רוח כחלילן in spiritum loquentem.* Et Hebræos imitari Syros ac Arabes



rabes notum est. Proinde non potuit loqui serpens nisi obsessus; nec obfideri nisi à Sathana. Nugas Josephi & Philonis hic spernimus. Sufficit, veterem nobis Synagogam consensisse, quæ diabolum occupantem serpentem sub nomine Samaelis facit Angelum mortis; & id Abrabanelem, & Maimonidem non diffiteri. De qua re aliàs *ὀν Θειῶ* uterius. Hoc supposito, totam salutis & gratiæ œconomiam evidenter ad *σύνεσιν* demonstrabimus. Ubi ante omnia grati profitemur, vehementer nos ut alibi, ita etiam in eruendo proteuangelii mysterio adjutos esse à V. Cl. Johanne Coccejo, Theologo incomparabili & verè *ὁ γρηγοῦς διυλιῶ*.

XXVI. *Primò* indicat verbum, hominem per peccatum imaginem Dei amisisse, & servituti Sathanæ ad faciendum ejus libidinem obnoxium factum esse. Inimicitia enim ponenda inter mulierem & Sathanam arguit amicitiam, servitutum & obedientiam Sathanam præcessisse. Aliàs quid poneret Deus inimicitias? Habemus articulum fidei de miseria naturali peccatoris, peccato originali, & impotentia serviendi spiritui. *Secundò* inimicitiam ponit non homo, quasi semet ad pœnitentiam sua sponte renovaturus, sed Jehova ipse: *Dixit Jehova ad serpentem: Ponam inimicitiam*. Continetur in his verbis causa nostræ salutis, gratuita Dei promissio, & ultima ac *ἀμεταμέλητος* voluntas, quæ continet *ἡγήσῃ* propositum ejus sanctificandi hominem à nulla omnino conditione, suspensum. Quam enim conditionem hic statuit Deus? An opera quæ Deo placeant, & necessitatem extorqueant remunerandi? Atqui inimicitiam inter Sathanam & mulierem præcedebat amicitia cum Sathana quæ rectis studiis & operibus locum nullum relinquebant. Tum ipse Deus erat inimicitiam positurus, adeoque effecturus, ut mulier oderit Sathanam, e jusque opus peccatum. Nihil omnino potentem illam Dei operationem antevertit. An prævidit Deus, etiam mulierem aliquid facturam, nimirum à gratia prævia & excitante motam & quomodo libet adjutam? Si hoc verum, cur Deus igitur sibi soli tribuit ponendæ inimicitiae opus? cur gloriam homini propriam non relinquit? *Qui* excitat & movet inimicitiam, ac de cætero liberam relinquit creaturam, an velit inimicitiam exercere nec ne, nullo modo censendus est inimicitiam cum Sathana ponere. Obstabat etiam mulieri, quò minùs inimicitias à se gerere posset cum Sathana, reatus peccati, propter quem imperio & potestati Sathanæ subdita in legem peccati incidit, & *ἡδύνη* facta est. Hoc autem imperium Sathanæ non potuit mulier eripere, sed solus ille fortis, qui fortem vincire & ei caput contereere debuit. Et imperio Sathanæ ante non erepto homo fuit *servus peccati & liber justitiæ*, Rom. vi. 20. Habemus

fontem nostræ salutis, gratiam, beneplacitum & absolutum Dei propositum sanctificandi peccatorem, exclusâ omni nostrâ aptitudine, & præparatione & dignitate.

XXVII. *Tertio* promittitur conversio mulieris in iisdem verbis: *Ponam inimicitias*. Recipit Deus se effecturum, ut non amplius Sathanæ obediat, sed cum eo hostilitatem gerat. Hæc est conversio à Sathana ad Deum, in qua vetus homo, amicitias diaboli ac peccati connexus exuitur, & induitur novus, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. *Quarto* Deus mulieri tribuit semen, idque distinctum à semine serpentis. Ad semen mulieris pertinet ח כר *omne vivens*, omnis videlicet massa humanitatis hæres futura sanctitatis & vitæ. Nam semen mulieris non esse nisi sanctos patet, quia discernitur à semine serpentis, quod sunt improbi filii secundum originem carnis & sanguinis ex Eva, per reputationem verò & ingenii similitudinem *filiis malignis*, Matth. xiii. 38. *filiis diaboli*, 1. Joh. iii. 10. *progenies serpentum*, Matth. iii. 7. Intelligimus, promitti Evæ posteritatem sanctam, futuram participem promissionis, ob inimicitias cum diabolo fortiter exantlatas, hæredem salutis, verbo, Ecclesiam, seu cœtum credentium in mundo perpetim exituram, de qua Esaias: ווע קרע מעכרת *semen sanctum*, το σίλωμα, *fulcimentum ejus terræ*, cap. vi. 13. *Quinto* insinuat verbo, semen sanctum, & filios Dei non ex sanguine, nec ex voluntate viri, sed ex Deo nascituros. Nam discernitur semen sanctum à semine serpentis, quod ipsum æquè ex voluntate carnis nascitur. *Non enim filii carnis sunt filii Dei, sed filii promissionis reputantur in semen*, Rom. ix. 8. Colligere hinc patres potuerunt, semen mulieris esse ex reputatione Dei, nec promissionem ad omnes homines extendendam esse. Ipsa Eva hujus mysterii haud ignara fuisse videtur, cum illis verbis, *Posuit mihi Dominus semen aliud pro Habel, quia interfecit eum Cain*, Genes. iv. 25. nec connumerat femini Cainum, & occultè eum à semine excludit.

XXVIII. *Sexto* idem verbum revelat patribus Christum, fortem illum, quia diabolus erat sua in fideles dominatione exuturus. Nam semen mulieris illud est, cujus illa per hanc promissionem facta est mater. At mox post promissionem intellexit Adamus, factam esse Evam ח כר *matrem omnis viventis*, spiritualem vitam. Nimis enim exile est, si de vita naturali explicetur. Cur enim, si ob principium animalis vitæ Eva dicta est, non ante lapsum hoc ei nomen inditum? Cur statim post promissionem, per quam & ipsa Eva vivificata, & revera facta est mater omnis viventis in spiritu, cum ante ipsum etiam Adamum videatur promissio-

missionem amplexa, ac ita ut ex promissione captatam occasionem nomenclaturæ appareat? Eva igitur facta mater feminis viventis, quod duplex est, vivificans & vivificatum, sanctificans & sanctificatum. Vivificans & sanctificans est Christus, vivificatum & sanctificatum fideles, utrique ex uno, Hebr. II. 11. Deinde non alius Sathanæ caput conterere potuit, nec contrivit alius quàm Christus, Jehova, qui & increpat solus Sathanam & solus fortem vincit, & diabolum conterit sub pedibus, Zach. III. 2. Rom. XVI. 20. Et quoties Prophetæ Christo hæc faciunt eximia, conterere hostes virga ferrea, captivam ducere captivitatem, ponere inimicos scabellum pedum, dominari in medio inimicorum, judicare in Gentilibus, ac similia multa? Quid jam memorem eventum promissionis? Quiliquidissimè docet, semen conterens caput serpentis *κεφαλῆς* esse Christum. Evolvantur textus Luc. x. 18. Joh. XII. 31. XIV. 30. I. Cor. XV. 54. Hebr. II. 14. I. Joh. III. 8. Apoc. XX. 2. Nec dici potest, Christum in promissione intelligi, à patribus autem percipi hoc non potuisse. Si enim nullo modo percipere potuissent sensum genuinum, Spiritus S. iis talia locutus non esset. Non locutus est ut ii, qui Delphis & Dodonæ oracula sparserunt. Et quotidiana *ἀρχαῖα* sensus spirituales compararunt.

XXIX. *Septimò* promissio proponit Christum ut Salvatorem mundi, assertorem feminis & redemptorem. Per peccatum incidit homo in æternæ mortis reatum. Æternæ autem mortis dominus & rex est Sathanas. Is proinde potestatem nactus mortis, Hebr. II. 14. Christus autem potestatem hanc Sathanæ extorsit, dum ei caput contrivit, atque ita *κατήργησεν τὸ κεφάλαιον τῆς ἰχθυῆς*, & fideles ex faucibus ejus ereptos sui peculii & beneficii fecit. Hæc est veri nominis salvatio & redemptio ex immutabili Dei consilio facta per Christum. *Ὁθλουδ* indigitatur communio Salvatoris & fidelium, sanctificantis & sanctificatorum. Nam etsi Christus iræ divinæ torcular solus calcavit, & serpentis caput contrivit solus, tamen contritio & victoria tribuitur universo illi semini sancto. Nempe *μετέχομεν τῆς χριστῆς*, & per communionem cum eo vincimus diabolum, ac triumphalem illam lauream deportamus. *Nomò* demonstrat Deus suam justitiam in eo, quòd nisi contrito capite serpentis & factò morsu calcanei, hoc est, oppetita morte per Christum peccatorem liberare noluit. Nam lex justitiæ peccatorem addixit morti, cujus exactor Sathanas. Nec à morte justum erat vindicari reum, nisi per vicariam mortem Christi, nec à Sathana nisi contrito capite. Quippe Deus se abnegare non potest, ne reddat unicuique secundum opera, & fontem subjiciat poenæ. *Decimò* cognoscere ex hoc verbo patres potuerunt, Christum fore *θεάνθρωπον*. Nam semen

semen mulieris non potuit esse non homo. Etsi enim mulieri datum semen per reputationem, uti antè diximus, illud tamen hominem esse necessum fuit, tum quia communionem habere debuit cum semine sanctificato, cum fuit utriusque & sanctificans & sanctificatum ex uno, tum quia non nisi homo aptus natus fuit tolerare calcanei morsum. Rursum qui contrivit caput serpentis, debuit esse idem, qui posuit inimicitiam, Jehova. Nam in contritione capitis continetur sanctificatio ad odium diaboli & operum ejus. Et qui mittitur non tantum ad redimendum, sed & ad sanctificandum atque sic ad destruendum opera diaboli, is demum datur ad conterendum caput serpentis. *Undecimò* quia semen, nempe sanctificans & patrator victoriæ, procedere debuit ad conterendum caput serpentis, divinârunt facili negotio patres, non nasciturum Christum כּאִם יוֹר אִשָּׁה, sicut homo natus è muliere, Job. xiv. 1. & xv. 14. seu ex voluntate viri, communi nascendi forte. Quomodo enim opinarentur contriturum caput serpentis, mundum futurum & justificatum iri natum ex muliere? cum quicquid ita nascitur sit reum mortis & sub maledictione. Animadvertere igitur potuerunt, Christum futurum esse filium virginis.

XXX. *Duodecimò* plenam liberationem & perfectam victoriam notat *contritio capitis*. Nulla igitur potestas Sathanæ in semen sanctum. Quid enim agigaret is, cui contusum caput? Igitur sublata maledictio legis, reatus, dominium peccatis, metus mortis. Ac his sublatis non offendetur semen sanctum ab improbo, non deicietur à spe hæreditatis, nemo illud rapiet ex manu Christi, & per ipsam mortem eluctabitur resurgendo ad perpetuam vitam. *Decimo-tertiò* serpens semini calcaneum admordebit. Indignantur הַכִּלִּי הַכּוֹסֵם תּוֹ מַדְיֻמַּתוֹ חַרָּשׁ, *passiones Christi*, per quas eum consummari decebat.

XXXI. *Decimo-quartò* haud obscurè præfert verbum, Christum non aliter nos quàm pretiosa morte sua liberaturum, & ex Sathanæ imperio redempturum. Nam calcanei morsus erat mors Christi, seu sufficiens illud λόγος & δικαιοσύνη, per quod justificatur peccator, & à maledictione legis ac potestate Sathanæ asseritur. Si quolibet alio pretio, & vel iustitia ac poenitentia peccatoris, vel ex pura Dei gratia justificari homo potuit, crudele fuerat, filium dilectum serpenti mordendum objicere. *Decimo-quintò*, morsus diaboli semini sancto intentatus lethalis non fuit. Morsurus erat אֶקֶב non אֶקֶבֶב calcaneum nempe alterum, non utrumque. Etsi igitur diaboli & τὸ ἀνόμιον molitionibus Christus cruci affixus, & à pestifero serpentis veneno consumi visus fuit, tamen in pedes rursus confurgere, & victoriam patrare debuit. Caro ipsius procubuit

כּבֵּט

νόησιν *securè*, nec dabatur pius ut videret corruptionem, Psal. xvi. 9. Hocque ita futurum crediderunt Patres. *Decimo-sexto* caput serpentis conterì non potuit, quin iudicaretur post longam patientiam homines improbi iuxta cum ipso serpente. Eadem igitur fide crediderunt ultimum & universale iudicium. Et illud quidem Enochus secutus hanc promissionem prædicavit. *Septimo-decimo* universo semini morsum paraturus erat serpens. Ergo etiam fidelibus passionum suarum implenda mensura, crux Christi in humeros levanda, & decorum ἀντανάσκησιν τὰ ὑσέρηματ' ἢ θλίψεων ἔργα, *adimplere defectus passionum Christi*, Col. i. 24. Quod promptos & lætos per fidem fecisse Patres, habemus Hebr. xi. Denique intellexerunt medium participandi victoriæ non aliud esse, quam conversionem ad Deum in fide meriti seminis sanctificantis. Nam cum sanctificandi peccatores fuerunt, & promittitur gratia redemptionis & sanctificationis ad vitam, patebat nullum aliud medium communionis & participationis relinqui.

XXXII. Promissio sic συνέσις ventilata & discussa ostendit summa capita verbi divini, quod Deus Patriarchis locutus est. Nam quod Protoplastis revelavit Christus, cui ambiguum est non revelâsse etiam Patriarchis? Eadem omnium fides, spes, veneratio Numinis. Neque alia omnino diversa promissio Patriarchis facta legitur. Ne quidem fieri potuit. Quam enim mihi dabis consolationem aliam magis idoneam vel necessariam conscientia peccatoris? Colligamus igitur & contrahamus in pauca totam fidem & Theologiam Patriarcharum. Credebant Deo revelanti, se naturâ mortuos esse in peccatis, & servos diaboli ad peccatum; proinde reos iræ divinæ & maledictioni obnoxios. Ex eo reatu per solam Dei gratiam & vocationem potentem se transferri ad spem salutis postliminio adipiscendæ. Vocationem hanc non pendere à dignitate sua, non ab ulla rectitudine eam præcedente, sed à solo Dei proposito, illustraturi misericordiam in salvandis, in damnandis iustitiam. Quamdiu mundus stabit, Deum aliturum Ecclesiam sanctorum. In ea caput esse Christum, fideles membra. Christum pro reatu peccati hominum spondisse Deo, & sese ut mediatorem inter utrumque interposuisse, adeoque perpetim Ecclesiam suam adferturum. In tempore autem eum nasciturum ex virgine, futurum Deum & hominem in eadem persona, & expleturum Deo Patri promissa, nimirum sponsonem pridem conventam. Ergo vice electorum moriturum, & morte sua omnem reatum expiaturum, diabolo potestatem ablaturum, effecturumque, ut Deus sine damno iustitiæ fideles iustificare, sanctificare & glorificare valeat. Interim & eos, qui

M

piè

piè volent vivere, persecutionem passuros, donec per mortem transeant ad cœlestem & immortalem vitam. Impios autem postquam sibi thesaurizaverint iram Dei in diem iræ, simul cum diabolo capite suo ad extremum in universali judicio per Christum condemnandos & æternæ poenæ adjudicandos esse.

XXXIII. Fidem hanc quotidianis revelationibus auctam & firmatam Patriarchæ fideliter docuerunt, & accurata Catechesi suis instillârunt. Idque ex historia sequentium temporum & ipsa fide piorum claret. Cùm conjugii suæ nomen *אדם* *Eva* indidit Adam, de gratia, nimirum vita feminis docuit. Eva se memorem esse auditæ promissionis ostendit, in Caino expectans *אדם* *אם* *אשר* *virum Jehovam*, quibus verbis seu decepta in persona, seu non decepta documentum dedit suæ fidei, quâ credidit, futurum, ut semen contritum caput Sathanæ sit Jehova. Quodd autem semen promissionis respexerit, in Sethi nomenclatura apparet, cui nomen *שׁוֹשׁ* imposuerat hoc argumento, quia Deus ipsi semen alterum posuit pro Habel. Etiam nomenclatura filiorum indicio est, talia Patriarchas suos docuisse. In nomine Habel est significatio vanitatis & miseræ, in quam per peccatum homo incidit. Eadem ratio nominis Enosch. A laudibus & prædicatione nominis divini fortitus nomen Mahalaleël. Noë ita nuncupatus à consolatione, quam per semen promissum expectârunt Patres.

XXXIV. In diebus Enoschi cœpit dividi semen serpentis à semine mulieris, & Ecclesia coïvit in coetum, arctata intra familiam Sethitarum. Nam in diebus ejus *captum est denominari à Jehova*, Genes. iv. 26. Enoch factus Dei amicus, cum eodem ambulavit, & ei grata fecit, adeoque cum serpente inimicitias gessit, Genes. v. 22. Idque fecit *misit per fidem* in promissum semen, Hebr. xi. 3, 5, 6. Idem teste Juda y. 14, 15. docuit, *Dominum*, benedictum semen, *contritum caput serpentis*, judicaturum advenientem cum sanctis myriadibus impios, loquentes dura contra Dominum. Noë præco justitiæ prædicavit haud dubiè idem verbum promissionis quod antehac auditum. Docuit etiam, Christum esse judicem viventium & mortuorum, ut tametsi judicarentur in carne secundum homines per diluvium, viverent secundum Deum spiritu, 1. Pet. iv. 4, 5. In benedictione Semi & Japeti posteros fore præcipuos, qui Ecclesiæ hæcenus intra Semi posteros stanti & Christo nomen dent.

XXXV. Post dispersionem gentium nonnihil ad idololatriam deflexum. Nam & scriptura de fide Phalegi, Reu, Serug, Nachor, Thare flet; & Josua Israëlitis exprobrat, quod Patres, qui fuerunt *עֲבָרֵי הַיָּם*

TRANS

*trans flumen*, servierint Diis, Jos. xxiv. 15. Interim Abraham à Deo vocatus, ut ex Chaldæa migraret in terram Canaan. Ei benedixit Deus, promisit semen & addixit hæreditatem gentium; *crediditque promissioni, & imputatum est ei ad justitiam*, Genes. xv. 6. Recipit Deus simul, seipfi & semini ejus futurum in Deum, Genes. xvii. 7. Quæ promissiones sunt amplissimæ, & per omnia consensantæ primæ promissioni. Vi illarum credidit Abraham, sibi peccata esse remissa, vitam æternam paratam; se habiturum semen sanctum, & in eo Redemptorem, ἀρχηγὸν ac principem, auctorem vitæ & justitiæ; semini suo obventura non corporalia tantum sed & spiritualia beneficia. Deus enim pronuntians, seipfi & semini ejus fore in Deum, apertè pollicetur semini justificationem seu remissionem peccatorum. Quomodo enim ei erit in Deum, cui non remittit peccatum? Quomodo peccator Jehovah Deum suum dicet, quamdiu necessum habet profiteri, se iram mereri, & condemnatum esse ad mortem? Credidit etiam, fore quandoque, ut femer illud, in quo gentibus benedicendum, manifestetur in carne, videatur & visum prædicetur familiis terræ omnibus, ut in eo sibi omnes benedicere possent, & per prædicationem illam ac potentiam Dei sanctificantis meritumque seminis sanctificari ad fidei obedientiam. De qua fide Abrahami in loco plura dicemus.

XXXVI. In eodem temporis articulo adjunxit Deus promissioni & fœderi suo sigillum circumcisionem. Quæ nihil aliud valuit significare, quam sanctificationem seminis, seu ablationem τὸ σαρκικόν, status ejus, in quo est homo, qui ambulat secundum carnem non spiritum. Hoc Apostolus vocat ἀετιμὴν ἀρχαιοτέρων, *circumcisionem non manu factam*, Col. II. 11. & *vivificationem ex morte in delictis & præputio carnis*, §. 13. Ejus igitur qui circumcidebatur, hæc erat succedanea οὐνεὶς πνευματικῆ, *intelligentia spiritualis*, se regeneratum in spem vivam per Spiritum Dei, sibi donatam justitiam, & non imputari peccata; se liberatum iri à corpore peccatorum carnis, seu membris corporis scandalizantibus, & irritantibus ad peccata, quæ non sunt Spiritus id templum sibi facientis, sed carnis, & illam liberationem per mortem consummatum iri; se per refuscitationem carnis, ceu quandam circumcisionem à morte corporis & à pulvere gloriam æternam participaturum; futurum ut repræsentatum semine, in quo est benedictio, liberentur fideles à jugo propediem imponendo, à præceptis carnalibus, & servitute elementorum mundi, atque ita à principibus potestatem habentibus, qui semen Abrahami erant in servitutem redacturi, denique fore ut sublato *Spiritu servitutis* incedat *Spiritus filiationis*.

*tionis.* Hæc omnia circumcisio Patribus injuncta significare apta nata fuit. Et quin intellexerint Patres, cui ambiguum? Qui externa hæc symbola & sacramenta dedit Deus, pro sua erga fideles bonitate impertiit etiam animos ad intelligendum & ad videndum oculos. Cur Patriarchas fingemus tam *νωθρός ἢ ἀκούῃ*, segnes in audiendis penetrandisque arcanis? Et in hac quidem fide stetit Ecclesia Patriarcharum usque ad Mosen.

XXXVII. Luculenta commendatio fidei Patriarcharum extat apud Paulum Hebr. xi. Ubi in univsum animadvertimus; *primò*, ab Apostolo ejusmodi fidem prædicari, quæ pro objecto habeat *ἐπαγγελίαν προmissiōnem*, ὕ. 9, 13, 17, 39. Quæ verò alia promissio celebrior, quàm illa, quæ facta Protoplastis, & repetita Abrahamo? Unde conficimus, credidisse Patres, se per promissam gratiam seminis Deo reconciliatum, redemptum, justificatum & glorificatum iri. *Secundò*, fidem Patriarcharum magna sui parte fuisse spem. Nam objectum ejus, sicut diximus, à potiori parte nominatur *ἐπαγγελία promissio*, quam non obtinuerunt, ὕ. 39. Et Abrahamus credidisse dicitur *παρ' ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι*, *spe sub spe*, Rom. iv. 18, 19. Cùm enim Deus ei diceret; *Ne timeas*, timori autem opposita est spes; subjicitur: *Et credidit in Jehovam*, Genes. xv. 1, 6. Et patet etiam, quia pleraque illorum fides narratur inclinasse in futura, vitam æternam, resurrectionem mortuorum, realem expiationem peccati per Christum. Hoc tamen non obstante fuit vera fides sive fiducia in Deum, qui justificat impium, asserit ac vindicat semen. Nam per fidem Deo placuerunt, & cùm quæsierint ipsum, non potuit non Deus quæstionem remunerare præsentibus beneficiis, inferens eos Christo sponsori, & propter eum peccata in iis non puniens, sed futuræ expiationi referans. Unde etiam Enochum ad se vivum transtulit Deus. Hæc autem beneficia citra fidem in Deum, ut veracem testem, bonum & amantem non contingunt. *Tertiò* fidem Patrum describi secundum actus tum elicitos & internos, tum imperatos externos & consequentes, uti non malè in Scholis loquuntur. Proprius & internus actus fidei est credere in semen promissum, justificatorem impii & fidelium assertorem. Hic actus fidei supponitur in omnibus illis fidei & charitatis exercitiis, quæ Paulus *ἀφαιδώς* extollit. Nam fidem Patrum opponit *ἢ ὑποσλή subductioni*, Hebr. x. 39. Quid autem Apostolo *ὑποσλή* est aliud, quàm subductio & fuga à Christo ad quodvis aliud salutis, quod fingitur, munimentum & defensaculum? quale erat in Judæis quidem tempore Pauli clivus ille, in quo Templum, mons Sion & Moriah. Est igitur opposita illa subductioni fides, qua confugimus ad veram illam salutis petram, arcem & rupem Christum. Et per



per totam epistolam hoc unum probare satagit, Christo loquenti esse attendendum, & retinendam *ὁμολογίαν ad stipulationem*, ne forte præterfluamur. Utque Hebræos excitet ad fidem in Christum stipulationis nostræ Pontificem, utitur eo argumento, quoddam præsci per eandem quidem fidem testimonium consecuti, promissionem tamen non obtinuerint. Quamvis igitur æquius esse, ut credant Hebræi, qui promissionem impletam & extantem viderunt, & jam de speratis gloriari possunt? Quo argumento evidenter docet, fidem præscorum secundum actum proprium reclinasse in Christum. Quid quoddam fides illa in promissionem tetendisse narratur? Nulla autem extabat promissio alia quam de semine illo, quod contrituum caput serpentis, & in quo benedictio futura gentium. Et Christi ac opprobrii Christi aperta est mentio. Denique fides præscorum Apostolo non est *ἐπίστανσις ἢ ἰληζομένων subsistentia verum speratarum*. At extra Christum non est talis subsistentia fides. Quotquot enim promissiones sunt, in ipso sunt *etiam*, & in ipso sunt *amen* ad Dei gloriam, 2. Cor. 1. 20. Sed Apostolo curæ potissimum hoc est, ut ex actibus imperatis & consequentibus fidem Patriarcharum demonstraret.

XXXVIII. Tribuit igitur fidei Patriarcharum ante omnia illam *πίστιν*, seu animadversionem, quoddam *secula sint verbo Dei condita ad hoc, ut non ex apparentibus ea, quæ videntur, extiterint*, Hebr. xi. 3. Nam fides sistit sperata, & demonstrat non visa, nixa divini testimonii auctoritate. Hæc autem animadversio, excludens omnem rationationum oppositionem, & falsas de Deo cogitationes, omnino est fidei, non naturæ opus. Sapientia quidem multiplex mundo data est. Sed quia amorem Dei qui solus efficit, ut peccator Deum velit talem esse, qualis est, non habet, idcirco *non cognoscit* mundus per suam sapientiam Deum, 1. Cor. 1. 21. Proinde fides, quæ docet amare Deum, etiam prælucet ad animadvertendum, quoddam Deus omnia ex nihilo concinnarit. Cæterum cogitatione hac creationis omnium ex nihilo sustentârunt præsci fidem suæ renovationis interioris, resurrectionis mortuorum & æternæ vitæ. Qui enim vocavit ea quæ non sunt, & ex tenebris iussit lucem exsplendescere, non reputabant fulgere etiam posse in cordibus suis ad illustrationem notitiæ gloriæ Dei, & efficere, ut ex pulvere corpus integrum refurgat, & in altera vita Deum videat.

XXXIX. Adami fidem reticet Paulus. Interim qualis illa fuerit, licet ex promissione Protoplastis facta divinare. De Habele commemorat, quoddam per fidem sacrificium pretiosius obtulerit quam Cain, & propterea tum vivo demonstratum sit, quoddam esset iustus, tum de mortuo sermo

fiat, §. 4. Qualem verò fidem illam fuisse putabimus, quæ movit Habelem ad offerendum? Utique qualem opposuit *ἡ πίστις*, quam commendat per totam epistolam, fides in Christum. Testatus, ad justificationem opus esse sacrificio boni odoris, cujus pecunium illud sacrificium ex ovibus & earum adipe nonnisi similitudo & typus quidam fuit. Non enim confidere potuit, quòd talis oblatio valitura sit ad satisfactionem pro peccato, vel impetrationem vitæ. Nam quod obtulit, id ipsum jam ante Dei proprietas fuit. Ex eo autem quod creditoris est, non potest ipsi satisfieri. Urgetur hoc disertè Psal. L. 10, 11, 12. Et cum contraria opi nione Caini sacrificium rejectum fuit.

X L. Enoch per fidem translatus est, cùm Deo placuisset, eum quævisisset, coluisset, & cum eo ambulâisset, §. 5. Genes. v. 22. Quæ illa fides per quam translatus dicitur? Si solus Christus oblatione sui peccatori fieri potuit salutis via; si in ejus solius cognitione justificatur peccator, relinquitur fidem in Christum factum esse illi causam translationis. Et ipsum Apostoli epicherema abundè id evincit. Nam argumentatur, per fidem translatus esse, coluisse Deum, ad eum accessisse, eum quævisisse, cum eo ambulâsse, quia talia facere impossibile est sine fide. Rationem reddit perspicuam, quia accedens ad Deum, eum quærens, cum eo ambulans credere debet, Deum esse, & remuneratorem existere. Atqui qui non credit promissioni de justitia & salute peccatoris, & non est in Christo, quî potest credere salutariter, Deum esse & esse remuneratorem etiam peccatori, qui reus est exsolvendi pœnam, in quam per legem condemnationis incidit? Convinci quidem potest non credens, *Deum esse*, videlicet Ens primum & independens, omnipotentem, infinitum. At *Deum esse*, hoc est justum & sanctum, dissimilem peccatori, qui possit justificare improbum, & quidem illam veritatem amando, non averfando sicut stulti, qui dicunt in corde suo: *Non est Deus*; non cognoscitur nisi sola fide, quæ habet conjunctum amorem Dei. Et si hoc noluit Apostolus, jam excidit suo scopo. Intendit enim per ejusmodi exemplaria fidei probare, quòd Christo loquenti, & visis ac auditis sit attendendum.

X L I. Noë, cui Deus sua de mundo perdendo decreta exposuit, per fidem & metuit & paravit arcam ad salutem domus suæ, & damnavit mundum, & *justitiæ secundum fidem factus est hæres*, §. 7. Fidem sanè habuit ante oraculum, quia & invenisse gratiam in oculis Dei, & justus fuisse ac ambulâsse jam ante cum Deo narratur, Genes. vi. 8, 9. Hæc autem citra fidem fieri non posse Apostolus jam adseveravit. Eadem igitur fides causa pavoris, obsequii in construenda arca, condemnandò mundo, & hære-

hæreditatis justitiæ. Mirum si quisquam ambigere potest, qualis fides illa fuerit? Nam justitia quæ per fidem hæreditatur, est justitia aliena, per donationem nostra; ex qua sequitur remissio peccati, obsequium fidele & æterna vita. Talis autem justitia cum sit illa Christi, quæ nobis in judicio Dei imputatur, necessum est ut fides Noë, cujus experientia dederat in obsequio suo, in Christum ipsum sponsores incubuerit. Per eam igitur fidem pavens quidem, cum justitia Christi ita fiduciam gignat in Deo solo, ut non minus intendat metum piæ sollicitudinis circa medium salutis à Deo ostensum; construxit arcam ad salutem suæ domus, certa fiducia, futurum ut Deus servet domum suam, quod sic ex ejusdem posteris nasci posset benedictum semen promissum in initio gratiæ. Si enim interiisset domus Noë, promissio impleri non potuisset. Idcirco cum Noë in diebus longanimitatis construxit arcam, futuram illam suæ domus in ea conservationem non potuit nisi per fidem contemplari. Per eandem fidem judicavit mundum, quatenus Deus pro ipso ut justo & secum ambulante judicavit contra mundum.

XLII. Abrahami & Saræ fides sequitur à §. 8. usque ad §. 20. Est autem testificatio fidei illorum ab insignibus documentis & testimoniis ac fructibus justitiæ. *Primò* per fidem admisit vocationem ex Ur Chaldæorum in Canaan, terram promissionis, & in ea tum ipse tum Isaacus & Jacobus tanquam peregrini, in tabernaculis agentes habitârunt. Terra promissionis Canaan fuit, non tam quia ejus possessio terrestris Patribus concessa, in qua usu prospero & spectaculis cœli ac terræ fruenterentur, quam quia in ea Deus promisit se futurum in Deum, & se manifestaturum in carne. Nam terrestris hæreditas non potuit esse illa *valde magna merces*, quam se Abrahamo futurum Deus receperat. Et semen Abrahami peregrinatum fuit per integros quadringentos annos, ut Abrahamo prædictum. Ipsi autem Patriarchæ peregrini & inquilini in terra fuerunt. Quin secundum fidem in terra ea fuerunt mortui, §. 13. Mors autem terrestris possessionem abruptit. Patet igitur, fuisse aliquid promissum ultra hæreditatem terræ, quod quid aliud fuit quam futura per Christum in terra ea revelandum spiritualis hæreditas, & possessio civitatis cœlestis, quæ fundamenta habet, adeoque tabernaculis illis, in quibus habitârunt Patriarchæ, longè præstantior? *Secundò* per fidem Sarah concepit & peperit, etiam præter tempus ætatis. Unde & ab uno Abrahamo videlicet, eoque mortificato geniti sunt, qui sidera cœli & sabulum maris multitudine adæquarunt, §. 11, 12. Fuit omnino Isaaci generatio testimonium justitiæ fidei. Cum enim uterque Parens senex esset, & generandi jam expirâssent

causæ,

causæ, sola fide, qua acquiescit in promittente tanquam *msq̄* seu fide-  
 li, effectum hunc assequi potuerunt. Porro fides illa hunc effectum pro-  
 ducens, fuit fides in semen promissum, authorem benedictionis. *Tertiò*  
 Abrahamus, Sarah, Isaacus, Jacobus secundum fidem sunt mortui.  
 §. 13. Moribundi igitur unicè sperârunt, se per Christi sponforis, se-  
 minis illius benedicti mortem postliminio victuros, & cœlestis vitæ hæ-  
 reditatem adituros. Hoc solum valere potuit ad lætitiã & consolatio-  
 nem morientium. Si conciliatorem melioris vitæ non sunt per fidem am-  
 plexi, turbida omnino & inquieta mors illorum fuerit oportet. *Quartò*  
 per fidem quæsiuerunt patriam, §. 14. Hocque fecerunt, cùm se pro-  
 fessi sunt hospites & inquilinos in his terris. Tales enim qui sunt, non ha-  
 bent in terris permanentem civitatem, sed ambulant, & abeunt ad me-  
 liora, intenti ad hæreditatem, quæ constans est & manet. Ostendit etiam  
 Deus, se illis patriam civitatem munivisse, cùm non erubuit illorum vo-  
 cari Deus, §. 16. Cujus enim Deus est Deus, illi non potest non patriam  
 civitatem parare, in qua videat ejus gloriam, & cernat hæreditatem im-  
 marcescibilem & à fortunæ ludibriis exemptam. Patet etiam, fidem hanc  
 fuisse fidem in Christum, qui solus index est vitæ, quæ ad patriam dirigit,  
 & sine quo Deus non potest homini peccatori fieri in Deum. *Quintò* per fidem  
 obtulit Abraham primogenitum suum, postquam acceperat, di-  
 ctumque ipsi, in Isaaco sibi vocandum semen. Unde etiam arguit Apo-  
 stolus, Abrahamum reputâsse, Deum posse resuscitare mortuos, quia  
 filium quantum ad defunctionem cordis sui, uti non malè Salvianus, jam  
 mactatum, in similitudine recepit. Cùm igitur per fidem obtulit filium  
 unigenitum, credidit necessarium esse pro peccato sacrificium unigeniti  
 filii Dei. Et professus est tum fidem benedictionis in homine, & per ejus  
 sanguinem, tum spem resurrectionis mortuorum. Et ipse Isaacus tanquam  
 ex morte vivus, factus est typus & exemplar resurgentium.

XLIII. Isaacus per fidem de futuris benedixit Jacobum & Esavum,  
 §. 20. Professus est in ea benedictione fidem incarnationis filii Dei ex Ja-  
 cobo, quem priorem benedictione sua lustratum fecit hæredem. Quin  
 etiam non obscurè indicavit, in Jacobi posteris fore seminarium electio-  
 nis, eosque terræ Canaan possessionem sibi vindicatuos, & ad Chri-  
 stum usque retenturos. Jacobus per fidem singulis filiorum Joseph mori-  
 bundus benedixit, §. 21. In qua benedictione sub rerum corporalium  
 symbolis complectitur res spirituales, & præparationem ad manifesta-  
 tionem Christi & vocationem gentium. Diserta etiam facta mentio ad-  
 ventûs Schilonis seu pacificatoris, & signi ejusdem, nempe ablationis  
 sceptri,

sceptri, & legislatorum, ita ut expectandus Messias fuerit, quamdiu sceptrum vel legislatores in populo superfuturi fuerunt. Josephus denique moriens commemoravit per fidem de exitu Israëliitarum ex Ægypto, & per eandem de ossibus suis transferendis in terram Canaan disposuit, y. 22. Rursum fides spectat promissionem seminis, hæreditaturæ terram Canaan, & benedicturæ gentibus. Testificabatur, terram Cananæam fore receptum illius *דְּסִדְרֵי גֵוִיִּם desiderii gentium*, ac ad expectandum & desiderandum illud stimulavit etiam ossibus suis, quæ jussit eò transferre, ut ostenderet, se gestire, si possibile foret, ea videre, quæ posteri ejus in ea terra visuri erant.

XLIV. Ex his omnibus clarissimè, quæ doctrina, institutio, traditio vetusta, ac in universum quæ pretiosa fides fuerit Patriarcharum in Christum, cognoscitur. Unum tamen relinquitur, ut quomodo per Christum & in eo per fidem justii fuerint, paucis explicatum demus. Justificatos esse sanctos Patriarchas luculenter testatur Scriptura. Nam de Abrahamo legitur Gen. xv. 6. *Credidit Jehovah וַיִּשְׁכַּח אֱבְרָם וַיִּשְׁכַּח אֱבְרָם & imputavit hoc ei in justitiam*. Noë *vir justus integer extiterat in omnibus generationibus suis*, Genes. vi. 9. Enoch *ambulavit cum Deo*, Genes. v. 24. Non potuit autem non justus, peccator ambulare cum Deo, quia Deus non est similis peccatori, & ejus oculi impurum non ferunt, quia ignis consumens est. Rursum Nōs, *ὁ πιστὸς δικαιοσύνης ἐγένετο κληρονόμος*, per fidem justitiæ factus est hæres, Hebr. xi. 7. Et quotquot circumcisi sunt, iis circumcisio fuit *σημείον, σφραγὶς δικαιοσύνης, signum, sigillum justitiæ*, Rom. iv. 11. Justos autem se esse non propria justitia, quæ est legis obedientiam operum præcipientis, sed justitia illius, qui ipsis promissus erat Sanctificator omnium credentium, morte sua impetraturus *δικαίωμα νόμου*, id cui lex justitiam addicit & deputat, intellexerunt sanè; quia & corruptionem per peccatum, reatum ejusdem in se agnoverunt, & peccatum in se habitans, ac quotidiana inde pullulantia peccata dissimulare minimè potuerunt, ad eoque justitiam suam abnegantes, studuerunt inveniri in Christo, non habentes justitiam, quæ est ex lege, sed eam quæ est per fidem Christi, justitiam quæ à Deo est per fidem, Phil. iii. 9. Neque etiam eam Christi justitiam, quæ ipsis in judicio Dei imputabatur & donabatur, crediderunt tum extantem & adductam actu, cum sciverint expiationem peccati nondum factam esse actu. Quia tamen Christus sponsor bonæ fidei certè legi satisfactorus erat, isque pro eis spondit, eos asseruit, Deus in judicio suo eos pro justis habuit & à peccatis absolvit.

**XLV.** *Justitiæ igitur hujus fructus fuit triplex. Primus temporalis, quòd in plagas Dei corporales non inciderunt pro tempore: quomodo etiam Noë cum familia sua servatus est in diluvio. Secundus, quòd peccatum quamvis adhuc in mundo existens, cùm reatus ejus expiatus & per meritum Christi expunctus nondum fuerit, tamen eis imputatum vel ad temporalem aliquam servitutem & iram Dei, vel ad æternam damnationem non est. Quòd perspicuè asserit Paulus Rom. v. 13. *Usque ad legem peccatum fuit in mundo. Peccatum autem non imputatur non existente lege.* Itaque Deus peccatum quamvis existens, tamen non imputavit Patriarchis, nihil eis imposuit ad expiationem ejus, quo vel onerarentur, vel rei & immundi declararentur. Ita ut in hoc seculo agerent velut justis, & in simili ferè statu libertatis, in quem Christus asseruit eos, quibus Euangelium de adducta justitia annuntiatur. Tertius denique, quòd eorum animæ post mortem in glóriam sunt introductæ, uti infra certis argumentis probabimus. Qui fructus ipsis obtigerunt per fidem in Christum, quem crediderunt esse apud Deum mediatorem Testamenti, Dominum & vindicem suum, qui pro ipsis interpellaret, appariturum in plenitudine temporum ad solvendum λύτρον Deo in sponsione promissum, & ad adducendam justitiam, per quam est ἀθέτησις ἀμαρτίας abolitio peccati.*

**XLVI.** Apparet hinc, quæ diversitas sit justitiæ Patriarcharum, Israëliitarum legi subjectorum, & fidelium Novi Testamenti. Patriarcharum justitia, ejusque fructus tales fuerunt, quales jam exposuimus. Israëlitæ legi placitorum subjecti etiam fuerunt apprehensa per fidem & præoccupata justitia Christi sponsoris, in plenitudine temporum acquirenda. Igitur justitiæ illius fructus faciliè princeps fuit, quòd & peccatum adhuc existens illis tamen ad æternam damnationem non imputaretur, & ipsorum animæ post mortem in cælo consummatæ Deum viderent à facie ad faciem, adeoque verè glorificarentur. Interim quoad justitiam ejusque fructus hac re inferiores fuerunt Israëlitæ Patriarchis, adeoque ab illis discrepârunt, quòd non sicut Patriarchis peccatum nullo modo imputatum, exprobratum, commemoratum est, ita Israëlitis peccatum nullo modo imputatum est. Certum est enim, Deum Israëlitis postquam vitulum adorârunt omnes, peccatum adhuc extans, aliquo modo & quidem iratum & indignabundum imputâsse, dum nimirum populum declaravit immundum & impurum in suis donis; dum legi omnes obstrinxit iram, perpetuum in hac vita metum operanti; dum eos subjecit infirmis mundi hujus clementis; dum in quotidianis sacrificiis peccatum adhuc extans commemoravit, accusavit, execratus est; dum populum lege placito-

rum,

rum, inprimis molesto sacrificiorum cultu chirographum adversus se scribere coëgit; denique dum eundem non more patris benignè & molliter habuit, sed כְּעַלְמָא נְשִׁימָה, neglectim, serviliter habuit & tractavit. Hic fuit sanè fructus peccati adhuc extantis, necdum per mortem Christi expiati, quod Israëlità infidelitate sua exasperârunt & irritârunt: hæc imputatio peccati & transgressionis facta per legem ad temporalem servitutem conscientiæ. Omnibus his incommodis & incredibili molestia sancti Patriarchæ caruerunt per Dei gratiam, secundum quam illos ut liberos non ut servos tractavit, & sola seminis benedicti promissione sustentavit, non oneravit addita promissioni lege, quæ postea servos effecit.

XLVII. Differentia hæc Ecclesiæ Patriarcharum & Israëlitiæ præterquam quod clarissimis & innumeris Scripturæ testimoniis comprobata est, etiam sub duplici typo nobis proponitur in Scripturis, quorum prior est Elai. LIV. 1. uterque Gal. IV. 24, 27. Prior est uxoris sterilis & desertæ, & uxoris maritatæ. Sic autem Deus loquitur: וְנִי עֲקָרָה לֹא יָלְדָה פְּנֵי רַבִּי וְנִי יְהוָה וְנִי יְהוָה *Canta sterilis quæ non pariebas, prorumpere in laudem & exulta quæ non parturiebas, quia plures sunt filii desolatæ quàm maritatæ.* Desolata est Ecclesia Patriarcharum, quæ sterilis, desolata non pariens filios dicitur; tum quia in hoc mundo non habebat dominos, maritos ei dominantes per legem & in servitutem eam redigentes, adeoque libera fuit, non imputatum ei peccatum per legem; tum quia Ecclesia Patriarcharum sic desolata nullos Deo filios peperit, quamdiu Vetus Testamentum populo Israëlítico per Mosen allatum duravit: quippe tum non ex sola promissione & Testamento Patriarchis patfacto, sed ex promissione, cui superaddita lex, filii Deo proveniebant. Maritata Ecclesia est Israëlitarum, cui Deus כְּעַלְמָא instar mariti severi & domini dominatus, quam Deus, ut Græci ibi vertunt, ημέλησσι neglectim habuit, Jerem. xxxi. 32. imposto nimirum ei jugo legis, dominis, œconomis, pædagogis, rectoribus, legislatoribus. Illam igitur desertam plures filios habituram prædicitur quàm maritam, quia sub Novo Testamento omnes filii Dei erunt juxta promissionem solam Patriarchis factam & tum opere ipso Christi impletam, non juxta promissionem, cui addita sit lex & servitus. Non enim in Novo Testamento *sub lege sumus, sed sub gratia*, Rom. vi. 14. Alter typus est duplicis matris Saræ, quæ uxor Abrahami, & Hagar quæ ejusdem concubina, quarum illa ad libertatem pariebat, hæc ad servitutem. Typus hic proponitur Gal. IV. 24, 25, 26. Ἀ' ἡνὰ ἐστὶν ἀδικοῦσά μενα· αὐτῆι γὰρ εἰσιν αἱ δύο ἀγαθήκαι· μία μὲν δὲ τῆς ὄρας Σινᾶ, εἰς δουλείαν γυνώσκει, ἡ ἑτέρα ἐστὶν Ἀ' γὰρ. Τὸ δὲ Ἀ' γὰρ, Σινᾶ ἔργον ἐστὶν

ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, συσχηθεὶς ἢ τῆν Ἰερουσαλήμ, δηλοῦναι ἢ μὲν τέκνον αὐτῆς. Ἡ ἢ αὖν Ἰερουσαλήμ, ἐλθούσα ἐστὶν, ἢ τις ἐστὶ μήτηρ πάντων ἡμῶν. *Quæ sunt per allegoriam dicta. Hæc enim duo sunt testamenta. Prior quidem ex monte Sina generans ad servitutem, quæ est Hagar. Hagar enim mons Sina est in Arabia. Respondet ei quæ nunc est Hierusalem, quæ cum filiis suis servit. Quæ autem supra est Hierusalem libera est, quæ mater est omnium nostrum.* Prior igitur mater Sara est typus Ecclesiæ, quæ testamentum prius & vetustius, ex quo oritur stipulatio fidei ad iustitiam, solam, adeoque solam promissionem habet, ex qua Deo generat filios. Hæc Ecclesia Patriarcharum. Posterior mater Hagar est typus illius Ecclesiæ, quæ non ex auditu solius promissionis Deo generat liberos, sed ex talis promissionis auditu, cui subintroducitur lex fecit servos elementorum mundi. Sara genuerat filium promissionis Isaacum ad libertatem. Ita quos prius illud testamentum, adeoque solius promissionis auditus facit Dei filios, illi liberi sunt, non serviunt legi, non imputatur igitur eis ullo modo peccatum. Sic igitur Ecclesia Patriarcharum libera fuit, generans Deo filios liberos ex solo testamento gratiæ. At Hagar ancilla Abrahami genuerat Ismaëlem, & quidem ad servitutem. Sic Ecclesia quam Deus adlocutus est in Arabiæ deserto, in monte Sina, filios Deo generavit, sed qui in hac vita non differrebat à servis, quippe per legem in servitutem redactos, dominis, *Παιδεύσις* & prædagogis subjectos. Prior mater Sara, adeoque Ecclesia Patriarcharum libera respondet Ecclesiæ Novi Testamenti liberæ, Hierosolymæ cœlesti, cuius filii sumus, quotquot Christum recipimus. Posterior Hagar, Ecclesia quæ in deserto legi subjecta est, *συσχηθεὶς* Hierosolymæ terrestri, quæ cum filiis suis serviebat, cui imposta erat necessitas observandi ritus, & omnis occupatio in elementis mundi: quemadmodum & ipsa mater serva fuit, quippe quæ legem in deserto accepit. Ex quibus perspicuum est, quale fuerit Ecclesiæ Patriarcharum & Ibraëitarum discrimen.

X L V I I I. Eadem tamen Patriarcharum iustitia à fidelium Novi Testamenti iustitia differt hæctenus, quod quæ in Novo Testamento datur fidelibus consolatio de peccati reatu expiato & abolito, de adducta iustitia, de capite serpentis per semen mulieris contrito, de maledictione penitus extincta, de perfecta remissione peccati, consumptione & absolutione conscientiæ, de libertate, fiducia, *παθήσει* fidelium, de accessu libero ad thronum Dei, de inscriptione legis Dei per Spiritum S. in corde credentium; eadem inquam consolatio Patriarchis quamvis iustitiæ Christi hæredibus non est præstita. Fatendum est enim omnibus, qui ve-  
rita-



ritatem Scripturæ amant, & ei vim facere religioni ducunt, hæc omnia, quæ enarravi, in sua proprietate & emphasi eximia esse fidelibus solis Novi Testamenti, non vel Patriarchis vel Israëlitis sub lege ejulantibus. Etenim Patriarchæ οὐκ ἐκομίσαντο ἐπαγγελίας, non affecti sunt promissionem, Deo nobis melius quid providente, ne sine nobis illi consummarentur, Hebr. xi. 39, 40. Peccatum fuit usque ad legem, Rom. v. 13. Remissio, abolitio, expiatio ejus, nec non adductio justitiæ promissa est in futurum, Genes. iii. 15. Esai. l.iii. 11. Jerem. xxxi. 31, &c. Daniel. ix. 24. Zach. iii. 9. ubi clarissima in futurum promissio: *Et delebo peccatum totius orbis illius uno die.* Eadem peccati remissio, conscientiæ πλειώσις, adductio justitiæ describitur nobis ut facta in plenitudine temporum, ubi repræsentatæ nobis sunt illæ κρείττονες ἐπαγγελίαι, præstantiores promissiones, Hebr. v. iiii. 6. & x. 1, 10, 14, 17, 18. Ephes. i. 7. Col. i. 14. Ei opposita toto illo & Patriarcharum & Israëlitarum tempore fuit πάρεσις, prætermissio, dissimulatio peccati, non imputata videlicet ad æternam damnationem antequam proponeretur Christus propitiatorum, Rom. iii. 25.

X L I X. Quamvis verò hæctenus Ecclesia Patriarcharum ab Ecclesia Novi Testamenti differat, tamen maxima utriusque convenientia est non in re tantum, quod utraque per gratiam & justitiam Christi à Deo creditibus donatam justificata est, non imputatis eis ad qualemcunque vel damnationem vel servitutem peccatis; verum in eo etiam, quod æquè in Ecclesia Patriarcharum ac Novi Testamenti non est audita lex, quæ in servitutem redigit; sed apud illam quidem sola promissio, apud hanc verò solum Evangelium de impleta & rebus ipsis repræsentata promissione. Quin imò, ut jam ostendimus, propter illam insignem in utriusque libertate convenientiam, Ecclesia Patriarcharum fuit mater Ecclesiæ Novi Testamenti, & filii Novi Testamenti sunt nati Ecclesiæ Patriarcharum. Superior Hierusalem, inquit Paulus, libera est, quæ est mater omnium nostrum, Galat. iv. 26. Proinde quòd scriptum est de Abrahamo, quòd ei fides sit imputata ad justitiam, quòd promissio firma fuerit non ei duntaxat, qui fuit ex lege, sed etiam ei qui ex fide Abrahæ, qui pater omnium nostrum, id, inquam, testatur Paulus disertè scriptum esse non propter Abrahamum solum, cui imputata est fides ad justitiam, ἀλλὰ καὶ δι' ἡμᾶς, οἷς μέλλει λογιζέσθαι, πῆς πνεύματι Πατρὶ καὶ ἰσχυρῶς Ἰησοῦν καὶ Κύριον ἡμῶν ἐκ νεκρῶν, verum etiam propter nos, quibus eodem modo vult imputare, credentibus in eum, qui suscitavit Jesum Dominum nostrum ex mortuis, Rom. iv. 16, 22, 23, 24.

L. In cultu externo Patriarcharum, ut ad tertium tractationis nostræ pro-

propositæ caput nos conferamus, faciliè principem locum obtinent sacrificia, quæ per totum hoc Patriarcharum intervallum Deo oblata sunt. Etenim promissioni factæ Protoplastis in Paradiso statim adjunctum fuit sacrificium. Unde enim tunicæ pellicæ non mactatis ad *ילאמדו* pecudibus? Circa proximas mundi origines nata sunt etiam sacrificia duorum fratrum Habelis & Caini, Gen. iv. 2, 3, 4, &c. Ante ingressum Noachi in arcam statuit Deus discrimen inter animantia munda & immunda. Quæ discretio facta, ut definirentur animalia partim ad esum partim ad oblationem aptissima. Noë ex arca egressus obtulit holocausta de cunctis pecoribus & volucribus mundis, & ad oblationem illam ædificavit altare, Gen. viii. 20. Cujus oblationis bono odore Deus oblectatus dixit in corde suo, non additurum se, ut maledicat ultra terræ propter hominem. Melchisedecus Sacerdos Dei Altissimi ab Abrahamo accepit decimas ex omnibus, Genes. xiv. 20. Cùmque omnis decima boum & ovium sint sanctitas Jehovæ, Levit. xxvii. 32. Oportet etiam Melchisedecus ex iis obtulerit sacrificium & eucharisticum & expiatorium pro Abrahamo. Sacrificii Abrahamici primordia inauguralia describuntur, Genes. xv. 9, 10. Obtulit idem, defunctus obedientiam in fide, pro Isaaco arietem holocaustum, Genes. xxii. 13. Superstite adhuc Abrahamo Isaac ædificavit altare, Genes. xxvi. 24. Jacobus pernoctans in Bethel lapidem, quem capiti suo dormiens suppositum habuit, posuit titulum, & supra summitatem ejus oleum effudit, Genes. xxviii. 18. Proinde consecravit, ut altare esset, in qua redux de bobus, ovibus & capris sacrificaret. Cujus etiam voti religionem exsolvit, Genes. xxxv. 3, 7. De Jobi holocaustis habemus, Job. i. 5. & xlii. 8. Quin & Exod. xix. 22. mentio est *Sacerdotum*, antequam Leviticum sacerdotium à Deo institutum esset. Jubentur enim accedere ad Jehovam & sese sanctificare *הכהנים* etiam sacerdotes.

LI. Sacerdotes fuisse tum singulos Patriarchas, tum & in primis primogenitos ostendimus supra, ubi de prærogativis primogenituræ. Paucis dicam, Sacerdotium summum fuisse penes Patriarcham principem, penes quem etiam rerum sacrarum potestas fuit, uti supra vidimus. Post ipsum sacerdotium fuit omnium patrum familiâs, sed eminentiori jure & modo patrum familiâs illorum, qui primogeniti fuerunt. Lubaudire virum summum Johannem Seldenum, qui res veterum Hebræorum non sine doctrina incomparabili & pari judicio complexus est, quem mihi hac in re esse concordem & consentientem video de *Synedriis Hebræorum* lib. 1. cap. 16. *Summa est*, inquit, *Patriarcham seu Principem unumquemque intra patriarchatus sui seu principatus ditionem, Sacerdotium item summum seu pri-*

primarium ac præ cæteris excellentius gessisse (quemadmodum certè apud veteres paganos non rarè, dum principatum spectamus, se res habuit) idque velut ex perpetuo primogenituræ ejusmodi jure ortum, adeoque sive per se sive per alios substitutos imperium & jurisdictionem exercuisse; alios autem primogenitos quosvis sacerdotii eidem primarii inter suos sortitos esse prærogativam paritem, nec tamen patriarchalem seu principalem simul in regimine dignitatem seu principatum aliquem ejusmodi gessisse aliter atque sineret tribuum ac familiarum distributione, constitutioque variatim pro diversa locorum, temporum, personarum ratione admissa. Unde necessariò fiebat ut primogenitorum ipsorum alii, etiam & plerique, regerentur, utpote in ditione primogeniti seu Patriarchæ natu majoris, alii seu grandæviores in quolibet distributionis, quæ pro regiminis per se diversi formula fieret, cætu regerent; nemine eorum interim suam tempestivè regendi vicem ac jus, prout distributiones ejusmodi aliter atque aliter ferebant, non meris expectante. Jam verò ut regiminis Patriarchalis seu Regii, ejusque præfecturarum substitutarum actus in imperando, coërcendo, in jus vocando, sententiis ferendo, exequutioni mandando reliquisque imperii ac jurisdictionis appendicibus habebantur, ita sacerdotii actus in ipsis sacris obeundis, cultu solemnibus, ritibusque divinis ac benedictionibus præstandis quæ מוֹדוֹת מִנִּי־שָׁמַיִם nomini generali seu functionis venire solent. Atque in ejusmodi functione erant Sacerdotes ראש־לְעָמָם capita, duces, seu Principes populo cujus nomine & gratia sacra obibant. Principes scilicet in sacris obeundis, ut in regimine & imperio Patriarchæ, Reges, eorumve præfecturæ, Principes erant. Et tamen si verum sit, vocabulum כֹּהֵן quo sacerdos in sacro sermone designatur (unde etiam verbum כֹּהֵן pro sacerdotio fungi habetur) Principem etiam territorii subinde denotare & à nonnullis etiam antiquitus ita verti, id tamen non inde accidisse videtur quasi in ipso sacerdotio seu כֹּהֵן ex natura sui imperium aliquod omnino aut principatus regiminis fuisset, sed ex eo quod principes aliquot, ut sanè plerique apud alios populos, summo (juxta antè dicta) apud suos sacerdotio (ut & Cæsares Romani olim Pontificatu Maximo) fungentes, adjecto territorii sui seu subditorum suorum nomine aliàve quæ tantundem suppleret circumstantia, ritè satis etiam כֹּהֵן dicerentur, qua voce ex ejusmodi adjectione etiam Principatus seu præfecturæ eorum non ex significationis vi sed per consequens denotantur. Ita Feibro dicitur כֹּהֵן מִדְיָן & פִּי־יִשְׁבָּח אֵן כֹּהֵן אֵן Sacerdos On in Ægypto, quorum utriusque suis etiam Principes fuere, ut in versionibus aliquot rectè satis vocantur, tam vetustis quam nuperis. Hæc sacerdotii ratio apud vetustissimas etiam gentes fuisse recepta, ex vetusta haud dubiè traditione, videtur. Nam apud priscos paganos sacerdotia publica etiam fuerunt patrimonialia & hæreditati conjuncta, gentilitia.

item

item & familiaria; & in eis etiam fuerunt *ἄρχιερωσύλαι*, sacerdotia summa seu primaria, collegia item Sacerdotum & Patrum sacrorum, Filiorum sacrorum, Flaminum, id genus aliorum nomina certis aliquot personis propria. Interca ritè sacrificare, immolare, adolere, & quæ reliqua sunt sacerdotii simplicis munera cuius è vulgo patrifamiliàs præstare fas fuit. Idque satis constat ex Præmetii, Sacrimæ, Calparis, Struferti, Suovetaurilium, quæ sacrificia fuère rustica, & à colonis peragenda, aliorumque ejusmodi domesticorum ac spontaneorum usu, qui apud Varonem de Re Rustica, Plautum in Aulularia, Tibullum lib. 2. Eleg. Festum in verbi *Sacrimar, Calpar, &c.* & Scaligerum in ea loca, aliosque passim occurrit. Addo nunc, quod etiam post institutum sacerdotium Aharonicum in maestatione agni Paschalis remanserit vestigium antiqui juris, quo quis paterfamiliàs sacrificandi potestatem habuit. Unde de celebratione Paschatis Philo de *vita Mosis* lib. 3. *ὅτι οἱ μὴ ἰδιώται προσάγουσι τὰ βοιωτὰ τὰ ἱερῆα, ἵνασι δ' οἱ ἱερεῖς, ἀλλὰ νόμος προσέειπεν σὺν πάντων ἡ ἰθὺς ἱερῶν ἢ καὶ μέρους, ἐκάστου τὰς ὑπὲρ αὐτῶν ἰουσίας ἀνάγκη* & *τὸ πρὸς χειρουργῆσαι, Non homines è vulgo victimas adducunt ad altare ut maestent sacerdotes, sed jubente lege tota gens sacrificat, dum pro se quisque hostiam suam adducit & maestat.* Et alibi dicit idem *ἡ ἰθὺς ἱερῶν ὅτι totam gentem sacerdotio defungi.* De qua re & nos uberius, ubi de Agno paschali locus dicendi se dabit

LII. Officium hoc sacrificandi Patriarchis injunxit haud dubiè in crebris revelationibus ipse Deus. Quicquid enim ipso monitore & auctore non fit, placere non potest. Fieri quidem potuit, ut naturali lumine conjectarent, conveniens esse, ut Deo per voluntariam ejusmodi oblationem confiteantur suum reatum, & ei donium competere testificentur. At genuinum sacrificiorum, quatenus Deo sunt *ὄσμη ἰουδίας* odor suavitatis, mysterium natura duce non sunt assecuti. Quis enim *mentem Domini novit?* Esai. xl. 13. Rom. xi. 34. Atque hinc est, quòd Paulus Hebr. xi. 4. Habelem testetur per fidem obtulisse pretiosorem victimam, quam fecerit Cain. At fides nititur testimonio revelantis, mandatis & promittentis. Includit enim assensum & obsignationem illius testimonii *quod Deus sit verax*, Joh. iii. 33. Et hoc nomine distinguitur ab *ἠθελοθρησκεία*, quæ habet *τὰ ἐπιτάγματα καὶ διδασκαλίαι ἢ ἀνθρώπων, præcepta & doctrinas hominum*, quibus nixa irritam facit *ἐν πολλῇ ἔθει* mandatum Dei, Matth. xv. 3, 6. Col. ii. 22, 23. Quid quòd in fide est etiam fiducia divinarum promissionum & gratuitæ remunerationis? At sine revelatione fiducia vana est, in caducum inclinata parietem. Etiam in cæteris actibus

actibus obedientiæ Patriarcharum notatur prævius *χημαλισμός, εὐλαΐβεια, κλήσις*, Hebr. xi. 7, 8. Non minus expresso tali *χηματισμῷ* opus fuit in negotio sacrificiorum, quia sine eo non potuit fides esse *ὑπόστασις ἢ ἐπιζομένων, subsistentia rerum speratarum*, Hebr. xi. 1. Et sicut Aharon non potuit sacerdotio defungi *nisi vocatus*, Hebr. v. 4. ita Patriarchæ non vocati sibi honorem non sumpserunt. Quid quòd ante diluuium occurrit distinctio animalium mundorum & immundorum, haud dubiè à Deo instituta eo potissimum finè, ut sacrificiis inferuiat. Præterea & ipsa acceptatio ac inflammatio sacrificii facta divinitus præviã institutionem Dei demonstrat. Accedit quòd sancti Patriarchæ obtulerunt haud dubiè ad consolationem suæ conscientiæ. Proinde placere voluerunt Deo isto facto vel tanquam actu virtutis, vel ut applicarent sibi promissionem remissionis peccatorum & justitiæ. Non illud, quia sacrificia hac mente oblata Deus abominatur. Ergo ut applicarent sibi factam promissionem. At non potest sibi quisquam applicare promissionem nisi per symbolum divinitus institutum. Fateor quidem, subinde Prophetas sacrificiorum cultum increpare, & circa ea superstitionis notam Judæis impingere. Sed non arguit hoc, vel præcepto caruisse, vel Deo displicuisse unquam sacrificia, nisi quando spiritualis eorum praxis negligebatur, & genuina legis *διδασκαλία* ac intentio mandati divini nil pensi moderatèque habebatur.

L III. Haud dubium cuiquam est, Patriarchis certo & infallibili aliquo signo constare debuisse, sacrificium suum Deo acceptum esse, non instar Cainici sacrificii rejectancum. Hoc autem signum haud immerito creditum est fuisse *ἐμπυροσμόν*, sive *inflammationem* doni per cœlestem ignem. Unde Theodotio illud *ἔν* Genes. iv. 3. transtulit, *ἐπέπυροσε, inflammavit*, quem Hieronymus probat. Jarchius ad eundem locum commentatus: *שׂרר אשׁ ורבה טחוח Descendit ignis & inflammavit ejus visumam*. Clariùs id asseritur in sacrificio Abrahamico, Genes. xv. 17. *Fuit cum sol occumberet, caligo exorta est, & ecce furnus fumans & lampas ignea, quæ transibat* *בין הנהרות* *ἀναμύσον ἢ διχοτομημάτων*, *inter divisiones partium sacrificii*. Post legem inflammationem talem frequentatam fuisse palàm est ex Levit. ix. 24. Jud. vi. 21. 2. Chron. vii. 1. Et fuisse hoc ordinarium diviniæ taxationis Sacramentum, patet ex precatione Davidis, Psal. xx. 4. *Recordetur omnium tuorum munerum, & holocaustum tuum* *נחשׁו* *incineret*. Nempe sacrificia *λογικῶς* oblata cibum Dei vocat Scriptura. Consumptio igitur habebatur instar esus.

L IV. Jam proclive divinatu est, inflammationem illam pecudis fuisse symbolum Spiritus S. qui per ardorem charitatis & obedientiæ Christi carnem

carnem consumit, & fideles facit hostias spirituales & acceptas Deo per Jesum Christum, quem proinde extinguere vetatur, 1. Thess. v. 19. Hinc etiam ignis Spiritus S. character in die Pentecostes fuit, Act. 11. 4. Et ad utrumque *ἱμμελειμὸν* & sacrificiorum & Apostolorum in die Pentecostes videtur *πείρασι δὲ ὀνίρασι* spectasse Johannis vox de Christo: *Ipse vos baptizabit Spiritu S. & igni*, Matth. III. 11. colligitur etiam, Spiritum S. apud Patriarchas domicilium suum metatum esse. Ubi enim quis focum & ignem habet, ibi meritò censendus est habitare.

L V. Porrò Patriarcharum sacrificantium fides haud alia fuit, quàm qua obfignârunt Deum veracem esse in sua promissione de semine, cui Sathan calcaneum adorsurus erat. Nam mactationi pecudis, quæ per Deum munda declarata fuit, cognoverant *ἀνθρώπων* esse oblationem Christi agni immaculati, per quam sanctificati sumus. Simul in sacrificiis erat confessio reatus adhuc extantis, quatenus iis crebrò repetitis facta est *ἀνάμνησις τῶν ἁμαρτιῶν*, commemoratio peccatorum, Hebr. x. 3. Si igitur expiatio vera jam successisset, nullus usus sacrificiorum fuisset. Perspicua omnino erat figuratio tum Patriarchæ sacerdotis, tum victimæ cædendæ. Patriarcha enim sacerdos Deum repræsentabat, peccata conjicientem in Christum. Victima cædenda ipsum Christum peccata hominum in se suscipientem, & se Patri pro iis expiandis offerentem.

L VI. Sacrificium igitur à Deo tanquam *ἴσχυρὸν ὄστρον* odor quietis acceptatum peccatori obfignabat remissionem peccati, reconciliationem cum Deo & conscientiæ tranquillitatem; quatenus videlicet ea beneficia Ecclesiæ illius conditio capiebat. Ipsius autem remissionis peccatorum nec media nec causæ sacrificia fuerunt. Quæ opinio Judæorum est planè perversa. Nam constans fides Patriarcharum fuit, solum benedictum semen ipsis promissum esse illud medium & causam juris sui petendi vitam, & illud *κατάκλημα* deprecandi. Abrahamus credidit, Deum sibi esse clypeum & magnam mercedem, & in semine suo benedictum iri gentes. Idque ipsi reputatum in justitiam. Quam fidem sanctorum omnium fuisse, liquidò veritati superius datum est. Deinde si Patriarchæ crediderunt, sacrificia esse partem justitiæ, & per ea peccata expiari, debuerunt certissime, Deum hoc modo illos justificaturum, & est à maledictione legis liberaturum. Atqui voluntas hæc illis non est revelata, & si revelata foret, promissioni illis factæ contraria fuisset. Tum Deus, judex mundi & vindex scelerum, jure suo cedere, & peccatori satisfactionem remittere non potuit, quin se & justitiam suam abnegaret. Et tamen remisisset, si imaginaria ejusmodi solutione sacrificiorum, & levibus obedientiæ exercitiis fuisset

oble-

oblectandus. Nec meliores fuissent Patriarchæ Gentilibus, qui & ipsi justitiam suam in propriis operibus posuerunt, & sacrificia obtulerunt Deo creatori cœli & terræ, ut *ἱλασµὸν* verum & media remissionis peccatorum. Deus etiam omni tempore per Moysen, Prophetas & judicia sua testatus est, sibi displicere illam *σωματικὴν γυµνασίαν* eorum, qui sacrificantes ignorabant mysterium justificationis, rati sacrificia esse partem justitiæ, & medium remissionis peccatorum. Hinc & Israëlitis dicit Amos c. v. 15. in deserto non sacrificasse Deo, sed Molocho tentorium portasse. Portaverunt sanè tabernaculum Moysi. Sed quia profana fiducia, posthabita illa *λογικὴ λατρεία* portârunt, damnantur tanquam sacrificantes Molocho. Quid quodd Deus, cujus judicium est secundum veritatem, nidore & opimitate victimarum per se capi non potuit? Omne beneplacitum ejus fuit in animo & voluntate offerentium. At animus offerens sine fide Mediætoris semper detestabilis fuit. Nec integrum fuit sine hac fide & conscientia consummata accedere ad Deum, quippe peccatori dissimilem & ignem devorantem. Denique quod sacrificia Deus noluerit unquam pro satisfactione deputare, ostendit etiam David Psal. xl. 7, 8, 9. *Sacrificio & munere non delectaberis. Aures perforasti mihi. Tunc dixi, Ecce veni, de quo in volumine scriptum est: Facere voluntatem tuam volupe mihi fuit, & lex tua erat in medio viscerum meorum.* David hic loquitur, substitutus in locum Messie, tanquam pater ejus secundum carnem. Negat sanguinem, carnem vel adipem pecorum esse cibum, quo Deus afficitur. Ideo subjungit: *Aures mihi perforasti*, hoc est, mancipasti me tibi servumvolentem & obedientem, qui facerem voluntatem tuam, & peccatores justos efficerem. Quæ sola obedientia est *ἑλένημα ἔθεῶ, ἐν ᾧ ἀγιαζόμεθα, voluntas Dei per quam sanctificamur.* Tollitur prius, ut asseratur posterius. Proinde non sacrificia, sed voluntas Dei mittentis fidelem suum servum & corpus ei adaptantis, fuit causa justificationis Patriarcharum. Taceo jam, quæ supra de sacrificio Habelis sunt allata.

L VII. Sacrificiis proximè succedunt quæ vocant Sacramenta, tametsi non alienum est etiam ipsa sacrificia Sacramenti insignire nomine. Sed nos receptum morem, quo illa distinguuntur, hic sequimur. Ante diluvium an Deus sanctis gratiæ suæ signa impertiverit, incertum est. Diluvium ipsum cum Baptismo Petrus faciat *ἀντίτυπον*, Sacramentum fuerit necessum est. In eo enim typus fuit & mortis Christi ac omnium fidelium qui moriuntur peccato, & vitæ, ad cujus spem Noë in arca positus ex media quasi morte eluctatus est. Et ipsæ diluvii aquæ significationem dederunt *ὕδατος ὕδατος* *aquarum mundarum*, quibus purificandi erant fideles

ab omnibus impuritatibus & stercorebus suis, Ezech. xxxvi. 26. Post diluvium successit *sup arcus* cœlestis, seu *iris* in quo fuisse oblationem gratiæ spiritualis Christi, sanguinis, per quem fit mixtura sanctitatis & misericordiæ divinæ, justificationis & hæreditatis mundi dandæ fidelibus, suo loco ex Esai. LIV. 16. Apoc. x. 1. aliisque rationibus probavimus. Successit tempore Abrahami longè illustrius & perpetim duraturum usque ad adventum Christi Sacramentum circumcisionis, cujus mysterium jam supra obiter proposuimus: nec non Sacramentum Paschatis institutum ante exodum ex Egypto. De utroque autem hoc Sacramento suo loco diligentius faciente Deo acturi sumus.

L V I I I. Ad Sacramenta Patriarcharum multi referunt *præceptum Sabbathi*. Et jure sanè, si quidem constaret, illis cultum Sabbathi inunctum esse. Nam Sabbathata data sunt *in signum* inter Deum & Ecclesiam ad cognoscendum quòd Jehova sit sanctificator ejus, Exod. xxxi. 3 1. Ezech. xx. 12. At Sabbathum Patriarchis vel mandatum esse, vel observatum negant unanimiter Hebræi veteres, & inter recentiores plerique iique celebriores, qui ejus institutionem referunt ad stationem Israëlitarum post exodum quintam, quæ fuit in Mara, de qua legitur Exod. xv. 25. *עַשׂוּ עִשָּׂוֹת וְקַחְוּ מִן הַיַּם* *Ibi posuit ei statutum & iudicium*. Inter ea statuta ibi sancita referunt etiam Sabbathum. In Gemara Babylonica ad titulum Sanhedrin, cap. 7. habent Magistri, Israëlitas in Mara decem accepisse præcepta, septem nempe notissima illa præcepta Noachidarum, & adjecta iis tria, *יְהוָה אֱלֹהֵינוּ רַבֵּן שַׁבָּת וְכִבְיַד אֲבֹתֵינוּ* *judicia, Sabbathum, & honorem patris ac matris*. De qua re si ita lubet, consule Seldenum *de Jure naturali & gentium Hebræorum*, lib. III. 9. Et sanè quicquid hîc fiat de probationibus Hebræorum, observatu dignum est, quòd in universa Patriarcharum historia celebrati Sabbathi, vel nominis Sabbathi periodici ne levissima quidem habeatur mentio. Non ignoro sanè, quibus conjecturis cultum Sabbathi à Patriarchis receptum firmare solèant etiam vetusti Patres quidam. Verùm hæ conjecturæ leviores sunt, quàm ut quidquam hîc probare possint. Quid quòd Deus ipse testatur, se Israëlitis cùm exivissent ex *Agypto*, in deserto dedisse Sabbathata sua, Ezech. xx. 10, 12. Ubi viri docti restitutionem non institutionem novam perperam intelligunt. Deus enim non dicit *הִשְׁבִּיתִי* *restitui*, sed *נָתַתִּי* *dedit*. Et dici non potest, Deum tamdiu neglectum Sabbathi, quod est signum sanctificationis inter Deum & Ecclesiam, in Patriarchis inultum tolerasse, cùm ejus cultum Israëlitis tanta severitate mandaverit, & ejus neglectum tam seridè increpaverit & vindicaverit. Et de Sabbathi institutione tanquam nova, cui occasionem dedit



dedit celestis mannae per sex dies continuata collectio, & ejus die septimo præcepta intermissio, loquitur Moses Exod. xvi. 23, 25, 26. Sed viri quidam doctissimi, qui hic in alia omnia eunt, putant Deum septimo post creationem die, quo Deus שבוּר מִכָּל מְלָאכָה אֲשֶׁר עָשָׂה וַיְבַרֵךְ אֶת יוֹם זֶה וַיְקַדְּשֵׁהוּ וַיִּקְרָא אֹתוֹ *quiëvit ab omni opere suo quod fecerat, & benedixit diei septimo & sanctificavit eum*, Genes. 1. 1, 2, 3. & exemplo, quia ipse quievit die septimo, & mandato, quia diem septimum sanctificavit, Sabbathum instituisse. Verùm an valida sit hæc probatio, viderint ipsi. Mihi certè non videtur. Deus die septimo cessaverat facere opus novum, quia sex diebus omnia consummata erant. Ei diei benedixit eo ipso, quòd cessans ab opere suo, ostendit, quod homo, in cujus creatione quievit, factus sit propter nominis sui glorificationem: quod cum majus fuerit cæteris, quæ hæcenus creata sunt, vocatur benedictio. Eundem diem, cui sic benedixit, *sanctificavit*, quia & illo die & reliquo toto tempore constituerat se in homine sanctificare, tanquam in corona & gloria sui operis. *Sanctificare* enim est eum qui sanctus est, sanctum dicere & testari. Dies igitur & tempus sanctum erat & agnoscebatur non per se, sed per sanctitatem hominis, qui in tempore se sanctificat, & cogitationes, studia & actiones suas Deo, qui sanctus est vindicat & consecrat. Apostolus Hebr. 1v. 3, 4, &c. ostendit relinqui sabbathismum, in quo videlicet cum libertate & fiducia possimus accedere ad thronum gratiæ. Probat, quia talis Sabbathismus Ecclesiæ promissus est, neque tamen ante Christum præstitus. Non esse autem eum ante Christum præstitum, ostendit, quia nec in Sabbatho primo, quod fuit ἔργον τοῦ κατεβολῆς κόσμου γενεθλίαν *operibus à mundi fundatione factis*; nec in quiete terræ Canaan, Sabbathismus ille exhibitus est. Ibi Sabbathum illud primum non constituitur sanè in periodica quiete diei septimæ; æquè ac quies in terra Canaan data Israëlitis non notat Sabbathum periodicum. Igitur Sabbathum illud quod fuit post consummationem operum Dei, fuit initiatio quietis in posterum semper continuandæ, qua Deus se per opera sua in homine recto sanctificabat. Quam sanctificationem si ex nutu Dei peregisset primus homo in statu innocentie, spem habuit veri Sabbathismi, adeundi Deum cum plena fiducia & libertate, & ab eo præmium in foedere promissum petendi. Jam per peccatum abrupta est illa sanctificatio, illa quies imperata. Non igitur primus homo Sabbathismum consecutus est. Sed nec consecuti eum sunt in quiete terræ Canaan. Relinquebatur igitur alius Sabbathismus. Hæc est Apostoli argumentatio, ex qua liquet, nihil minus quàm sanctificationem temporis periodicam Genes. 1. 3. intelligi.

LIX. In Ecclesia Patriarcharum locum fuisse sanctificationi & ceremoniali & externæ, persuadere multi conantur ex Genef. xxxv. 2. ubi Jacob suos alloquitur his verbis: *Auferte Deos alienos è medio vestri וסרו וסרו וסרו* & *mundamini, ac mutate vestimenta vestra*. Eam sanctificationem comparat Bertramus de Republica Hebræorum cap. 2. cum נטו quæ postea sub lege usitata fuit. Idem partem hujus sanctificationis facit excommunicationem usitatam Patriarchis his verbis: *Disertissime verò puritatem banc & sanctitatem arguit Excommunicatio, unus etiam ex illis ritibus qui circa personas observati sunt. Excommunicatio duplex jam tum fuisse videtur: Excommunicatio simplex & Anathema. Excommunicationis simplicis formula extare videtur Genef. xvii. 14. Et excindetur anima illa ex populis suis: quod idem esse videtur atque si diceretur: Ejuscemodi homo amplius non censebitur in populo Dei. Populi enim nomine intelligitur aggregatio plurimum hominum qui iisdem legibus diuinis & humanis reguntur. Praxis istius excommunicationis existit in Caino, Genef. iv. 14 & 16. Chanochus septimus homo ab Adamo, cum Caini posteros in pejus ruere videret, & Dei filios seu populum indies magis ac magis ab antiqua puritate desciscere, Anathema illud solenne suæ ætatis hominibus proposuit, quod extat Judæ y. 14, 15. Illa verò verba solenne Anathema præ se tulisse arguit quod scribit Paulus i. Cor. xvi. 22. Anathema Maran-atha. Nam duæ illæ voces Maranatha, id est, Dominus noster venit, videntur omnino petiæ ex illa prophetia, & postea ex illius formulæ verbis, Excommunicatio ipsa ex Hebræorum more appellata. Quod verò Dominus noster, non autem nudè & absque pronomine, Dominus, sicut apud Judam *יהוה*, scribitur, fit ex idiotismo linguæ Aramicæ, qui accedit ad idiotismum linguæ Hebraicæ. Aramæi enim, præsertim Syri, pro *יהוה* dicunt, *יהוה*, id est, Dominus noster, ubi Hebræi dicunt *יהוה* id est, Domini mei, abundante utrobique pronomine tam Græcis quàm Latinis. Quin etiam ex Rabbiniis quidam interpretantur summum genus excommunicationis quod illi vocant *קטרת* vel *קטרת* quasi *קטרת* *אתה*, id est, Dominus ipse venit. Quod si hæc interpretatio valeat, alia quam vulgè afferunt, ibi mors, allusio quædam erit post genuinam illam compositionem inventa, ut quam plurima hujuscemodi extans apud Romanos Juris consultos. Est enim hæc excommunicatio adjudicatio quædam ad mortem æternam, & justum Dei iudicium. Atque huc videtur spectare quod Joannes dicit de peccato ad mortem. Hæc sententia viri docti haud unum *אמון* continet. Primò enim sanctificatio quæ præcipitur, Genef. xxxv. 2. qualis fuerit, ipse textus abundè docet. Etenim in eo constituitur, ut auferant Deos alienos, & mutant vestimenta sua. Unde factum statim, ut se sanctificaturi dederint Jacobo Deos alienos, qui erant*

in manu sua, & in aureis quoque quæ erant in auribus illorum, & abscondiderit eos Israël subter quercum quæ erat apud Sichem, y. 4. Adeò absurdi sunt, qui aliam hanc sanctificationem vel purificationem præter internam animi, & eam quam exposuimus, innui comminiscuntur. Inter quos etiam Bonfrerius munditiam putat innui talem, qualis fuit sub lege Mosis, sub qua non sacerdotes modò, verùm etiam populus, ut templo & sacrificiis interessent, sua adhibebant baptismata, si quam immunditiam contraxissent. Secundò Patriarchas religiosè vitasse peccatores, ne eis similes viderentur, & se separasse in primis ab idololâtris & impiis, quales ante diluivium erant Cainitæ, est ἀνεξαγάγιον. At inter ipsos cives Ecclesiæ adhibitam esse נידוי *Niddui*, חרם *Cberem*, שמתה *Schamatba*, quæ excommunicationis genera posterioribus temporibus innotuerunt, minùs sit probabile. Erat נידוי *Niddui* excommunicationis species levissima, qua quis separabatur à societate Ecclesiæ, etiam uxoris & domesticorum ad quatuor cubitos, durabátque, si resipisceret peccator, unum; si contumaciter in peccato persisteret, duos trésvé menses. Quòd si necdum resipisceret, secunda sequebatur species pœnæ חרם *Cberem*, qua peccator contumax ejiciebatur ex cœtu sacro cum maledictionibus & diris ex Deut. xxviii. & aliunde excerptis. Talis *mucbram* excommunicatus non docebat nec discibat cum aliis; non conducebat nec conducebatur; nullum commercium vel consuetudinem cum quoquam habebat; non poterat cum aliis edere vel bibere. Id solum concessum ei erat, ut alimenta ab aliis sibi compararet. Quique cum eo ante absolutionem commercium habuisset, eidem anathemati illigabatur. Isque status anathemate notati similis erat ei, quo quis in veteri Roma aqua & igni interdicebatur. Præter has duas excommunicationis ecclesiasticæ species putant cum Bertramo nonnulli, puta Schindlerus, L'empereur, alii, fuisse apud Judæos receptam etiam tertiam שמתה *Schamatba*, eamque duabus prioribus hæctenus graviolem, quòd omnis absolutionis sit expers, & adjunctam habeat mortis tum temporalis tum æternæ imprecationem. Atque trium illarum excommunicationis specierum distinctionem arcessunt ex Elia Levita, qui in Thesbite illas species sic enumerat: שלמה מיני חרמות הן נדוי חרם ושמתה ונדוי הוא הרחק עין בשרו ואם לא היה שב מרסיין אותו ונקיין חרם שנכנס ברסח אבריו ואם לא היה שב חז משמתין אותו ופי שמתה שם סתרה

*Tres sunt species anathematum sive excommunicationum, Niddui, Cberem & Schamatba. Niddui profligationem significat. Vide in Radice sua. Ubi verò quis non resipiscit, hunc anathematizans, quod vocatur Cberem ab eo quòd peccat in 248. membra ejus. Quòd si adhuc penitentiam non agit, reum mor-*

### 112 EXERCITATIO III DE ECCLESIA

*tis* judicant, ut sit sensus מֵתִים *ibi mors est, quæ absit à nobis.* Verùm ostendit Seldenus de *Jure naturali & gentium Hebræorum* xv. 8. & de *Synedriis Hebræorum* 1. 7. non fuisse nisi duas species excommunicationis, nimirum נִדְּוִי & חֵרֵם *Cherem*; שְׂמָתָה *Schamatha* verò fuisse gradum ipsum Niddui, quo puniebatur is, qui post primum mensem non resipuit, adeoque denum in נִדְּוִי per integrum alterum mensem positus est. Sed quicquid sit de speciebus excommunicationis Judaicæ, de quibus egerunt viri doctissimi, Buxtorfius in *Lexico Thalmudico*, Coccejus in annotationibus ad *Sanhedrin*, Seldenus & L'empereur l. c. id quàm maxime remotum est à vero, tempore Patriarcharum ejusmodi excommunicationem receptam esse. Certum est enim, serò post legem in monte Sinai datam non ex divino sed humano instituto eam excommunicationem superinductam esse iis potissimum temporibus, quibus Israëlitarum in servitute Babyloniorum & Persarum redacti proprio jure, institutis & politia uti non potuerunt, ac proinde inter se communi consensu jurisdictionem ecclesiasticam politicæ æmulam non repugnantibus iis, quorum in potestate erant, instituerunt, ut leges sibi divinitus datas mutuo hoc metu diligentius custodirent. Aded probo sententiam & גִּרְוֹן Grotii ad *Nehem.* xlii. 25. *Sed ea inquit, crediderim in exilio usurpata, cum jus vitæ necisque penes Persas esset, atque iterum cum capitalia judicia ad Romanos venissent. Nam in lege nulla earum panarum mentio, neque in veteri historia populi illius. Verius ergo est, Nehemiam gravibus verbis etiam cum iræ diviniæ comminatione usum in istos Legirupas.* Tum quas rationes allegat Bertramus pro excommunicatione Patriarchis usitata, frivolæ sunt. Nam נִדְּוִי *Niddui* non probat separationem filiorum Dei à filiabus hominum. Neque enim quævis separatio est talis נִדְּוִי qualis Hebræis sequioribus temporibus usitata fuit. Poenam נִדְּוִי excidii denuntiatam incircumciso nihil habere cum חֵרֵם seu anathemate commune satis liquet ex iis quæ superiori Exercitatione dicta sunt. Neque etiam in exilio Caino indicto species fuit excommunicationis ecclesiasticæ, uti probamus suo loco. Quod Enochi prophetiam attinet, in qua ille adventum Domini minatur improbis sui temporis, simplex in ea est comminatio & prophetica denuntiatio judicii, non ullum anathema. Sunt enim, nisi fallor vehementer distincta simplex comminatio & anathema. Nejam dicam, illud Maranatha, de quo Paulus, non convenire cum excommunicatione vel anathemate Judæis olim usitato, quamvis ita pertendant Mariana & Simancas, nec non Beza, Drusius, Grotius, qui vocem *Maranatha* componunt cum *Schamatha*. Et Drusius in eam rem Mikoziium citat. Verùm anathema aliquod sub nomine *Maranatha*

*natha* ignorant Hebræi; nisi quòd Nicolaus Flamelius in figuris Hieroglyphicis, pag. 51. habet de libro Chymico ab Abraha Judæo in Galliis ad gentem suam ibi perscripto, cui præfixam esse ait execrationum & maledictionum farraginem in universos qui introspererent, præter Sacerdotes ac Scribas, adjuncta, ut carmen videretur fatis horrendum, voce *Maranatha*, sæpius etiam ibi iterata. Potius est, ut Maranatha non tam imprecationis formulam faciamus, quàm Symbolum omnium Christianorum, adventum Domini confitentium, ac propterea anathema iis dicentium, qui eum abnegant, & alium Dominum vel substituunt vel expectant.

LX. Hactenus Patriarcharum viventium conditionem exposuimus. Restat, ut qui fuerit eorum post mortem status, paucis expediamus. Ac corpus quidem defunctorum quod attinet, præcipua cura fuit honestæ sepulturæ. Cujus quodammodo præceptum adumbratur verbis Dei ad Adamum: *Quoad revertaris ad terram. Nam ex ea desumptus es. Quia pulvis es tu, etiam ad pulverem reverteris*, Genes. III. 19. Ipsa autem humandi cura & sepulchri jus atque sanctitas extat Genes. XXIII. 2, 3, &c. Quibus ceremoniis usi sint in planctu & sepultura, definiri, silente Scriptura nequit. Abraham, Sara, Isaacus, Jacobus, Rebecca, Lea, sepulti sunt in agro Ephronis, in Machpela è regione Mamre. Duodecim autem Patriarchæ in agro prope Sichemum, quem Jacobus emerat de manu filiorum Emor Patris Sichem, Genes. XXXIII. 19. sepulti sunt. Et Josephi quidem ossa ex Ægypto eò translata clarè habet Josua c. XXIV. 31. Quamvis autem idem factum de reliquis Patriarchis, qui in Ægypto obierunt, non dicat; tamen ex Stephano Act. VII. 16. constat, etiam illorum ossa ex Ægypto in Cananæam in agrum prope Sichemum translata esse. Et facili negotio ita factum esse divinavit Stephanus cum Josephi & cæterorum par fuerit ratio. Etiam Josephus Antiq. I. II. 4. post memoratam Josephi mortem hæc subjungit: *Τελεῦσσι ἡ αὐτῆς ἡ ἀδελφῆς, ζήσαντες ἐν δαιμονίωσι θῆτι τ' ἀγρόπιον· ἡ τῶν μὲν τὰ σώματα κημίσαντες μὲν χερόν ἀθλῶν οἱ δότινοι, ἡ οἱ παῖδες ἐθαύσαν ἐν χεβρονί: Sed & obierunt fratres ipsius cum in Ægypto feliciter vixissent: atque eorum quidem corpora cum post aliquod tempus posteri exportassent filii, Chebrone sepeliverunt.* Quod ex vetusta traditione hausit Josephus, quamvis in eo fallatur, quòd Hebronem scripsit pro agro Sichemitarum. Etiam Hieronymus Epistola 27. ad Eustochium scribit de Paula matre: *Transiit Sichem, &c. Atque inde divertens vidit duodecim Patriarcharum sepulchra.* Cæterùm in agris & hortis Patriarchæ quàm in Basilicis laqueatis, aut Mausoleis marmoratis sepeliri maluerunt. Nempe

pe virent & florent hodie agri & horti, cras crescunt & moriuntur. Hæc imago fuit mortalitatis, & res humanas caducas & fluxas esse sibi figuraverant. Simulque consolationem in morte capiebant futuræ aliquando resurrectionis mortuorum, & beatæ immortalitatis, quando ver novum revolutum fuerit.

LXI. Animas verò Patriarcharum quod attinet, beatis illas cœli finibus, non obscuro & subterraneo nescio quo carcere receptas esse post mortem, multa documento sunt. *Primò*, quòd Enochus postquam ambulasset cum Deo, *non inventus est, quia transtulit cum Deus*, Gen. v. 24. Hebr. xi. 5. Raptus igitur Enochus in cœlum. Nam Deus eum *קָבַץ* *sumpsit, accepit*. At si Enocho vivo migrandum fuit in infernum seu limbum, quomodo eum Deus accepit? An accipit eum Deus, quem à visione suæ gloriæ arcet & detrudit in carcerem? Similis est locutio de Christi *דְּאַבְרָהָם*, Elai. LIII. 8. *קָבַץ אֶת אַבְרָהָם לְיָמֵי הַחַיִּים* *A coarctatione & iudicio acceptus*, translatus est. Fuit autem Enochus exemplar propositus omnibus per fidem cum Deo ambulaturis, quos ad meliorem vitam Deus translaturus erat. *Secundò* Patriarchæ quærebant & expectabant patriam, quæ fundamenta habet, & quam eis Deus præparaverat, Hebr. xi. 9, 10, 14. At inutilis quæstio, vana expectatio, simulata præparatio fuit, si post mortem non licuit patriam cœlestem subire. Sanè post viam feliciter emensam succedit patria. Si limbum intrârunt, quæsiuerunt igitur & expectârunt limbum non patriam. *Tertiò* Patriarchæ amârunt Deum & quæsiuerunt ut suum bonum, quo solo satiari possent. Quæstio autem conjuncta est cum remuneratione, & inveniri vult Deus ab iis, qui ipsum quærunr. At si post mortem piæ animas attinuit carcer, quomodo inventus est à quærentibus, quomodo remunerata quæstio? *Quartò* Jacobi mortem solabatur propinqua spes *רַחֵם אֶת יַעֲקֹב* *salutis*, Genes. XLIX. 18. *לְיָמֵי חַיָּיִךְ יִשְׂרָאֵל* *salutem tuam expectavi, ô Jehova*. Notat in præterito finem expectationis. At in carcere non erat salus, nec expectatio salutis, quia Patriarchis finis vitæ innuitur fuisse finis expectandi. *Quintò* si quid impediit, quòd minùs rectâ & passis, ut loquuntur, velis cœlum petere Patriarchæ, fuit illud peccatum in Patriarchis post mortem adhuc puniendum, adeoque residua impuritas animarum. At hoc non impediisse constat, quia Deus propter admissum sponso rem voluntatem jam tum induit non puniendi peccatum in ipsis fidelibus, sed in futuro vade, in quem impactæ iniquitates, & à quo solo exigendæ erant, Jes. LIII. 6. Adeoque hæc promissio patribus disertè jam facta, & testamentum apertum & notificatum legitur. Unde etiam credentes promissioni apud Deum

justi

justi pronunciantur, Genes. xv. 6. Et si voluisset Patriarchis Deus quocunque modo imputare peccatum, & in iis punire, nulla etiam fuisset voluntas in Deo eos vocandi & sanctificandi, quod falsum esse ex superius dictis liquet. Cùm igitur Deus non imputaverit illis propter futurum Christum peccata, debuerunt immunes esse ab omni judicio & condemnatione, adeoque ad vitam cœlestem traduci. Nec dici potest, propter nondum expiatum realiter peccatum, & principem salutis necdum consummatum non potuisse Patriarchas cœlo donari. Nam disertæ est affirmatio Pauli: *Decebat ipsum, propter quem & per quem sunt omnia, multis filiis in gloriam introductis, principem salutis ipsorum per passiones consummare*, Hebr. ii. 10. Primùm igitur multi filii in gloriam introducti. Post illos jam introductos demum consummandus salutis Princeps. *Sexto* Deus Patriarchis promisit, se ipsis & semini illorum futurum in Deum, Genes. xvii. 7. At qui illos reliquit in carcere, non fuit eis in Deum, nempe bonum, misericordem, justificatorem, glorificatorem. Nam locutio illa cùm sit fœderalis, non potest non beneficia cœlestia complecti. *Septimò* Jobus non semel spem proximæ post mortem salutis testatur, cap. vi. 8, 9, 10. *Utinam veniret petitio mea, & vellet Deus & comminueret me: solvat manum suam & absolvat me: & erit adhuc consolatio mea.* cap. xiiii. 15, 16. *Ecce occidat me. Etiam ipse mihi salutis est. Nam non coram ipso hypocrita veniet.* Confer. c. xix. 25, 26, 27. & xxv. 11. 8. *Oclarò* ipsum tœdium vivendi in Patriarchis, quale disertè notatur in Jacobo Genes. xlvi. 9. arguit spem vitæ melioris, quam sanè non præstitit magis carcer, quàm ipsum vitæ temporalis curriculum. Denique ante mortem suam Christus docet Patriarchas regnum cœlorum incoluisse, Matth. vi. 11. 11, 12. Luc. xiii. 28. & xv. 23. Et fideles N. T. notat Paulus accedere *ad spiritus justorum consummatorum*, Hebr. x. 11. 23. Accedunt autem in cœlum. Proinde Patriarcharum spiritus *justi* jam erant in cœlo, consummandi tamen in gloria quoad causam ejus perfectam, in plenitudine temporis per Christum.

## EXERCITATIO IV

DE

## ADAMO &amp; EVA.

## Breviarium.

*Transitur ad tractationem μετὰ τῆς de Patriarchis, ac in specie de Adamo & Eva. 1. Adam ab אדמה Terra παρ' ἡμῶν & אָדָם. 2. Lusus Cabbalistarum, Baal Hathurim, Cypriani, Augustini circa vocem Adam. 3. Mulier Adami vocata virissa, אִשָּׁה. Eadem post promissionem vocata חַוָּה Eva. Ratio etymi ventilatur, & ostenditur à vita spirituali sic nuncupatam. Ruperti Tuitiensis absurda opinio. 5. Notantur lusus Hebræorum & Breviarii Romani circa vocem חַוָּה & Eva. 6. Cur Deus sexto demum die hominem creaverit, inquiritur. 7. Verba faciamus hominem, esse ἐγκαίεσως non βεβαίως. 8. Patriarchis dogma de SS. Trinitate non fuisse incompertum, & notitiam ejus pertinuisse ad imaginem Dei. 9. Philonis Judæi hæsitantia circa orationem illam faciamus hominem, & ejusdem prava detorsio. 10. Ad limam revocantur variæ illius loci Judæorum interpretationes, Saadiæ Josephi, Kimchii, R. Jochanan, Maimonidis, Jarchii, Abenezræ. 11. - 15. Quid מַחְוֶה 12. An creatura potuerit esse socia creationis Adami? 13. Adamum conditum esse ultimo Octobris, anno periodi Julianæ 730. Thalmudicorum circa distributionem dici sextæ nugæ. 15. Adamum creatum videri in agro Damasceno. 16. Adami corpus עפר מן הארמה pulvis ex terra. Causæ formositatis corporis Adamici ex Philone. 17. Refelluntur, qui quintam essentiam seu cælestem materiam necessariam fuisse ad corporis hominis fabricam tradidêre. 18. An primus homo fuerit androgynus? 19. Quæ statura, quæ ætas creati Adami fuerit? 20. An corpus Adami fuerit giganteum? Thalmudicorum de ea re prodigiosa opinio. 21. Evæ creatio ex costa. Cajetani error.*



ror. 22. An Eva in Paradiso creata? 23. Creatio animæ rationalis. Cur Deus hominem condiderit rationalem? Resellitur Philo. 24. An cum Deus inspiravit animam, eam decerpserit & dissecuerit ex sua essentia? 25, 26, 27. Quomodo spiritus inflatus נשמת in nares ejus? Quid נשמת 28, 29. Creatio animæ ex Mose probatur, & Perronius resellitur. 29. Cur Moses creationem animæ Evæ reticuerit? Quid נשמת 30. Animam homini datam fuisse spiritua-lem. 31. Immortalem. 32. Imago & similitudo quid differant? 33. Circa imaginem Dei notatur error Jarchii, Authoris Nizachon, Maimonidis, cæterorum Judæorum in Midrasch Tillim. 33. Explicatur imago Dei & probatur reſtitudo tum mentis tum voluntatis in primo homine. 34, 35, 36. Primum hominem fuisse sub sædere Dei probatur. 37. Adamum fuisse primum hominem probatur contra Peyrerium. 38. Paradisi vox an Persica? an Græca? an Hebraica? 39. Variorum de situ Paradisi errores notantur. 40. Paradisum non fuisse in Mesopotamia situm. 41. Paradisum fuisse situm in Terra sancta à lacu Genesar usque ad Sodomiticam regionem, novem argumentis probatur. 42. Paradisus cujus rei symbolum fuerit? 43. Dominium homini concessum qua in re situm? 44, 45. Animalia ad esum concessa. 46. Arbor scientiæ boni & mali cur interdicta? cur sic vocata? 47. Qualis fuerit? 48. Arbor vitæ cujus rei sacramentum? 49. Status innocentiae adumbratus. 50. Nominum impositio arguit sapientiam Adami. An facta secundum naturam animantium? 51. Adami Propheticus spiritus. 52. Causæ lapsus quæ fuerint? An Deus? 54. An libertas primi hominis? 55. An mutabilitas? An decuerit Deum creare hominem mutabilem? 56. An serpens bestia in Paradiso locutus? 57. An per serpentem locutus dæmon? 58. Qui Eva sustinuerit colloquium serpentis? 59. Diaboli sophismata in tentatione Evæ. 60, 61. Peccatum Evæ. 62. Quod fuerit ejus initium? Peccatum Adæ. 63. An peccatum Adami fuerit veniale? 64. Citantur ad judicium. Quid לרוב היום pœna serpentis. An ante lapsum erectis pedibus fuerit? 65. Sententia in Diabolum lata. Pœna Adami, Evæ, 66. Antiquatio sæderis ope-

rum quoad potentiam justificandi. 67. Quoad potentiam condemnandi, ubi de fœdere gratiæ & promissione. 68. Quid ער כתר אדאמum in Paradiso sacrificasse. 69. Adam ex Paradiso pellitur. Cur Deus prohibuerit vesci de arbore vitæ? Quid Cherubim & gladius versatilis? 70. Quo tempore pulsus Adam & quem in locum? 71. De Adami studiis in exilio. An pœnitentia acta salvatus. 72. Adami longæ vitæ, mors, sepultura. 73. Historiæ protoplastorum rudera in scriptis gentilium fusè ostenduntur. 74 — 82.

I. **Q**Uæ circa Ecclesiam Patriarcharum cognitu in universum sunt digna vel necessaria, hæcenus à nobis delibata sunt, & obiter decursa. Animus est nunc singula persequi, & quæ ad historiam vel œconomiam, vel politicam tum Civilis tum Ecclesiasticam Patriarcharum pertinere videbuntur, eo ordine, quem divi Mosis narratio ministrabit, paulò fusiùs edisserere. Neque iniquè ferendum erit, si quæ in superioribus attigimus, diversis occasionibus, ut illæ se aptabunt, ad disquisitionem denuo sevocabuntur. Dabimus enim operam, ut quæ hæcenus paucis & stringendo, ac instar illorum, qui Colossorum magnitudinem vel in exiguo exprimunt annulo, carpere debuimus, suis quæque propriis & nativis locis inserta reddantur & insignantur altius. In præsentiarum igitur primum in mundo par conjugum, *Adamum & Evam* iustrabimus, ut producti in hanc lucem sint; ut vixerint felices; ut perdididerint fortunam; ut redierint in gratiæ cœlestis sinum; ut fato denique functi fuerint. A nominibus tamen exordium.

II. Adam viro primo nomen fuit, inditum ipsi אדם sive *terra rufa* כי סכנה רחא *quia ex ea sumptus erat*, Genes. 111. 19. Agnoscit hanc etymologiam etiam Baal Hathurim: האדם אותיות אדמה שכראו מן אדמתי *Adam sunt literæ Adamah, quia Deus cum creavit ex terra*. Hinc & Josephus Antiq. l. 2. πυρρός Ἀδάμ, ἐπειδὴ περὶ δὸς τῆ πυρρῶς τῆ Φυεγεσίονος ἐγεγέννητο, *Rufus Adam, quia è terra rufa macerata formatus*. Helychio & Procopio Ἀδάμα ἐστὶν παρθενομίχην, *terra virgo*. Talem enim omnem terram rufam esse existimaverat etiam Josephus. Ergo etiam πυρρῶν vocat παρθένοι ἀλυσίην, *virginem & puram*.

III. Non tantum Judæi, sed & Christiani in nomine אדם *Adam* mysterium aucupantur. Kabbalistæ quidem, homines malè curiosi in eo nomine invenerunt תוספת גלגל *revolutionem animarum*. Nempe ex dictionis illius אדם tribus literis per eam speciem Kabbalæ, quam vocare solent

*Notari-*

*Notaricon*, fecerunt אדם חד משה Adam, David, Messias. Atque hinc concludunt, Adami spiritum in Davidem, Davidis in Messiam migrasse. Quos res suas sibi habere & plorare meritò jubemus. At Baal Hathurim paulò saniùs alludit אדם נוטרקון אפר דם מרור *Adam est per Notaricon cinis, sanguis & fel*. Nempe constare singulos homines ex hisce tribus. Vetusi verò Patres aliud mysterium in animo habuerunt. Nam Cyprianus, vel si quis alius est author Libri *de Sina & Sion* adversus Judæos, & Augustinus Tract. 9 & 10. in Johannem existimant, quatuor literas, quibus Adam constat, si Græcis literis scribatur, designare quatuor orbis partes, propterea quòd harum partium literæ initiales eædem sint, quæ in nomine Α'δ'αμ. Nam Α'νατολή dicitur *Oriens*, Δύσις *Occidens*, Α'ρκτική *Septentrio*, Μεσημβρία *Meridies*. Ex his enim quatuor orbis partibus sumptam esse terram, è qua formatus fuit Adamus. Et in eandem quatuor terræ partes posteritatem Adami distribuendam esse. Quæ omnia cùm à Spiritu S. non sint insinuata, quantum quidem vel umbra rationis constet, relinquenda suis authoribus putamus.

IV. Mulieri creatæ Adamus quidem principio imposuit nomen אשה *virissa, virago*, quia *sumpta est ex viro*, Genes. II. 23. Symmachus ut bene exprimeret hanc sententiam, teste Hieronymo in *Quæst. Hebr.* אשה transtulit ἀνδρῖδα. Ita enim Moſen vertit: Ἄντη κληθήσεται ἀνδρῖς, ὅτι ἐκ τῆ ἀνδρῖς αὐτῆς ἐλήφθη αὐτη. *Hæc vocabitur vira, quia ex viro suo sumpta est*. Hoc melius quàm Hieronymi *virago*. Nam *virago* non quælibet scœmina est, sed virilis animi mulier.

V. Post auditam promissionem, quæ protoplastos postliminio erexit ad spem salutis, vocavit eandem mulierem Adamus חוה *Chavah, Eva*. Ratio nominis extat Gen. III. 20. חוה היא כי רוח היתה אים כל חי *quia ipsa facta est mater omnis viventis*. Nempe crediderat promissioni divinæ adeoque prima spiritualiter revixit, & mater facta est omnis viventis spiritualem vitam, tum *vivificantis*, qui Christus est, tum *vivificati*, qui sunt fideles omnes: hunc enim sensum esse, ne propter vitam animaleam ita nuncupata fuisse credatur, abundè probavimus Exerc. 3. 32. Adde nunc haud obscure Evam factam esse ipsius etiam Adami *viventis* matrem, cum dicitur *mater omnis viventis*. At mater Adami quoad vitam animaleam esse non potuit. Quoad spiritualem potuit, siquidem prior promissionem divinam, quod probabile, est amplexa. Tum illud *Vau* in וקוה י. 20. videtur esse *consecutivum*, & *connexivum*. Raro enim adhiberi solet, ubi res distinctæ ponuntur. Si consecutivum est, tum omnino illa impositio nominis *Eva* secuta est ex audita Dei promissione, & per fidem applicata.

Quomo-

Quomodo facile intelligitur, ob solam vitam spiritualem Evam appellatam & *viventem*, & *viventium matrem*. Et sanè cum post lapsum omnis animalis vita fuerit exercita, & mors verius quàm vita, & *ὀνομασθεία* illa successerit iudicio mortis & prædictioni reductionis in pulverem, apertum est potius illam Adamum appellaturum *morientem* quàm *viventem* fuisse. Quæ ratio Rupertum Tuitiensem perpulit, ut author esset planè absurdæ & Adamo iniquissimæ sententiæ. Putat enim, Adamum ex ingenti superbia, animique pervicacia divinam mortis sententiam adversus se prolatam aut non credentem aut contemnentem, appellasse uxorem suam *Evam*, matrem viventium, ut qui mortem non extimesceret, & æquè se vitæ comitem futurum crederet, ac si nunquam peccasset. Nempe expedire se non potuit, qui potuerit vivens appellari, quæ per sententiam Dei adjudicabatur morti. Atqui facile nodum solverat, si de spiritali vita in promissione obtenta cogitavisset.

VI. Hebræi neglecta vera etymologia, quam ipse nobis Moses præiit, ad pudendas delabuntur, in præiudicium sequioris sexus, allusiones. Hinc *און* derivant à *און* quod Hebræis & Chaldæis est *garrere, loqui*. Tanquam à garrulitate nomen ipsi impositum foret. Fingunt, decem cados colloquiorum cœlestium delapsos, ex quibus novem mulieribus cesserint. Alii etiam atrocius sentiunt, Evam *און* dictam quasi *און* serpentem, quia toti generi humano perniciem attulit. Ineptior lusus est Mariolatrarum, qui *Ave* Angelicum dicunt per inversionem ductam esse ab *Eva*, quia Maria bona contraria iis malis, quorum Eva causâ fuit, protulerit. Hinc Breviarii Romani reformatores in hymno *Ave Maris stella* sic Mariam affantur: *Sumens illud Ave, Gabrielis ore, funda nos in pace, mutans Evæ nomen*. Cujus frigidæ ineptiæ etiam non puduit Cornelium à Lapide, qui in Comm. ad Genes. iii. 20. ita scribit: *Eva per aphæresin est Ve, per Anastropben Ave, quam vocem ad Mariam, cuius typus fuit Eva, Gabriel detulit*. Dixeris illos homines, qui adhuc docti videri volunt, frontem perfricuisse. Quid enim commune habet proprium nomen *און* cum *Ave*? Nam nomen *Eva* corruptum esse & à Græcis Interpretibus malè redditum, quis ignorat? Deinde Angelus an B. virginem Mariam Latine affatus est? An illa idiomatis Latini gnara? Et tamen gnara fuerit, si Angelus eam Latina voce *Ave* compellavit.

VII. Jam cætera omnia almus ille rerum omnium conditor ex nihilo creaverat, cum in homine coronidem SS. Trinitas prius consilio, si ita fas piumque est de divinis loqui, quam opere est meditata. Quæ res haud dubiè latentem causam habet, quam conjecturis suis evolere multi conati sunt.

sunt. Sed arduum non est rei istius rationem investigare. Reputanti enim ordinem creationis apparebit, Deum ab imperfectioribus ad perfectiora progressum esse. Rectè Philo ἐπὶ ἡσμοποιίας, p. 14. ἐν τοῖς καὶ μετὰ γενόμενοις τάξεσιν ἦδη εἶναι, ἀρχαῖα μὲν ἀπὸ τῆς Φαυλοτάτης ἢ φύσιν, λήγειν δ' εἰς τὸ πάντων ἀέλσον. *Iniis quæ successivè fiunt, ordo hic est, ut natura incipiens à visibilibus, desinat in præstantissima omnium.* Mirum igitur non est, si operis sui coronam & gloriam postremò produxit. Quid quod intererat, ne ante cæteras creaturas homo conderetur? ne aliquando sibi Suffenus jactaret, se mutuum operam creatori Deo in creatione collocasse. Quam rationem non incommode urget Eliezer apud Abrabanelem, *Hominem sexto die creatum juxta id quod extat in Zobar, in Parascha Bereschit, dixisse R. Aquilam R. Eliezeri: Cur Deus benedictus non fecit hominem nisi die sexto? Respondit R. Eliezer: propterea ne aperiret homo os, quasi Deum jurasset, in omnibus, quæ sunt creata.* Tum cætera omnia quæ visibilia sunt, Deus creavit propter hominem, adeoque etiam creata imperio hominum subjecit. Intendit igitur Deus κρείμους καὶ πρώτως creationem hominis. At conveniens erat, primò intentum postremò produci. Vera enim est regula, & in omnium sapientum operibus conspicua: *Primum in intentione postremum est in executione.* Denique etiam Deus clarè suæ bonitatis specimen statim in principio dare voluit, dum prius domicilium & suppellectilia homini adornavit, quàm eum crearet, ut in plenam possessionem statim immitti posset. Quam postremam rationem Philo Judæus eleganter tractat de *Mundi opificio* p. 17. κατὰ μέρος, inquit, οἱ ἐσιώπωντες ἢ πρῶτον ὅτι δῶπον καλοῦσιν ἢ τὰ πρὸς δῶχίαν πάντες δὲ τρεπίσω, καὶ οἱ τοὺς γυμνικούς καὶ σκηνικούς ἀγῶνας ἡθέτητες, πρὶν ζυμωθῆναι τὰς ψαύτας εἰς τὰ ψαύτα καὶ τὰ πάλω δὲ τρεπίσω ἀγωνιστῶν καὶ ψαυμάτων καὶ ἀκροματῶν πληθῶν. Τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ πῶ δῶν ἡγῶν, οἳα πρὸς ἀθλοπέτης καὶ ἐσιώπων ἀνδρῶν καλοῦν μέλλων ὅτι τὰ δῶχίαν καὶ ψαύαν, τὰ εἰς ἐκάτερον εἶδος πρὸς ἀθλοπέτησιν ἢ εἰς τὸ κῆσμον εἰσελθῶν ἐνθὺς ἀρετῆς καὶ συμπόσιον καὶ ψαύτων ἐρωμάτων. τὸ μὲν ἀπάντων πληρὸς ὅσα γῆ καὶ ψαύται καὶ ψαύται καὶ ἀθροίσματα εἰς χεῖρας τὴν καὶ ψαύτων. τὸ δὲ παντοίων ψαυμάτων ἢ καταπληκτικῶν τῶν μὲν ἐχθρὰ τὰς ὀφείας, καὶ ἀθλοπέτησιν ἢ ἰσὺς ποδότητας ψαυμάτων τῶν, ἢ τὰς κινήσεις καὶ χορείας ἐν τάξει ἡρμοσμένας, καὶ ἀθροῦσιν ἀναλογίαις, καὶ ἐλεῶδων συμφωνίας. *Quædammodum convivatores non prius ad cænam vocantur quàm instructio bene convivio; & qui edunt ludos aut atletarum spectacula, priusquam spectatores vocati conveniant in theatra vel stadia, parant copiam concertationum, earumque rerum quæ ad oculos aut sive oblectandas pertinent: ita etiam mundi totius imperator, tanquam convivator ludorumque præfectus, vocaturus hominem ad convivium simul & spectaculum, quicquid*

Q

ad

ad utrumque pertinebat, præparavit: ut ille in mundum ingressus mox inveniret & convivium & theatrum sacratissimum: alterum refectum copiis, quæ terra, fluvii, mare, ær suppeditans ad usum simul & voluptatem: alterum spectaculis, quorum tum essentia tum qualitates stupenda sunt, nec non motus choreæque admiratione dignissime, propter ordinem convenientissimum, numerum proportionem apertissimum, cursus recursusque mirè concinnos. Huic rationi adjungit tres alias. *Prima*, ut homo creatus, animadverso, paratum se invenire, quicquid ad vitam necessum foret, statim disceret, fore, ut si auctorem sui generis promptus imitaretur, vitam degat felicissimam, *ῥοπίνως ἢ ἀΓλαυκίως ἐς ἀφρονιότητι θελήτη ἢ ἰνυεῖα ἢ ἀναγκαῖον*, sine dolore & sine labore in uberrimis copiis. *Secunda*, quia Deo pulchrum visum est, creationem incipere à perfectissimo opere corruptibili, cælo, & finire in perfectissimo opere incorruptibili, homine. *Tertia*, ut homo novissimus repente inter alios animantes existens, terrorem eis incuteret, sicque ab iis tanquam rector & dominus à Creatore datus adoretur. Unde factum postea, ut omnia etiam ferocissima animalia mansuescerent, & rabiem, qua in se invicem efferabantur, erga solum hominem mitigarent. Quibus rationibus haud frivolis sanè pretium suum constare patimur. Est enim *πλουσιότης* & sapientia Dei creatoris.

VIII. Deus opus creationis Adami aggressurus dicit: *וַיִּבְרָא אֱלֹהִים אֱדָם בְּצַלְמוֹתָיו כְּצֶלְמֵהוּ עָשָׂה אֱלֹהִים אֱדָם אֶתְּבַרְכֶּהוּ וְאֶתְּבַרְכֶּהוּ* *Faciemus hominem ad imaginem, & ad similitudinem nostram.* Gen. 1. 26. Quam orationem Cyrillus vocat *οὐκὲν* & *προβούλια*. Ambrosius *consilio S. Trinitatis hominem creatum esse* ait. Sed rectius statuitur, esse hunc sermonem *ἐγκυκλίω* & *ἑγκυκλίω*, *instigantis* & *hortantis* ad absolvendum videlicet destinatum opus. Si enim sermo is foret consilii & deliberationis, haberet formam interrogationis: *Faciemusne?* Nunc habet formam decernentis. Nec rectum esset, post cætera jam transacta, Deo tribuere consilium & deliberationem, de formando homine. Non enim erat tempestivum, demum quærere, utrum homo caput operis sit creandus? Cætera propter solum hominem erant bona, cujus folius usui consecrabantur. Destinaverat igitur jam ante Deus creare hominem.

IX. Testatur autem illa memoratu dignissima oratio, consilio & voluntate una trium in cælo testium creatum esse hominem. Nec dubium est, quin Moses singularem hanc pluralis numeri formulam repetierit ex communi traditione, quæ hæctenus in populo Dei viguerat. Unde colligere datur, Patriarchis ante Mosen S. S. Trinitatis mysterium haud incompertum fuisse. Et consentaneum omnino erat, hac ratione homini notificare ante omnia eum qui quærendus & adorandus est, cuique sive ut *creato-*

creatori, sive ut sanctificatori gratiæ agendæ essent. Alioquin futurum erat, ut homo falsam de Deo opinionem imbiberet, atque ita veritatem Dei mutaret in mendacio, vel divinas virtutes abnegaret. Unde ne quidem ex toto corde Deum amare potuisset. Quæ omnia fuissent contraria illi imagini Dei, ad quam homo primus conditus. Etiam post lapsum decebat hominem non ignorare vel sanctificatorem suum, qui ipsi consummatam lætitiæ & gloriationem in se & per se ipsum donavit, vel Spiritum illum gratiæ, effectorem & donatorem fidei, amoris & timoris Dei.

X. Philo quidem tanti mysterii ignarus, quomodo intelligat verba Dei, ita ambiguus hæsit, ut in hæc verba erumperet, *de Opif. Mundi*, pag. 15. ἢ μὴ ἐν ἀληθείᾳ τὴν αἰτίαν θεῶν ἀνάγκη μόνον εἶδέναι: *Verissimam hujus rei causam* (nempe locutionis illius in numero multitudinis) *neceffe est Deum solum scire*. Nempe incidit Philo in ea tempora, quibus impletum fuit illud Esaiæ XLII. 19. מִי יָדַע כִּי אֱלֹהִים? *Quis cæcus est nisi servus meus?* Cæterum affert causam τῷ ἐκδοτῇ συχασμῷ πιθανὴν ἃ ἕλογον εἶναι δοκῶσαι, *per conjecturas credibiles rationi consentaneam*. Sic enim philosophatur. Rerum, quas Deus creavit alias nec virtutis nec vitii participes esse, ut stirpes & bruta; alias sola virtute præditas nihil habere vitii, ut stellæ quæ sunt animalia intelligentia, vel mentes singulares nullius vitii capaces; alias denique mixtas ex utraque natura, ut homo, qui contrariorum est capax, virtutis & vitii. Primi & secundi generis substantias Deum potuisse per se ipsum solum producere, partim quia sibi cognata, partim quia nihil vitii illis inest. At hominem esse ex genere mixtorum, quæ non virtutis tantum sed etiam vitii capacia. Conveniens igitur fuisse, ut Deus quidem crearet hominem secundum admixtam meliorem partem & ideam; at eundem crearent assumpti cooperatores secundum contrariam & detriorem, quod sic irreprehensibiles voluntates & actiones hominis acceptæ ferantur soli Deo rectori omnium, contrariæ verò aliis sibi subditis. Hanc probabilem scilicet causam hausit Philo non ex Mose, qui post creatum jam hominem scribit, vidisse Deum omne quod fecerat, & fuisse illum *ὁμοιωσθε* *hominum valde*, Gen. 1. 31. sed ex delicio suo Platone, qui his gemella habet in Timæo. Ante peccatum nullum homini vitium inerat, cujus Deum puderet. Peccatum propriè in sola mente est, quam à solo Deo productam esse vix inficiari ausit. Quam verò hoc sapientissimo Deo inglorium, hominem, quem Deus voluit operis sui coronam & *δοξοπέπλευμα*, fingere prodeuntem virtutibus quidem at illis vitiorum confinio læsis?

XI. Haud feliciter sequentium temporum Judæi locum hunc disertissimum

simum tractarunt. Ausi sunt nonnulli illud נעשה facere præteritum passivum tertiæ personæ, non futurum activum primæ, ac insuper fingere בעינת esse verbum Mosis, hoc sensu: *Creatus est homo ad imaginem nostram*, nempe humanam. Quam putidam detortionem meritò Abenezra vocat פירוש חסר לב *explicationem hominis fatui*. Saadias Deum fecit loquentem על כנהג סלכים *juxta consuetudinem Regum*, personam singularem in numero plurali, ac dictis aliis hanc Scripturæ consuetudinem firmare nitur. Sed iterum Abenezra, testes hos esse עיי שק- *testes mendacii*, clamat. Joseph Kimchi, teste Abrabanele, verbum *faciamus* retulit tum ad Deum, qui infudit animam rationalem, tum ad terram, à qua est גוף האדם וכחותו *corpus hominis & corporea ejus facultates*. quomodo etiam reliquis animantibus terra dedit substantiam vitalem. Hinc scribere Mosen Genes. 11. 7. *Formavit feborum hominem è pulvere terræ, inspiravitque ei in faciem spiraculum vitæ*. Terra quidem & ejus pulvis in creatione fuit materia hominis. Non tamen ipsa fecit hominem. Materia enim est principium גלגל, cui non competit actio, sed passio & receptivitas sola. Et quomodo ad similitudinem terræ factus est homo? Etsi enim ex pulvere fuit, tamen elegans corpus à Deo concinnatum non fuit pulveri simile. Præterea ex mari producti sunt pisces, ex terra aves & bestię. Neque tamen vel aquæ piscium, vel terra avium & bestiarum activum principium statuitur. Et mirum est etiam acutissimo Maimonidi explicationem hanc potuisse blandiri. Sed patet, veritati nullum ingenii acumen par esse.

XII. Thalmudistæ in Gemara Sanhedrim c. 4. sect. 11. allegant sententiam R. Jochanan; אבר ר יוחנן אין הקבה נעדר רבר אלא אדם כן נכלך בפמליא של : *Dixit R. Jochanan, Deus nihil fecit nisi habito consilio cum familia superna, sicut dictum: In decreto vigillum sententia & in verbo sanctorum rogatio*. Porro quid פמליא sit, docet nos Maimonides, qui explicat per *aciem*. Apparet esse vocem latinam *familia*. Ac meritò Maimonides dicit; petita esse hoc ex Schola Platonis, in qua decretum est, Deum, cum quid facit, inspicere mundum intelligentiarum, & ex earum mente Entia producere. Quod abundè est ad dogmatis illius refutationem. Et locum consultationi non amplius fuisse, supra animadversum est. Quin Deus in opere creationis ullos sibi consiliarios adfuisse negat, Esai. xl. 12, 13, 14. *Quis mensus est pugillo suo aquas & cælos spithama expendit, aut complexus est trientali pulverem terræ? & ponderavit statera montes & colles lancibus? Quis expendit Spiritum feboræ? quis à consiliis docuit eum? cum quo communicavit consilium ut se instrueret, doce-*



*docerétque se iter judicij: doceret, inquam, se scientiam & viam summae prudentiæ sibi notam faceret? Quem locum meritò Maimonides Thalmudistis illis objecit.*

XIII. Abenezra, postquam diversas Rabbinorum interpretationes obelo confixit, demum obtendit eò se inclinare, verba hæc ad Angelos dicta esse, & eisdem in societatem operis esse accitos. Verba ejus: *עתה אפרש דע כי כל מעשה בראשית לכבוד האדם נברא כסוד השם והמסכים הוציאת אותם הארץ וחמים וכל נפשות החיות ואחר כן אמר השם לשלאבים געשעו אדם אנתנו כנתעסק בו ולא הים והארץ.* *Nunc explicabo mentem meam. Novveris igitur, omnia quæ ab initio facta sunt, ad gloriam hominij creata esse. Cum igitur juxta mandatum Dei terra & aqua producerint germina & omnem animam vitalem, dixit Deus ad Angelos, Faciamus hominem: Nos occupabimur in creatione ejus, non aqua vel terra.* Nempe etiam ad Angelorum imaginem conditum esse hominem asserit. Sicut enim Angeli tum materiales sunt, quatenus occupati movendis orbibus, tum spirituales quatenus intelligentiæ, ita etiam hominem partim esse materialem, partim spiritualem. Atqui firmiter tenendum, nec Angelos fecisse hominem, nec hominem ad imaginem Angelorum creatum esse. Etenim nulla creatura creandi habet facultatem, tum quia Deus in hoc opere gloriatur, *Esaï. XLII. 5. & XLV. 18.* nefas est autem *נבר alienare* gloriam: tum quia nulla creatura habere potest voluntatem, quæ in se sola causa sit, quare aliud fit, adeoque vocare quod non est. Deus quidem subjecit Angelis materiam illam latè patentem ad eam movendam. Non tamen movent sine Deo concurrente. Si autem Deus communicasset Angelo facultatem creandi, voluisset ut propter eorum voluntatem creandi inciperet esse homo. Ita jam Deus vocasset hominem & creasset ad nutum Angeli, adeoque dependens fuisset ab Angelo, & tamen creatio fuisset Dei. Præterea quid egit Angelus? Quam materiæ humanæ partem produxit? An ex luto potuit plasmare opus tale, cujus omnino nulla potentia passiva in luto fuit, sed merè obediencialis? Ad quam in æctum educendam necessaria fuit voluntas dominans & æterna potentia, sive potentia *ακαταλύτῃ ζωῆς indissolubilis vitæ.* *Heb. VI. 16.* Nec homo imago Angelorum fuit. Quod enim Angelos materiales esse colligitur ex motu orbium cœlestium, frivolum nimis est, non ex Mose sed ex profana Philosophia haustum illorum, qui ad rerum cœlestium naturam cæcutiebant, non minus quam ad solem oculi nyctioracis.

XIV. Habeamus igitur pro certo, orationem Dei institutam esse ad Deum Filium & Spiritum S. eam cum primis personam, cui *Pater ostendis omnia*

*omnia quæ fecit, ut is similiter faciat eadem*, Joh. v. 19. Atque sic voluntatem creandi hominem contineri in *ὅτι ἡ ἀνάστασις ἢ ἡ ἐπιπέσειν ἐν τῷ Χριστῷ*, in proposito eterno quod fecit Deus in Christo, Eph. 1. 11. Atque sic decebat ut Creator noster esset partim, qui nos ad spem vivam regenerat, partim, cujus φρόνημα, sensus & factio in nobis est, quique est ἀππαθεὶς καὶ ἁγία δόξα, pignus & advocatus noster.

XV. Tempus anni quod attinet, quo Deus creavit Adamum, pendet illud à caractere creationis mundi. Creatum igitur mundum doctissimi quique, Josephus, Rabbinique, Lyranus Abulensis, Scaliger, Petavius, Torriellus, alii statuunt in autumno; tum quia ante Moser caput anni erat in autumno mense videlicet Tisri, uti colligitur ex Exod. xxxiii. 16. & xxxiv. 22. tum quia primus Moses novum anni principium in Nisan mense verno statuit. Proinde necessum est ante novum illum annum sacrum seu Ecclesiasticum, ut vocant, aliud anni apud Patriarchas fuerit initium, quàm tempore verno. Igitur mundus à Deo videtur conditus in libræ cardine, anno periodi Julianæ 730. autumno illo, qui est ter millesimus noningentesimus octogesimus quartus ante autumnum anni ab orbe condito 3983. quo natus vulgo Christus ponitur, qui est periodi Julianæ 4713. Quæ est Scaligeri computatio. Adeoque prima dies mundi in x6. Octobris incidisset, si tunc in usu fuisset forma hæc anni: quo die æquinoctium sive medius in libræ cardinem ingressus contigit. Quem characterem mundi incœpti si sequimur, incideret creatio Adami in ultimum Octobris. Quin & in horam tertiam ejus diei asseri posset, si locum haberet sententia Irenæi, Cyrilli & Epiphaniï, quibus & secundas videntur fecisse duo Arabes, Patricides & Ibn-Sora; hora tertia Protoplastos creatos, sexta lapsos, nona Paradiso pulsos. Quæ tamen traditio sic satis incerta est. Incertiora adhuc & partim frigida partim prodigiosa, quæ Thalmudici in Gemara Sanhedrim cap. 4. lect. 10. ex sententia R. Achæ filii Haninæ nugantur de die illo sexto, quem in horas duodecim distributum articulatum comminuunt, ut vel homine condendo, vel iis, quæ sive ab homine sive de homine sunt facta, insumptus fuisse totus intelligatur. Hinc primam horam tribuunt pulveri colligendo, secundam ex illo pulvere compingendæ ὄρου sive *massæ informi*, tertiam affingendis membris, quartam infundendæ animæ, quintam erigendo homini, atque sic deinceps. Quæ sunt putida illorum hominum nugamenta, & Scripturæ & rationis præsidio destituta.

XVI. Quæsitum etiam est de loco, in quo Deus Adamum creavit. Josephus quidem *Antiq.* l. 1. 2. non videtur dubitare, quin creatus sit in

agro

agro Damasceno, & hinc in Paradisum terrestrem translatus. Et probabile est, fuisse hanc traditionem admodum antiquam & in populo Dei vulgatam. Congruit etiam Topographia quam habet Adrichomius in in Theatro Terræ Sanctæ, pag. 45. *Ager Damascenus distat spatio, quantum arcus jacit ab Ebron: ager usque adeo fertilis & speciosus, ut aliqui Paradisum terrestrem intelligi hic debere crediderint. Habet terram rubram & mirè tractabilem, quam Saraceni deferunt in Ægyptum, Indiam, Æthiopiæ carè vendentes.* Eadem legere est apud Brocardum. Cui opinioni Josephi facilè conciliantur alii, ac nominatim Tostatus, qui existimat creatum esse primum hominem apud Hebron. Nam ipse ager Damascenus proximè ab Hebron distat. Rejicit quidem opinionem hanc Salianus tanquam fictam ab Hebræis amore patriæ. Minimè verò probabilem esse propter distantiam. Statim enim cum novo miraculo per multa terrarum spatia in Paradisum transferendum fuisse. Quæ ratio stringit sanè illos, qui Paradisum in Mesopotamia collocant. Nos non procul à Paradiso abfuisse agrum Damascenum probabimus infra.

XVII. Corpus Adami creatum est *אֶרֶץ הָאֲדָמָה* *pulvis ex terra*, Gen. 11. 7. Non caret mysterio, quod Moses maluit dicere, hominem esse formatum & fictum *pulverem de terra*, quam *ex pulvere terra*. Insinuare enim voluit divinus Scriptor, non solum terram esse materiam ex qua factus homo, sed etiam, hominem nihil aliud esse quam pulverem de terra sumptum, qui insolescendi proinde causas nullas habeat. Unde etiam *χρῖσθ' pulverem* primum hominem insignivit Apostolus 1. Cor. xv. 47. Corporis tamen hujus Adamici excellentiam & *ἐνμορφίαν* Philo accessit ex tribus causis. *Prima*, quia terra *νεόκτισθ'* extitit secreta ab aquarum mole. Unde oportuerit materiam esse *ἀμυγή, καὶ ἀδαλον καὶ καθαρόν*, *sinceram, infucatam, puramque*, ex qua proinde quicquid conficiebatur, erat inculpabile. *Secunda*, quia non ex qualibet terræ parte Deus voluit formare hanc humana specie statuatam, sed ex selecta undequaque optima excolavit optimum & purissimum. Solum enim ejusmodi templum sacratum fuisse dignum tanto hospite. *Tertia*, quia conveniebat primum hominem eundem esse pulcherrimum. Fuisse hominem primum exemplar sequentium. Semper autem pulchrius esse exemplar, & deteriora quæ exemplar sequuntur.

XVIII. Indignum multis videtur, Adami corpus ex solo terræ pulvere esse formatum, vilissimo elemento, & longè ignobiliori materia aliorum corporum, qualia sunt cœlestia. Ergo ad compositionem primi humani corporis advocavere suo arbitrio, sine suffragio Dei creatoris nescio

nescio quam *quintam essentiam* seu cœlestem materiam, qua velut glutine quodam cohæretet immortalis spiritus cum pulvere corpore. Non cogitant autem, Deo, qui ex nihilo totius mundi ornatum protulit, nec potentiam nec sapientiam defuisse exornandi ex pulvere mero corpus hominis, & cum spiritu immortalis illud conglutinandi. Nec creatoris gloria nec creaturæ dignitas æstimanda venit ex materia, ex qua formatum corpus, sed ex ipso composito corpore, quod omnibus numeris perfectissimum, tanta membrorum elegantia, sensuum harmonia longè est supra astrorum, cœlorumque æqualitatem. Quin hodiè que præstet corpus humanum corporibus cœlestibus, haud dubium est. Neque tamen cœlestem materiam ad generationem advocari constat. Et qui potuit ex nihilo cœlestia illa corpora, in luce adhuc conjuncta vocare, quidnè ex pulvere, qui plus est quam nihil, elegantiam Adamici corporis meditari potuerit? Denique in fabrica rerum non tam nobilissima conducunt, quàm convenientissima. Convenientior autem corpori humano fuit materia terrestris quam cœlestis. Anima præcipuè ministeriis sensuum utitur. Organa autem sensuum ex cœlesti materia fieri non possunt. Quippe sensuum omnium fundamentum est tactus, qui positus est in primarum qualitatum mediocritate & æquali temperatione. Non est igitur quod Deo creatori ogganniant. Potius ad contemplationem tantorum in creatione nostra beneficiorum reversi, gratias ei agamus, quòd nos in pulcherrimo hoc domicilio voluit secundas fortiri.

XIX. De corpore Adami antiqua in Judæorum scholis agitata quaestio, an fuerit *חרא צירא uniforme* conditum, an *biforme*, ita ut à fronte Adamus, à tergo Eva, & utrumque corpus ad scapulas quasi pice agglutinatum fuerit? Adfirmat in Bereschit Rabbah Rabbi Samuel Bar Nahman contra Rabbi Samuel. Nuper tutatus idem est Menasse Ben-Israël, Conciliatione in Genesin, quæ est viii. ubi inter suffragia numerat R. Solomonem Jarchi, Aben-Efra, Rabbenu Babye, R. Eliezer & Isaacum Karus. Poterat etiam Maimonidem laudare, qui in Moreh Nebochim p. 2. cap. 30. consentit Magistris illis, qui dicunt *אדם וחורו נבראו כאחד* *Adam & Eva creatus sunt sicut unus & tergis vel dorso conjuncti. Postea verò à Deo divisi sunt, qui dimidiam partem accepit, & fuit Eva, & adducta est ad ipsum.* Imò & ipse Eugubinus fabulæ assentitur in Cosmopœa. Delirium solidè confutatur vel inde quod Scripturæ memorant, primò solum creatum Adamum, deinde ex solitudine illa sumptam occasionem mulieris creandæ. Quomodo igitur in eodem corpore compactus vir & mulier, ut ille apud Gentiles Janus bifrons, & Orpheo decantatus Cecrops *διφύστος*? Nec faveo immemento locus Gen. 1. 26. *בצלם אלהים ברא אתו זכר ונקבה ברא אתם.* *Ad imaginem.*

*ginem Dei creavit eum, marem & feminam creavit eos.* Quibus enim fidelibus androgynum suum ex his verbis extorquebunt? Num enim constat junctim creatos marem & foeminam? Si androgynum intellexisset, quidni dixisset ברא אמתו potius, quàm ברא אמתו *creavit eos?*

XX. Statura corporis Adamici fuit virilis. Quippe creatus fuit potens ad dominandum bestiis terræ & ad generandum. Cujus utriusque statim atque creatus est, legem accepit. Cùmque Dei opera quæ immediatè producit, sint perfectissima, credibile est, etiam in ætate perfectissima creatum esse. Talis est autem ætas, in qua est accretionis consistentia, adeoque juvenilis, quæ flos & ver ætatis dici solet. Utrum verò juvenilis illa ætas & perfectissima seriùs hominibus obvenerit, quàm factum sit precedentibus temporibus, non admodum liquidò dixerim. Si proportio foret inter annos vitæ & pubertatis necessaria, haud dubiè flos ætatis Adamo obtigisset seriùs. Cùm enim plus quàm novem secula vivendo impleverit, minimùm ætas ipsi similis duorum seculorum jam creato deputanda foret. Quia tamen Moses in Hebraïco codice, quem solum esse authenticum credimus, annos quibus generârunt Patriarchæ, coarctat, proportio illa instantiùs urgeri nequit. Proinde putamus *φρονήσιον* esse, nihil hic temerè definire.

XXI. Visum est multis, Adami corpus atque aded sequentium etiam melioris ævi hominum, robustius & eminentius productum esse, quàm appareant nostra his temporibus corpora. Philo Judæus primum hominem ait nos *ἡ τὰς ἐν ἀμφοτέροις παρεβάσεις, utriusque partis & corporis & animæ magnitudine*, ac præstantia vicisse. Prodigiòse, ut solent, Thalmudici in libro *Sanhedrim*, statuunt, Adamum creatum fuisse כסוף הישיבה *à fine mundi usque ad finem.* Cùmque per peccatum superfluxisset, & putruisset, Deum manum suam super eum posuisse, & usque ad centum ulnas staturam ejus depressisse. Quæ non licentia est, sed furor quidlibet adferendi. Vetusti tamen nonnulli Patres non dubitârunt, Adamum & prioris ævi homines grandiore statura nos anteisse. Multisque id conatur probare Hieronymus Magius Miscell. 1. 4. Ac fuit omnino vetus & passiva ea opinio, uti probavit etiam adjecto suo calculo Lipsius, Physiol. Stoicæ III. 5. Putem tamen & in hoc negotio non usque aded tutum esse *ἰμβραλέων* in ea, quæ nec visa nobis nec necessaria notione comperta sunt. Si enim proceriora fuère hominum primorum corpora, vel id ratio evincit, vel historia fidelis rerum custos demonstrat. Ratio quidem allegatur Eisdæ lib. 4. c. v. 53, 54, 55. *Alii sunt qui nati in juvenute virtutis, & alii qui sub tempore senectutis deficiente matrice sunt nati. Considera ergo & tu, quoniam*

R

minori

*minori statura estis præ iis, qui ante vos. Et qui post vos minori quam vos, quasi jam senescentes creaturæ, & fortitudinem juventutis prætereuntes.* Quæ argumentatio si solida est, & ab ævo in ævum homines sunt minores, nihil causæ est, quin jam omnes pygmei & minores simus. Neque profectò natura, Dei ipsius genius & potestas fatiscit unquam, vel, cum Scaligero loquor, *ut asinus ad molam* fatigatur. Quod autem historiarum & experientix subsidium jactant, illa extra controversiæ aleam non sunt, & majores posteris plerisque fallacia miracula præpararunt, ut de Alexandro M. Curtius. Probavit exquisitis rationibus Galilæus de Galilæis, libro de motu, *naturam animalia quadrupla quam nunc sunt majora efficere non posse.* Interim non abnuat etiam ratio, Adamum alióque primos homines exuberare potuisse, & deinde ad modum certum venire à natura præscriptum intra quem staret. Nos in medio hoc relinquimus.

XXII. Muliebris autem corporis formatio planè & admirationis & mysterii plena fuit. Cùm somno profundo indormivisset Adam, accepit Deus unam de costis ejus, ex qua mulierem ædificavit, Gen. 11. 21, 22. Atque sic Deus arctissimum conjugii vinculum adstringere, Adamo eam præstantiam conciliare, ut dici posset, ex uno sanguine omne genus humanum conditum esse, denique mysterio matrimonii Christum inter & Ecclesiam præludere voluit. Sed Adami costa, ex qua formata mulier, necessariáne fuerit, an supervacanea, quæritur. Cajetanus quidem ea difficultate motus historiam hanc creationis in meras allegorias vertit, quòd aliàs statui debeat, Adamum vel fuisse monstrum, vel post ablatam costam, mancum. Fateor non videri, costam Adami, ex qua formata est Eva, fuisse supervacaneam, & extra naturam Adami. Aliàs verè dici non potuisset, Evam ex Adamo fuisse formatam, nec Adamus Evam vocare potuisset *os ex ossibus suis*, quia costa illa non fuisset Adami os proprium & naturale. Neque tamen necessum est dici, ablata costa, mancum fuisse, quia facile fuit Deo creatori substituere aliam.

XXIII. Neque eodem loco creatam Evam, quo Adamus fuerat, sed in ipso Paradiso, probabiliter statuunt Josephus Antiq. l. 1. 2. Tertullianus lib. 2. contra Marcionitas. Id quod manifestum est ex ordine narrationis. Postquam Adamus in Paradisum introductus est, ad eum animalia sunt adducta, ut nomina acciperent. Post illam demum *ὀνομαθείαν* narratur Evæ creatio. Nec verisimilitudinem habet, Adamum ex Paradiso ante peccatum secessisse. Præterea in Paradisum à Deo translatum esse auctor nullus habet. Proinde in ea formata fuerit necessum est. Quod enim à nonnullis obducitur, pertinere ad dedecus Adami si nobiliori loco mulier

mulier creata fuerit, frivolum est. Nam Adamo dignitas integra mansit, quia in ipso Paradiso Deus ipsum mulieris principium esse voluit. Neque etiam filii Adami parentibus fuissent præstantiores si stante innocentia fuissent in Paradiso generati.

XXIV. Huic utriusque & Adami & Evæ corpori validiorem longè Deus inspiravit mentem, divinæ particulam auræ, & à corpore, ejusque naturalibus conditionibus toto genere discrepantem. Ergo dicitur Deus inflâsse  $\Gamma\omicron\tau\eta\ \rho\omega\sigma\eta\ \nu\alpha\kappa\alpha$  spiraculum vitarum in nares ejus, Gen. II. 7. Multa hic in quæstionem vocantur à Philone lib. 1. Allegor. legis; Cur Deus terrigenam mentem spiritu divino dignatus sit? Cur inspiravisse dicatur? Cur  $\nu\alpha\kappa\alpha$  in nares ejus inspiravit? Ad primum respondet, factum id tum bonitate tum justitia divina incitante. Bonitate, quia Deus benignus cum sit, largitur bona omnibus etiam non perfectis, invitans eos  $\epsilon\upsilon\varsigma\ \mu\epsilon\tau\epsilon\upsilon\sigma\iota\alpha\omega\ \delta\epsilon\ \zeta\eta\lambda\omicron\nu\ \delta\epsilon\tau\epsilon\tau\iota\varsigma\ \acute{\alpha}\mu\alpha$ , ut participes fiant & æmuli virtutis. Ac eandem causam esse, cur Deus nullam animam creaverit  $\acute{\alpha}\gamma\omicron\nu\omicron\nu\ \acute{\alpha}\gamma\alpha\delta\eta\ \sigma\tau\epsilon\tilde{\iota}\lambda\epsilon\mu\ \beta\omicron\nu\eta$ , quamvis quædam sint, quibus hoc est inutile. Justitia, ne qui punitur propter peccata, dicere posset, injustè, iniqueque secum agi, quandoquidem non inspirata sibi mente per ignorantiam boni necessariò peccandum. Utraque hæc causa malè supponit, ante adventantem homini per nares spiritum fuisse ipsi  $\gamma\eta\gamma\epsilon\nu\eta\ \kappa\alpha\iota\ \phi\iota\lambda\omicron\sigma\omega\mu\alpha\tau\omicron\nu\ \nu\tilde{\nu}$ , mentem terrigenam & corpori adductam. Quod procul vero est. Mens enim hominis est  $\tau\eta\ \phi\omicron\sigma\phi\eta\ \nu\eta\mu\alpha$  & intelligentia ejus. Atqui hæc fuit ipse spiritus corpori donatus. Peccato etiam nullus locus est sine intelligentia. Solis enim is qui rationis sunt capaces, lex ponitur, proinde soli etiam peccant. Agnosco igitur, quod Deo creandæ animæ causa fuerit propria bonitas & amor gloriæ, quam creaturis demonstrare multis modis constituerat. Et totum universum, clarissimum magnificentiæ divinæ theatrum cui bono Deus produxisset, si deforet mens, quæ in eo spectando & fovendo non exerceretur?

XXV. Ad secundum respondet, ideo Deum dici inspirasse spiritum vitalem, ut intelligatur, in homine factam esse unionem horum trium, Dei inspirantis, mentis inspirantis, mentis inspirationem capientis, & spiritus ex inspiratione accepti. Porrexisset igitur Deum  $\acute{\alpha}\phi\ \tau\alpha\upsilon\tau\eta\ \delta\upsilon\tilde{\nu}\alpha\mu\iota\nu\ \delta\iota\phi\ \delta\ \mu\epsilon\tau\epsilon\upsilon\ \nu\omega\delta\ \mu\alpha\lambda\ \delta\ \acute{\alpha}\rho\chi\ \delta\ \sigma\alpha\pi\kappa\epsilon\upsilon\mu\epsilon\tilde{\iota}\nu\epsilon$ , à se ipso manantem vim per medium spiritum usque subjectum. Idque hunc in finem fecisse, ut Deum cogitatione perciperet homo. Alioqui quomodo animam Deum intellecturum, nisi ipse inspirando attigisset eam, quantum fieri potuit? Neque enim humanam mentem ausuram tam altè ascendere, ni Deus ipse trahendo sublevâisset eam, ad se ipsum. Hinc rursum Philo pro more  $\pi\lambda\alpha\tau\omega\nu\acute{\iota}\zeta\eta$ .

Hinc etiam Platonem secutus alibi animam vocat *δωριανισμα ε θεῶν*, *partem à Deo avulsam*. Qui error etiam hæreticos tum veteres tum novos velut pestilens quoddam sidus afflavit. Non potuit Deus vel uniri essentialiter cum corpore, vel sui partem evulsam ei donare, tum quia infinitus & impartibilis, tum quia quicquid in Deo est, divinæ gloriæ particeps est, atque hæcenus nulli creaturæ communicabile, cum Deus gloriam suam alienare nec possit nec velit. Si Deus se univit homini, qui peccare potuit, quem ipse Deus insedit? Quid quod hominum diversorum tam diversæ sunt actiones, scientiæ, virtutes? Atqui si spiritus noster à Deo ita inspiratur, ut sit *δωριανισμα ε θεῶν*, cur, cum divina indoles sibi per omnia constet, tam diversarum rerum causa existit?

XXVI. Non igitur ejusmodi fuit divina hæc inspiratio, tujusmodi est illa animalium, quæ inspirant per emissionem aëris in terris. Non enim inspirationem vocat Moses ratione actionis à Deo creatore emanantis, sed ratione termini, quia creatio fuit rei spiritualis, quæ proinde *נשמת נשמה spiraculum vitæ* appellatur. Atque ita ab effectu sortitur nomen *ἐξέπνευσε*, seu *operatio ipsa*. Deinde concinna planè fuit hæc locutio. Quia enim homo ex duplici componitur substantia, materiali una, spirituali altera, ad indicandam hanc differentiam, corpore effecto cum anima adjungi deberet substantiæ dissimilis, perquam aptè dixit: *Et inspiravit spiraculum vitæ*. Denique insinuavit Moses, animam non ex pulvere elementisve factam esse, sed *ἐξ οθεν* omnino advenisse. Quam rationem non ineptè Jarchius notat, his verbis *עשה בן התחתונים וכן העליונים נשמת נשמת הטהורים* *Fecit eum ex superioribus & inferioribus, corpus ex inferioribus, animam ex superioribus*. Huc facit illa antithesis: *Formavit Deus hominem pulverem ex terra, & inspiravit spiraculum vitæ*.

XXVII. Neque fuit necessaria talis unio inspirantis, inspirati & spiritus, ut homo Deum cogitatione sua percipere posset. Potuit enim Deus homini essentiam donare intelligentiæ capacem, et si non decidam ex sua Divinitate. Cum enim Angelos creavit ejusdem naturæ intelligentis participes, palam est, id factum esse sine tali decisione. Non enim ex essentia suæ continentia particulas aliquas dissecuit. Quin in ipsa natura videmus diem oriri à sole, nec tamen quicquam à sole decerpi delibari. *videmur*.

XXVIII. Ad *tertium* respondet Philo, Deum *in nares vel faciem* hominis inspirasse animam tum naturaliter tum moraliter. *Naturaliter*, quia in facie sensus creabat, quæ pars corporis maximè animata est & inspirata. *Moraliter*, sic: quemadmodum principalis pars corporis est facies, ita animæ pars principalis est mens. Hanc solum inspirare Deum, alias non dignari



dignari hoc honore, qualia sunt αἰθήσις, λόγος, γόνιμον, *sensus, ratiocinatio, vis generandi*, quæ non Deus sed mens inspiret & animet, ὡς τὸ μὴ νῦν ἐψυχώθη ἔσθ' ἔνδ' αἰσινεὶ τὸ θεός ἐστ' ἔαλόγος ὁ νῦς. *Atque sic mens animatur à Deo, brutum autem quod inest animæ à mente. Est enim mens tanquam Deus partis brutæ.* Atqui Moyses nec faciendi nec mentis meminit. Nam quod פּאָ attinet, non necessaria est Synecdoche partis pro toto, ut *faciem* significet. Nec רִשׁוֹנִים videtur *animam rationalem* propriè significare, etsi ita videatur etiam Abenezræ, & ex eo Fagio. Est enim à פּוֹ *anhelavit, traxit suspiria*, quod cognationem habet cum פּוֹ *flavit* & פּוֹ *efflavit*, quin & cum Græco ἀσμάϊνω *anelo*. Igitur רִשׁוֹנִים propriè est halitus, anhelitus. Interim per translationem aliquando רִשׁוֹנִים sumitur pro *spiritu*, qui est in homine, & in quo est conscientia. Quomodo accipiendus est locus Solomonis Prov. xx. 26. *Lucerna Domini פּוֹ תִשְׁוֹנֵי אִימִינֵי הוֹמִינִי* quæ *investigat omnia interiora ventris.*

XXIX. Simpliciter igitur verba פּוֹ תִשְׁוֹנֵי אִימִינֵי הוֹמִינִי significant Deum in nares hominis inspirasse habitum vitæ, hoc est, fecisse eum respirare. Unde Esai. II. 22. jubemur quiescere ab homine פּוֹ תִשְׁוֹנֵי אִימִינֵי הוֹמִינִי *in cuius naribus est anhelitus.* Et hoc est illud פּוֹ תִשְׁוֹנֵי אִימִינֵי הוֹמִינִי *spiritus*, absque quo corpus mortuum est, Jac. 1. 26. Paulus interpretatur Mosen, cum primum hominem factum esse docet ἐν ψυχῇ ζῶσαν *in animam viventem.* Atqui, inquit, sic non continetur in his verbis animæ rationalis creatio. Sic sanè Cardinalis Perronius nobilis Sophista arguitur, ut animæ rationalis creationem & immortalitatem ex traditione non scripta arcessendam esse evincat. Fateor quidem ex vi vocis רִשׁוֹנִים non probari directè creationem animæ. At ex complexione totius sententiæ evidenter probatur, alium homini spiritum impertitum esse quàm bestiis. Cum enim aliorum animalium creationem narraret Moyses, id tantum memoravit, iussisse Deum, ut terra & aqua producerent terrestria & aquatilia animalia secundum suam speciem, qua eorum anima includitur. Atqui longè aliter loquitur de anima cum dicit, esse insufflatum spiritum. Innuitur enim, Deum simul eum anhelitu seu vita animali non ex materia ulla inspirasse animam rationalem, cuius ex solo Deo esset origo. Quin etiam abundè Moyses ostendit animæ creationem, cum declaravit, hominem conditum à Deo vivere non tantum ψυχῆς, sed etiam ut *imaginem Dei*. Qualis vita cæteris animantibus non est concessa.

XXX. Sed de Evæ anima nihil tradit Moyses. Quæ ratio sit, dubitatur. Hoc verò non obscurum esse potest Mosen perpenderit. Dixerat Deus, כִּנְנוּ עִיר כְּעִיר אֲשֶׁר בְּנוֹנוּ *Faciamus adjutorium simile ei.* Ita vulgatus. Cui versio

sioni favet illud, quod כנגד Hebræi ad similitudinem denotandam referunt; ut R. Solomon Jarchi ad Malach. 1. 7. *Prohibitum nobis pariteri* כנגד מנחה *munus unum ut aliud*, id est admodum similiter. Sic Rabbino-  
 norum axioma דברה התורה כנגד בני אדם *loquitur lex more hominum*. Non ignoro quidem, alios ad usum matrimonii hic respicere. Hinc Græci ver-  
 tunt κατ' αὐτόν. Onkelosus כקבליו *secundum antierius ejus*. Jonathan disertè ad matrimonii usum applicat. Arabs קבאלוה *secundum antierius ejus*. Ubi notat de Dieu, קבל Arabibus speciatim usurpari, de anteriori corporis  
 parte, quæ opponitur נר תרֵגוֹ tergo. Commodior tamen Vulgati videtur ver-  
 sio. Si Adamo fecit Deus adjutorium simile sibi, quid opus fuit, quid-  
 quam deinceps exprimere aliud, nisi in quo Eva dissimilis fuit Adamo?  
 Dissimilis autem non fuit quoad animam, sed quoad modum productio-  
 nis ex costa Adami. Hoc igitur expressisse abundè habuit. Et cum anima  
 non aliter vel potuerit primitus, vel possit hodièque, quàm per creatio-  
 nem produci, vix operæ pretium fuisset delineare, quemadmodum Evæ  
 anima producta fuerit.

XXXI. Animam hominis secretam fuisse ab omni materia facilè colli-  
 gitur. Nam materia quidem & corpus tantùm figurari potest, ab alio mo-  
 veri, dividi, extendi, in utero formari, suppeditata aliunde materia.  
 At hæ proprietates alienissimæ sunt ab anima, quippe quæ ipsa figurat,  
 movet, cogitat, vult, extensionis & divisionis expert. Neque etiam  
 fieri potuisset, ut res corporea intelligeret illa, quæ non sunt corporea,  
 veluti Deum & omnem veritatem divinam & rerum genera, bonitatem  
 & malitiam, decentiam & turpitudinem, sapientiam & stultitiam. Quid  
 quod voluntas hominis, rationalis affectus, evehitur supra ea, quæ sensi-  
 bus nota sunt & appetitu sensitivo domita ad ea quæ sensu non percipiun-  
 tur, contendit? & amat vel fugit ea, quæ ex materia non constant? Quod  
 certo argumento est, nullam ei cum materia necessitudinem intercedere.  
 Neque tantùm mens hominis recipit notitiam rerum supra materiam po-  
 sitarum, verùm etiam cogitatione quadam reflexa operationes quas semel  
 elicit, in se ipsa expressas respicit & contemplatur. Quæ actio à re cor-  
 poreâ nullo modo proficisci potest.

XXXII. Cum igitur mens hominis creata sit αὐλή, sequitur, ean-  
 dem immortalem esse. Hinc Christus supponit ceu natura notum: *Ani-  
 mam ab homine non posse interfici*, Matth. x. 28. Corporis enim membra  
 lædi, vulnerari, secari, pungi, dividi possunt atque modis iis corrup-  
 pi. At in animam nulla ejusmodi vis est, quippe partium & divisionis  
 expertem. Et est hic cardo, super quo volvuntur universa religionis  
 Chri-

Christianæ præceptæ, animam non mori cum corpore, sed corpore quidem redeunte in pulverem spiritum reverti ad Deum, Eccl. xii. 7. Astipulatur etiam sanior Philosphia. Animam vocat actum, ἀρχὴν & ἐπιτέλειαν. Nullus autem actus est potentia. Non igitur composita est; quia compositum est potentia, partes verò actus: simplex ergo si est, non est resolvable in partes; proinde nec mortalis. Deinde si interit anima, abit in nihilum. Sic igitur ex aliquo fiet nihil. Quod si verum est, quidni ex nihilo aliquid fiet naturali potentia? Sed & natura docet, quodlibet, quod est in existentia suæ possessione, in ea remanere, donec vi majori expellatur. Non potest autem ab ullo objecto materiali vel mori vel mutari. Ipsa enim cum indivisibilis sit, & operationum suarum eam habeat conditionem, quæ partes quantitatis excludat, neque rarefactione, neque condensatione, neque temperamenti alteratione, neque qualitatum tyrannide, neque ignis divisione, neque caloris nativi evaporatione interire potest. Soli igitur potentia Dei subest, qui eam tamen in existentia in æternum conservare vult.

XXXIII. Præterea Moses docet hominem fuisse creatum *ad imaginem & similitudinem Dei*, Gen. i. 26. Quibus duabus vocibus apertum est designari *rem unam*, nempe *imaginem simillimam*. Quomodo Paulus Rom. i. 23. disertè vocat *ὁμοίωμα εἰκόνος*, *similitudinem imaginis*, hoc est *imaginem simillimam*. Tribuit ipsi imagini ὁμοίωμα, quod facere non posset, si ejusmodi foret discrimen inter imaginem & similitudinem, quale nonnulli pravo consilio finxerunt. In imagine continetur similitudo. Cum igitur additur *similitudo imaginis* intelligitur imago simillima, probe conveniens & ἀρχέτυπον suum repræsentans. Præclare Augustinus de Genesi. ad literam ap. imp. cap. 15. *Omnis imago similis est ei cujus est imago: nec tamen omne quod simile est alicui, etiam imago est ejus: sicut in speculo vel pictura quia imagines sunt, etiam similes sunt: tamen si alter ex altero natus non est, nullus eorum imago alterius dici potest. Imago enim tunc est, quum de alio exprimitur.*

XXXIV. Jarchius & author R. Nizachon imaginem Dei, ad quam creatus homo, interpretantur ideam, quam de homine expresserat Deus. Jarchii Paraphrasis habet כִּדְמוּתוֹ בְּרִשׁוֹנוֹ *ad imaginem nostram*, id est, *ad typum, qui in nobis est*. Sic non plus dixisset Deus de homine, quàm dici potuit de qualibet creatura. Quicquid enim Deus creavit, fecit ad ideam in intellectu ejus existentem. At Maimonides in Moreh lib. i. cap. i. ait conditum hominem ad imaginem & similitudinem Dei כְּפִי הַשָּׁמַיִם *propter intellectum divinum, qui ipsi inest*. Intelligendi facultas  
commu-

communis est etiam malis, qui imaginem Dei minimè gestant. Quin intelligere quod est in non sapientibus comparatur cum notitia brutorum, Pf. XLIX. 21. Et si intellectio desidat infra sapientiam, nec jungatur cum justitia, non Dei, sed diaboli est imago. Ipsa cognitio in se est vestigium divinæ bonitatis & potentiae, non illa in scripturis tantopere laudata *imago*. Absurdiores adhuc Judæi, qui in *Midrasch Tillim & Vaikra Rabba*, citante Raymundo Martino in *pugione Fidei* part. 3. Dist. 2. c. 2. animam hominis dicunt esse imaginem Dei, quia *implet corpus ut Deus mundum, non edit, sustentat corpus, unica est in corpore ut Deus in mundo, munda est in corpore, videt & non dormit, nec locum ejus quisquam novit*. Hæc quidem quadantenus hominem faciunt Deo similem, at imaginem Dei nullo modo faciunt. Quia pleraque etiam in bestiis reperiuntur, quæ imaginis divinæ minimè sunt participes.

XX XV. Nos interpretem habemus ipsum sapientem, Eccles. VII. 29. adseverantem, quod Deus hominem fecerit *rectum*. Rectitudo autem illa sita fuit *in justitia & sanctitate veritatis*, Eph. IV. 23. ubi *ὁσιότης & ἀληθείας* *sanctitas veritatis* significat sanctum studium veritatis, sive sanctitatem secundum veritatem, cujus cognitio necessaria est, ut quis Deo & proximo tribuat, quæ oportet, ne peccet, adeoque à suo exemplari & scopo aberret. Enituit igitur imago in rectitudine tum mentis tum voluntatis. *Mentis* quidem, quatenus sapiens fuit, & veritatem cognovit. *Voluntas* quatenus illa veritatem amavit & profecuta est ad gloriam Dei. Nam intellectus, qui judicat hoc verum, quod apud Deum verum est, sapiens omnino & Deo similis est. Voluntas etiam, quæ eam veritatem amat, & sic quidque ut verum est, id dignè amari posse, aut etiam ad gloriam Dei debere, amat, & sic membra gubernat, sancta est, & Deo similis.

XX XVI. Rectitudinem hanc infuisse Adamo adhuc integro, non difficulter probari potest. Etenim recta fuit mens, quia legem cognovit. Deus enim post lapsum peccatum quod in nobis est, & cujus poenas ferimus, per legem in Sinai latam accusavit, & reatum vocavit *κατάραν & νόμον*, Gal. III. 13. Non enim ex alia lege reus est, quam ex ea, quam si fecisset, per eam vitam habuisset. Cujus autem legis reus factus est Adam, ejus oportet notitiam habuerit. Deinde testis Scriptura, legem esse insertam cordibus Gentilium, & in eorum tabula exaratam, Rom. II. 14, 15. Jerem. XVII. 1. Quantò magis insita fuit intimè Adamo? qui per peccati consuetudinem, odium Dei & pravæ ratiocinationes nondum à Deo abalienatus, sed rectus & integer fuit. Neque mens tantum, sed etiam

etiam voluntas primorum hominum recta, sancta videlicet fuit. Quomodo enim recta voluntas est, quæ non sancta? quæ non ἀκαὶ®, sine visio? Non enim datur status medius, quem statum puræ naturæ malè consulti nonnulli vocant. Quomodo enim rationalis creatura potuit esse bona, recta, si non quæsit & cogitavit Deum, eumque pro fine suo habuit? Talis creatura non rationalis est, sed cæca, fatua, φιλαί®, adeoque pudenda, misera, & carnalibus affectibus obnoxia. Si autem cogitavit & quæsit Deum, eumque pro fine suo habuit, jam non fuit ἀδύσφορ®, boni malive dubia, & in puræ naturæ statu.

XXXVII. Ac talis cum fuerit homo primus imaginis ejusmodi particeps, oportet omnino constitutus etiam fuerit sub foedere Dei, quo Deus homini pactus sui communionem in beata vita, ea conditione, ut legi conscientiæ obediat. Nam conscientia testabatur homini, eum cum Deo habere foedus, qui imaginem Dei servaverit & secundum eam rectè fecerit, non tantum ut in pace fruatur bonis jam possessis, sed etiam ut sit justus, adeoque haberet jus & δικαίωμα illud, quo instructus petat & desideret amicitiam & communionem Dei. Quippe ratio ipsi dictabat, Deum esse remuneratorem eorum, qui ipsum quærent, adeoque etiam rectum & sanctum illum appetitum non posse exsatiare. Si enim Deus non voluit inveniri, & innatum desiderium summæ felicitatis implere, justum igitur non fuit, ipsum tanquam summum bonum & finem sui quærere. Unde sequeretur Deum non fuisse finem & summum bonum hominis, sed res creatas. Atqui nihil creatum finis hominis esse potuit, tum quia homo præstantior fuit omnibus creaturis; tum quia nulla creatura exsatiare potuit appetitum hominis; tum quia Deus omnibus creaturis, quas ipse fecit melior & suavior esse potest, adeoque supra illas expetendus. Ex quibus omnibus liquet, Adamum, si faceret quod conscientia dictabat, habiturum ἐξουσίαν potestatem, ut Deum appellaret Deum suum, & communionem ejus beata frueretur, adeoque sub foedere fuisse. Accedit, quod ubique Scriptura facienti & implenti legem vitam promittat, violanti denuntiet mortem. Si igitur legem implevisset Adamus, parata erat vita æterna hæreditas. Ipse etiam Paradisus & arbor vitæ æternæ & beatæ vitæ significationem habuerunt.

XXXVIII. Sic fuit ortus primorum hominum. Nam primos revera fuisse in aspectabili hoc mundo, non erat, cur à quoquam in controversiam vocaretur. Theophrastum quidem Paracelsum quod attinet, distinguentem inter Adamicos & non Adamicos homines, odio is quam applausu dignior est. Ζαβρος verò, qui in תבשרה הנפש Adamum volunt

prognatum ex virō & muliere, & ante Adamum nominant Janbushar, Tzagrith & Roane, de quibus etiam in libro Cosri edit. Buxtorf. pag. 27. non miramur, quum & ipsi æternitatem mundi statuerint. Quæ etiam author Speculi ardentis, Cracoviæ excusus, Buxtorfio in Synag. Jud. c. 11. citatus de Lilitha, quæ ante Evam fuerit in Adami thoro, memorat, tam adfurdum sunt, quàm verè ad magicam pravitatem fovendam adducta. Sed meritissimo deridiculo & odio habitus ille nuper cum nocturnis fungis, tristi luna, natus Præadamitarum patronus, qui, cum animum induxisset, in gratiam Pontificiorum, Christianam libertatem in interpretandis Scripturis secundum *μέγαν πνδ' μαλ' & πίσως ἀναλογίας*, quæ in Protestantium Ecclesiis per Dei gratiam Pontificiæ tyrannidi successit, populo differre & turpiter traducere, illud facinus ausus est, ut eandem Scripturarum interpretandarum libertatem prætexeret commento impio & absurdo de hominibus infinitis seculis Adami tempora prævertentibus. Musteo huic dogmati præscribit non Scripturæ minùs quàm univèrsarum pœnè gentium dissensus longè testatissimus. Altum est apud Mosen de Præadamitis silentium. An verò non conveniebat scriptione complexurum initia mundi, ea à capite repetere? An putabimus, Mosen, subactissimum in Antiquitatibus virum, tales homines parum cognitos vel exploratos habuisse? Nam quod fanaticus dicit, *primo capite Mosen Præadamitarum creationem delineasse, secundo Adamitarum*, non omni tantùm ratione destituitur, sed & cum eo pugnat, quod sex dierum operibus ad umbilicum perductis in primo capite, deinceps Deus à creatione abstinuisset dicitur, imò Sabbathum propterea condidisse. Ne dicam, ipsum Judaicum Sabbathum institutum, celebratùmve in memoriam quietis Dominicæ septimæ diei, multis videri. Quid verò attinebat hoc Sabbathum à Judæis imitatione exprimi, si Adamus Judæorum pater ante Sabbathum illud creatus non fuit? Imò luculenter patet ex Hebr. iv. 3, 4. ubi Apostolus citans Mosis verba de Sabbatho, Gen. 11. 2. non obscurè explicat de Sabbathismo tali, qui successit creationi Adami. Sed & hoc cognoscere velim; si in primo capite Præadamitarum describitur creatio, quæ fiat, quòd nemo homo fuerit ante fictitiam illam creationem particularem Adami, qui coleret terram, quod exerte tamen ab Mose dictum, Gen. 11. 7. Imò & hoc ritè expediat velim; si Gen. 1. 27. Moses intellexit creationem Præadamitarum, quamobrem eadem ejus versus verba repetat cap. v. 1, 2. & ita quidem, ut Adamo ea applicet? Quæ sola ratio nervos & poplites commento ita satis incidit. Quid quòd gentium regna & principes post diluvium narrantur, Gen. x. ortum duxisse à Semo, Chamo, Japeto. Hi autem parente

rente Noë geniti ab Adamo descenderunt. Unde Apostolus adseverat, Act. xvii. 26. ex uno sanguine factum esse πάντων ἡνθρώπων ἀνθρώπων, ut ut habitarent ἐπὶ πάντων τῶν ὀρέων τῆς γῆς, in omni superficie terræ. Quod negat homo, Mosis libros archetypos esse, in eo genuinum se scepticum gerit. Quod & alibi facit cùm Phœnicia scripta Mose antiquiora obtrudere vellet. Quod primo parum compertum. Nam quas reliquias Samuel Bochartus, vix antiquitatum Græcarum & Phœniciarum longè doctissimus, Phœniciz linguæ in suo Phaleg collegit, authores habent non antiquiores Mose. Ipse Sanchoniaton, qui Phœnicam historiam inde à prima origine Phœnicia lingua tradidit, verustissimus utique scriptor, vix ausit cum Mose, si antiquitatem spectes contendere. Vixit enim circa tempora Trojani belli, quibus longè Moses anterior. Deinde parum ad rem facit. Unde enim constat in his libris quicquam de Præadamitis traditum? Ejusmodi dolo usus pessima dogmata aliquando improbus quisque obtrudere poterit. Sed figmentum jugulat etiam Paulus, cùm Adamum vocat πρώτον ἄνθρωπον, 1. Cor. xv. 45. Neque est quod excipiat, *primum fuisse hominem Adamitarum, non Præadamitarum.* Nullo enim indicio liquet, hunc sensum esse Apostoli. Imò absolute *primum hominem* Apostolo Adamum vocari, manifestum ex eo, quod vocat πρώτον γεννηθέντα ἰς ζωὴν ζῶσαν, *primum qui factus in animam viventem.* Vel igitur Præadamitas non bruta dicam fuisse, cum quibus sæpe illos tantus patronus comparat, sed lapides, arbores, vel alia quælibet sensu & vita carentia, vel Adamus omnium hominum absolute primus fuit. Hinc nulla propemodum gens, quin πρώτους hunc sit confessa, ut & in eo foenum esse oportet Peyrerium, qui antiquitatem vel æternitatem potius artium Chaldaicarum, eorundem summas annorum, quæ illustri Salmasio in præfat. ad Annos climactericos & Scaligero passim explicatæ potissimum tres, αἰετῶν, νεφετῶν, εὐνοῶν; Dynastias Ægyptiorum, Schytarum etiam, Gallorum & Phœnicum antiquitatem; Scripturis invitis & reluctantibus, metiri voluit fabulosissimis narrationibus Herodoti, Diodori Siculi, Manethonis, Berosi, quibus vel provifum duntaxat in affectata antiquitatis gloria, vel ipsismet sua mendax visa & suspecta traditio, quod abundè monstrari posset. Contra satis confessi, Orientales primum sibi vifum hominem Adamum: quem proinde Hebræi אדם ראשון Chaldæi & Syri אדם ראשון Arabes آدم ראשון radicem generis humani, nec non אבא אלביש *patrem omnis carnis* vocant. In eodem Adamo epocham suam figunt poenè omnes Orientales. Ipsi Koptiz æram communem ab orbe condito vocant אדם ראשון אבות אדם *æram annorum patris nostri Adam.* apud Athanas.

Kircher. in Oedipo Ægypt. t. 1. p. 267. De Siamenſibus habet idem Ferdinandus Mendefius de Pinto. Quod hic excipit, *Adamum dici vulgo & in ſcriptura primum hominem, ſicut Chriſtus dicitur ſecundus. Hos enim ſibi oppoſitos tanquam duos imputationum terminos. Primum autem dici, quia ipſi primo imputata peccata, dilutum & abſurdum eſt. Quasi verò ulla peccata ſint commiſſa vel reclamantibus conſcientiæ & cognitæ naturalis æquitatis ſtimulis, quæ non imputari patiatur juſtitia Dei ſine idonea ſatisfactione. Et abſolutè primum vocet Apoſtolus in loco antea ab me citato. Et ſi intelligeretur primus homo ratione illius imputationis peccati Adamus, cur Chriſtus ratione non imputationis ſecundus diceretur, cum æquè ſit ſtirps & cauſa prima illorum, quibus vi ipſius meriti peccata non imputantur? Quæ etiam ſive ex hiſtoria primorum ante diluuium hominum, ſive ex Paulo, Rom. v. 13, 14. adfert pro ſuo abortivo dogmate argumenta, aded jam pridem à melioris notæ commentatoribus ſunt expedita & diſſoluta, ut arguant in hoc homine vel ſupinam ignorantiam rerum ſacrarum, vel ſingularem malitiam. Hoc unum dicam, quam vanus ſit ille luſus in loco Apoſtoli Rom. v. 13. *Uſque ad legem peccatum erat in mundo, peccatum autem non imputatur ubi non eſt lex*; cuius ſolius munimento inſiſtit Peyrerius. Non cogitavit Apoſtolum velle dicere, ante legem peccata eſſi nondum expiata actu, tamen propter ſponſionem Chriſti fuiſſe diſſimulata & non punita. Igitur Deum ne quidem accuſaſſe reatum uſque ad legem. At per legem demum accuſaviſſe per *ὀνειδισμὸν τῷ ἁμαρτωλίῳ*, exprobrationem lapſus, adeoque imputaſſe non quidem ad pœnam, ſed ad commemorandum, exprobrandum & accuſandum reatum peccati adhuc extantem.*

XX XIX. Adamum creatum & numeris omnibus conſummatum Deus intulit in hortum amœniſſimum in *Eden*, cui ex LXX. Interpretibus & Neh. 11. 8. *קַדְשֵׁי הַגֶּן* hæſit nomen *ἡδὺναισ* *Paradiſus*, Genef. 11. 8. Sumptum eſt ex *פָּרְדֵּי* *pardes* quod legitur Cant. 1v. 13. *Paradiſi* quidem vocem Suidas Græcam facit: *ἡδὺναισ*, inquit, *ἔρηται ἡδὺν τὸ δάσος, τὸ βέλτω, ῥηματικὸν ὄνομα δέυσ*. *ἡδὺναισ* *ἑλοπῆ τῷ ὑψίλῳ εἰς ἰ. οἱ δὲ φασί, ἡδὺν τὸ ἦ δέουσι ποιείωσι ὃ ἐστὶ βοτανῶν συλλογήν.* *Paradiſus* dicitur eſſe à futuro *δέυσω* rigabo, unde formatum formale nomen *δέυσ* quasi dicas, locus qui rigatur, & compoſitum *ἡδὺναισ* & verſu v in 1. *ἡδὺναισ*. Alii verò dicunt *ἡδὺναισ* dictum eſſe, quod faciat *δέυσαι*, id eſt herbarum collectionem. Sed natales Hebraicæ linguæ debere Aben-Ezra putat. Cornelio à Lapide viſum, derivandum à *פָּרְדֵּי* fructificavit & *גֶּן* myrtus, quafi diceret *myrtorum hortum*. Potius apud Perſas natum vocabulum



bulum videtur. Certè notum iis esse & usitatum testatur Herodotus & Xenophon, apud quos frequens mentio *Ἰσθμίου*. Unde rectè Pollux vocat *ἑνομα βαρβαρικόν ἔκ περσικόν*, *barbaricum & persicum*. Mofi quidem Paradisus, vocatus est *גן עדן* quod planè perperam Vulgatus vertit *hortum voluptatis*. Nam *גן* nomen regionis esse adeòque proprium non appellativum, multa indicio sunt.

X L. De situ Paradisi variè disputatum est. Originis quidem, Philonis Judæi & Seleucianorum nimis intempestiva sententia est, ad allegorias hic confugientium, ut tertium cœlum paradisum esse evincant. Sed & paulò, quam par erat, ardentior Augustini & Hieronymi æstus, qui propterea hæreses Originem accuserunt. Hæretis enim non uesti culibet errori, sed ei demum qui in fundamentum fidei impingit. Neque sibi Judæi constant, qui pertendunt, Paradisum locum esse, quo recipiuntur separatæ animæ beatorum: quod ex libris Zoar Menasse Ben-Israël repetit Probl. pag. 71. ubi & hoc tradit, septem habitationes sive gradus felicitatis, quos Theologi in Zohar *הכילות* *palatia* vocant, in Paradiso reperiri. Quæ vanissima sunt. Josephum sensisse, Paradisum esse totum orbem, non ausim ego affirmare. Nam quæ producuntur ex lib. 1. c. 3. Antiq. Jud. verba nihil minùs quàm hoc dicunt. Cum Ephremo apud Barcepham facit & Sulpitius Severus noster, qui in alio orbe Paradisum collocant. Qui in America, vel in insula Seclano, vel in insula Taprobana, vel in insulis fortunatis, vel in ipsa Belgarum civitate Hedino Paradisum collocant, prolixa non indigent refutatione.

X L I. Eugubinus, & secuti eum plerique recentiores tum nostrates tum Papiſtæ Genebrardus, Pererius, Torniellus, alii Paradisum collocant prope Haran nundinarium Arabiæ, juxta Euphratem, inducti duobus locis Esai. xxxvii. 12. & Ezech. xxvii. 23. quibus Eden regio Paradisi inter gentes Orientales numeratur, & quidem prope Haran. Quibus favent aliæ etiam rationes. Nam Mesopotamia & Armenia vergunt ad Orientem & Orientales in scriptura nominantur. Amœnissimæ sunt & uberrimæ, nec admodum à Judæa remotæ. Denique Tygri & Euphrate fluviis tototerrarum orbe notissimis alluuntur. Sic quidem illi. Attamen argumentum ex Prophetis illis petitum parum mihi videtur solidum. Potest enim eadem appellatio Edenis duabus regionibus convenire, quod non malè Cajetanus urget. Nulla etiam consecutio, Eden esse prope Haran in Mesopotamia, quia Haran, Chene & Eden inter Tyri negotiatores ab Ezechiele numerantur. Nisi forte placet Carthaginenses & Tubal, quos Hispanos volunt in Græciam transcribere, vel Libyas Persis jungere,

quia eisdem Ezechiel eodem capite digessit in eundem negotiatorum & militum seriem. Et si propter Tigris & Euphratis vicinitatem in Mesopotamia Paradisum constituimus, quid fiet de Seone & Phisone fluviis, quos ibi locorum non inveneris?

X L I I. Non procul igitur ab eo à virorum doctissimorum sententia, qui Paradisum collocant in terræ sanctæ eo tractu, qui regionem & locum Genesar, quem mare Galilææ sive Tiberiadis appellant, campum magnum, convallem illustrem, vallem Jerechuntinam, mare denique mortuum sive Sodomiticam regionem amplectitur. Fluvium autem qui Paradisum irrigavit, ipsum Jordanem faciunt. Cui sententiæ statuminandæ faciunt sequentia. *Primò* fluvium, qui Paradisum irrigaverat, Jordanem esse, qui totum illum tractum in Genesar ad Sodomiticam usque regionem perlabitur, manifestum est ex descriptione Mosaica alveorum, qui ex fluvio Paradisum irrigante scaturiebant, divisi וַיִּפְרָדוּ אֶת־מַיִם רַבִּים לְאַרְבַּע רִאשִׁיתַיִם *in quatuor capita*. Nomen primi *Phison*, circumeuntis terram Havilah, ubi est aurum bdellium & lapis onychinus. Secundi *Gichon*, circumeuntis terram Chusch. Tertiæ *Chiddekel* pergentis ante Orientalem plagam ante Assur. Quarti *Euphratis*. Qui quatuor fluvii si scaturiunt ex Jordane terram illam irrigante, confectum negotium erit. Id duntaxat notandum malè Phison Gangem, Gichon Nilum vulgò censeri, hoc argumento, quod tum Hevilath quam circuit Phison, teste Josepho sit India, tum terram Chusch, quam circuit Gichon, Nilus præterfluat. Quid enim attingit fluvios illos ab extrema Africa & India per ambages elicere, cum reperiat quædam Chusch seu Æthiopia & Hevilath Tigri & Euphrati vicinior. Est enim quædam Hevilath inter Ægyptum & Assyriam ad sinum Arabicum. Est item Chusch seu Æthiopia minor confinis Arabiæ, à qua uxor Moysi quæ Madianitis fuit, *Æthiopiissa* nominatur, quæque fluvio Sichor, quem Geon LXX. reddunt, Jerem. 11. 18. irrigatur. Jam igitur Jordanem totamque Syriam esse inter Æthiopiam illam Arabiæ conterminam, in qua est Gichon, & terram Hevilath, quæ ad sinum Arabicum pertinet, quam circuit Phison, & Armeniam, unde Tigris & Euphrates promicant, ex tabularum inspectione est certissimum. Deinde ipse fluvius Jordan videtur dici quasi נַחַל אֲדָמַי *fluvius Eden*. *Secundò* ipsa vox Genesar Paradisum sonat. Est enim אֲדָמַי *hortus princeps vel principis*, nempe Adami. *Tertiò* Paradisus plantatus fuit מִן־קִדְמוֹת *ab oriente*. At terræ sanctæ Oriens est Jordanes, & illa regio, quæ trans Jordanem attributa est tribubus Ruben, Gad & mediæ Manassis, uti ex Num. xxxii. 19. evidenter colligitur. Quid quòd Moses Genes. xiii. 11. agens de situ convallis illu-

illustris & de regione Sodomorum eandem vocem usurpat, & recessit *Losh* כרשׁ ab Oriente. *Quartò* disertè conjunguntur quinque divinæ sapientiæ fluvii, Phison, Tigris, Euphrates, Jordanes & Gichon, Ecclesiastici xxiv. 35, 36. *Quintò* Paradisi fluvius כרשׁ irrigavit Paradisum adeoque restagnare debuit. Congruit hoc cum Jordane cujus rigata universa regio dicitur, antequam disperdidisset Jehova Sodomam & Gomorrham, Gen. xiii. 10. Quin & Jos. iii. 15. dicitur Jordanes ripas suas tempore messis implere. *Sextò* haud dubiè Paradisus non procul abfuit ab eo loco in quo Adamus creatus, in quo expulsus post lapsum habitavit, mortuus & sepultus est. At creatus probabiliter statuitur uti supra observavimus in agro Damasceno, qui non longè abest à convalle illustri. Vetus etiam traditio allegatur à Basilio M. *ὡς πρώτη ἢ ἡ εὐδαια ἀνθρώπων ἐγενήθη*, quod prima Judæa hominem habuerit incolam. Veteres etiam Judæi in terra Israëlita ponunt epocham dies numerandi, quòd Adamum eo loci habitasse, & ibi sic enumerare cœpisse autement. De quare vide doctissimum Seldenum de *Jure Nat. & Gentium* Hebr. lib. iii. 11. Et Henochia quam Cain profugus ædificavit, non longè à Libano condita esse creditur. De qua tamen opinione infra videbimus. Denique etiam sepultum in ipso Calvariae monte antiquitus traditum est. *Septimò* Paradisus fuit hortus longè amœnissimus & fertilissimus. Talis tota illa Jordanis regio, uti patet ex Genes. xiii. 10, 11. Regionis Genesar fecunditatem vide quæ repræsentet Hegerippus de Excid. lib. iii. 26. & Brocardus, qui posterior etiam in ea regione copiam esse *pomorum Paradisi* uti vulgò appellantur, scribit. *Octavò* fluvius Paradisum irrigans in quatuor fluviorum capita dividebatur, quod aliter fieri non potuit quàm terram subeundo & occultis meatibus alibi in fluviorum scatebras erumpendo. De Jordane simile quid mustitant Brocardus & Villamontius, eum ingredi mare mortuum, & rursus egredi; sed post exiguum intervallum à terra absorberi, & ignorari, quòd dilabatur, postquam lacum Samochonitim Genesar & Asphaltidem evaserit. Denique convenire videtur, ut eodem loco primus Adam perdidit humano generi felicitatem, in quo eandem restituit secundus, & ex quo Euangelium in terrarum orbem propagatum est. Neque obstat huic sententiæ locus Gen. xiiii. 10. ubi regio illa in qua Paradisum fuisse arbitramur, dicitur fuisse כרשׁ *ὡς ὁ παράδεισος τῆς θεῶν*, sicut hortus Dei. Potest enim illud *Caph*, sicut censer non *συγκληκόν*, ut comparationi inserviat, sed *ἀπαπκόν*, ut ratio reddatur, cur illa regio fuerit irrigata. Neque necessariò intelligi debuit Paradisus potius quam hortus quilibet amœnissimus, quomodo Hebræorum more, quicquid excellit in suo genere, Deo tribuitur.

XLIII. Habuit autem terrestris habitatio in Paradiso analogiam cum mansione meliori, nempe cœlesti, quam homo constanter legi obediens expectare poterat. Quippe hanc significabat Paradisus Adamo. Cogitare debuit, amplissimam posthac felicitatem se aditurum, cùm nondum decurso obedientiæ curriculo, statim post sui creationem in habitatione tam felici & amœna constitueretur. Erat hæc tacita promissio, similis illi apud Jeremiam 111. 16. *אֵיךְ אֶשְׂתַּחֲוֶה לְךָ יְיָ* *Quomodo te ponam in filiis?* Hinc etiam Christus & Paulus cœlestem patriam dignantur nomine Paradisi, Luc. 22. 43. 2. Cor. 12. 4. Et quod splendidum, potens, fertile & copiosum est in mundo, Ezechiel passim comparat cum *horto Eden*. Quin & veteres Israhelitæ cœlestem gloriam insigniverunt nomine *עֵדֶן הַגָּדוֹל הַזֶּה הוֹרְטוֹ הַזֶּה* *horti Eden*.

XLIV. In horto hoc amœnissimo habuit Adam dominium & usum omnium rerum liberrimum. Dictum quippe ei est: *Subjicite vobis terram & dominamini in pisces maris, in aves cœlis & in omnem bestiam, quæ se movet in terris*, Genes. 1. 28. Quod dominium disertis verbis homini concessum ostendit non licuisse homini sine permissione Dei quicquam contrectare; tum etiam necesse esse, ut homo omnes cæteras creaturas in quas indulta dominatio infra se habeat, adeoque Angelos quidem juxta se, solum autem Deum factorem sui supra se habeat. Porro in eo consistebat illa subjectio, ut homo, cujuscunque rei indigeret, eam, si nondum sit facta alterius, redigat in suam potestatem, ea liberè utatur, sive ad ministerium, sive ad victum, sive ad alium quemcunque usum honestum, non tamen fruatur in eo acquiescendo. Hoc enim imago Dei ipsi indita & naturalis ratio suadebat, ne in rebus terrestribus & caducis fiducia collocaret, reputans, non in solo pane vivere hominem, sed in omni verbo, quod exit ex ore Dei.

XLV. Quando concessit homini Deus ut sibi terram subjiceret, inquit, subjectam terræ partem futuram illius qui prior occupaverit. Et quamdiu justus dominus mansurus rei apprehensæ & prius occupatæ, tamdiu hanc fore ejus *proprietas*. Interim quamvis voluerit Deus singulos occupare & sibi subjicere terram, tamen noluit id fieri per avaritiam & rapacitatem, ut quisque conatur velut humo omnia improbè piscari & in suam rem cum aliorum damno convertere. Quippe non uni, non paucis collocavit mundum subigendum, sed omnibus. Dicit enim: *faciamus hominem, & dominentur*, nec non *אֵרָא אֶת הָאָרֶץ וְכִבְשׁוּהָ* *implete terram & subjicite eam* *וְיָרְדוּ & dominamini*. Quibus verbis ostendit, se ea quæ fecit, hominum omnium causa fecisse. Quid quod homines una caro sunt propter

propter ὁμογενείαν? Adeoque nemo unus vel pauci ita dominari mundo poterant, ut ceteri rebus necessariis carerent. Alioquin futurum, ut is ipse, qui se mundo dominari arbitraretur, indigeret, proinde minimè dominari censendus.

XLVI. Neque tantùm plantis vesci integrum erat, sed ipsis etiam animalibus si cupido incesset. Quo suo loco contra Curcellazum disertè probavimus. Nunc hoc unum addere lubet, sententiam nostram loco Genes. 1. 29, 30. aded non infringi, ut eo prudenter & dextrè accepto magis etiam statuminetur. Nam γ. 30. verba וכל חיה הרהיץ וכל עוף השמים לכל חיה הרהיץ וכל עוף השמים non necessariò in casu dativo exponi debent. Nimis enim dura foret illa ellipsis verbi נתתי *dedi*, quod in re diversa non poterat נתתי *repeti*. Igitur præpositio ל notat inclusionem sicut etiam particula *Caph*, Genes. 1x. 3. כיון חו. Quæ est observatio Capelli Bocharti, Coccei non contemnenda. Quàmque evidenti hac ratione munitum eo. Si Genes. 1. 30. נתתי חיה הרהיץ hoc est, uti vulgo interpretantur, *animantibus* in dativo casu Deus pro cibo ordinario destinavit את כל ירק עשב *omne olus herbæ*; cur igitur idem Deus creator post diluvium, respiciens promissionem factam in creatione, dicit se Genes. 1x. 3. homini dedisse נתתי ירק עשב *olus herbæ*? Et an animantibus concedendo olus herbæ, hominibus interdixisse censendus est olus herbæ? Nam quod disertè homini non indulsit, imo quod aliorum nempe animantium fecit, quo pacto jus sibi in illud homo arrogaret? Unde manifestum absurdum sequitur, non licuisse usque ad diluvium homini oleribus herbarum vesci. Sed idem argumentum infra recurret.

XLVII. Ex omnium arborum speciebus ad usum concessis unicam Deus exemit, nempe כפר הדין עץ הדין *arborem scientiæ boni & mali*. Quæ arbor ex eventu nomen accepit. Erat enim δοκιμασία hominis, *bonus* ne an *malus* futurus esset? esset ne conservaturus imaginem Dei, an diaboli imaginem induturus? Quin etiam per hanc arborem si mandata Dei vel custodiret vel egrederetur, erat experimentum capturus, vel *boni*, æternæ videlicet beatitudinis, vel *mali*, æternæ mortis. Causas autem excipiendæ hujus arboris Deus habuit sapientissimas, quasque facilè Protoplasti assequi valuerunt. Intererat nempe hominis cognoscere, Deum solum esse Dominum hominis, omniùmque actuum & motuum ejus; adedque dominium illi concessum in terrestria non esse ἀνταρκατοειδὲν, sed merè ὁμοιομοιαν, ac ejusmodi villicationem, de qua Deo sit respondendum. Quin admoneri etiam debuit homo, non esse verum & summum bonum situm in iis rebus, quæ sensum delectant, quin potius bonum

beatificum & animi desideria implens extra mundum captari debere.

XLVIII. Qualis fuerit illa arbor, parum equidem liquet. Moses simpliciter vocat *ꝑꝑ arborem*. Theodoretus, Moïes Barcephas, Procopius, alii, quibus plerique accedunt, *ficum* fuisse autumant, inducti hac ratione, quod statim atque ederunt se contexerunt: contexerunt autem se תאמנ כנען *foliis ficus*, atque aded ex arbore quæ maximè vicina fuit. Quæ ratio minimè stringit. Etenim potuit illi ipsi arbore ex qua fructum carpserrat, vicina fuisse ficus. Nec videtur Eva fructum apud ipsam arborem porrexisset Adamo. Probabile etiam, non statim erubuisse Evam, comesto fructu, adeoque alio se proripuisse. Quin si vel maximè statim erubuisset, utique abhorruisset à fatali illa arbore, non se ejus foliis involvisset. Quomodo etiam dici potuit de ficu esse illam תאמנ כנען *desiderabilem oculis*? Alii *malum* fuisse credunt ex Cant. v 111. 5. תאמנ כנען *sub arbore malo suscitavi te, ibi corrupta est mater tua*. Atqui non constat per matrem ibi significari Evam. Et vox ipsa *man* admodum generalis est, & quemlibet fructum significat spirantem & odoriferum: Proinde rectè dixerimus, Moïsen usum generali voce *arboris* curiositatem nostram cohibuisse.

XLIX. Eminēbat etiam in Paradiso תאמנ כנען *arbor vitæ*, Gen. 11.9. Insignita est eo nomine, non quòd vel insitam vim habuerit conciliandi homini vitam æternam, vel præ cæteris arboribus salubris & fructuosa esset: sed quòd homini certissimo daretur pignori, futurum, ut æternæ vitæ quandoque perfecta obedientia defunctus reddatur compos. Nam quòd nescio quem physicum effectum ad præstandum homini contra morbos & quamlibet infirmitatem præsentissimum remedium Judæi, aliique, Beda, Strabus, Magister sententiarum Judæorum hic placita sectati, arbori huic tribuunt, minimè recipiendum est. Sive enim vi alimentis id factum putes, reliqui cibi frustra Adamo commendati fuissent: sive vi medica, Adamus quamdiu integer mansit, nullam in se morbi causam habuit, quæ medicinæ subsidio refrænari deberet. Neque tam arbor aliqua seu remedium externum necessarium fuit ad valetudinis tutelam, quam interior *invidia*, conspiratio & amicitia omnium partium, humidi radicalis & calidi innati recta constitutio. Proinde non à vita illa temporali nomen ei fuit *arboris vitæ*, sed à vita æterna seu coelesti. Idque clarè colligitur ex Gen. 111. 22. ubi homo ejici debuit ex Paradiso, ne manum extendat ad arborem vitæ, ex ea comedat, atque sic vivat תאמנ כנען *in æternum*. Sapiens Proverb. x 111. 12. תאמנ כנען *desiderium veniens comparat cum תאמנ כנען arboris vitæ*, clarè innuens lignum vitæ fuisse desideratæ & promissæ vitæ coelestis symbolum. Et Proverb. 111. 18. idem *Sapien-*

tiam comparat cum ligno vitæ. Unde probamus Augustinum dicentem, datam hanc arborem non tam in alimentum, quàm in Sacramentum vitæ celestis. Analogia inter utramque satis est perspicua, per quam docebatur Adam, vitam esse extra ipsum, talemque quæ possessa omnem mortem excluderet & eum incorruptibilem faceret. Eamque vitam quærendam esse in αὐτοζωῆ, eo, qui vitam habet in se ipso incommutabilem. Eum assumentum & manducandum, ceu unicum animæ oblectamentum. Nihil prius nihil antiquius est in pietate, quam Deum qui vitam habet in se ipso, habere pro unica causâ vitæ, & cibo certissimo animæ. Quin etiam in hoc symbolo Filium Dei Adamo manifestatum, ut vitæ authorem non absolum dictu est. Is enim passim ἀναλόγως venit nomine Ὁ ἄρχὴ εὐλα ζωῆς, arboris vitæ. Confer Prov. iii. 18. Apoc. ii. 7. In eo quippe est vita & is est ἡ ζωῆ, Joh. i. 4. & xiv. 6. Conveniebat enim statim ab initio homini adhuc integro in symbolo demonstrari authorem vitæ, ut si non statim, at certè aliquando, quando ut sanator & servator manifestandus erat, Adam & filii ejus ipsum recognoscerent. Et nobis peccatoribus utile erat hoc modo ostendi, in eodem dari iustitiam, in quo etiam Adamo, sub alia quidem conditione, vita proposita fuerat.

L. Beatitudinem ergo & εὐζωίαν illam primorum hominum, quoad innocentem in obedientiæ cursu vitam transegerant, tantam fuisse arbitramur, ut explicandæ nulla industria par esse queat. Quæ enim excellentior conditio, & quæ Deo similiorem reddat, quàm hominis non peccantis? Hinc gratia, favor, conversatio Dei, & inde secuta omnigenæ benedictionis fluente. Non immitti affectuum flagello stimulara cupiditas, quippe quæ in bonum tantum liberè inclinaret. Nihil desideratum, cujus torqueret absentia. Non concupita quæ concupiscere malum erat. Hinc neque malorum neque mortis metus anxios reddidit. Rectè factorum conscientia admirabilem præstitit animi tranquillitatem. Quin & sapientia ac rerum cognitio intellectum ad ardua provexit. Lubet totam illam felicitatem repræsentare verbis Philonis nostri ἡ εὐνομία, à Gelenio ita redditis: *Quod si principem illum nostrum non tantum primum hominem sed & solum ἡγεμονίαν, mundi civem dicamus, dicemus verissimè, erat enim domus ei mundus & civitas. Haudquaquam manufacta ex modo creata saxorum lignorumque materia, in qua tanquam in patria securissimè habitabat, alienus ab omni metu, utpote dignatus dominatione verum terrestrium & formidandus cæteris mortalibus animantibus, ut domino celsis obedire aut coactis, pacatèque vivebat in jucunditatibus innocens, quoniam autem omnis legis civitas habet instituta sua, necesse erat mundi civem uti*

instituta cum toto mundo communibus. Ea sunt recta ratio naturæ, quæ ratio magis propriè cognominatur jus, lex divina, suum cuique, ita ut debetur & convenit, tribuens. Hujus civitatis ac reipublicæ oportebat esse quosdam ante hominem civem, qui merito dici possent magnæ urbis civem, amplissima pomeria sortiti ad habitandum & adscripti in jus civitatis maximæ perfectissimæque. Hi vero quoniam alii possint esse quam rationales divinæ naturæ partim intelligibiles incorporateque, partim non sine corporibus, quales sunt stellæ, cum his convivendo & colloquendo, verisimiliter in felicitate sincerissima degebat ille cognatus summi regis recens in lucem proditus: qui plenus largissimo spiritu divino omnia tum discere tum facere studebat ad placitum patris regisque sui, sequens ejus vias eisdem vestigiis, quæ virtutes viam publicam muniunt per quas vias solis animabus fas est incedere, eum finem affectantibus, ut tandem reddantur genitori Deo similes.

L.I. Sapientiæ incomparabilis specimen edidit in ὁνομαθείᾳ animantium. Adductis enim animantibus quocunq; demum nomine ca insigniret ἡ καὶ hoc erat nomen eorum, Genes. 11. 19, 20. Rectè monet Philo Adam animantibus ex tempore nomina imposuisse μὴ ἀνοκεία, μὴ ἀνάεμοσα, ἀλλ' ἐμφάνονται εἰ μάλα ἔσπευκμένον ἰδιότητος, nec impropria nec inconvenientia, sed disertè rerum proprietates exprimentia. ὡς αἶμα λεχθῆναι πῶς καὶ νοηθῆναι τὰς φύσεις αὐτῶν, ut ad primum vocabuli sonum mox natura cuiusque nosceretur. Et meritò Eusebius de Præpar. Eu. xi. 6. huc trahit verba illa Moïsi: Omne quod vocavit ἡ καὶ illud ipsum erat nomen ejus. Διὰ τὸ φάναι, inquit, τὸτο ἦν ὄνομα αὐτοῦ, ἢ ἀλλο ἢ κατὰ φύσιν πνεῦμα τὰς περὶ τὴν φύσιν ἐλάσεις. Cum ait, ipsum erat nomen ejus, quid aliud quam appellationes uti natura postulabat, inditas esse significat? Quippe quod jamjam impositum nomen fuerat, idem multò ante in ipsa natura inclusum fuisse, adeoque suam illam in appellato quoque appellationem antegressum esse declarat, quam deinde vir ille divino spiritu afflatus vi quadam superiore imposuit. Quod etiam secundum naturam imposita sint nomina arguit appellatio conjugis ἡ καὶ vira, quæ ejus originem planè pandit. Et animalium nomina Hebraïca, quæ in Sacris occurrunt, naturam ipsam animalium aperiunt, uti suo loco videbimus. Quæ quidem eum sapientissimum fuisse arguunt. Nam & Plato in Cratylo eam potentiam, quæ prima rebus nomina imposuit, jure vocat μείζω ἢ ἀθροιστὴν majorem humana, & adleverat, non alium quàm sapientissimum nomina imponere potuisse. Pulchrè Suidas in voce Ἀδάμ scribit: τί τὸ σοφίας ταύτης καὶ ἀγαθότητος ὑψηλότερον, ἐκάλεσεν ὀνόματι τὸ φύσιν αὐτῆς καὶ ὑπέσπειν ἐκάλεσε ζωῆς, ὡς περὶ ὑπογραφομένης καὶ μελετήσας, καὶ περὶ σκευαίμενης ἐδέν ἢ πνε-



πεπονηὸς ἢ ὅσα μετῆμαιθάνυσιν ἀνθρώπων. *Quid hac sapientia & cognitione sublimius? Imposuit nomina, naturam ipsam & cuique animali vim insitam, veluti penicillo depingens & exprimens, non præmeditans, non ante contemplatus, nihil prorsus eorum ante perpeffus quæ homines postea discunt.*

LII. Prophetico etiam spiritu polluisse demonstrat, quod Evam ipso dormiente formatam, primum atque ex somno excitatus est, agnovit esse *os ex ossibus suis & carnem ex carne sua*, & propterea eidem indidit nomen *חַוָּה* *vira*, Genes. 11. 23. Rem ita habere non poterat conjectando conoscere. Verba enim Adami certissimam notitiam præferunt, qualis non est illa, quæ conjectura colligitur. Potuit sanè ex aspectu & conformatione membrorum cum ita proximè eam ad se accedere videret, judicare, sibi commodum fuisse paratum adjutorium. At ex suis illud procedere ossibus, non ex limo aliave materia, prophetica demum scientia investigari potuit. Placet hic Suidas, *ὅτι ἄσπερ ἐκ σπέρματος ἀνθρώπινου ὡς τὰ τοῦτος ἐφθέρχεται, ἀλλ' ὡς ἐκ τοῦ θεῖου ὁμοφῆς ἐνηχόμενον, ἐνέχεται τὸ πολύμητον ἐκείνο, ἢ θυμασὸν ἀπεφοίβασσι λόγιον.* *Non ex ore humano locutus sed quasi quadam divina voce in ipso resonante feliciter rem assecutus celeberrimum illud & admirabile oraculum ut vates protulit.*

LIII. Felicitatem hanc incredibilem converso statu disturbavit lapsus primorum hominum, quo nihil tristius, inauspicatius nihil. Causas ejus exequi paucis conabimur.

LIV. Errant gravissimè, qui peccati causam Deo optimo & purissimo transcribunt. Etenim is hominem fecit rectum, tum mente ad cognoscendum bonum suum, tum voluntate ad illud appetendum & amandum, uti supra demonstravimus. Secus si fecisset Deus, excidisset sine suæ creationis. Non aliam ob causam mundum Deus creavit, quam *ἵνα ᾗ propter seipsum* & gloriam suam. Quomodo propter se ipsum, si deforet mens, cui perfectiones suas conspiciendas glorificandasque exhiberet? si desideraretur ejusmodi voluntas, quæ ipsum amaret & suum bonum & solidum mentis cibum, quo exsatiaretur? Quomodo igitur Deus potuit hominem facere non rectum, vel ad malum & corruptionem sui *προεπετί, proclivem*? quomodo cum fomite concupiscentiæ vel cum appetitu *non sui* hoc est summi boni? Quæ sententia illorum ipsorum est, qui audent nobis spumante animo id criminis impingere, quod Deum faciamus authorem mali. Si talis concupiscentia foret opus Dei, jam dici posset tentare hominem ad peccatum, Jac. 1. 13. Imò ex voluntatis creatæ declinatione ab æterna voluntate & lege ad bonum non suum cognoscimus, eam quæ declinavit, non ita esse ut facta est. Proinde Deus in homine nihil fecit quod in ordine suo persistens peccati causa esse posset.

L V. Neque etiam *libertas* primi hominis fuit causa peccati vel possibilitatis peccandi. Nam *libertas* primi hominis fuit constans amor & prosecutio sui boni & fruitio ejus cum securitate & quiete, uti non malè Augustinus. Nihil magis liberum & voluntarium quam amare Deum & servire. Non malè Plutarchus, *Ἐὶ δ' ἀξίον: Soli qui didicerunt, quid velle oporteat vivunt & volunt. Sed indisciplinatis & ratione carentibus studiis atque actionibus si quod adest voluntarium, ἀξίον ἴσσι non ingenium est, sed exiliter multam pœnitudinem.* Cùm igitur talis fuerit primi hominis libertas, quo pacto potuit esse causa possibilitatis peccandi? Perinde enim esset, atque si diceretur, rectam voluntatem placendi Deo & bono suo incommutabiliter adhærendi, quæ est opus Dei & pars imaginis divinæ, esse causam peccati. Sed videlicet malunt nonnulli definire libertatem indifferentiam voluntatis ad utrumque oppositorum. Quæ nullo modo vera libertas primi hominis fuit. Nam indifferentia illa præterquam quod nulli creaturæ verè inest, etiam defectio potius fuisset in libertate & in ea vacillatio, Eleganter & verè *σφῶς* Renatus Cartesius Meditat. iv. p. m. 32. *Non opus est me in utramque partem ferri posse ut sim liber, sed contra quod magis in unam propendo, sive quia rationem veri & boni in ea evidenter intelligo, sive quia Deus intima cogitationis meæ ita disponit, tantò liberius illam eligo, nec sanè divina gratia, nec naturalis cognitio unquam imminuunt libertatem, sed potius augent & corroborant. Indifferentia autem illa quam experior, cum nulla me ratio in unam partem magis quam in alteram impellit, est infirmus gradus libertatis, & nullam in ea perfectionem, sed tantummodo in cognitione defectum, sive negationem quandam testatur. nam si semper quid verum & bonum sit clarè viderem, nunquam de eo quid esset judicandum vel eligendum deliberarem, atque ita quamvis planè liber nunquam tamen indifferens esse possem.*

L VI. Quod igitur homo peccavit, intima causa fuit ejus voluntas, quæ cum condita esset mutabilis se ipsam mutavit, & de arce dominandi re-eloque ordine, ut cum Augustino loquar, *deposuit.* Non dedecbat enim Deum hominem creare mutabilem. Etsi enim *θεογονητός* fuit hominem rationalem creare & sine vitio, adeoque ad ipsum reflexum & in ipsum euntem, tamen nulla lege tenebatur, ut voluntatem ita confirmaret, ut non aliquando falsa sapientia occæcicaretur, & adhæresceret non vero suo bono sed sibi & rebus inferioribus. Sic enim etiam puros spiritus etsi creavit, bonos rectosque, adeoque in veritate stantes, tamen non tales creavit, ut non possent relinquere suum domicilium & in veritate non stare. Quid quòd intererat hac in parte cum primis hominem distingui à Deo, imperfectum

fectum à perfecto, minorem à majore? In ipsa rerum creatione emicuit sapientissimum hoc Dei consilium. Quippe non omnia uno pedatu fecit, sed paulatim à minoribus ad majora processit, atque eo ipso ostendit, se etiam imposterum perfectionem machinari. Placet hæc explanare verbis disertissimis D. Johannis Cocceii, *Summæ Theologiæ* cap. 25. §. 42. *Neque enim Deus homini debitor erat repræsentandæ perfectæ beatitudinis; quamvis non posset ei se ostendere bonum ejus (Hoc veritas Deo imponebat, quia revera bonum est mentis) & quia sine illo rectus & bonus homo esse non poterat. Possessio felicitatis perfectæ sine injuria & sine abnegatione bonitatis divinæ poterat differri. Similiter vero & in rectitudine hominem confirmari (quemadmodum in Angelis electis confirmata imago Dei & in sanctis per regenerationem confirmatur & per corporis depositionem in eorum spiritu atque in regno gloriæ post resurrectionem consummatur) non erat necessarium: sed decebat Deum, si veller, hominis obedientiam in eo statu per præceptum tentare & experiri, eumque irritare, ut ex fœdere candidatus coronæ fieret, & in obedientia sua viveret.*

LVI. Occasio lapsus fuit tentatio. Moses tamen, quia historicum egit, & abundè habuit repræsentare quid mulier tentata viderit & audiverit, ipsum tentatorem diabolum non nominat, sed ejus instrumentum, serpentem, callidissimam bestiam agri. Cum hoc serpente colloquium inauspicatè inivit mulier. Hinc vocem naturalem humanam serpenti fuisse, videtur Josephus collegisse *Antiq. Jud.* 1. cap. 2. sub finem, in his verbis: *Serpenti vocem Deus ademit, iratus ob malitiam, qua erga Adamum fuit usus: venenûmque linguæ ejus indidit.* Cum Josepho facit Basilius homilia de Paradiso. Ante illos Plato in Politico tradidit; Seculo aureo, cùm rerum Saturnus potiretur, etiam cum bestiis hominem colloquia miscuisse. Quod & Eusebio commemoratur de Præparat. *Evang.* XII. 9. Quæ quàm absurda sint, non attinet dicere. Loquelæ enim viæ non minùs homini propriam esse quàm rationis constat. Nos igitur assensum Augustino præbemus, scribenti: *Diabolum colubrum in Paradiso corporali, ubi cum duobus illis hominibus, masculo & femina, animalia etiam terrestria cætera subdita & imoxia versabantur, animal scilicet lubricum & tortuosius anfractibus mobile, & operi suo congruum, per quem loqueretur, elegit; eoque per Angelicam præsentiam præstantioremque naturam spiritali nequitia sibi subjecto & tanquam instrumento abutens, fallaciam sermocinatus est fœminæ,* de Civ. Dei. lib. XIV. cap. 11.

LVII. Serpentem quidem naturalis diabolicæ calliditatis satellitem fuisse, à Cyrillo, Cajetano & Eugubino si discesseris, qui Diabolum

lum Evæ simulachrum serpentis & præstigias objecisse volunt, propemodum confitentur omnes. Sed ipsum in naturali serpente insidiarum architectum diabolum fuisse, præterquam quod jam probatum dedimus supra, alia etiam multa approbant. Hic enim ille ἀρθρωποκτόν & ἀπ' ἀρχῆς, Joh. VIII. 44. Et qui Evam ἐξηπάτησεν ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῆς, idem ille est, per quem hominum νοῦμα (α φθείρον) δόξ' εἰ ἀπολόγηται & εἰς τὸν χροῖον, 2. Cor. XI. 3. Et ille ἔφης ἀρχαῖ & vocatur etiam diabolus & sathanas, qui seducit totum habitabilem orbem, Apoc. XII. 9. Inter Judæos fatentur R. Eliezer Pirke cap. 13. & R. Ben-Maimon in *More Hanneer*. lib. II. c. 30. sed fabulosa sunt, quæ de diaboli, quem Sammaelem vocant, apparitione serpenti, qui in cameli magnitudine inequitantis tradunt. Verba Maimonidis Arabicè ita habent ומסמא יתב אן תע זכרה ככמה כמות אל סורש נרץ לנהם דרומא אן אל גהש כרכוב פאנה כאן קרר גמל ואן ראקבה הו ארר אנה ה חורר Oportet se scire quomodo illud explicent in Midrasch, videlicet serpentem fuisse equitatum, qui magnitudine camelum accederet. Sessorem autem eum fuisse, qui deceperat Evam, Sammaelem nempe, quam nomenclaturam Sathanæ absolutè tribuunt. Consulendus doctiss. Voissin. in notis ad *Pugionem fidei* p. m. 460.

LIX. Admiratio subit, Evam serpentis colloquium sustinuisse, si ei insueta hæctenus loquela fuit. Sed videlicet noverat spiritum loqui per serpentem. Eterat hæc pars πανουργίας Sathanæ, quod elegit animal non mole sed prudentia insigne. Nam singularis ille φρονιμότης & χαρμηλὴς spiritum loquentem ut benevolum ita sapientem commendare videbatur. Præterea miraculi etiam speciem adjunxit. Superat enim hominis & animalis facultatem, ut vox articulata ex bruto exeat. Induci igitur Eva, quam ut infirmiore aggressus est, se sivit, ut crederet, loqui Angelum bonum & miraculoso quidem modo, adeoque συνεργῶν & θεῶν cooperantè per præfens signum ipso Deo.

LX. Admissus semel in familiarius colloquium serpens obliquis artibus, dolosi luctatoris instar, de constantia Evæ expertus est. Sic enim illam alloquitur אין כי אמר אלהים לא תאכרו סבל יין הן Gen. III. 1. Poterat statim interdictum Dei de non comedendo fructu arboris ceu crudele & injustum criminari, quod utique vix Eva erat probatura. Mavult videri de Deo magnificè sentire. Quamobrem his verbis vel planè interdictum Dei in dubium revocat, adeoque accusat Adamum tanquam qui præceptum Dei Evæ mala fide recitaverat, vel serium non esse contendit, vel non absolutum; atque Evam aded subigit sibi ipsi fidem ne haberet. Quid enim? An Deus invideret fructum? Atqui is & optimus & libera-

lissimus :

lissimus: *Summi forma boni, levore carens*, ut canit Boëthius. Sanè verbum כִּי קָרָא sonat, *etiamne: verum hoc est?* quomodo & ipse Chaldaeus כִּי קָרָא " אִם אָרִי *an verè dixit?* transfert. Doctor larvatus hoc agit, ut mulierem retrabat à superstitione. Nempe Evæ auroth est *Ἀλογοισμῶν ἢ γογγυσμῶν ratiocinationum & murmurationum*, quæ certissima sunt causa corruptionis verbi Dei vel ab eo defectiois.

LXI. Demum procedit, & validissimo velut ariete admoto mulierem aggreditur. *Novit Deus*, atque sic testem Deum ipsum facit. *Non moriemini*. Hoc illud primum & apertum mendacium quo conatus est hominem sibi subicere per alienationem à Deo, *adeoque occidere*. Pollicetur contra quam Deus fecerat, immortalitatem etiam peccanti & imperata Dei facere dedignanti. Imò arborem à Deo prohibitam facit causam physicam producendæ etiam invito Deo salutis. Ait igitur Deo ad testimonium citato: *Novit Deus quod in die, quo comedetis ex ea, aperientur oculi vestri, eritisque sicut dii scientes bonum & malum*; q. d. Deum testem habeo, posse vos instar Dei fieri, dum edatis ex hoc fructu. Deus omnia vobis subjecit. In vestra igitur libertate & manu est, an velitis Deo fieri similes. Is vestram voluntatem & opus exspectat. Huic medio suam vim & voluntatem Deus alligavit. Dum vos vestra voluntate influxeritis, omnino similes Deo eritis. Adeoque Draco primus hic existit Ἐ ἀνελευθέρως & liberi arbitrii præco. Non enim calculum adjicimus eorum sententiæ, qui putant diabolus his verbis cavillari invidiam Dei, reformidantis societatem & similitudinem aliorum. Quomodo Jarchius applicat hanc sententiam אִם אָרִי אִם בְּנֵי אֱלֹהִים אִם כִּי אֱלֹהִים אִם כִּי אֱלֹהִים *Quilibet nutritius odit filios quos nutrit*. Hoc non erat institutum Sathanæ, ut Deum in invidiam ullo modo traheret. Sed verbum, quod circumferebat mulier tanquam à Deo profectum, criminatur tanquam vel malè intellectum, vel non ἀδύως & sincerè ab Adamo traditum. Aliàs quæ polliceretur sibi fidem & audientiam mulieris? Quin non obscurè Deo tribuit sapientiam, felicitatem & sanctitatem, quando Deum proponit & eum cui in felicitate sua per usum fructus porro consequenda sint assimilandi. Quod non est Deum invidiæ suspectum reddere.

LXII. Tentationi huic mulier procubuit. Allubuit ipsi tum bonum ostentatum, tum illa ἐξουσία & ἀνταρξαρχία, absoluta potestas, ad quam, non satis in animo ejus pollente verbi divini memoria, voluntas non frenata timore Dei adhinniit. Atqui conveniebat ordinem Dei servare, arctè adherere verbo & consilio Dei, non corrumpi pravis colloquiis, non quærere רַבֵּי רַבֵּי לֹאֲשׁוֹן לֹאֲשׁוֹן *multas ratiocinationes*, & iis simplicitatem verbi divini pervertere.

LXIII. Disputant hic, ab intellectu ne an voluntate fumendum sit initium peccati? Negat Cornelius à Lapide aliique Papiſtæ peccati initium in intellectu fuiſſe. Bellarminus, ut anſam habeat Calvini & Lutheri traducendi, prolixè hic viſilitigat, ut probet, peccatum primum fuiſſe ſuperbiam; ſed quis non videt dubitationem quæ & in intellectu eſt, & deſectio à Dei verbo, initium peccati fuiſſe? Hinc cætera peccata quæ plurima numerari poſſent, ordine ſecuta: & in erroris ſocietatem ipſe Adamus pertractus. Nam attulit ei lethalem fructum Eva, qui & comedit, & mulieri partem reddidit, quam quia cum Adamo edit, conficitur, bis eam circa fructum vetitum prævaricatam eſſe. Non neceſſum eſt ſolicité inquiri, qua ratione ſe paſſus fuerit Adam adduci ut conſors fieret culpæ mulieris? An eædem ipſi rationes ſuggeltæ quæ mulieri? An quod viderit Evam necdum mortuam? Cùm de ea re nihil ſcriptum ſit, ſapientiffimè fecerimus, ſi curioſitatem exultantem intra metas ſobrietatis conſtrinxerimus.

LXIV. De gravitate peccati Adamici pariter non eſt cur multa dicamus. Fuit enim verè ἀμαρτία, πᾶσι πτωμα, πᾶσι βλασις, peccatum, lapſus, ruina. Scotus frigida ratiuncula nixus contendit Adami peccatum veniale fuiſſe; quia ab extremo ad extremum non fiat tranſitus, niſi per medium. Peccatum autem veniale eſſe medium inter juſtitiam & peccatum mortale. Egre giè Quasi juſtitia & peccatum mortale eſſent contraria mediata, quæ ſola patiuntur proceſſum ab extremo ad extremum per medium. Extrema ſunt. Fac hoc & vivet, Maledictus omnis qui non manſerit in omnibus. Intermedium nullum Scripturæ norunt. Neque verum, quod hic Sophiſtæ dicunt, non peccaſſe Adamum graviter, quia non ederet de fructu, inordinato impuſus affectu, voluntate tranſgrediendi, aut quod ſerpenti crederet, ſed in gratiam tantùm uxoris, ut Aaron idolum conſlavit, non idololatriæ ſtudio, ſed ut populo ſatiſfieret. Quod ipſum facere vellent dicentem Apoſtolum 1. Tim. 11. 14. Non ſatis expendunt illi, quòd Apoſtulus idem peccatum Adami vocârit ἁμαρτίαν, eamque talem, qua peccatum & mors introierunt in mundum, ita ut reatus ejus ad omnes etiam homines pertingeret, Rom. v. 12, 13, 14. Sunt, qui ita ſuppleant Apoſtolum: ἁδ' ἀμαρτία ἡ πᾶσι ἡμῶν, nempe πρῶτῳ aut πρῶτῃ. Eruditiffimus Heiniſus optimè, ὅτι ἡ πᾶσι ἡμῶν, id eſt ἡ δὲ πᾶσι, nondum. Sic enim ut plurimum pro ἡ δὲ πᾶσι Hebræi ſuum πᾶσι uſurpant, quod per ὅτι indefinitumque modum exprimunt Græci Eodem modo Syrus hoc loco πᾶσι pro quo paſſim πᾶσι Targumiſtæ: Hebræi πᾶσι πᾶσι Græci ἅπαντες. Hoc igitur Apoſtulus dixerat, cùm deciperetur ſœmina, nondum deceptum Adamum fuiſſe.

se. Non malè etiam Theopylactus: *Mulierem à cupiditate & tentatore Sathana esse seductam: at non eo modo seductum virum, sed à muliere.*

L X V. Malè consulta prævaricatione offensus Deus scelerum inexorabilis vindex causam dicere Protoplastos iussit. Commemoratur Moses, Genes. III. 7. *Audivisse ipsos vocem Dei ambulantis in borto* כַּחֲמַל בְּרֵיחַ *sub vesperam*, quo tempore se ventus attollit, & zephyrus adspirat, ut plerique vertunt. Nam & Aristoteli adnotatum Probl. 34. sect. 26. τὸ Ζήφυρον πρὸς τὴν δειλὴν πνεῖν, *Zephyrum spirare temporibus vespertinis.* Hinc LXX. per τὸ δειλὸν exprimunt. Gaza Philosophi δειλὸν interpretatus est, *pomeridianis horis.* Non enim præcisè est vespera, sed tempus proximè antecessens diei, scilicet in occasum præcipitantis, ut loquitur Tacitus. Itaque Vulgatus, *ad auram, post meridiem.* Nicolao Fullero, eruditissimo viro verisimillimum videtur ἢ non tam denotare tempus, quàm motum ad locum, aut etiam consilium sese moventis, ut hoc modo convertantur, *ambulantis ad auram captandam in illa die.* Hæc enim Filio Dei ἀνθρώπου παθῶς tribui, qui humana in forma Protoplastis apparuit. Vide, quæ contra Tremellianam versionem disertavit Miscellan. III. 5. Hac Dei vocetrepidantes latebras & caliginem frustra quærunť. Producentur enim à Deo, decretoriam sententiam accepturi. Cùm manifestem esset, serpentis suggestionem ad flagitium primùm Evam, mox Adamum inductos, huic ante omnia supplicium indicitur. In quo alia serpentem naturalem diabolum alia spectant. Ac serpentem naturalem hæc, *ni maledictus sis inter animantia omnia; ut supino ventre gradiatur; ut pulverem lingat omnibus vitæ suæ diebus; ut denique molesto hominis odio continuè uratur.* Sed serpentem inauditum damnavit. Quæ ratio? non indigebat omniscius probatione. Quid igitur heic requirerent acta & allegata? quid confessa? Chrysostomus etiam notat: In eo conspicuam voluisse Deum imparem hominis & serpentis conditionem. Hominem interrogat, indolentis patris more, *quid fecisti?* Non interrogat, sed ultione statim exequitur serpentem. Abarbanel quidem vellet, neque serpentem adlocutum Evam, neque Deum serpentem. Serpentem enim arborem scandisse, fructum decerpisse, atque sic exemplo Evam fecelisse. Dei verò verba intelligit de decreto רַבִּי עֲרֵב quia simpliciter *de illo decreveris.* Quæ nimis Rabbinnica sunt. *Sed an pedibus instructus fueris, antequam puniretur quæritur?* Solomon Jarchi scribit יצא רגליו מן החרטום *pedes ipsi fuerunt, & præcisi sunt.* Consentiant Chaldæus Paraphrastes, R. Eliezer, Moses BarCepha, Ephrem, Basilus, Didymus in Catena Lipomani, Negat Cornelius à Lapide. Res sanè parum est explorata. Ex poena tamen à Deo inflicta utcunq̄ conjicere

ceretur, non toto corpore reptasse, ut nunc, sed forsitan posteriore coporis parte, quod & Paræo nostro placet. Quanquam etiam dici possit, quod antea erat naturæ, id celsisse in pœnam serpenti, ut in homine nuditas, in muliere partus.

LXVI. Diabolum verò spectant potissimum, quæ Deus §. 15. sancit : *Ponam inimicitiam inter te & mulierem : inter scroten tuum & semen ejus, ipsum tibi caput conteret : Tu vero ejus calcaneum admordebis.* Hæc ita concepta sunt, ut & terrorem incuterent Sathanæ, cui deinceps ancipiti prælio contendendum cum semine mulieris, quo nomine & fideles omnes & præcipue illorum caput Christum, Leonem de tribu Judæ, cujus brachio militant, quos ipsi Deus Pater per delectum dedit, intelligi fas est; qui lethalem capitis contritionem pro levi morsu tum hominum fidelium, tum humanitatis in Christo reddidit : ut consolationis frigidam suffunderent astantibus Adamo & Evæ, qui in reatu debendæ mortis repentinam perniciem cum extimescerent, audito horrendo in serpentem carmine, tantum non sibi se reddere jubentur, cum ejusmodi certaminis spes adfulgeret, in quo ipsi victores quondam exultaturi, dum certa fiducia semen illud promissum operiri vellent. Atque hunc sensum dulcissimæ hujus orationis superius cum jam explicatum plenissimè dederimus, eò lectorem remittimus. Demum Evæ hanc pœnam Deus dicitur, ut inter tormenta eniteretur prolem, obnoxia imperio viri esset, & illius à nutu penderet. Viro, ut ex maledicta terra non sine sudore victum pararet, donec rediturus ad pulverem, ex quo sumptus. Quibus posterioribus verbis comminationis factæ veritatem vidit eventu repræsentatum iri. Sic enim suus ipsum error, gravisque noxa mortalitate damnavit, quam ejus posterius per languores & mille corporis mala explemus. Sed his omnibus asperiora longè inflicta erant, spirituales & æternam mortem omnibus, qui ex tristi & horrendo casu per Christum non suscitantur, & ad pœnitentiam renovantur.

LXVII. Atque sic, quod cum Adamo fœdus operum Deus percusserat, propter fidem non servatam, coepit *ἔγλιξεν τὴν ἀφαινεσίμῳ* accedere ad abolitionem, Hebr. viii. 13. Nam lex, quæ custodita poterat esse pararia amicitiae & æternæ communionis cum Deo, facta est *ἀλγοςία θανάτου* ministerium mortis. Certè inutilis facta promissio, quæ pars primaria fœderis fuit. Hinc Paulus Rom. vii. 10. *Inventum est præceptum, quod erat ad vitam, id ipsum mihi ad mortem.* Et 1. Cor. xv. 56. *Aculeus mortis peccatum; potentia autem peccati lex.* Hinc est, quod Scripturæ passim abrogant legi potentiam vivificandi, justificandi & servandi, & concludat omnem



omnem hominem sub peccato. Jobus disertè negat, justificari posse coram Deo *נולד מן הנשים* *natum ex muliere*, cap. xv. 14. Quin omnis caro vanitatis & injustitiæ accusatur, Esaj. xl. 6, 7, 8. *Vox dicentis: Prædica, & dixit, quid prædicabo? Omnis caro gramen & omne studium ejus ut flos agri. Exarefcit gramen, marcescit flos, quum Spiritus Jehovæ flaverit in illum. Certè gramen est populus: Arefcit gramen, marcessit flos, at verbum Jehovæ manet in æternum.*

LXVIII. Neque tantùm abolitum fuit fœdus operum, quoad *vivificandis & justificandis* potentiam, sed etiam quoad potentiam *condemmandi* quoad vasa misericordiæ, propter succedaneum fœdus gratiæ. Nam Dei *πλωμοικια* & sapientia & potestas multiplex suggerebat ipsi rationem exercendi misericordiam sine damno justitiæ & percutiendi novum fœdus cum peccatore, in quo homini reo decerneret Mediatorem, nempe Pontificem sanctum, sine vitio, impollutum, separatum à peccatoribus, altiozem cœlis factum, adeoque comprobatum venisse ex altissimis, nasciturum ex muliere & filiis multis in gloriam jam introductis per passionem consummandum. Hic erat Deus & homo in una persona futurus **JESUS CHRISTUS** *Ἰησοῦς* & *assertor noster*, Dominus ex cœlo, caput Ecclesiæ & Servator sui corporis. Hunc quisquis vera fiducia reciperet & tanquam arcem suam apprehenderet ei Deus Pater in novo hoc fœdere obtulit pacem, reconciliationem & vitam. Et est hoc ipsum fœdus, quod Deus serpentem condemnans, Adamo & Evæ ex fuga, quam instituerant, retractis in Paradiso adhuc existentibus in decantatissima illa promissione, quam supra explicavimus, proposuit. Quæ promissio Ecclesiæ spes aluit & sustentavit usque ad Christi adventum in carnem, quo tempore per realem expiationem peccati promulgato novo fœdere, antiquatum etiam fœdus operum quoad terrorem, metum mortis & servitutis, cui obnoxii fuerunt Patres nondum repræsentato actu sacrificio reatus expiatorio. Atque hoc fuit Dei consilium, post lapsum Adami, & sequentium temporum œconomia & aspectus. Dignum memoratu est, quod etiam vetus Ecclesia Judaica agnovit, peccatum Adami fuisse *כרתו למוות* *causam mortis illi justo*, uti habetur in Midrasch Kohelet super Eccl. vii. 14. Ubi per *כרתו* intelligi ipsum Messiam oportere probat Raymundus in Pugione p. 121. Dist. 2. cap. 4. quem inspicere licet.

LXIX. Veste spiritali cùm se ipsi spoliassent Protoplasti & ob legem peccati in membris jam hærentem nuditatem turpem & pudendam ægrè sustinerent, Deus illis pro sua bonitate paravit *כותנות* *tunicas pelliceas*, Genes. iii. 21. Sic diabolus instar Chamis hominis confusione ex revelata

turpitudine est molitus. Deus instar Semi velamentis hominum suorum turpitudinem obsepfit. Hic disparem animadvertas Dei & sathanæ genium. Origenes non veras *tunicas pelliceas* interpretatur, sed mortalia & caduca corpora; quia indignum, ex Deo facere hominis alutarium. Quæ etiam sapientia fuit fabulosi Præadamitarum patroni. Gennadius censet, arborum cortices hic vocari *pelles*: quem Theodoretus refutat. Et sanè nusquam apud Hebræos קורטices arborum significat. Ex nihilo creatas existimat Procopius. Fortasse verius, Angelis ministrantibus, vel ipsis Protoplastis, occisis animantibus detractas pelles. Quod posterius si reciperetur, haud absurdè quod præstantes etiam Theologi faciunt, Adamum omnium primum statueremus Sacerdotem, qui pecudes mactatas sacrificavit ad *ἱλασµὸν* pro suis peccatis. Videretur etiam hæc prima origo legis illius, quæ extat Levit. VIII. 8. *Sacerdos, qui offert holocausti victimam, habebit ejus pellem.* Fuisse autem Adamo nudo datum illud propitiætionis, qua teguntur peccata, symbolum, ex Apoc. III. 18. colligi ut-cunque potest.

LXX. In hoc habitu cùm essent, Deus eos ex Paradiso jubet colonias migrare ad molestiores terras, fructum sui non nisi difficili & laborioso paratu reddituras. Ratio hujus expulsionis redditur, Genes. III. 22. *וְנֹן יֵשׁוּעַ יְדוּ וְרָקַח גַּם כִּעֵץ הַחַיִּים וְאָכַל וְחַי לְעֹלָם* *ne forte mittat manum suam & summat etiam de arbore vitæ & comedat, vivatque in seculum.* Quæ oratio est ironica & *μυμηχανή* stultæ cogitationis hominis, qua impofterum sibi imponere potuisset. Supra jam diximus, cujus rei symbolum & sacramentum fuerit arbor vitæ, nempe cœlestis vitæ per obedientiam legis adipiscendæ. Noluit igitur Deus Protoplastos postquam eo fœdere exciderunt manere in Paradiso, & de arbore vitæ velci, ne confusione sacramentorum, aut ejusdem sacramenti vocatione ad alium usum occasionem præberet confundendi fœdera, vel ex fructu illius arboris comesto, tanquam ex opere operato vitam expectandi. Quod arguit Dei fidelissimi patris gratiam & bonitatem, amoventis lapidem offensionis. Ipsi autem Paradiso addidit custodem ארת הכרובים ואת לרם החרב המתהפכת *Cherubim & rutilantem gladii versatilem.* Per Cherubim Theodoretus intelligunt spectra & terribiles animalium formas. Jarchius מלאכי חבלה *Angelum malum.* Rectius Augustinus & Chrysofomus interpretantur *Angelas bonos*, quos Moses populo Ibraëlitico voluit hoc nomine indicare, quia figuræ illæ duæ Angelorum ministerium repræsentantes, in operculo propitiatorii Cherubim appellantur. An autem fuerit eadem figura Angelorum Paradisum custodientium, nempe alata, & quamdiu ministerium illud duraverit, tanquam

tanquam res incompetas transmittimus. Gladium verò versatilem Thomas Aquinas de zona torrida, quam propter flammèum illum ardorem inhabitabilem putavit, accipit. Quod frigidum nimis est, tum quia Paradisus circa zonam torridam minimè situs fuit, tum quia nostris temporibus orbis habitabilis factus est, ut cum Verulamio loquar, *fenestratus*, cognitum est, regiones sub illa Zona esse temperatissimas. Fuit igitur להט חרירי המהימכר species gladii modo visibili ab Angelis vibrati. Quomodo etiam Angelus qui apparuit Josuæ, stabat cum gladio suo stricto, Jos. vi. 1.

LXXI. Quo tempore mundi facta sit illa *μεινωσις* Adami, disputavimus alibi contra Curcellæum. Incertum autem in quam terræ regionem tractus fuerit. Josephus simpliciter ait, eos ex horto *εις ερησον* *ωμων* rejectos esse. Patricides Annal. p. 15. vult expulsos esse *על גבול סן אלחרר* *in montem unum ex montibus Indiae*. Montem ipsum Abu Muhammed Mustaphi Ben-Hafen vocat *סרנדיב Sarandib*. Est autem Sarandib insula maris Orientalis Harichend dicti, quæ est ipsa Taprobana. De Muhammedico hocce commento prolixè differentem consule Seldenum de Synedriis Hebræorum lib. 1. cap. 11. Sed ex situ Paradisi, quem supra fiximus, cognoscetur eum in Judæa expulsus habitasse, fortassis non procul eo loco, quo conditus erat, nempe in agro Damasceno, in eo tractu in quo postea Hebron fuit. Certè Hebron dicta *כיריז ארבע* *Kiriath-arbe* *πλις* *παραρτων* civitas quatuor virorum, quia ibi habitaverunt quatuor viri, Adam, Abraham, Isaac, Jacob. Nec procul abeunt, qui Adamum habitasse in monte Moriah cum Jonathane Paraphrasæ Chaldæo censent, quia *porta Paradisi erat ei monti vicina*, ut loquitur R. Eliezer, cap. 20.

LXXII. De Adami in tristi exilio studiis nihil traditum ab Mose. Hoc ipsum & Evam insatiabiliter egisse piè, contra quam quondam hæretici senserunt, credimus, ut in gratiam cum suo Creatore redirent. Invitaverat ipsum illius promissio de semine mulieris, à qua Evam dictam *matrem viventium*, supra animadvertimus. Sacrificasse videtur Deo, atque hac *σαμαλην* *γυμνασιον* suam in sospitatoresem Jesum, qui pretiosum aliquando sanguinem pro noxio erat reatu interpositurus, fiduciam testatissimam edidisse. Pererio hæc una ratio, quod salvatus Adamus fuerit, validissimè placet, *quia sepultus in monte Calvaria, ut qui primus peccati fuerat auctor, primus etiam vim crucis Christi experietur*. Hoc accepisse se dicit ex Origene, Athanasio, Cypriano, Ambrosio, Augustino, Theophylacto. Jam olim ob hanc sententiam Origenem derisit Hieronymus in cap. 27. Matt. quia Adamus in Hebron fuerit sepultus, & latro alter Christo à la-

à latere pendens vim crucis Christi nullam fenderit. Pœnitentiam autem Adam egisse apud R. Eliezer cap. 20. Judæi agnoscunt, Imò Cabbalisticæ in Jetzira scribunt: *Deum misisse Angelum Razielem Adami præceptorum, qui ipsum solaretur.* Cæterum Orientales tradunt, artium disciplinarumque callentissimum fuisse. Theologum fuisse, Philosophum, Medicum, Astrologum, Chymicum, Mathematicum ex Rabbiorum & Paraphrastæ ejuldem Samaritani in Pentateuchum testimoniis assertit Kircherius Oedip. *Ægypt.* Tom. 11. p. 1. Class. 11. p. 42.

LXXIII. Sic vitam mortalem ad annum usque nongentesimum & trigésimum extraxit. Quæ ætas grandis utique si secundum solares annos putamus, quibus hodie utimur. Fuisse quidem inter Græcos constat, qui menstruos hic annos intelligerent. Quorum nimis absurda est sententia, uti proprio in loco videbimus. Certa Dei destinatione factum nulli dubitamus, quod tantam senectutem attingeret. Sic enim cœlestia oracula & sapientiam suam faciliori negotio tamdiu superstes tradidit. Favebant inter externa remedia, uti plerique putant, benignitas & vigor naturæ, in victu & potu moderatio ac simplicitas, ciborum saluberrimorum à sciente & prudente selectus, sollerter institutus; cœli ac siderum positio, & si quid aliud. De genuina autem longævitatatis causa prolixius suo loco inquirimus. Morti autem vicinus advocat Schetum, Enochum, Kainanem, Mahalæilem & testamento illis injungit, ut corpus suum myrrha, thure & cassia condirent, & in spelunca duplicata collocarent, quæ in meditullio terræ; si Patricidi & Elmacino fides est. Vide sis authorem Cosri pag. 83. Hebræorum vetus est traditio, de qua obiter supra agimus, quamque etiam Hieronymus in *Locus* in voce *Arbec*, & in *Traditionibus Hebraicis in Genesim*, Eugesippus in *descriptione terræ Sanctæ*, Jarchius aliique commemorant, sepultum esse Adamum Hebrone, quæ alio nomine vocata fuerit קיריאת ארבע *Kiriath-arbe* civitas quatuor virorum ibi sepulchorum, Adami, Abrahami, Isaaci, Jacobi. Quod cum de tribus posteribus verè dicatur, de Adamo etiam conantur probare ex Jos. xiv. 15. Et Doctores Cabbalisticæ in nomine ישראל *Israelus* observant contineri omnes Hebrone sepultos, Isaacum, Jacobum, Saram, Rebeccam, Adamum, Abrahamum, Leam. Funus curatum à Schetho in Juchasin, ab Enocho in Sader Otam scriptum reperimus. Ab ipso verò Deo censuit Rabbi Rachumai terræ matri corpus mandatam. Penes quos fides esto. De Evæ morte, quia Scripturæ tacuerunt, nihil dicere habemus.

LXXIV. Historiæ hujus, sicut eam Mosaicæ narrationis filium secuti pertexuimus, rudera, & liceat sic loqui parietinæ quædam in Gentium

lium etiam scriptis visuntur. Sathanas enim cum Scripturas ipsas & rerum antiquas origines abolere adversante veritatis vi, atque sic passivam traditionem penitus sufflaminare non posset, conatus est verum admixtione falsi corrumpere, atque hoc modo mendacium & superstitionem Gentibus instillare. Coronidis igitur loco animus est scintillas in Gentilium scriptis micantes elicere, ut tanto firmiori nexu Mosaicæ narrationis veritatem adstringamus. Simili enim videmus instituto Josephum in Apionem, Aristobulum apud Eusebium, ipsum Eusebium de *Præp. Evangel.* Justinum exhortatione ad Græcos, Tertullianum in Apologetico, Firmicum, aliisque ostendere solitos, veteres Philosophos, Poetas & Historicos sacras nonnunquam historias attigisse.

L X X V. Adami nomen disertè habet Sanchoniaton, uti apparet ex iis, quæ Philo Biblius translata posteris reliquit. Ibi enim *πρωτόγονος* vocatur *Αδამ*. Evæ nomen in antiquissimis Græcorum mysteriis extat, in quibus acclamari solitum *εὐα*. Adana antiqua Ciliciæ urbs condita à Syris, in memoriam primi hominis ita nuncupata. Græci enim cum non habeant voces in M exeuntes, pro *Αδάμ* dixere *Αδὰν*, & addita terminatione *Αδὰν*, quem, ut ait Stephanus terræ coelique filium esse credebant. Eundem aliter dictum Saturnum & Rheam habet Stephanus. Nempe quia *Saturnus* primus homo, *Rhea*, prima omnium mater *Eva*. Propter quam rationem etiam Noachum, hominum post diluivum principem sub nomine Saturni coluerunt. Neque alius videtur fuisse *Αδης* sive *Dīs* quàm Adam qui è terra & in terram rediit. Quid Germanorum Numina, Mannus & Isis? *Dixero*, verba sunt Gerhardi Johannis Vossii, *Germanis fuisse reliquias primævæ traditionis de Adam & Eva: quorum ille Mannus sit hæc Isis. Nam quomodo Adam, quod hominem notat, ac καὶ ἰσοχὴν marem, commodius reddidissent sua lingua quam mannum? Aman autem mulier dici potuit manna. Sed non fuit hoc in usu Germanis. Ac fortasse ex longa traditione retinuerunt nomen Ischa, ac postea ex Ischa Isis.* de Orig. & Progr. Idololatriæ, 1. 38.

L X X V I. Hominem postremò omnium & coronidis loco creatum habet Ovidius, *Metamorph.* lib. 1.

*Sanctius his animal mentisque capacius altæ*

*Deerat ad huc, & quod dominari in cætera posset,*

*Natus homo est.*

Eundem ex luto formasse Deum *ἄαν ὕδρ Φύρον* terram aqua macerantem Hesiodus prodidit *operibus & diebus*. Quid quod Callimachæ in *Scazonte* *πῆλός ο ἀργυροῖ* lutum *Prometheum*? non aliunde quàm quia ex vetusta

traditione constitit, primum hominem ex luto formatum. Quin etiam, Cenforino teste, vitum est Democrito Abderitæ, primos homines ex aqua limoque primum procreatos esse. Quod & Epicurus sensisse videtur.

LX XVII. Sathanæ Mosen depravanti acceptum ferri debet, quod de primo homine Androgyno apud Platonem legitur. Labet ea de re adscribere Eusebii locum Præparat. Eu. XII. 12. cujus verba à Vigero translata. *Præterea quod ait Moses, Adæ verò non erat adjutor similis ei, & immisit Deus ecstasim in ipsum, & sopivit eum, tulitque unam de costis ejus & replevit carnem pro ea, & edificavit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem. Id Plato, licet quo sensu dictum fuerit, ignorares abs se tamen auditum fuisse palam ostendit. Quanquam Aristophani, qui utpote Comædiarum scriptor, res etiam gravissimas deridere consueverat, hunc sermonem tribuit. Sic enim illum in convivio loquentem facit. Ac primum quidem, inquit, naturam humanam ejusque conditiones nosse vos oportet. Neque enim eadem quæ nunc est, natura olim nostra fuit, sed longè diversa. Primum enim genera hominum fuerunt omnino tria, non duo tantum, uti sunt hoc tempore, mas ac fæmina: sed tertium insuper erat cum utroque commune, quod nudo tantum relicto nomine profusus evanuit. Tum enim Androgynum erat tam forma quam nomine ex utroque maris ac fæminæ sexu conflatum. Deinceps more suo cavillatus, hæc addit. Hunc in modum loquutus apud eum Jupiter, bifariam homines secuit, ut qui vel auriculas condiendi animo abscederet, vel pilis ora divideret. Atque is ut quemque secuerat, buis Apollinem jubebat, vultum cervicisque dimidium, eam in partem qua sectus esset convertere, ut sua hujus sectionis aspectu, modestior homo fieret. Tum cæteris eum quoque mederi iussit.*

LX XVIII. Quia Moses homini in nares inspiratum spiritum commemorat, impostor Sathanas Gentilibus persuasit, animam hominis esse *Divinæ particulam auræ*, ut Horatius; ei inesse *Ætherium sensum*, ut Virgilius loquuntur, & Juvenalis Satyra xv. apertè:

*Sensum à celesti demissum traximus arce*

Plinius lib. II. 26. *Hiparchus nunquam satis laudatur, ut quo nemo magis approbaverit cognitionem cum homine siderum animasque nostras partem esse cæli. Nec quisquam de ea re disertior Virgilio sexto Æneidos, & Georgicor. quarto, cujus versus notissimi. Jam & hominis ad imaginem Dei conditi meminit Ovidius: Quam —*

*Finxit in effigiem moderantem cuncta Deorum, &c.*

Similiter Euryfus Pythagoreus lib. de fortuna, hominem ait effectum ab optimo artifice, *ὅς ἐτεχνίωσεν αὐτὸν ἀρχιτέπω χεῖρων ταυτῶ, qui in eo effin-*

*effingendo se ipsum habuit exemplar.* Domini hominibus concessi rursus Ovidius meminit *Metamorph.* i. verbis jam laudatis,

*Sanctius his, &c.*

*Deerat adhuc, & quod dominari in cætera posset.*

LXXIX. Paradisi vulgata apud Gentiles fama fuit. Quid enim apud Homerum *hortus Alcinoi*? Quid fons ille, qui ἀνὰ κήπων ἀπαντα σκιδνατω, toto diffunditur horto? Quin vix ovum similius ovo, quam Paradiso ille in Platonis convivio Διὸς κήπων, *Jovis hortus*? Non meo, sed Eusebii doctissimi judicio insisto, cujus verba Præparat. Euang. xii. 11. apponere è re fuerit. *Sub ipsa*, inquit, *mundi cumabula Dei Paradisum aliquem extitisse, ubi homo à serpente per mulierem in fraudem inductus fuerit, Moses arcana quadam oratione commemorat.* Hujus verba palam tantum & aperte non immutata, audi sis quemadmodum in *Symposio allegoricè Plato expresserit.* Quem enim ille Dei Paradisum, hic *Jovis hortum* appellavit: *serpentis ac fraudis per eum concinatæ loco, insidiantem paupertatem introduxit: primi hominis vice, quem Dei consilium ac providentia tanquam filium paulo ante natum produxerat, Porum quendam Meridos (hoc est consilii) filium subjecit: pro eo denique, ut conditi mundi sub cumabula diceret, sub Veneris ortum dicere maluit, ut hoc allegorie genere mundi speciem ac pulchritudinem adumbraret.* Sicigitur ad verbum ipse loquitur. *Nata Venus cum esset, inquit, convivium Dii celebrarunt, quos inter Porus etiam Meridis filius discubuit. Cæna sub exitum, paupertas eò, utpote lautum ad epulum aliquid emendicatura sese consulera, hærebatque in vestibulo: cum Porus necesse ebrius, necdum enim vinum ullum erat, Jovis in hortum ingressus, alto somno corripitur. Hic paupertas occultè ac per insidias id agens, ut inopia sublevandæ causa, prolem ex Poro susciperet, juxta illum accubuit, amorémque concepit. Hæc ipse, quibus sane mentem illam Mosis, subobscurè licet, expressit.* Possent huc trahi *Hesperidum horti*, quibus antiquitatem nihil prius admiratam esse scribit *Plinius Hist. Nat.* xix. 4. Nec vanitatis arguerim, qui ex πυρ Eden, existimant descendisse Græcorum ἡδονή *voluptas* & Ποϊταρῶν *Adonidem* Priapi patrem, cujus cultus in insula Cypri sub nomine Thamuzi ad Syros transisse creditum est.

LXXX. Innocentiæ statum adumbrat *aureum sæculum* Hefiodo & Ovidio ita decantatum, ut exempta admixtione falsi, quod studiosè author mendacii adperfit, de cætero manifesta appareant vestigia innocentie, simplicitatis & beatitudinis primorum hominum. Dicæarchus Peripateticus citatus tum Porphyrio tum Varroni, inquit, τὰς παλαιὰς ἐξ ἡγῆτος θεῶν γεγενῆστας βαλλίσις τε ὄντας φύσιν ἐξ ἀριστοῦ ἐξ ἡκρότατος βίον ὡς χρυσῶν χρόνον νομίζεσθαι.

*ζεῦ. Primos illos Diisqueproximos mortales, optima fuisse indolis, vitamque vixisse optimam, unde & auream dici ætatem. Ne Indis quidem incognita hæc. Quid enim sibi volunt ista Calani Indi apud Strabonem lib. 15. ὡς ἀληθοῦς οἱ ἄνθρωποι ἔτι τοῦτον εἰς ὕβριν ἐξέπειον. Ζεὺς δὲ μοιχοῦς τὴν κατὰ τῆσιν ἡφάνιστο πάντες, ἔτι ἄλλο πόντος τὸν βίον ἀπέδειξε. Homines olim præ copia rerum ac deliciis ad contumeliam se transfudere, quem statum exosus Deus omnia ea abolevit, aliudque vitæ genus per laborem agendæ instituit. De eodem statu suffragium Platonis habet Eusebius de Præp. Euang. xii. 13. Primam, inquit, hominum vitam in Dei Paradiso Moses duclam esse scribit, ubi eorum curam sine ullo divitiarum opumque commercio Deus ipse gereret, omniaque ipsi absque ulla vel semente vel agrorum cultura nascerentur, cum interim eo, qui deinde secutus est amictu nudi essent. Quæ omnia Philosophum audi græcè totidem pene verbis explicantem. Illos, inquit, pascebas Deus, tum eos per sese regens, quo modo nunc homines, divinioris animantis naturam sortiti, alia quædam inferioris ac deterioris conditionis animalia pascere consueverant. Quo dum ipse munere fungeretur, nullæ dum Republicæ erant, nec ducebantur uxores, nec liberi suscipiebantur: (omnes quippe tum ex terra, superiorum omnium oblit, reviviscebant.) Verum ista cum abessent omnia, fructum affatim ex quercubus, aliisque passim arboribus suppetebat, utique quos sine ullo cultu, ipsa sponte terra profunderet. Nudi præterea nullisque us plurimum Aragus sub dio passim debebant: quippe qui & tempestatum clementiori temperatione uterentur, & in tant a vi herbarum ex terræ visceribus existentium, mollium quoque tororum copiam haberent. Vitam, mi Socrates, hominum olim sub Saturno degentium audiisti: præsentem vero, qualem sub Jove fuisse ferunt, præsens ipse ac per te te sentis. Quod de nuditate primorum hominum Plato, idem etiam Ægyptiis innotuit teste Diodoro Siculo lib. 1. τὸς δὲ πρῶτους τῶν ἀνθρώπων, μηδένος τῶν πρὸς βίον χρησίμων ἐνεχθέντος Ἀγρίων ζωμῶν μὲν ἐδῶντο ὄντας οἰκίσεις δὲ ἔτι πρὸς τοῦτον δὲ ἡμεῖς παντελῶς ἀνευνοήτους, Πρῶτος homines cum nihil eorum quæ sunt ad vitam utilia repertum adhuc esset, vixisse durius, quippe nulla veste amictos, domicilii & ignis insuetos, mansuetioris vitæ rudes.*

LXXXI. Seductio mulieris & inde secuta pleno alveo mala non omnino ignorarunt Gentes. Sermonis serpentis cum Eva umbra quædam reperitur apud Platonem adseverantem, primos homines cum brutis conversatos esse. Non pigebit de eadem re audire rursus Eusebium de Præp. Euang. lib. xii. 14. *Scriptis etiam Moses, quod serpens erat callidior cunctis animantibus; nec non quibus verbis & serpens cum muliere, & mulier cum serpente loquuta fuerit, ipsamque adeo serpentis agendi rationem exposuit. Fam*  
*audi*



audi quid in simili genere Plato scripserit. Si alumni Saturni, inquit, summo in otio, summaque non cum hominibus modo, sed etiam cum bestiis familiari sermone agendi potestate, iis omnibus ad Philosophiæ studium utebantur: tam inter sese mutuo, quam cum bestiis ipsis versando, & ab unaquaque natura sciscitando, num quid diversum ab aliis vi quadam singulari propriaque sentiret, ut hoc pacto suam quandam à quibusque prudentiæ stipem acciperent; liquet omnino, ætatis illius homines infinitis ad beatè vivendum præsidis nostros superasse. Sin autem abdomini, belluando ac perpotando servientes, fabulas tantum ejusmodi, quas de ipsis vulgè circumferunt, in mutua illa cum inter sese, tum etiam cum bestiis consuetudine traclabant, de hoc quoque, meo quidem judicio facile admodum liquidoque statuatur. Verùm ista quidem missa faciamus, dum nobis idonei cujusdam indicis copia facta sit, ex quo resciamus, num illius ævi homines, aliqua doctrinæ ac bene scienterque dicendi cupiditate ducerentur.

LXXXII. Serpentem qui Evam malis suasionibus illaqueaverat, jam olim Indis notum fuisse narrat Maimonides in עבודת הבורא ונבטרו cultu Nabathæo. Quin & Pherecydes Syrus Pythagoræ discipulus mali principem facit εφιαρτα, dæmonum de cælo deturbatorum ducem, apud Augustinum de Civit. Dei, xlv. 11. Pertinet huc quod in antiquissimis Græcorum mysteriis *Serpens* demonstratus & ostentui habitus. Atque hæc obiter adducere placuit, ut manifestum faciamus, quod Moses narravit, quodammodo etiam Gentibus innotuisse. Qui enim talia oppugnant, quia non per omnia Mosaicæ narrationi consentanea, nihil agunt. Non intelligunt, vulgatas ejusmodi traditiones injuria temporum, Dei judicio & diaboli fraudibus ita corruptas esse, ut diligentia & judicio opus sit ad eas defœcandas, & verum à falso discernendum.

## HABELE &amp; CAINO.

## Breviarium.

*Adamum ex Paradiso pulsum operam liberis dandam differre noluisse. 1. Farchius & Moses Haddarschan refutantur, qui censent in Paradiso Protoplastos liberis operam dedisse. 2. Kabbalistarum & Methodii somnia de luctu Adami. Generatio Caini & Habelis. 3. An Cain & Abel unico partu editi in lucem? 4. An cum Caino & Habele genitæ gemellæ? Unde hæc traditio manaverit ad Muhammedanos, & Christianos Orientales? Diluuntur objectiones Farchii. 5. Nominis קין etymologia exponitur. 6. Cedrenus, Ludovicus de Dieu, Goropius Becanus notati. 7. Ostenditur, Orientalium עבר אלהות Abdel-Hariths esse nomen Caini. 8. Nomen הבל explicatur. Josephus, Philo, Eusebius notati. 9. Educatio filii utriusque. Libera Dei Δεσποτισ. 10. Vitæ institutum ab utroque filio adoptatum. Agriculturæ & artis pastoritiæ laus. 11. Cur Patriarchæ plus studii posuerint in arte pastoritia quàm agricultura? 12. Religio Fratrum. Unde edocti fuerint mysterium expiationis peccati? Sacrificia eorum. 13. Primi homines an sacrificarint propria sponte? an duce natura & conscientia? Reselluntur Justinus, Chrysostomus, Bellarminus, Pererius, Grotius. 14. Sacrificatum esse ex speciali Dei mandato. Bellarmini & Pererii argumentis respondetur. 15. Quando & quo modo sacrificandi religio instituta fuerit? 16. Quod adduxerint fratres sacrificia sua? 17. Quomodo Cain obtulisse dicatur קין קצץ in fine dierum? An vitio dari possit Caino, quòd obtulit in fine dierum? An de periodico Sabbatho intelligendum sit? 18. Caini fructus an fuerint primitiæ? Philo & Ambrosius refutantur. An Cain exiles Deo spicas obtulerit?*

Min-

Mincham Caini non fuisse sagmen, contra Grotium ostenditur. 19. Habelis sacrificium ex adipibus ovium. Probatur ex sacrificio Habelis, ante diluvium fuisse licitum esum carniū, Grotii instantia solvitur. 20. Quo sensu dicatur Deus respexisse munus Habelis? 21. Inquiritur, quam ob causam Deus potius Habelis quā Caini munus respexerit? Rejjicitur sententia Hebræorum, Josephi, aliorum, & veræ causæ eruuntur. 22. Quo visibili signo Deus declaraverit favorem erga sacrificium Habelis? Cornelius à Lapide pulsatur. 23. Indignatio Caini, quem Deus reprehendit. 24. Locus Genes. IV. 7. הלווא אם תשיב שאריו &c. prolixè discutitur. Græcæ versionis παραμυθία contra Vossium ostensa. Quomodo legerint Græci in Hebraico codice conjectatur. 25. Thargum Onkelosi in cum textum examinatur. 26. Necnon vulgati Interpretis versio. An Deus libero Caini arbitrio & dominio subjecerit peccatum? Pererii syncretismus cum Rabbinis. 27. Genuina explicatio textus illius controversi. 28. Caini erga Habelē conceptum odium. 29. An Hebraicus codex post verba: Et dixit Cain ad Habel, sit truncatus, adeoque ex Græco & Samaritico Codice supplendus? Morinus & Capellus tanguntur. 30. Respondetur contrariis rationibus Bonfrerii. 31. Locus, in quo Cain fratrem occidit. R. Eliezeris & Orientalium traditio de contentione fratrum ortā ex conjugis Habelis formositate. 32. Cædēs Habelis. Eam conjunctam fuisse cum effusione sanguinis. 33. Cognitio peccati Cainici, & convictio per testimonia realia. Thalmudistarum de קין ורעוה voce sanguinum erronea expositio. 34. Sententia exitii pronunciata in Cainum. 35. Caini querela de gravitate pœnæ. Ejus postulatum, ut liceret esse securo à percussoribus, & responsio Dei. Quid sit דק חסדו 36. Signum in Caino positum quale fuerit? 37. Caini exilium. Num appareat in eo species excommunicati? 38. Situs terræ Nod. 39. Conjugium Caini cum Sorore, &, an illud cum lege Dei & natura conveniat? Orientalium traditio rejicitur. 40. Thalmudistarum de eo conjugio sententia ad incudem revocatur. 41. Necnon opinio Augustini, Michaëlis Ephesi. 42. Maimonidis sententia probatur, legem

*gem fratrum & sororum conjugia prohibentem intelligendam esse non simpliciter sed in certo statu, post multiplicatum genus humanum.*

43. *Civitas Henochia à Caino condita. Josephus, Pseudo-Berosus reprehensi. Anucta Ptolomæi. Quo instituto Cain civitatem condiderit?* 44. *Caini in exilio studia & pessimi mores.* 45. *Caini mors.* 46.

I. **D**E Adamo & Eva commemoratu digniora sunt à nobis delibata. Cognoverat satis Adamus, se mandato Dei esse constitutum *gencarchum*, & illum *unum sanguinem*, ex quo Deus erat omnes gentes, quæ in terræ superficie habitaturæ, facturus. Probabile igitur ipsam operam liberis dandam differre noluisse. Unde Moses Genes. IV. 1. וַאֲדָם יָדַע אֶת חַוָּה אִשְׁתּוֹ *Et Adam cognovit Evam uxorem suam.*

II. Quo autem tempore curam illam susceperit, non omnino inter Hebræos convenit. Solomon Jarchi ad verba illa וַאֲדָם יָדַע commentatur: קודם שנכר כן עין דע את חוה *Antequam expelleretur Adam ex horto Eden, Adam cognovit uxorem suam.* Cui convenit Moseh Haddarschan in Bereschit Rabba. Sed series & contextus narrationis Mosaicæ manifestè ostendit, post expulsionem id factum. Quæ etiam mens est plerorumque Patrum. Unde scitum illud Hieronymi: *Nuptia terram replent, virginitas Paradisum.* Neque tamen cum nonnullis, quibus prælusit Chrysostomus & Procopius apud Sixtum Senensem Biblioth. S. p. 438. accipiendum hoc est in criminationem ἔλαμα, tanquam si in statu innocentie nulla conjunctio licita foret. Nam & mandatum integri adhuc acceperunt se multiplicandi, & ἀμύανθ' ἡγοῦνται. Sed ob exiguam moram in Paradiso alia omnia peracta sunt.

III. Mittimus hic vanissimam Judæorum traditionem, quod post lapsam pœnitentiam acturus Adam se separaverit centum & triginta annis ab Eva, & in illo interstitio nonnisi dæmones ex Lilitha genuerit; de qua re agit in עירובין cap. 2. & apud Maimonidem in More Nebochim I. 7. כל מאה ושלשים שנה שהיה אדם עוף כהן היה מליד רוחות יענק: *per integros illos cxxx. annos quibus Adam rejectus fuit, meros dæmones genuit.* Neque abludit, quod verè somniaverat Methodius Martyr apud authorem Hist. Scholasticæ in Genes. cap. 25. ubi commemorat, Methodio divinitus revelatum in somno, *Adamum quindecim annis, quibus peccatum luxit, non generasse prolem.* Atqui Adamo ex Paradiso pulso ætas virilis fuit, & generandæ soboli tempestiva. Quin & incertum ipsi fuit, propedième fatis defuncturus esset necne? Certum verò, cum morte sua

sua generis humani occasum involvi. Noluit igitur *περροζοιαν* differre, Dei creatoris imperio injunctam. Hinc Moses narrata ejectionis historia, connectit tanquam proximam generationem Habelis & Caini, Genes. IV. 1. De quo pari fratrum inpræsentiarum acturi sumus.

I V. Cainum & Habellem unico ab Eva partu in lucem editos, sentit R. Jofi apud R. Eliezer in Pirke, cap. 21. *Nam, inquit, scriptum est; concepit & peperit Cain. Illa eadem hora perrexit parere, & peperit Habellem, prout dicitur ומקץ ללדה & perrexit parere.* Nugatur Rabbini. Illis enim verbis non notatur continuus pariendi actus, sed compendio defungi Moses voluit. *Atqui, excipit, non additur in generatione Habelis vox ונתן & concepit. Ergo Eva uno conceptu gemellos peperit, & cæteræ mulieres ab initio mundi semper gemellos pepererunt, ut ed citius homines multiplicarentur.* Quæ nimis diluta sunt. Moses enim compendio utitur, & in verbo, *peperit*, præsupponit ac subaudit verbum, *concepit*. Nemo enim parit, quin ante conceperit. Neque Spiritus S. hic conceptus, sed partus ac proles primorum hominum exprimere necessum habuit.

V. Genitas esse cum Caino & cum Habelle gemellas non tantum apud Eliezerem Rabbini fingunt, sed etiam Saidus Patricides Patriarcha Alexandrinus Annal. p. 15. tradidit. *Congressus est ergo, inquit, Adam cum Eva, quæ cum concepisset, peperit puerum & puellam, puerum appellavit Cain, puellam אצור Azur. Rursus concepit & puerum itidem ac puellam peperit, quorum hanc אצור Awina, illum Habel nominavit.* Azuræ & Savæ etiam meminit Epiphanius Hæref. 39. Quin & apud veteres Muhammedanos illa de gemellis opinio recepta fuit, quod Seldenus ex vetusto auctore, de *Generazione Mahumet*, ab Hermanno Dalmata verso probatum ivit de *Fure Nat. & Gentium Heb.* lib. v. 8. Attendenti liquebit, traditionem hanc primùm inter Judæos ortam, mox à Muhaminede, qui pleraque ex Judæorum traditione hauserat, mutuatam, demum ad Christianos Orientales manasse. Causa verò commenti hujus Judæis videtur inde oblata, quod primorum fratrum & sororum conjugia cum lege Moïsi conciliare non potuerunt. Igitur, ut aliquid dicere viderentur, finxerunt, primos parentes, tamen si fratribus sorores jungere tunc necessum erat, nihilominus ita statuisse, ut qui in ipsis fratribus & sororibus magis essent cæteris invicem natalibus dissi, non conjunctiores, matrimonio copularentur. Conjunctiores verò fuisse gemellos, quàm qui partu diverso nascerentur. Inde adolescentibus gemellis eorum paria ita disjungi voluisse, ut gemello fratri, quæ non esset gemella, nuberet. Atque eam sententiam eandem ob causam complexi videntur Christiani

Orientalis, uti colligere licet ex narratione Patricidis, pag. 15. Jam Solomon Jarchi commentum suum etiam rationibus stabilire conatur. Verba ejus sunt: שלש אתים רבוים הם מלכוד שתאונה נולדה עם קן ועם הנהל *Tres Est multiplicati docent, gemellam fuisse natam cum Caino & Habel.* Verùm si ita ineptire licet, quis alium prohibebit concludentem, non duas sed tres gemellas fuisse, cum quinques particula נא in duobus versibus expressè legatur; atque sic, quod prodigiosum est, unico Evæ partu quinque homines lucem salutâsse. Objicit etiam Psalm. LXXXIX. 3. *Sic enim locutus sum; mundum bonitas ædificavit.* Verùm quis loci hujus sensus sit, infra viderimus.

V I. Fratres hi quàm primùm editi singuli nominibus suis sunt insigniti. Ille Cain, hic Habel vocatus. Cainum vocavit Eva sua lingua, quasi *acquisitum* diceret. Rationem reddit כי קניתו איש את היות *quia acquisivi virum per Dominum*, quæ est Vulgati versio. Sic & LXX. אִגְ' & בַּעַי. Onkelosus מן קרם ירוה *à conspectu Domini*, id est, à Domino. Ita Junius, Tremellius, Piscator. Tanquam scriptum esset נאמא. Arabs ita habet: *Lucrata sum virum per Deum.* Drusius & Pagninus malunt convertere, *cum Domino.* Ita את esset pro עם, quomodo Enochus alibi dicitur ambulasse עם אלוהים *cum Domino.* Fagius, Forsterus alii: *Acquisivi virum Dominum*, nempe semen illud, contriturum caput serpentis, Messiam promissum. Quæ etiam Kabbalistarum quorundam est explicatio. Et sanè tantum Evæ gaudium ostendit nihil vile illam expectâsse. Erraverit fortasse, quòd nesciverit, Messiam non posse nasci ut alios homines. Fortasse etiam hunc partum interpretata fuerit signum & argumentum filii hominibus dandi, & pueri, qui ipsius nasciturus erat. Nam unum semen sine altero esse non potest.

V II. Perperam igitur Georgius Cedrenus: Καὶ, ὁ ἐστὶ, ζῆλον. Quasi à נאך *invidis*, Cain descenderet, quod fieri nequit. Nec rectius Ludovicus de Dieu: *Cain sic dictus quasi lamentatio, à forma נאך unde נאך lamentatio, pro quo etiam נאך* Ezech. II. 10. Quomodo enim cum notione *lamentationis* quadrat Evæ ætiologia? Sed planè, ut in cæteris omnibus, ludit Goropius Becanus, verè θεκκεσίλω, cujus insanissimæ sententiæ, primos homines lingua Celtica usos esse non alia ratio habenda, quam, loquor cum Casaubono, *eorum, quæ ad lusum jocumque, aut ad irritæ, & instructuosa subtilitatis admirationem apparantur*, de lingua Hebr. p. 32. Ille vocem Cain ineptissimè derivat à lingua Flandrica, quasi Cain idem sit quod in ea lingua *quaas eynde*, hoc est, malus finis vel exitus.

V III. Apud Muhammedanos primus Evæ foetus à parentibus nuncupatus

patus dicitur עבר אלהארת *Abdal-cariths*. De quo liberrima sunt figmenta Kessæi & Beidavi. Tradunt quippe, cùm Eva uterum gestaret, accessisse diabolum assumpta forma viri, eique dixisse: Quis indicavit tibi, quid in utero gestes? Fortè bestia est aut canis. Cùm Adam & Eva hoc dicto percellerentur, rediisse eundem, & persuasisse Protoplastis, se impetrâsse à Deo, ut concedat Evæ creaturam ipsi similem, eamque appellandam esse *Abdol-Cariths*, *Servus Cariths*, dæmonis nempe, cui nomen fuerit אלהארת. Huic igitur petitioni locum concessisse Evam, atque sic primo filio suo nomen עבר אלהארת imposuisse. Sunt etiam Orientales, qui ex majorum traditione Caino, Habeli, Setho adjiciunt illum Abdol-cariths, uti videre est apud Schikhardum in Tarich Regum Persiæ, pag. 24. Verùm veteres Orientales etiam ante Muhammedem probabile est ipsum Cainum nomine hoc Arabico insignivisse. Est enim עבר אלהארת idem quod עבר אלהארת *agricola*, quo nomine Cain disertè venit, Genes. 1v. 2.

IX. Alteri filio nomen inditum Habel. Josephus interpretatur πῖνθ, Antiq. Jud. 13. Eusebius de *preparat. Evangel.* 11. 4. hanc rationem nominis adfert: *quia primus mortalium sua morte ingentem luctum parentibus attulit.* Eodem modo Philo, Origenes, Theodoretus, qui posterior quæst. 51. in Gen. Αβελ, inquit, πῖνθ ἐξ ἡμετέρας πῖνθ δὲ εἶδ' ὡς ὄψθη νεκρός, ἢ πῖνθ τοῖς γεννηθένσι πρὸ ξένου πῖνθ. *Primus visus est mortuus, & primus humano generi luctum conciliarvit.* Quasi scriptum esset à Mose אבך quod *luctum* significat. Quod satis refutat constans lectio אבך, ut sic à *vanitate* nuncupatus sit Habel. Significat enim אבך *vaporem*, *halitum*. Probabile, Evæ præfagisse animum, fata huic filio præcocem tristémque obitum maturatura. Vel sanè in *nativitate* dulcissimi filii, & qui maximam delectationem adferre quiverit, mortalitatis à peccato inflictæ memoriam repetiit, atque sic exultantem lætitiâ profundiori meditatione refrænavit.

X. Piè credimus, nihil reliqui Protoplastos fecisse, ut in timore & veneratione Creatoris chara hæc divini favoris pignora educerentur. Sed ut sunt res humanæ peccato in deterius conversæ, ita parum humana solertia ad defœcatam indolem ingenerandam proficere potuit, ubi gratiam negavit, qui solus largiri poterat, ut honestatis præcepta, & sapientiæ femina ritè ac religiosè exciperentur. Hinc sanè factum, ut ingloriis facinoribus Cainus ad interitum præsentissimum; virtute verò & innocentia morum ad favorem Dei magna testificatione declaratum, & clarissimam nominis existimationem Habel niteretur. Ut & hoc documento ut-  
cunque constet, statim ab incunte mundi ætate Deum liberrimam suam

ἀρετῶν in valis iræ & gloriæ exercuisse. Nam sanè easdem & virtutes, & vitia in parentibus vel animadvertere vel discere poterant. Ab iisdem carnem & sanguinem, ac similis temperiæ acceperat uterque. Quos igitur nascendi conditio, & exemplorum ac opportunitatum ratio æquavit, quis tandem ita disparare potuit, ut alter virtutis viam inlisteret?

XI. Ad vitæ instituta quemque vel sua cupiditas traherat, vel parentum incitabat authoritas. Hinc Moses Genef. iv. 2. והי הנבל והרעה צאן ורין. 2. Et erat Habel pastor ovium, Cain agricola. Utrumque munus per se sanctum & præstabile semper habitum est. Nam quod agriculturam attinet, ejus necessitas & utilitas inde apparet, quòd eorum omnium, quæ ad vitam pertinent, solum panem εἰσότης petimus ut summè necessarium. Et terræ præstantiam his verbis commendat Solomon, Eccl. v. 8. ותרין ארץ נכל היא מלך לשורה נעבר. *Excellentia terræ est super omnia. Etiam Rex terræ servit.* Sanè etiam Uzix regis exemplum manifestum est ex 2. Paralip. xxvi. 10. ubi vocatur ארנב ארכו ἀνὴρ φιλογεωργός *agriculturæ deditus.* Saulem etiam jam factum regem agriculturæ deditum fuisse probare nonnulli conantur ex 1. Sam. xi. 17. Inter Patriarchas agricolas fuisse constat Noë, Isaacum, quin & ipsum Adamum ante peccatum destinatum fuisse agriculturæ, colendo nimirum horto, quem Deus plantaverat, habemus Gen. ii. 15. Apud Homerum Iliad. 18. γ. 550. in scuto Achillis messorum expresserat Vulcanus maturas segetes colligentes, & regem ipsum in sulco stantem, & in proximo operariis prandium parantem. Et הארור arator à Deo ipso dicitur doceri, Esaj. xxv. 11. 26. Quin Deus ipse suo modo est agricola, Joh. xv. 1. fideles θεῶν γεωργῶν *Dei agricultura*, 1. Cor. iii. 9. Jam ex tot legibus quas Moses tulit, cum pleræque ceremonias religionisque, & justis injustique præcepta continerent, cæteræ quæ ad facultates copiasque, atque ad ea opera pertinent, ex quibus aliquid acquiritur, omnes ejusmodi sunt, ut de rusticatione aliquid singulare tradant. In Pentateucho populus sollicitè docetur, quando requiem terræ dare, & sementem intermittere oporteat: quid in messibus & vindemiis servandum sit: quoto anno ex vinea fructum capere fas sit. Magna severitate interdicitur, ne diversa semina uni agro mandentur, & si quid aliud. Complexus est omnia, quæ ad agriculturam pertinent, Maimonides in libro quem וריים appellat. Neque minus nobilitata est exemplis sanctorum ars pastoritia. Locum Zach. xii. 5. כי ארם הקניני כנעניי. de Adamo pastoritiæ artis exemplum præbente explicant Chaldæus, Kimchius, Vatablus, alii. Porro Abraham, Isaac, Jacob, & gens tota Israëlita in primordiis suis pecuariam exercuerunt, & se pastores etiam pro-



professi sunt. Unde cùm Joseph parentem & fratres suos regi Pharaoni sisteret: *Pastores*, inquit illi, *ovium sumus servi tui, & nos & patres nostri, ad peregrinandum in terra tua venimus, quoniam non est herba gregibus servorum tuorum*, Genes. XLVII. 3.

XII. Et si verò utraque ars meritis laudibus defraudanda non sit, tamen fatendum est, Patriarchas plus operæ adhibuisse in curam gregum. Cujusquidem rei rationes sunt in promptu. Pecuaria enim minùs laboriosa est, neque ita animum occupat, ut vacare non possit naturæ contemplationi rerum divinarum. Deinde pastores olim certæ glebæ non erant addicti; sed more Nomadum vagabantur liberè, & tentoria, sub quibus degebant, pro pascuorum ratione modo huc modo illuc promovebant. Hoc planè conveniebat iis, quos Paulus describit tanquam habitantes *ἐν σκηναῖς in tabernaculis*, & per hoc ipsum quærentes civitatem habentem fundamenta, cujus artifex Deus est, tanquam confitentes, quod peregrini sint advenæ in hac terra, adeoque per hoc ipsum ἐμφανίζοντες quoddam patriam quærant, Hebr. XI. 9, 10, 13, 14. Tum agricultura quidem prodest ad victum. At pecuaria tum ad victum, tum ad vestitum, tum ad sacrificia; quibus in fide oblati Deus placatur humano generi. Adeoque quodammodo exercitatio illius artis pertinuit ad crebram memoriam divinarum rerum & negotii propitiationis. Præterea ex pecuaria videntur plura trahi posse ad vitam & morum informationem quàm ex agricultura. Nam in pastorali arte quodammodo Politici regiminis refugiet species & imitatio, quia ut pastor se habet ad oves ita rex ad subditos. Unde regibus etiam nomen pastoris hæsit, ut Agamemnoni qui toties apud Poëtas vocatur ποιμὴν λαῶν, *pastor populorum*. Et Davidi dixit Deus 2. Sam. v. 2. *לשׂוּת אֶת צֹאן עַם יִשְׂרָאֵל* Tu pasces populum meum Israel. Quin de ipso Deo dicit David Psal. LXXX. 1. *Qui pascis Israël em audi, qui Josephum ducis ut gregem*. Et de Christo prædicitur Esai. XL. 5, 11. *revelatum iri gloriam Jehovæ כַּיּוֹם יִרְעוּ כְּצֹאן הַרְעוּתוֹ* qui sicut pastor gregem suum pascat. Denique toties in N. T. Ecclesia cum ovili, fideles cum ovibus, ministri verbi divini cum pastoribus conferuntur. Quæ quidem inter pastores & Deum, reges, ministros verbi Dei analogia consistit in communi cura eorum, qui præsidio & fide ac providentia illorum nituntur. Unde Grammatici Græci observant, quoties nomen ποιμὴν sumitur metaphorice, ut in illo de Agamemnone, significare κηδεμὴνα *curatorem*: & ποιμαίνειν cùm ad reges transfertur, significare φροντίζειν *curare*, sollicitum esse de commodis eorum, quorum pastor audis. Inprimis notatur cura lenis, diligens; sicut pastores circa oves solent esse mites & seduli. Pulchrè Gregorius

gorius Nazianzenus oratione 1. in descriptione muneris pastoritii: ὁ ποιμὴν ὀλίγα μὲν ἢ τῆ βακτηρίᾳ τὰ ποδᾶ ἢ τῆ σέλιγγι. *Pastor non multum utitur pedo, plurimum vero fistula.*

XIII. Sic Deus Caino & Habeli pasturæ & agriculturæ beneficio, καὶ τὰ βιωτικὰ ita satis providit. Restabat, ut quo religioso cultu se affici vellet, iisdem declararet. Interiora quidem animi, pius erga Deum affectus, quibuslibet officiis pro re nata imperatis exequendus, non indigebat proluxa revelatione, ut explicaretur. Hoc enim ipsa conscientia abundè suggestit, & tabulis cordis eorum inscripsit Deus τὰ ἔνθυμα. Sed illud planè nulla vel arte, vel intelligentiæ vi penetrare datum est, quemadmodum fas piumque esset ad favorem Dei & Numinis reconciliationem eniti, & ubi post naufragium secunda tabula appareret, quam capeffenti cœlestis quondam quietis portum attingere liceret. Hoc igitur & Adamus infatigabiliter filiis tradidit infixitque, & perpetuis Deus revelationibus declaravit, non esse in alio quoquam salutem, neque sub cœli ambitu inter homines alii nomen datum, in quo servari possimus, quam benedicto semini Evæ, qui ἐν ἀληθείᾳ μακρὸν χρόνον sanguine suo peccata sui populi expiaturus erat, & diabolo caput contriturus. Neque tantum salutarem illam promissionem filiis suis instillavit, sed etiam addidit ceremonias, quarum recto & legitimo usu fidem suam in futurum Messiam testificarentur. Intellego autem usum Sacrificiorum, de quo ita Moses וְיוֹ כֶּקֶץ יָמָיו וְחַלְבָּהָן רַבָּא קִין סִפְרֵי הָאֲרָמָה מִטְּוֹה לְיִחוּד וְחַבְל הַכִּיָּא נִבְרָא מִבְּכוֹרוֹת צֶאֱנוּ וְחַלְבָּהָן *Et factum est in fine dierum, & adduxit Cain ex fructu terræ munus Domino. Et Habel ipse etiam adduxit de primogenitis ovium suarum, & de adipibus earum,* Genes. cap. iv. v. 3, 4.

XIV. Non caret equidem omni controversia, quo autore primi illi homines animum ad sacrificandum Deo appulerint? Non fuisse illum cultum voluntarium, aut mero hominis beneplacito constitutum, extra dubium est; quia in cultu Dei & sacramentis fidei instituendis arbitrio & placito non hominis ullius sed solius Dei locus est. Inprimis homo per peccatum corruptus & reus debendi æternam mortem nullum jus habet statuendi de eo quod Deo placeat, & quæ via sit ad ejus reconciliationem. Quis enim mentem Dei novit, ut ei cultum aliquem ipsi placitum obtrudere velit vel audeat? Rom. xi. 34. Non delunt igitur, qui cum fateantur, liberè voluntate hominum sacrificatum non esse, pertendant tamen, primis hominibus conscientiam ipsam & naturam dictasse religionem sacrificandi, non speciale mandatum Dei. Justinus Martyr quæstion.

LXXXIII. quæ ita habet: *Si Divinitas vicium irrationalium non deleclat*

ta est, quemadmodum quidam dixerunt, & præsentium rerum docet status, quæ causa est, cur ante latam legem ipsi Noæ ut vislimas sacrificares, mandavit, præsertim cum nondum sacrificiorum essent simulacra? in hæc verba respondet: Οὐδέεις ἤ βυσάντων τὰ ἄλογα θυσίας τῷ θεῷ πρὸ ἧ νόμου καὶ ἢ θείαν ἀγαθῆν ἔβουε, κ' ἂν φαίνεῖ ὁ θεὸς ταῦτην προσηδεξάμενον. Nemo eorum, qui irrationalia vislimam Deo sacrificarunt ante legem, divina id iussione fecit, quamvis pateat Deum illam recepisse. Chrysostomus XII. de statuis locutus, de Habele ita infit: εἰς ἃ ἄλλοις ἰνὸ μαθῶν, εἰδὲ νόμος πρὸ ἀπαρχῶν ἀγαθῶν ἰνὸ ἀκούσας, ἀλλ' εἰκοθεν εἰς ἄλλοις συνειδῶν διδαχθεῖς, ἢ θυσίας ἐκείνην ἀνήνευκε. Non enim ab ullo edocuit, non lege accepta, quæ de primitiis aliquid constitueret, sed apud se suapte motus conscientia sacrificium illud obtulit. Hunc errorem recentiori ætate imbibierunt tum Pontificii, tum ex Evangelicis nonnulli, etsi diverso fine. Pontificios inter Bellarminus argumentum pro sacrificio missatico inde arcessit, quod ritus sacrificandi prodeat ex lumine & instinctu naturæ, & primum quoddam principium sit à Deo nobis ingenitum, de Missa, l. 20. Probat id hac etiam ratione, quia fere omnis religio seu vera seu falsa omni loco & tempore semper ad cultum Dei sacrificia adhibuerit. Idem censent Gregorius de Valentia & Pererius, qui tali argumento pugnant. Naturæ nostræ, inquit, ratio declarat, ut illa animo & corpore divinitus donata est, ita convenire, ut corporis etiam obsequium præstet. Corporis autem obsequium consistere in re aliqua corporea ad Dei Majestatem tanquam auctoris omnium testandam conficienda. Inter Evangelicos eum errorem ex vetustis, quos allegavimus, Patribus & Hebræis, uti quidem præfert hausit Hugo Grotius de veritate Relig. Christianæ lib. 5. p. 239. ut adversus Judæos probaret, sacrificia Deo per se non placere. Sunt & alii, qui studio asserendæ contra Socinianos necessitatis satisfactionis Christi ad eundem scopulum alliserunt.

XV. Quicquid autem illis videatur, non est dubitandum, quin sacrificiorum religio primis hominibus à Deo mandata sit, adeoque externo verbo instituta non hausta ex naturæ lumine. Inter veteres disertis verbis hoc asserit Eusebius Demonstrat. Euangel. 1. 10. ubi λογισμῶν sacrificiorum negat fuisse τυχόντα, vel ἀνθρώπων κεινημένον, & asserit potius eam καὶ θείαν ἰνὸν ἀποβεβλημένον, Divino nutu insinuatam. Eadem mens inter gentiles fuit Platoni in Epinomide: τῶν πάντων, inquit, νομοθέτης, ὅσας νῦν κέκτηται, καὶ τὸν βροχῶν, εἴ ποτε μὴ πολμῶν κακοπομπῶν, ἰνὸ θεοσβείαν, ἢ τις μὴ σαφὲς ἔχει ἢ, τρέφει πῶλιν ἑαυτοῦ. Καὶ μὴν εἰδ' ἂν ὁ πάτερ ἰνὸ νόμος εἴρηκε πρὸ θυσίων ἰνὸ κωλύσει, μηδὲ τὸ ἄλλο πᾶν εἰδὼς, ὡς περ εἰδ' εἰ δυνατὸν εἰδέναι τῆ θνητῆ ἢ ποιῶτων πύρι. Horum omnium legislator qui vel minimam

mentis

tionem hanc, an à Deo sacrificia sint instituta, compulsi sunt. Verùm hæc non est satis idonea ratio dubitationis. Nam Mosi non fuit propositum, singula quæ ad paucos illos homines pertinuerunt, clarè & distinctè proponere, sed paucis expedit, quæ Israëlitis de primis hominibus, & Ecclesiæ usque ad Abrahami tempora ratione scitu necessaria fuerunt. Sufficere posset, quod ex verbo Dei & certissimis rationibus, quas loco laudato protulimus, evidenter colligatur, primos illos homines ex Dei mandato sacra hac religione defunctos esse. Sed nec defunt, qui circumstantiam ostendant, ex qua de modo & tempore institutionis certè quid conjectare liceat. Nampe cum Deus statim post promissionem vestes pelliceas hominibus pararet, animal occidi debuit. Illud igitur maceratum & excoriatum, confirmandæ promissionis ergo, statim existimatum Deum curasse, ut in victimam comburatur, pellis autem crematæ victimæ Protoplastis adaptaretur. Atque hîc tum verbo expresso tum præsentis exemplo Deum instituisse sacrificia, & hoc ipsum Adamum filiis ac nepotibus suis tradidisse. Hanc conjecturam Hebræi amplexi sunt, inter quos R. Solomon Jarchi ad verba illa Psal. LIX. 32. מִי־שֶׁבַח לַיהוָה מִשׁוֹר פֶּר כִּקְרִין סָפִירִים ita commentatus est הוּא שׁוֹר שֶׁהָקִיב אֹרֶם הָרֵאשׁוֹן שֶׁנִּבְרָא בְּקִימְתוֹ נִיזִים שֶׁנִּקְרָא שׁוֹר בֵּימֵי הַבָּא שֶׁהַשׁוֹר בֵּן יִזְכָּר קָרָר שׁוֹר שְׂמֹאֵר שׁוֹר אוֹ כֶּשֶׁב אוֹיָו כִּי יוֹלֵד בְּבוֹיִם נִדְמָה לְפָר שֶׁהוּא בֶן שְׁלֹשִׁי. *Bos hic est, quem obtulit Adam primus, quique creatus fuit integræ staturæ seu magnitudinis. Et eodem die, quo nomine suo vocatus est bos, adduxerunt eum. Ille autem bos, etsi unius diei fuit, tamen bos appellatur, q. d. Bos, aut agnus, quando natus fuerit: illo ipso autem die, quo creatus fuit similis fuit iuvenco, qui trium est annorum.* Ad quam explicationem prævit ipsius Onkelosi Paraphrasis, quæ in allegato versu Psalmsi ita habet: מִשְׁפֵּר עֵלְיוֹתֵי קָרָם: Et jucundior erit oratio mea coram Domino bove illo pingui & electo, quem obtulit homo primus.

XVII. De utriusque & Caini & Habelis sacrificiis Moses usurpat verbum יָבֵא *adduxit*. Quò adduxerit, Hebræi non consentiunt. Perique existimant sacrificia hæc fratrum adducta esse ad Adamum, ut is ea in loco publico ad cultum divino destinato Domino offerret. Locum nempe certum fuisse, ad quem ad sacra peragenda conveniretur, & ad quem sacrificia ipsa adferrentur, vel adducerentur. Abenezra tamen etsi ultro largitur, fratres ad certum & destinatum locum sacrificia sua adduxisse, negat tamen adduxisse ad Adamum שֶׁיָּבֵא, קָן אֶת הָאֹרֶמָה הַבְּיָא הַנִּבְרָא. *Quia coluit Cain terram adduxit munus ad locum cultui divino destinatum. Neque tamen placent mihi qui dicunt, quod adduxerint sacrificium ad patrem suum.*

Z

De

De loco publico, in quo altare repositum fuerit commodè sanè hoc explicari potest. Neque etiam absurdè dicunt, sacrificia illa ad Adamum adducta esse. Etenim cum is pater fuerit familiæ, utique sequentium temporum ritu defunctus sacerdotio censerì potest.

XVIII. Cain sacrificium suum adduxit כֹּחַ יְקֹחַ *in fine dierum*. Græci μεθ' ἡμέρας *post dies*. Chaldæus כֹּחַ יְקֹחַ *in fine dierum*. Perperam nonnulli id de Sabbatho periodico explicant, quasi in fine dierum seu hebdomadæ, adeoque die Sabbathi sacrificia oblata essent: cum Sabbathum hebdomadarium fortassis necdum in usu fuerit. Est igitur hæc loquendi consuetudo usitata Hebræis, quâ finitum aliquod tempus exprimere solent. Cujus autem temporis finis intelligatur, facillè est assequi. Cain de fructu terræ oblationem fecit. Igitur finis dierum videtur esse finis messis, qui idem etiam finis erat anni. Atque sic כֹּחַ יְקֹחַ idem erit ac בְּצֵאת הַשָּׁנָה *in fine anni*, quo tempore Israëlita offerebant ex frugibus, Exod. 23. 16. Quin solet Scriptura per כֹּחַ absolute positum intelligere *annum*, Levit. xxv. 29. Cum quis vendiderit domum, &c. יָמֵים תְּהִי נִשְׁמָתוֹ *per dies erit redemptio ejus*, id est, uti explicatur sequenti versu 29. אֲנִי הֵנָּה אֲנִי *annum integrum*: 1. Sam. 1. 3. *Ascendebat vir ille יָמֵים יְסִירָהוּ ut adoraret in Silo*, hoc est, שָׁנָה בְּשָׁנָה *annuatim*. Clarissimè 1. Sam. xxv. 11. 7. *Fuit numerus dierum quibus habitavit David in agro Philistæorum יָמֵים אַרְבַּע עָרָבָה dies (annus unus) & menses quatuor*. Philo Judæus lib. de sacrif. Caini & Abelis Caino dat vitio, & Φιλαιῆς crimen in eo notat, ἐν μεθ' ἡμέρας, ἀλλ' οὐκ ἐν ἡμέραις, quòd post aliquot dies non continuò gratias Deo egerit. φθάνοντες ἢ προερχόμενοι τοῦ θεοῦ πρὸς τὰ κατὰ τὸ ἔργον, βραδυσίᾳ ἢ μέθυσιν ἐκ ποδῶν ποιημένοις. ἔργον ἢ ἀρετῆς ἢ πρὸς τὸ πρῶτον καλὸν ἐνυπέβητο ἢ ὑπέσκεια. διὸ ἢ προετίθηκε, ἐὰν εὖ ἐπι ἐυχλῶ, ἢ χροῖσιν δαποδῆναι αὐτήν. εὐχὴ μὲν ἔν ἐσιν ἀιτισσις ἀγαθῶν ἡδὲ ἢ θεῶν ἢ πρὸς αἰετῆς, ὅπου τυχόντα τὸ ἐλπιούτων σφαινοῦσιν θεῶν, μὴ ἑαυτῶν ἢ εἰ οἶδόν τε, ἀχρῆνός ἢ ἀμελητῆ σφαινοῦσιν. Oportet eos qui boni aliquid faciunt pro volare ante alios, & incunctanter amoliri impedimenta omnia. Est autem optimum opus summi illius primariique boni placatio sine cessatione dilationeque. Ideo præceptum extat: si uoveris votum, non cunctaberis id reddere. Votum igitur est petitio boni alicujus à Deo: mandatum autem, ut voti compos coronam offerat Deo, non sibi, idque sine mora si fieri potest. Ac eam rem deinceps prolixè & pro more suo acutè persequitur. Philonem etiam Ambrosius sequitur in his verbis: *Duplex culpa*. Una quòd post dies obtulit, altera quòd ex fructibus, non ex primis fructibus. *Sacrificium autem & celeritate commendatur & gratia. Unde præceptum est. Si uoveris votum, non facias moram reddere illud. Melius est enim non uovere votum,*

*volunt, quam vovere & non reddere. Cùm enim moram facis non reddis volunt. Est autem postulatio bonorum à Deo cum solvendi muneris promissione. Et idèd cùm impetraveris quod petisti, ingrati est tardare promissum.* Jam fateor Israëlitis datam esse legem, ut frugum primitias Deo offerrent. Quique inter eos officium illud neglexerunt vel protelârunt, eos magnum reatum contraxisse certum est. At primis hominibus ejusmodi legem esse promulgatam non patet. Quòd si igitur Cainus in finœdierum, hoc est, sub finem messis adeòque etiam anni civilis eucharistiam Deo obtulit, hæctenus quidem culpandus non fuerit. Nam in ipsa lege data Israëlitis jubentur illi festum solenne celebrare *בצאת השנה in fine anni*, quando collegerint opera ex agro, Exod. XXIII. 16. quo ipso festo vetantur apparere *וְקָמְוֹ vacui*, Deut. XVI. 16.

XIX. Quod materiam attinet oblationis, dicit Moses, obtulisse Cainum *כֹּפֵרֵי הָאָרֶץ de fructu terræ*. Cùm enim agricola esset, conveniebat Deo adolere de muneribus suis. Non fuisse has primitias frugum arguit Abenezra hac ratione: *בְּעֵשֶׂר שָׁתוּב מִכֹּבֹדוֹת זָאֵט יֵשׁ סֶפֶר כִּי לֹא הָבִיא קַיִן מִן הַבְּבִירִים quia scriptum est: ex primogenitis ovium; colligitur non adduxisse Cainum ex primogenitis.* Verùm id argumentum satis incertum est. Cùm ter per annum primitiæ postmodum offerri sint solitæ, tempore Paschatis de primitiis spicarum; Pentecostes de novis panibus; Septembris de novis fructibus, Moses exprimere voluit, quo tempore anni oblatis sint fructus. At primitias fuisse non necessum fuit exprimi. Frustra igitur rursum est Philo, lib. de sacrif. Abelis & Caini, qui Caino secundo loco crimini dat, quòd obtulit *δοτὴν καρπῶν*, ἀλλὰ μὴ *δοτὴν πρώτων καρπῶν*, ὡν σύνθετον ὄνομα πρωτογενήματός, à fructibus, sed non à primis fructibus, quos derivativo nomine vocamus primitias. Τί δὲ πτε, ita pergit, *δοτὴν καρπῶν*, ἀλλ' οὐκ *δοτὴν πρώτων καρπῶν* φέρεται ἀπαρχὴν, μήποτε *ἀρχὴν* ἢ αὐτὴν αἰτίαν, ἵνα τὰ μὲν πρωτογενήματα δῶ, τοῖς δὲ δευτερείοις ἀμείψῃ τὴν ἑτόν. Cur de fructibus & non de primis fructibus offert primitias? fortasse hanc ob causam, ut primatum creaturæ det, secundarium honorem reddat Numini. Philonem iterum sequitur, Ambrosius libello de Cain & Abel, ubi ab hoc Caini factò multa in se quidem recta & utilia, præposterè tamen necit. Nam omnia hæc incerta conjectura nituntur. Cùm sub finem anni obtulerit fruges, potuit sanè earum primitias sacrificare. Æquè libera est illorum conjectura, qui hic Caini avaritiam increpant, eò quòd exiles Deo spicas & manu parca obtulerit. Etenim sub finem anni non spicas sed fruges terræ obtulit. Neque ullo indicio cognoscitur, cum fruges obtulisse non larga manu. Grotius pertendit, mincham Caini fuisse sagmen, cujus antiquissimus

apud omnes gentes usus in sacrificiis. De sagminibus ita Plinius lib. xxii. 2. *Sagmina in remediis publicis fuisse, & in sacris legationibusque Verbenæ.* Certè utroque nomine idem significatur, hoc est, gramen ex arce cum sua terra evulsum: ac semper & legati cum ad hostes clarigatum misterentur, id est, res raptas clarè repetitum, unus utique verbenarius vocabatur. Mirum ejusmodi sagmen seu ἱερὸβοτόμη in mentem Grotio potuisse venire. Nam פרי quis unquam dixit nisi fructum פרי arboris semen edule sementantis? Cùm sagmen fuerit species ירבב herbae, quam sacram fecere gentium mores, non populus Dei. In foederibus sanè sacris sæpe sacrificatum est. At sacrificium foederale nunquam captum ex herbis, verùm ex animalibus. Et temporis, quod supra eruius circumstantia, planè frugum oblationem non herbarum factam esse indicat. Sæpe vir cætera magnus ex paganis ritibus talia obtorto collo ad explicationem rerum sacrarum rapit, quæ si propius intucare, nec cælum nec terram attingunt. In Tanchuma fol. 3. statuitur tanquam ex communi sententia Magistrorum, oblationem Caini sumptam esse פתח סורע ex semine lini. Sed cùm Moses in genere tantùm dixerit, obtulisse Cainum פרי הארצה ex fructibus terræ, obscurum est, quæ species hæc frugum fuerit. Proinde nihil vel conjicimus vel definimus.

XX. Habeli sacrificium delectum fuit פתח צאנ ותחבירן ex primogenitis ovium suarum & de adipibus earum. Perperam nonnulli in תחבירן itatuunt ejusmodi metaphoram, ut non adipēs ovium sacrificatas juxta legem pacificorum quæ postmodum lata est Levit. iii. sed pinguißimas Moses dicere voluerit. Quam παρρημηνείαν excutimus alibi, ubi de esu carniū. Quia enim de adipibus juxta ritum pacificorum sacrificavit, reliquas carnes ad epulum ἱερομασθω sepõsitas esse clarum est. Quod si tamen de pinguißimis ovibus accipiendum esse Mosē quispiam adfirmaverit, æquè solidum erit argumentum pro esu carniū ante diluvium. Quomodo enim laudi id dari potuit Habeli pinguiores oves sacrificanti, si neque pinguium neque graciliū usus fuit in victu hominū? Deinde cùm nihil sacrificari potuerit, quin fuerit in usu hominū, manifestum est, si oblatæ sunt ovium carnes, easdem in usu esse debuisse. Rectè Porphyrius de abstinentia lib. 2. p. 184. ἄρα εἶδος ἀπαρχῆν εἶδοναι, ἧς ἕνεκεν ἀπαρχόμεθα ἔσφῆς. Neque honestum esset ex iis alimentis primitias solvere, quibus abstinentes. Vis hujus argumenti premit Grotium. Igitur sic conatur elabi Annot. ad Genes. iv. 3. Cùm nihil Deo sacrari soleat, nisi quoddam in usu sit hominum, animantibus autem vesci ante diluvium permissum non fuerit, dici posset, oblatam lanam & lac pinguißimum, quod hic הלב vocatur. Nam הלב per





omitto illorum conjecturas, qui sacrificium Caini exagitant inde, quòd parca & avara manu, & quidem ex fructibus non primis sed serotinis Deo admensus fuerit. Hæc enim nulla ratione idonea nituntur. Perperam etiam Hebræi causam rejectionis in eo quærunt, quòd Cain tantum Mincham, Habel verò Holocaustum obtulerit. Inter hæc duo ita distinguit R. Levi in Chinnuk. *Holocaustum*, dicit, *seu sacrificium animalia viventis fortius acute imaginationem: quod quemadmodum homo videt, animal sibi simile, sed intellectu destitutum comburi, ita sentiat animam intelligentem peccantem, ob intellectus infirmitatem comburendam, si in actionibus bestialibus, quales peccata sunt, persisteret. Mincham verò servire deprimentæ concupiscentiæ, dum homo propter peccatum aliquid de suis facultatibus comburi videt, tamen ex illa vim imaginativam non æquè validam esse.* Proinde cum minùs efficacæ habuerit mincha Caini Deum potius respexisset holocaustum Habelis asserunt. Atqui si discrimen illud rectè assignaretur, tamen quòd mincham obtulit Cain non holocaustum, minimè justa fuisset hæc causa rejiciendi sacrificium Cainicum ritè oblatum. Josephus approbati & rejecti sacrificii causam hanc reddit: *ὁ θεὸς δὲ πικρὴ μάλλον ἦδεν συνεία, τοῖς ἀντιμαρτύροις ἢ τῆ φύσιν γεγονόσι λιμώμενοι, ἀλλ' ἔτι τοῖς καὶ θηρίοισιν ἀνθρώποις ἀποτέλει τῆ βίαν πεφύκοσι.* *Deus hac videlicet (nempe lactis & primogenitorum) magis delectatur, quippe qui mœvult coli natis & secundum naturam, quàm iis quæ cura & industria hominis avari violenter nascuntur.* Verùm hæc ratio frivola est. Nam si ita haberet, Deus quidem magis respexisset sacrificium Habelis, cæterùm Caini sacrificium non aspernatus esset, sed secundo loco posuisset. Quin lege lata Deus instituit oblationes ex primitiis; minimè id facturum, si iis ritè peractis nullo modo delectaretur. Plerique statuunt, Caini sacrificium Deo displicuisse, quia is dissidebat à fratre. Debuerat igitur inquit, munus ad altare relinquere, & prius cum fratre conciliari, Matth. v. 24. At dissidium cum fratre intercessit non ante sacrificium, sed ipsius sacrificii occasione. Frustra igitur oblationis Cainicæ in rebus ejusmodi externis reponitur, cum totum internum fuerit in animo, qui infidelis fuit erga Deum, & externum sacrificium ad legitimum finem non direxit. Hanc verissimam causam nobis ostendit solus Paulus, Hebr. xi. 4. *Per fidem præstantius sacrificium obtulit Abel quàm Cain.* Quælibet actio peccatoris quæ destituitur fide in Christum, mala est. Nec absque fide possumus Deo placere. Ut cum fide offerretur sacrificium, tria omnino sunt requisita, ut sacrificaretur prævio Dei mandato; ut sacrificium haberetur pro symbolo factæ & obsignandæ sibi promissionis de Christo & remissione peccatorum per sanguinem  
 ipsius

ipſius impetranda; ut qui ſacrificat , ſeipſum offerat Deo in ſacrificium vivum, ſanctum, & Deo acceptum, Rom. xii. 1. Primum non deſuit ſacrificio Caini. Cognovit enim à parente edoctus, ſacrificandum eſſe. At deſuere reliqua duo. Non ſacrificavit Cain cum fide promiſſionis factæ in Paradifo. Imbutus igitur fuit perversa opinione, quod talis oblatio per ſe valeret ad ſatisfactionem pro peccato, vel ad impetrationem juris vitæ. Quomodo Gentiles ſacrificia Deo obtulerunt ſine fide, qui exiſtimârunt Deum externa actione ita delectari, ut ejus intuitu ſe propitium gerat ſacrificanti, & ei beneficia conferat. Contra Habel offerendo oves & adipos earum teſtatus eſt, ad juſtitiam impetrandam opus eſſe ſacrificio boni odoris, quod melius eſſet pecuino ſanguine & adipe. Igitur in ſacrificio ſuo unicè meditatus eſt mortem teſtatoris & paſſiones ſeminis illius, quod caput ſerpentis erat contriturum. Qui enim offert ſacrificium ritè, is ipſa illa actione teſtatur, ſe tanquam peccatorem indigere dono juſtitix, adeoque eam à Deo petere. Deinde in fide non obtulit ſuum ſacrificium Cain, quia externa illa actione deſunctus non proceſſit ultra. Non ſatis erat offerre Deo fruges terræ. Sed qui has obtulit, debuit etiam ſeipſum offerre Deo victimam; animum puta pium, diligentem Dei & proximi, quærentem gloriam Dei, corpus actionibus ſuis ſerviens Spiritui & omnia membra organa juſtitix. At hæc ſupinè neglexit Cain. Quomodo igitur ex fide procederet ejus ſacrificium? Mera nempe hypocriſis eſt hominum Deo prætextium, qui ſymbola externa gratix uſurpant, & eorum uſum prætexunt internæ ſux turpitudini, animo variis ſcleribus flagranti, atque ſic ex ſacramentis faciunt speluncas latronum, in quibus impunè graſſentur.

XXIII. Quo vero ſigno Deus declaraverit, acceptum ſibi fuiſſe potius Habelis quam Caini ſacrificium, quæritur. Apoſtoloſ in genere dicit, Deum *ὁτι τῶς δούποις ſuper donis* ejus teſtatum eſſe, Hebr. xi. 4. Teſtimonium illud oportet externum fuerit & in ſenſu incurrens, quia etiam Cain intellexit Dei erga fratris ſacrificium favorem, ſuxque oblationis averſationem; atque inde erga fratrem, percitus invidix cæſtro iram concepit. Potuit ſanè Deus mittere cœliſtus Angelum, qui Habelis munus acceptatum fuiſſe indicaret. Potuit ipſe, qui crebrius patribus ſe revelavit, coram Habeli favorem ſuum teſtificari. Nihilominus cauſam non video, cur negandum ſit, primis illis patribus datum ſacramentum illud divinæ approbationis ſacrificiorum, *ἐμπνευματινόν* nimirum, ſeu ignem *ἑλεγοντινῆ*, quo tempore Moſis, & poſtea in primis ſtante Templo ordinariè ſacrificia conſumpta fuerunt. Proinde aſſentior Abenezræ, qui  
ita

ita judicat: ותכן שירר אש ודשנה כנחה הכל ולא כנחה קין *Vero consentaneum est, ignem descendisse & Habelis quidem oblationem in cineres redeigisse, at Caini oblationem non item.* Sententiæ hujus vetustissimus author est Theodotion, qui verba Mosis ita interpretatur: *ὃ ἐρετύλασεν & inflammavit Dominus super Habel & super sacrificium ejus: super Cain verò & sacrificium ejus non inflammavit.* Quam versionem Hieronymus in traditionibus Hebraïcis calculo suo confirmat. *Unde scire poterat, inquit, Cain quòd fratris ejus munera suscepisset Deus, nisi illa interpretatio vera esset quam Theodotion posuit?* Eodem modo Cyrillus lib. 1. Glaphyr. Procopius in Genesin, Faustus Rhegiensis de libero arbitrio libr. 2. capite sexto. Neque dissentiunt plerique nostrates. Certè etiam Lutherus ad Genes. iv. 3. ita scribit: *Et si Moses illud signum, quo Deus ostendit sibi Abel munera grata esse, non ostendit; tamen verisimile est, fuisse ignem caelo demissum, quo oblatio hausta & consumpta in oculis omnium.* Quòd magis miror impudentiam Cornelii à Lapide, qui Lutherum accusat tanquam *ridentem ut Judaicas fabulas*, quòd ignis sacrificium consumpsit. Non ridet sanè Lutherus, sed Jesuita pro more suo fingit. Verùm cum de hac re etiam alibi egerimus, hoc loco non libet esse prolixioribus.

X XIV. Etsi autem cœleste illud testimonium ad frangendum Caini animum fuit potentissimum, tamen fecit Cain ut hypocritæ solent. Cum succensere debuisset sibi suæque vitiositati renuntiare; contra animo percipit & vultu testificationem est impium fastidium & vehemens quidem contra illam testificationem Dei. Unde Moses: ורחך קין פאר ופלו פניו *Et iratus est Cain valde conciditque vultus ejus.* Hic nimirum habitus est hominum invidorum & malum aliis meditantium. Deo igitur curæ fuit, malum Caini animum ad rectius consilium inflectere, & motus fluctus componere. Idque facit partim reprehendendo malam constitutionem, partim ad saniora consilia revocando. Malum animum ita reprehendit *פ. 6. לכה לכה quid tibi succensa est ira & concidit vultus tuus?* q. d. Nonne tua culpa est, cujus animus coram me non est rectus? quique mihi fucum facere studuisti? At ego qui intimas hominum latebras rimari possum, meritò accepto fratris sacrificio tuum improbavi.

X XV. Ad saniora consilia Deus Cainum inflectere studet his verbis: הלוא אם היטיב שיאת ואם לא תטיב לפתח חטאת רבץ ואליך תשוקתו ואתה תמשל בו *Quæ Dei sententia variè redditur. Græci Interpretes ita transtulerunt: ὅτι εἰ ἀνὸς ὀρθῶς προσενέγκας, ὀρθῶς ἢ μὴ διέλας, ἡμαρτες; ἰσχύασον, πῶς σὶ ἢ δὲ ποσὸν φη αὐτῶν, ἃ σὶ αὐτῶν ἀρεῖαι. Nonne si rectè offeras, rectè autem non dividas, peccasti? Quiesce; ad te conversio ejus, & tu ipsi dominaberis.*

Eu-

Eugubinus queritur, *Sibylla hæc indigere*. Verùm fateor ego non planè obliurum esse, quid LXX. hic voluerint, etsi ab Hebræo codice multum dissideant. Vir doctissimus Isaacus Vossius Græcæ translationis sensum his verbis explanat & defendit, c. XI. *Nempe, inquit, dicit Deus Caino, rectè quidem ipsum fecisse, quod obtulerit sacrificium, sed non rectè divisisse, quia meliorem portionem sibi reservasset. Rectè verò divisisse Ablem, qui ἀβελία θυσίας ut est in epistola ad Hebræos, c. XI. §. 4. obtulisset ac meliorem partem sacrificio destinasset. Fubetur itaque Cain ut motus animi compescat, nam nec Deo illum irasci debere, cujus iudicium iustum esset, nec fratri cuius major esset pietas. Neque debere fratri invidere, illum enim obsequentem semper fore, ipsum verò, ut primogenitum habiturum imperium in fratrem. Et mox: Cæterum quamvis discrepent hoc loco Hebræa exemplaria, nihil tamen mutandum in codicibus Judæorum, sed auferenda tantum Massoretharum incrustura. Si enim puncta neglexeris ad verbum sic interpretari licebit, Annon si bonum fuerit donum, & non bona fuerit partitio, peccasti? Quiesce. Ad te conversio ejus & tu dominaberis in eum.* Præverunt viro summo, nimis tamen hypothefi suæ addito vetusti Patres, qui eodem sensu interpretes Græcos explicarunt. Consule sis Augustinum de Civ. Dei lib. xv. 7. Ambrosium de Cain & Abel, lib. 2. c. 6. Procopium aliósq; versionis hujus interpretes. Verùm non sufficit hîc, quod quis sensus fuerit LXX. Interpretum, investigari valeat. Quæritur enim, an simpliciter ille Græcæ versionis sensus cum Hebræo textu punctato inprimis minimè consentaneus, sequestrato quocunque alio, qui ex Hebræo textu erui potest, sit amplectendus? Si sensu eo Græci textus, quem reddunt vetusti Patres, standum est, erit igitur hæc causa rejecti sacrificii Cainici, quia rectè quidem sacrificavit, Deo tamen non obtulit æquam portionem frugum. Quomodo verò Cain dici potest rectè obtulisse, si rectè non divisit, hoc est portionem æquam Deo non obtulit? Sacerdos qui partem Deo devovendam, sibi retinet, adeoque *εἰς ἑαυτὴν ἰδίαν*, non rectè sacrificat. Deinde causa hæc nimis levis est, inprimis cum credibile non sit, expressa aliqua lege definitam fuisse portionem frugum, quæ Deo necessariò cedere debeat. Addo, probabilius esse Cainum more hypocritarum sacrificium suum abundantia potius muneri Deo commendare voluisse. Paulus verò cùm ἀβελία θυσίας Habelem obtulisse memorat, potiorem & Deo acceptiorem notat, non ad τὸ μέτρον seu quantitatem, sed ad fidem offerentium apertè satis respiciens. Quòd verò sublata Massoretharum incrustura, ( sic enim vocat Vir doctus) seu neglectis punctis Hebræicæ orationis, Græcæ versionis sensum extundere conatur, id non possum non mirari. Quomodo enim

enim verba hæc non punctata **הלא אם תישב שאת ואם לא תישב חסאת רבך לפתח** fundere possunt talem sensum: *Annon si bonum fuerit donum, & non bona fuerit partitio, peccasti? Quiesce.* Quæ enim verba significant hic *non bonam partitionem?* Probabilior est hic sententia Cl. Cocceii, qui Sixtino Amama in Antibarbaro ad h. l. commemorante, Græcos ita legisse conjectat: **הלא אם תישב שאת ואם לא תישב לפתח חסאת רבך** transposita nempe voce **לפתח** Quamquam vel sic obscurum est cur vocem **לפתח** LXX. voluerint reddere per **διέλκς**. Potuerunt etiam ita legere **הלא אם תישב שאת** **הלא אם תישב שאת** pro **הלא אם תישב לפתח חסאת רבך** nempe **לפתח** Est autem **פתח** *dividere*. Vel certè quod non minus probabile, pro **לפתח** legerunt **לנתח** à **נתח** *in minuta frustra dividere*.

XXVI. Thargum Onkelosi ita **והואפציעי** **הלא אם תושב עינך ישחקך** לך ואם לא תושב עינך ליום דנא חסאך נסד דינתד לאהפיעינא ככך אם לא תחוב ואם *Annon si bonum fuerit opus tuum, condonabitur tibi. Et si non fuerit bonum opus tuum, in diem iudicii servatur peccatum tuum, in quo futurum est ut de te vindicta sumatur, siquidem conversus non fueris. Sin autem te converteris, condonabitur tibi.* Quæ quidem versio variè peccat. Inprimis in eo, quòd cum Deus Caino minatus fuerit peccatum præ foribus cubans, adeoque pœnam præsentaneam & instantem, illa contrario sensu pœnam Caini prorogat ad diem usque iudicii. Cætera etiam cum Hebræo textu malè conveniunt. Videtur vocem **השקתו** mutâsse in **תשכחו** Quæ mutatio si attendatur, utcunque apparebit, quo sensu Chaldæus Hebraicum textum acceperit.

XXVII. Vulgatus interpres ita reddidit: *Annon si bene egeris, recipies: Sin autem malè, statim in foribus peccatum tuum aderit. Sed sub te erit appetitus ejus: & tu dominaberis illius.* Verùm & hæc interpretatio cum Hebraico contextu consistere non potest. Quomodo enim **שאת** verti potest, *recipies?* Et quid recepturus erat Cain? Præterea Hebræus codex non habet **sub te**, sed **אדך** *ad te erit appetitus ejus*, usitato Hebraïsmo, quo denotatur subjectio rei vel personæ in aliena potestate positæ; uti patet ex Genes. III. 16. Cant. VII. 11. qui Hebraïsmus non constat, si veritas *sub te*. Pererius fatetur *aliam esse lectionem Latinam, aliam Hebraicam*. Et tamen ex Latina cudit dogma Theologicum. Nam *quia*, inquit, *sub te, dixit Dominus*, erit appetitus ejus, & tu dominaberis illius; *concludi adversus nostris temporis hæreticos potest, hominem esse liberi arbitrii, nullaque trahi ad peccandum necessitate, sed in eo esse peccare & non peccare, & dominari peccato, à se illud arcendo, vel ipsum arcendo, vel ipsum admittendo, turpissima ei servitute subijci ac mancipari*, ad h. l. Quid igitur ultra miremur,

mur, Becanum & alios Papiſtas multiplicem ſenſum unius ejuſdemque loci propugnare, quamvis Bellarminus fateatur, unum ſenſum literalem probare poſſe dogma aliquod Theologicum? Imò ſi alios ſenſus fundit Latina, alios Hebraica editio, jam non quadruplex, ſed octuplex Scripturæ ſenſus fuerit. Et ſi integrum eſt quæſitis interpretationibus Spiritus S. Hebraicè loquentem pro lubitu torquere, poterant etiam hunc locum cum Tappero, Alphonſo de Caſtro, Cottono, Klingio ita convertere: *Sub te eris appetitus tuus*. Sic enim & faciliùs deſtinata obtinerent. Nos malumus Hebraico textui acquieſcere, qui non habet *ſub te eris appetitus*, ſed *ad te*. Quæ verba ne ad peccatum traducas, obſtant 1. Inſolentia phraſeos: *Sub te eris appetitus peccati*, quæ planè pervertit Hebraiſmum. 2. Per אָמֹן non peccatum in præcedentibus, ſed pœna peccati intelligitur. Hoc agnoſcit Cornelius à Lapide. Et fanè ita vertunt Chaldaeus & Vatablus. Haſtenus igitur adhuc inſolentior phraſis futura: *Ad te eris appetitus pœnæ peccati*. Quomodo pœna peccati ſubjiceretur arbitrio peccatoris? quo pacto peccator ſuo dominaretur ſupplicio? 3. Si hanc interpretationem agnoſcere nolunt, expediant nobis rationem Grammaticam, quam iis objicimus, quod nunquam אָמֹן cum ſimpliciter peccatum ſignificat, conſtructionem cum maſculino genere admittat. 4. Nunquam Scripturæ ita loquuntur, hominem peccato dominari. Ne de renatis quidem hoc verum eſt. Nemo unquam habuit in peccatum dominium. Ipſe de ſe Paulus negat, Rom. vii. 14. Quid ergo fiet de homine profano, qualis Cainus? Teneamus ergo, non locutum eſſe Deum de appetitu peccati, nec Caino infideli in peccatum dominium promiſiſſe, verùm perſpicuè locutum eſſe de Habelè, & cum Caino tanquam fratri majori ſubjeciſſe, non obſtante favore illo Dei, quo Habelis potiùs quàm Caini ſacrificium probavit. Atque ad eundem non obſcurè referunt etiam Græci Interpretes, qui ita habent: *ὁ θεὸς δὲ ἀποφῆσεν αὐτῷ, non αὐτῷς*. Eadem mens eſt Chryſoſtomo homilia 19. in Geneſin. Cæterum ut Pererii Syncretiſmus cum Judæis in articulo de libero arbitrio manifeſtus fiat, lubet adſcribere Paraphraſin Jarchii ſimilem planè Pererii gloſſæ: *הלא אם תשוב כתרמסה פירושה לפתח חטאת רבץ לפתח קברך רטאך שמור ואלך תשוקתו של חטאת יר הרע תמיר שיקק וכתאור להכשילך ואתה תמסל בו אם תרצה תתבר עיר* Annon ſi bene feceris, juxta *Targum interpretationis ejus*, ad fores peccatum cubat? *ad januam ſepulchri tui peccatum tuum cuſtos*. Et ad te appetitus ejus: *nempe peccati eſt hoc pravum ſigmentum* (peccatum originis: *quod perpetim appetit & concupiſcit tibi dominari*. Et tu dominaberis ei: *ſi volueris poteris peccato prævalere*.

XXVIII. Hugo Grotius in annotationibus ad Gen. iv. שאר explicat de erectione vultus, cui erat opposita demissio vultus in Caino, cujus facies dicitur concidisse. Hanc sententiam, nisi fallor, mutuatus est ab Abenezra, cujus hæc verba lego: ובקן בעניי שאר פנים כי כתוב בתהלה דסלו: פני חור דרך נושה כתיבם אשר פניו ופניו אם ישתה טוב השא פניך: *Placet mihi ut intelligatur elevatio vultus; quia scriptum est proxime, & conciderunt facies ejus. Et hæc est ratio pudoris, juxta sensum: elevabo vultum ejus. Sensus igitur est: si rectè fecisti, erige faciem tuam.* In quam explicationem planè inclino. Certè vox שאר infinitivus nominalis plerunque in Scriptura notat erectionem, seu elevationem. Et convenit hoc cum præsentis habitu Caini, cujus vultus ob pudorem, malam conscientiam, invidiam & machinationem erga fratrem depressus & humi fixus fuit. Licet igitur sententiam Dei sic reddere: *Nonne si rectè egisti, erigis vultum. Si non bene egisti, peccatum excubat ante fores tuas. Ad te est conversio ejus, & tu dominaberis illi, q. d. si conscius tibi es boni facti, cur tibi concidit vultus? cur non potius erigis faciem? sin malè tibi conscius es, quia te conscientia angit, meritò avertis faciem, & certam pœnam habebis culpæ comitem. Interim non excidisti jure dominandi in fratrem tuum natu minorem. Quamvis ejus ego sacrificium respexerim, & meum erga ipsum favorem dare testatus fuerim, tamen non exemi cum tuo juri. Itaque is etiam imposterum tibi serviet, te reverebitur, sicut facere decet minorem natu. Hic sensus facilis est, fuit ex proprietate & usu verborum & convenit cum præcedentibus ac scopo Dei loquentis. Quòd si tamen non satisfaciat omnibus, haud intercedo, ne cum Junio & Tremellio שאר explicetur de remissione; vel certè cum Ludovico de Dieu adoptetur hic sensus: *Annon sive bene offeras, sive non bene, ad ostium cubat peccatum.* Ut ita תשיב שאת dicatur, sicut משיב לכת Proverb. xxx. 29. Ezech. xxxiii. 33. Esai. xxi. 1. 16. Atque sic cum ægrè tulerit Cain suum sacrificium non æquè Deo placuisse ac Habelis, cum tamen quoad externum ritum neglexerit omnino nihil, Deus ei ad animum revocaret, parum interesse, bene an malè externo ritu defunctus fuerit, non hic respici externam oblationem, sed personam offerentem, dedita illa peccata sit an non. Tu autem peccatum perpetud circumfers, quippe cubans ante fores tuas. Ego tamen primam, quam ex Grotio & Abenezra attuli, versionem cæteris præferendam existimo. Judicet hic ipse doctiss. Vossius, an *somnia hæc sint & verba nihil ad rem facientia? Annon potius feliciter hæc explicent mentem Moysi, quàm sensus ille, quem Græcæ versionis accommodavit?**

XXIX. Ni-

XXIX. Nihil proficiebat ad quietem exulcerati animi gravissima Dei oratio. Quippe nimis altè erat inflictum vulnus. Et poterat ipsi Animus pestem & omnia mala præfigere. Quid enim speraret, offensione Numinis tam perpicuè declarata. Sed iram Dei sceleribus provocatam fide & pœnitentia par erat pacare. Nunc nihil magis spirat, quàm insanam ultionem, cæde fratris exequendam. Atque hic primum sese profert indoles serpentini seminis, & synagogæ Sathanæ. Non satis habet, infidelitate & peccatis optimum Numen offendere. Etiam illorum, quos divina dignatio Deo amicos & concordés fecit, fortunam insidiis appetit. Ac quia improba est, probos ferre nequit, quin eos tanquam ignaviam sibi exprobrantes aspicit semper. Hinc malignus Caini erga fratrem succus, quem livido pectore exceperit, donec è medio tolleretur. Catharinus scribit: *Diabolum incitasse Cainum ad fratricidium, metuentem, ne, quia Habel sanctus & innocens, Deoque gratissimus erat, esset ipse illud mulieris semen, aut certè ex eo generandum, à quo serpentis caput contereretur.* Fuit sanè perpetuus hic diaboli metus. Ipsum vaticinium non definit proximòs parentes illius hinc seminis. Hinc qualibet muliere pariente in ancipiti suspensus est, an foetus sibi non futurus fatalis esset?

XXX. De Caino ita exulcerato habet Moses וַאֲמַר קַיִן אֶל הָאֵל אָחִיו *Et dixit Cain ad Habel fratrem suum.* Quid autem dixerit, non exprimitur. Græci interpretes ita suppleunt: *ὁ εἶπε Καὶν πρὸς Ἀβὲλ ἀδελφὸν αὐτοῦ. Διέλεθον μὲν ἐκ τῆς γῆς πεδῖον.* *Et dixit Cain ad Abel: Transcramus in agrum.* Idem supplementum comparat etiam in Samaritano codice, in quo legitur נִכְרָה אֲבֵעָמָם *Abecamus in agrum.* Utrumque & Græcum & Samaritanum codicem quoad hanc laciniam expressit etiam Jonathan Pseud-Uzielides, Ibn Sina Arabs, Vulgatus, & sequuntur Thalmudici posteriores. Thargum Hierosolymitanum enucleatè narrat orationem Caini & responsum Habelis in hæc verba: וַאֲמַר קַיִן לְהָאֵל אָחִיו לֵית הָאֵן וְלֵית דִּין וְלֵית עֵלָם אֲחִין וְלֵית אַגְרָא שֶׁבְּלַצְרָקָא וְלֵית מִנֵּי עֵינַי לְדִשְׁעִירָא וְאֲמַר לְקַן אֲחוּי אֲחִי דִּין וְאֵית דִּין וְאֵית עֵלָם אֲחִין אֵית אַגְרָא שֶׁבְּלַצְרָקָא וְאֵית פְּרִיעַת לְדִשְׁעִירָא וְהָיָא בְּסִדְרֵיהֶן כְּחֵלְמָא וְקַם קַיִן אֶל הָאֵל אָחִיו וְסָלִיד *Et dixit Cain ad Habel fratrem: veni & egrediamur foras. Et accidit, cum egressi essent ambo in agrum, respondit Cain: Non est iudicium, nec iudex, nec seculum aliud, nec merces bona pro justis, nec pœna pro impiis. Nec Dei misericordia creatus est mundus, nec Dei misericordia regitur, eo quod suscepta est oblatio tua cum beneplacito. Respondit Habel: Est iudicium: Est iudex: Est seculum aliud: Est merces pro bonis, & pœna pro impiis: Misericordia quoque Dei mundus creatus est, & misericordia Dei gubernatur. Quia verò meliora sunt opera mea tuis, suscepta est oblatio mea cum beneplacito: tua*



*autem non est suscepta.* Quæ quidem altercatio etiam in Constantinopolitana Pentateuchi additione antiquiore centum annis sedem obtinet inter *ἄλλα* additiones seu complementa illa, quibus ex veterum traditione loca nonnulla insigniora Hebraïci Codicis Chaldaïcè explicantur. Unde autem illa altercatio adjecta sit, optimè explicat Seldenus *de jure Naturali & Gentium Hebr.* lib. VII. 4. Est igitur hîc contentio de Hebraïci Codicis integritate, quam Morinus & Capellus, inter Pontificios etiam innumeri in honorem vulgati Interpretis, convellere student hoc inter alia argumento, quod in eo Codice hemistichium illud omisissum sit, quod cùm ad sensum necessariò pertineat, illi intrepidè suppleunt ex Codice Græco & Samaritano. Verùm quo id jure faciant viderint ipsi. Certè hemistichium illud ante tempora Christi ab Hebraico Codice abfuisse, arguit Chaldaica Paraphrasis Onkelosi, quæ hemistichium illud non habet. Pariter Aquila, Symmachus, Theodotio Græci interpretes supplementum illud constanter omittunt. Et universalis per omnia secula est codicum Hebræorum consensus, ut procul abesse debeat à suspitione corruptionis. Jam olim Origenis testatus est, *Aquilam demonstrâsse Hebræos dicere in arcanis* (allegoricis & mysticis expositionibus) *haberi, quod in hoc loco posuerunt LXX. Interpretes.* Et Cyrillus ad Genes. IV. clarè docet, hæc irreptitia esse: *παρ' ἑδενί, inquit, ἔλοιπ' ἅν κείτω τὸ ἥμισυ τὸ καὶν παρὸς Α' β' γ'. Α' δ' ἑδὲ παρ' ἑβραίοις ἀλλ' ἐν ἀποκρύφῳ φασί. ὅρα ὅτι πῶς ἐβδομήν τ' κείτω, ἔχει ὅτι ἀντὶ τοῦ Σαμαρειτικῶν.* *In nullo reliquorum reperitur verba Caini ad Abelem, neque apud Hebræos, sed dicunt in Apocrypho haberi: in LXX. Interpretibus etiam posita sunt, quæ & Samaritanicus codex habet.* Quin & Hieronymus, Glossa ordinaria, Carthufianus, Nicolaus Lyranus disertè fatentur; non esse de textu, esse supplementum superfluum.

XXXI. Bonfrerius contra Hebraïci Codicis lectionem pro supplemento illo Græci, Samaritici & vulgati Codicis rationibus militat. Supplementum igitur illud authenticum agnosci debere contendit primò, *quia mutila aliàs & imperfecta manet sententia.* Secundò, *quia ita semper lectum fuit in LXX versione, uti fatetur Hieronymus, & ita omnes sancti Patres legerunt.* Tertid, *quia eadem verba habentur in Thargum seu Paraphraste Hierosolymitano.* Quibus argumentis breviter ita responderi potest. Quod primum attinet commune omnibus illis, qui textum Hebraicum vellicant, non magni illud momenti est. Nam ejusmodi lacuna & hiatus potuit certo consilio Spiritus S. relinqui; proinde temerè tali supplemento corrigeretur. Notat Masora, in Bibliis reperiri versus

viginti quinque, qui lacunam in medio habeant. Deinde nulla ratio cogit hic lacunam agnoscere. Etenim sensus simplex est, dixisse Cainum ad Habelem, subintellige, verba illa proximè posita, §. 7. quæ Deus cum Caino commutaverat. Recitavit Cain Habeli orationem illam Dei. Quæ sententia est etiam Hieronymi. Quin & Abenezra eò inclinat, ita inquiring: *התוכחה שזכרו השם קרות ארי שאכר לו כל התוכחה שזכרו השם* Probabile mihi fit, quòd dixerit Cain Habeli omnem illam disputationem, quæ Deo cum ipsis intercesserat. Alias conjecturas hîc mitto, quales sunt, quòd ארר accipi possit pro ארר tali sensu: *Es locutus est Cain cum fratre, sive varios sermones cum eo consulit*; quòd ארר pro sermone cordis, seu cogitatione prava & machinatione Caini erga Habelem accipi possit. De quibus prolixè agit Cl. D. Hottingerus, Exercit. Samarit. p. 83, 84. Nec melior est secunda ratio petita à lectione Græci codicis. Notum est, Interpretes non semper verbum verbo exprimere, sed sæpe reddere sensum, qualem ipsi animo concipiunt. Cùm igitur Græci reperirent in Hebraïco codice verba: *Et dixit Cain ad Habel*; quid autem dixerit, non legerint; divinaverunt fortàsse quia proximè dicitur: *Et factum est cùm essent in agro*, dixisse Cainum fratri, ut veniat in agrum, adeoque ipsum provocàsse. Igitur sensum, quem conceperunt ipsi, maluerunt ponere integrum, ne lector suspensus hæzere cogeretur. Quod Thargum Hierosolymitanum attinet, miror Bonfrerium illius autoritate uti, cùm textum Hebraïcum non tantùm paucis illis verbis, sed integra oratione Caini auxerit, quam apocrypham esse nemo diffiteri potest. Feliciùs allegàsset cum Morino Thargum Jonathæ Uzielidis. Quanquam lippis jam & tonforibus notum est, Paraphrasin in Pentateuchum, quæ Jonathani Uzielidi tribuitur, non veri Uzielidis esse, sed Thalmudistæ cujusdam recentioris, qui totum illud opus suum Thalmudicis fabulis collutulavit. De Samaritano Codice parum etiam anxii sumus, quippe corrupto multis modis. Et hoc ipsum supplementum Samaritani videntur ex Græco codice hausisse, cujus fide etiam cæteri recentiores Interpretes sunt decepti.

XXXII. Occasionem cædis Cain captavit נשרר בהמות *cùm essent in agro*, §. 8. Qualisager hic fuit, dubium est. Hieronymus Damascenum agrum fuisse opinatur. Alii alium produnt. Adrichomius proximè agrum Damascenum ostendit locum, qui vocatur *Cain & Abel*, in quo occisum esse Cainum antiqua fert traditio. Apud R. Elieserum cap. 21. R. Zadoc illud נשרר explicat non *in agro*, sed *cum uxore*, quæ, ita inquit, *similis est agro*, sicut dicitur: *Homo enim arbor agri* Sentiant nimirum veteres Cabbalistsæ, æmulationem fratrum ortam esse ex eo, quòd Adamus Habeli

beli desponderit conjugem formosiorē. Quæ etiam Orientalium traditio vetusta est, sicut colligere licet ex Eutychio Alexandrino Patriarcha, qui hanc historiam recitat his verbis, prout ea Procopius ex Arabico transtulit: *Cumque jam provectiores facti essent pueri, dixit Adam Evæ, ducat Cain Owain, quæ unâ cum Abele nata est. Abel autem Azrun, quæ cum Caino nata: Dixit autem Cain matri suæ, ducam ego sororem meam, & ducat Abel sororem suam. Quippe pulchrior erat Azrun Owainâ. Quod cum audisset Adam, malè admodum ipsum habuit, dixitque, Hoc est contra præceptum; ut sororem tuam gemellam ducas. Et fuit Cain agricola, Abel pastor ovium. Dixitque illis Adam, accipite de fructibus terræ, & de factu ovium, & conscenso montis hujus sacri fastigio offerre munera vestra, deinde uxores vestras accipietis. Attulit ergo Cain de fructibus terræ in oblationem Deo, optimos, selectissimos: Abel è primogenitis ovium suarum optimas, selectissimas. Interea autem dum cacumen montis ascenderent, indidit Satanás (in mentem) Caino, ut fratrem suum Abelen occideret, sororis suæ Azrun gratiâ. Idebque non acceptam habuit Deus oblationem Caini. Quare magis in Abelem irâ & æstu commotus Cain, irvidit fratri suo, cumque de monte descendissent, in ipsum irruens, ac lapide caput ejus feriens, ipsum interfecit. Quæ quidem cum nulla omninò fide suffulciantur, meritò nos pro suspectis habemus.*

XXXIII. Cùm sic in agro essent, *וַיַּחַד אֶת אֶבֶן וַיַּדְּחֵהוּ עַל אֶחָיו וַיָּמֹתוּ* occidit eum, Cain Habelē. Quo necis genere eum occiderit, non explicavit Moses. Interim necem hanc cum *וַיִּשְׂפַךְ דַּם אֶבֶן* effusione sanguinis fuisse conjunctam non licet ambigere; quia eum Jehova his verbis increpavit: *vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Quomodo etiam Christus Matth. xxiii. 35. meminit *αἷμα Ἰσὴλ καὶ Ἰακώβ* sanguinis Abelis illius justi. In quo quidem acquiescimus, nihil usi Hebræorum aliorumque intempestivo studio, qui de genere cædis, de instrumento occisionis, aliisque ejusmodi quæstionibus subtiliter disputant. Et vana esse judicaverim, quæ Patricides de *lulu parentum*; R. Jochanan apud R. Eliezer de *sepultura Habelis* & ejus ritui à corvo socium suum sepeliente monstrato, prolixè tradunt; quæ proinde authoribus suis relinquimus.

XXXIV. Hactenus igitur Cain detestabilem vindictæ sitim innocentis fratris sanguine extinxit. Deus autem maleficio fratris gravissimè offensus primò peccatum cognoscit; deinde sententiam scelerato edicit; tum expostulationi ejus respondet, denique sententiam in eum pronunciatam executioni mandat. Cognitionem instituit Deus modo forensi, partim quæstione, partim evictione. Quæstio γ. 9. ita habet: *אֵי הָרֶגֶת אֶת אֶחָיו* ubi est frater tuus? Noverat sanè Deus, ubi Habel esset, & quàm ne-

fariè

fariè trucidatus esset. Interrogat tamen, ut excitet fontem; & adjecta blanda fratris appellatione Caini conscientiam amplius verberat. Reus autem ferociter respondet ad hanc quæstionem, partim mendacio, partim exceptione. Mendacio quidem inficiatur crimen. In exceptione autem negat suum fuisse officium, ut custodem ageret fratris. In inquisitione Deus primò conscientiam Caini appellat testem: *Quid fecisti?* Secundò pròducit duplex testimonium externum. Alterum est sanguinis clamantis: קול רמי אחך צעקם אלי. *Vox sanguinum fratris tui ad me clamat.* Alterum terræ, quæ sanguinem hausit. Quasi diceret Deus: Quum Cain convinci velit testibus, & per illud tempus non fuerint, qui aut testarentur, aut maleficium ejusmodi perpetrârint, rem præsentem convincendo fratricidæ sufficere, nempe tum sanguinem, qui terram cruentavit, & ad Deum clamat postulans vindictam (qua in re Hebr. XII. 24. sanguis *ἁμαρτίας* Christi dicitur *κρείττονά λαλεῖν ὁμοῦ ἢ λέγειν*). tum terram ipsam cruentatam. Sic igitur Deus Cainum maleficii reum peragit. Fratrem tuum occisum esse arguit tum sanguis ejus ad me clamans, tum terra cruentata. Nemo autem fuit qui fratrem occidere voluerit præter te. Tu igitur perpetratæ cædis es reus. In Sanhedrim cap. 4. inquirunt Thalmudistæ cur Deus dixerit קול רמי *vox sanguinum*, & non קול רם *vox sanguinis*. Ita autem ibi habetur: אינו אוסר דם אחך אלא רמי אחך רמי דם. *Non dixit, sanguinis, sed sanguinum fratris tui, scilicet ipsius, & seminum ejus. Aliorum sententia est, dici sanguines, quia sanguis ejus dispersus est in ligna & lapides.* Priorem rationem reddidit etiam Thargum Onkelosi, qui ita *פדף עגיל קול רם ויגין דיתידן למפס כן אחך ארץ* *vox sanguinis seminum, quæ à fratre tuo prodire poterant.* Posterior expositio habetur in Bereschith Rabbah, c. 22. Sic enim præclare philosophantur illi. Animam Habelis (nam רם illis est נפש) non potuisse cælo recipi, quia nulla adhuc animâ cælum intrâisset: neque etiam inferno, quia corpus nondum sepultum fuerit. Priusquam enim corpus sepeliatur, animæ quietem nullam obtingere. Ideo animam Habelis in sanguine super ligna & lapides dissipatam ad Deum clamâsse & præsentem vindictam repetiisse. Quæ Thalmudica figmenta at tullifæ est refutâsse.

XXV. Sententia in fratricidam atrox pronuntiatur, in qua ipsi dictatur tristis exilii pœna. Verba Dei sunt: *וניתה איור אתה כן האדמה. אשר פעתהאר פיה לקחת את רמי אחך כידך כי תיגבר את האדמה לא תוסף חת כחה לך נעו. ומע החרה בארץ. Maledictus es de terra, quæ aperuit os suum, ut susciperet sanguinem fratris tui de manu tua. Quando coles terram, non dabit tibi ultra frum-*

*Elum suum. Vagus & profugus eris in terra.* Dignum erat scelus, quod in hac quidem terra capitis supplicio expiaretur, juxta Dei comminationem alibi, ut Genes. ix. 5, 6. factam. Verùm cum pauci homines mundum incolerent, quibus non erat opus exemplo, & Deus hic non terrestrem iudicem egerit, maluit exilii pœnam indicere. Præsertim cum reputaret, etiam illam parricidæ sic fati gravem futuram. Hactenus enim Adamus & liberi ejus communem terram incoluerunt, proximam illam Paradiso, sicut superius ostendimus. Nunc mulctatur tristi exultatione, & tanquam extorris ex ea in peregrinas terras agitur. Indignus nempe erat homo sceleratus, qui cum parentibus optimis commoraretur, qui charissimum eorum pignus è medio sustulit, & fraterno sanguine patriam terram fecidavit. Cùmque agricola fuerit, tantò gravior ipsi futura erat jactura agrorum, quos antehac feliciter coluit. Nec malè pœnam hanc explicat Abenezra: וסלה ארור מן האדמה שיבא לו חסרון מפאת אדמה שיונע רטעו כי הוא עובר היה אדמה ולא נתן האדמה יעד קער ופרי רצוץ ללכת אל ארץ רחוקה במקום ארם אבז שהיא קרוב אל הן ולא שקום במקום אחר רק ינון *Verba:* Maledictus es de terra, *notant*, quòd obventurus sis ei defectus vel minimi anguli terræ, quam ipse quidem, cùm agricola sis, constiturus & plantaturus sis; interea terram non præstituram esse messem vel fructum ullum, aded ut cogatur ipse abire in regionem longè dissitam à loco Adæ patris sui, qui Paradiso vicinus erat. Neque tamen in peregrina terra ullam ipsi futuram quietem, sed tantùm hinc inde *vagaturum.*

XXXVI. Atque hæc quidem sententia est à Deo lata. Sed cum gravitatem illius sententiæ sive ex horrore & consternatione animi, sive ex alia causa non satis perciperet Cain, extorta confessione utens per modum expostulationis illius interpretamentum petit. Confessio non quidem explicata, sed verbis illius implicata hæc est, *נרל יעני כנשא. Major est iniquitatis meæ pœna quam ut ferre possim.* Primum quidem quasi in transcurso fatetur iniquitatem suam. Deinde certò consilio amplificat pœnam suæ iniquitatis & obliquè Deum accusat injustitiæ, tanquam pœnæ modum ex peccati modo non bene expenderit, cùm naturalis lex noxæ parem pœnam esse velit. Quæ quidem perfrictam fratricidæ frontem fati arguit. Quomodo enim exilium pœnam delicto suo graviorem reputare potuit, qui peccato suo temporalem juxta & æternam mortem promeruit? Sed necdum peccati sui gravitatem intellexit. Hinc sicut carnales homines faciunt, non tam sollicitus est, quo pacto iram Dei placaret, quàm quo modo temporalis suæ vitæ securitatem acquireret. Proinde per modum criminantis ita arguitur, *פ. 14. En expellis me hodie à superficie terræ, quasi dicat.*

cat. Quòd me pronuntias fore vagum & errantem, satis ostendis, meam vitam apud te loco nullo esse. Tum à facie tua sum me absconsurus, adeoque exulaturus sum ab Ecclesia & domo paterna, in qua cultus Dei viget. Cùm igitur nec in terra nec in Ecclesia stabilem receptum reperiam, nihil restat, quàm ut obvix cujusque creaturæ libidini & injuriis sim expositus, adeoque à primo occurrante enecer. Quæ quidem argumentatio processit à pavoribus malæ conscientix, non à dictatu rationis naturalis, uti malè Grotius. Nam ratio summa cordi cujusvis hominis inscripta non finit quemquam ignorare, quòd vindicta competat Deo & magistratui, ita ut nemini privato quemquam liceat occidere. Postulato huic ita respondet Deus y. 15. כל הרג קן שבעתים קם. *Quisquis occiderit Cain septuplum vindicabitur.* Ita enim Hieronymus vocem שבעתים transtulit, ut septupla proportione poena exsolvenda intelligatur ei, qui Cainum occiderit, utpote qui poena Caino inflicta non fuerit ab homicidio absteritus. Porro LXX Interpretes illud septuplum retulerunt ad numerum qui ἐπὶ αὐτῷ ἐκδικήματα *septem vindictas* vertunt. At de temporis duratione accepere tum Theodotio, tum Chaldæus; quorum ille שבעתים per ἑβδομάδας *hebdomadas* nempe generationum; hic per שבעתים *septem generationes* reddidit; uterque innuens, eum qui occiderit Cainum, puniendum esse tum in se, tum in posteris ad septimam usque generationem. Quæ mens fuit etiam Josephi ita scribentis: ἐπαράδωκε δ' αὐτὸν ἐπιθεῖν ἐκ τοῦ ἐκζώντος αὐτοῦ ἡμιωριστοῦ & ἕξ ἑβδομάων ἡπειλήσθη γενέσθαι. *Maledictum eum posuit, & posteros ejus usque ad septimam generationem punitum iri comminatus est.* Rectius ad qualitatem & intensiorem poenæ refertur, ut sic notetur poena, quæ gravitate sua longè superet eam, quæ Caino irroganda erat. Quomodo Aquila שבעתים transtulit ἑπτάκις *septupliciter*. Solet nempe hic numerus passim in Scriptura poni ad notandam indefinitam multitudinem, copiam, magnitudinem, perfectionem. Placuit igitur Deo, severè vindicari eum, qui Cainum occiderit, quòd sic Cain quàm diutissimè pateretur conscientix angores & aliis exemplo esset.

XX XV II. Quod sermone Deus promiserat, id signo etiam confirmavit: כל מצאו את לבתי הכות אותו כל מצאו *posuit Deus in Caino signum, ne percuteres eum ullus qui ipsum invenisset.* Quale signum illud fuerit, quaeritur. Liberè hic pro more suo nugantur Hebræi. R. Solomon Jarchi ita explicat: לית לך לראות את כשמו בכצו *impressit fronti ejus literam ex nomine suo.* In Tanchuma verò fol. 4. divinant, signum hoc כצו *Sabbatum*, quod in remissionis signum datum fuerit Adamo & postmodum Caino. R. Eliezer in Pirke, cap. 21. contendit, fuisse signum istud literam unam ex Al-

phabetho Hebraico brachio Caini impressam. Alii etiam putant, ubicunque locorum fuerit Cain, partem aliquam circumstantis terræ tremuisse, *יש אוכרים כי האות קין ואחיים אכרו ענתן חק בלכי והכיר פחדו מפני והנכח שהשם עשה*. *Sunt qui dicunt, quod signum illud fuerit cornu. Alii dicunt, quod Deus cordi ejus firmitudinem indiderit, & pavorem ab eo sustulerit. Mibi verò videtur, quod Deus in eo patra veris miraculum, quo se non iri occisum persuaderetur. Quale verò illud fuerit, Scriptura non explicat.* Plerique sancti Patres hoc signum faciunt ingentem tremorem corporis & contestationem vultus. Quibus etiam Patricides Arabs consentit, qui ita explicat: *וכן קאין פורא כרתנשא האבא איהם היארו*. *Et fuit Cain tremulus, trepidus, & capite nutans omnibus vitæ suæ diebus.* Ex Mose hoc constat, signum illud non fuisse extra Cainum sed לקין *in ipso Caino*. Signi autem modum exponi non posse arbitror. Nisi quis fortè statuerit, Cainum ex terroribus conscientiae ita aspectu horrendum fuisse, & aliqua qualitate patibili sic in se affectum, ut omnes quoque aspicientes itidem affecerit.

XXXVIII. Sententiam in Cainum pronunciatam ipse executus est. Postquam enim patriam tellurem intellexit sibi interdictam *יצי מלפני יורה* *exiit à facie Dei*, y. 16. Quia nimirum deseruit eam terram, in qua parentes ejus ex Paradiso pulsi habitarunt, quamque Deus crebris apparitionibus & singulari familiaritate ac mysteriorum revelatione beavit, dicitur exiisse *à facie Dei*. Mons sanctus vocatur Orientalibus scriptoribus illa terra, id est, locus, in quo Adam & proles reliqua se erga Deum piè gerens mansit, dum Cainus ejusque parenti similis plerunque posteritas post sententiam poenæ illius sic à Deo irrogatæ exulabat, vagabaturque. Per *לפני יורה* terram Canaan, in qua Adam proximus Paradiso habitaverit, intelligit Author Cosri parte 11. sect. 14. *cujus locum memorabilem à Cl. Buxtorfio Latine factum adscribere non pigebit. Adami verò hæc terra fuit propria, & in ea quoque mortuus est, quem admodum per traditionem accepimus; quòd in spelunca (Abrahami de qua Genes. 23.) quatuor sepulta sint parva; Adam & Eva; Abraham & Sara; Isaac & Rebecca; Jacob & Leah: Hæc ipsa est terra quæ vocatur לפני coram Domino, (Gen. 4. 16. ubi dicitur; Et egressus est Cain à coram Domino, & de qua dicitur; semper sunt oculi Domini in ea (Deut. 11. 12.) & propter quam amulatio & invidia incidit inter Abelum & Cainum jam ab initio, dum scire voluerunt, quis illorum dignus sit futurus successor Adami, ejusque Cor & peculium, ad hæreditate possidendam terram illam, & rei Divinae participationem, quisve instar corticis (rejectitii) unde postea etiam accidit, ut Cain Abelem interfecerit, & solitarius manserit, deque eo dictum sit; Et exiit Cain à facie Domini; quia scilicet*



scilicet expulsus fuit à terra illa, in qua fuerant; & fuit vagus & profugus in terra; Sicut quoque dicitur de Jona; Et surrexit Jonas, ut Tarfisam fugeret מלפני אלהים à coram, vel, à facie Domini, Jona. 1. 3. Non fugit Jona à facie Domini, sed à loco Prophetiæ; reduxit autem eum Deus in eam è ventre ceti, & prophetavit in ea. Cum autem natus esset Seth ad similitudinem Adami, sicut dicitur. Et genuit in similitudine sua, secundum imaginem suam, Gen. 5. 7. 3. Ideo ille successit in locum Abelis, sicut dicitur; Quia posuit mihi Deus semen aliud loco Abelis, quem occidit Cain, Gen. 4. 7. 25. dignusque fuit qui vocaretur Filius Dei, sicut Adamus: denique etiam meruit hæres fieri terræ illius, quæ in proximo est ab Horto Edenis gradu, (Gen. 13. 20.) Sunt, qui exitum hunc Caini à facie Dei explicent de exitu Caini ab Ecclesia tanquam à Deo excommunicati. Verùm id parum veri. Simile est, ullam hic personalem excommunicationem Caini intercessisse. Quid enim hæc apparet præter exitum & mutationem soli patrii, in quo cultus Dei viguit, conjunctam cum maledictione? Certè nec sacerdotio nec sacris ulla interdicitur. Quin & creditum est Orientalibus, teste Eutychio Alexandrino in Annalibus, non obstante exitu Caini, intercessisse usque ad obitum Adami commercium & societatem Caino & suis reliquisque Adam posteri in loco, quo ille exulabat. Etenim is primam Cainitarum & Sethitarum divisionem disertè collocat statim post Adæ mortem his verbis: פקד סער מוח אדם אחרקת ובלה שיה ינו ובלה קאין זרלעין: פקד סער מוח אדם פאכר שיה אבנא אוש ככרה פקא ינאן אבן אנש Post mortem Adæ determinata est familia Sethianorum à familia Cainitarum, & cepit Seth filium suum primogenitum Enosh & Cainan filium Enosh, &c. De qua divisione ex eodem Eutychio postmodum plura dicemus.

XXXIX. Exul à facie Dei habitavit עין קרחת עין בארץ ער איד בארץ ארם-ארם in terra Nod ad orientem Eden. Non potest quidem facilè ostendi, quæ terra hac appellatione sit donata. Ex notatione tamen vocis נוד intelligi potest, Deum sententiam suam implevisse, & effecisse, ut totam vitam Cain incertis sedibus & erroribus transigeret. Porro de situ terræ Nod probo sententiam doctissimi Interpretis Francisci Junii. Verum tamen, inquit ille, cum in illo tractu qui subest Babyloniæ, gentes ferae sint in tuguriis & mapalibus habitantes, tum in Arabia deserta, tum in extrema Babylonia ad sinum Persicum, tum in Susiane contermina, quæ gentes Nomades appellantur, totum illum tractum appellari terram Nod ex eo judicaverim; sed quia latè patebat ille tractus quem Nomades coluerunt, propterea distinctionis ergo circumstantia altera adjicitur: nempe Cainum se in eam terram Nod recepisse, quæ ex adverso Hedenis Orientem versus sita est: ac proinde ex eo concludimus sedem Caini fuisse in una Susiane, ubi Characeni & Eulei à Geographis dicuntur habitasse.



XL. In tristi hoc exilio Cain generationi posteriorum dedit operam. Cujus quidem studium his verbis narrat Moses, *y. 17. Et cognovit Cain mulierem suam, quæ concepit & peperit Hanoch.* Prima hic occurrit mentio conjugii Cainici. Cùmque sub incunabula mundi, præsentè unica familia Adami coactus fuerit ex paterna domo repetere conjugem. adcoque nativam sororem, quæsitum est, an istud conjugium cum lege Dei & naturæ, quæ fratrum & sororum conjugia videtur incesti damnare, conciliari possit? Quæ quidem quæstio eruditorum ingenia vehementer torquet. Lubens hïc omittit traditionem Orientalium, qui, teste Patricide, & astipulantibus Epiphanio & Cedreno, putarunt, cum Caino & Habelè natas sorores gemellas, & Caini quidem gemellæ nomen fuisse *Azron, Habelis Awin.* Itaque primos parentes, tametsi fratribus sorores jungere necessum erat, nihilominus ita statuisse, ut qui in ipsis fratribus & sororibus magis essent cæteris invicem natalibus distiti, non conjunctiores, matrimonio copularentur. Conjunctiores autem fuisse gemellos quàm qui partu diverso nascerentur. Inde adolescentibus gemellis eorum paria ita disjungi voluisse, ut gemella fratri, qui non esset gemellus nuberet. Caino itaque *Awinam*, Habeli autem *Afrunam* eos destinasse. Quæ quidem de gemellis traditio nullis fide dignis argumentis confirmari potest. Præterquam quòd lex Deo conjunctionem fratrum & sororum prohibens, non de gemellis tantum, sed de quacunque uterina sorore intelligi debet.

XLI. Thalmudistæ plerique hïc allegant חסר seu *indulgentiam Dei*, juxta illud quod extat Psal. LXXXIX. 3. כי אסרתי ימים חסר יבנה *Nam dixi, indulgentia seu benignitas ædificavit seculum.* Et indulgentiæ hujus mentionem fieri ajunt in ipsa lege Levit. xx. 17. *Vir qui acceperit sororem suam filiam patris sui aut filiam matris suæ, & viderit turpitudinem ejus, & ipsa viderit turpitudinem illius, חסר ריה benignitas erat seu indulgentia primævis seculi.* Quasi in ipsa lege scripta, qua tam germana quàm uterina soror interdicitur, intercessisset præoccupatio ejus objectionis, quæ fieri poterat à conjugio primorum fratrum & sororum. Itaque Gemara allegante etiam Seldeno de *Jure Nat. & Gent. Heb. lib. 5. cap. 8.* Hierosolymitana ad titulum Sanhedrim, cap. 16. ita habet: הכתיב ואיש אשר יקה את אחותו בנת אכז או בנת אכז וראה את ערותה והיא תראה את ערותו חסר ריה שלא תאכז קן נשא את אחותו הכל בשם את אדותו חסר עשיתי יום הראשונים שיבה העינים מהם אכרתי יום חסר ריה *Ubi in lege scripta habetur vir qui acceperit sororem suam sive filiam patris sui sive filiam matris suæ, & ille viderit turpitudinem ejus, atque illa turpitudinem illius viderit, indulgentia erat; id adjicitur ne objicias, at Cainus sororem suam in uxorem duxit, at Abel suam etiam in uxorem duxit sororem;* atque

atque intelligendum est ac si interfertum fuisset, indulgentia seu gratia usus sum erga homines primævos, quoniam ex eis mundus edificatus est. Dixi, indulgentia edificavit mundum. Et glossa Jarchii ad citatam legem, כררשו אים כסנו לכתב עולמו כסנו עשה המקום נשאו אחורו חסד עשה המקום לכתב עולמו כסנו כררשו אים *exponit solet; Si objicias Cainum in uxorem duxisse sororem suam, id ex Numinis indulgentia factum est, ut edificaretur seculum illius ex eo.* Quin Paraphrasis Chaldaica Jonathani tributa, legis illius vocabula illa חסד רותא *indulgentia erat*, ita fulsius enarrat: נניו הוא ארום חסרא יגברית עם קרסאי סן פגלל וחסלי תלסמא כגרון עד למא *Turpe est, cæterum indulgentia usus sum erga homines primævos, ideo quodd ex eis mundi fierent propagines, usque dum satis multiplicatum esset genus humanum. Sed postquam id satis multiplicatum est, quicunque ita faceret, &c.* Verùm indulgentia non consentanea juri, & naturali honestati ac sanctitati locum hìc habere non potest, quia Deus nunquam indulget facere malum. Quin potius plures creasset homines, quippe cui ad hoc fuit שאר רותא *residuum spiritus*, & potentia, Malach. II. 15. Neque vel Psalmus vel Moses huic indulgentia favet. Non Psalmus, apud quem nec indulgentiæ mentio, nec ulla relatio habetur ad propagationem humani generis ex primis fratribus, & sororibus. Hoc dicit חסד *gratiam edificatum iri in seculum*, hoc est, amorem illum Dei, quo in Christo nos dilexit, futurum æternum & immutabilem. Neque unquam defuturum studium miserandi fideles & variis beneficiis cumulandi. Moses verò vocat conjunctionem fratrum & sororum חסד quod Græci ἐμφύλιον, Chaldæus קינא *opprobrium* vertunt; non indulgentiam. Unde Jarchius eò loci fatetur, דיאלקטו ארמי חרפה חסרא, *Dialecto Aramica esse idem quod חרפה opprobrium.* Et satis textus ipse ostendit, nullum sermonem esse de primo fratrum sororum conjugio, dum ù ipsi, quorum conjunctio vocatur חסד excindendi statuunt in oculis filiorum populi sui.

XLII. Augustinus de Civitate Dei, xv. 16. necessitatem obtendit legi. *Cum non essent, inquit, ulli homines, nisi qui ex illis duobus nati fuissent, viri sorores suas conjuges acceperunt: quod profecto quantum est antiquius compellente necessitate tanto postea factum est damnabilius religione prohibente.* At necessitatis illius causa fuit ipse Deus, qui plura hominum paria non creavit. Nihil autem Deus sanctissimus facturus erat, quod causa necessaria esset violandi religionem & honestatem naturalem. Etenim legem fratrum & sororum conjugia prohibentem locum habuisse ante legem Mosis, ex ipsius naturæ dictatu certum est. Unde etiam Plato lib. VIII. de legibus, talia conjugia vocat *μυδαμωσ ἐστια καὶ προμωσ, minime pia sed Deo invisa.* Et Diodorus

Diodorus Siculus lib. 1. vocat κεινὸν ἔθος ἢ ἀνθρώπων, *communem hominum morem*, ne fratres misceantur fororibus. Proinde nec probanda sunt verba Michaëlis Ephesii ad quintum Nicomachiorum: τὸν ἀδελφὸν μίγνουσθαι τῇ ἀδελφῇ ἐξ ἀρχῆς μὲν ἀΔιφφωρον ἦν. νόμος δὲ πῆνεν· μηδὲ μίγνουσθαι πλὴν τὸ Διφφωρον. *Fratrem conjungi cum sorore ab initio res media erat: at lege adversus tales concubitus posita, jam multum refert, observetur lex nec ne.* Quasi abstinencia à tali conjugio penderet duntaxat à placito & lege positiva, non à morali rectitudine & honestate. Non refert sanè, quod ante legem à Mose narratum non est, post primorum fratrum & sororum nuptias talia conjugia non amplius licita esse; quia satis habuit hoc in lege ipsa tacite indicasse, cum gentes extraneas eo nomine damnat. Neque enim damnari potuissent propter talia conjugia, si ante legem recta & indifferentia fuissent.

XLIII. Fatetur Maimonides, legem illam, ne fratres misceantur cum fororibus, juxta cum aliis legibus conjugalibus ab initio datam esse Adamo; sed ita ut vim suam non exerceret nisi post multiplicatum genus humanum. Proinde legem tum naturalem tum divinam, cum vetat fratrum & sororum conjugia, supponere generis humani multiplicationem; extra quem casum talia conjugia non fuerint illicita. Quæ sententia omnino probabilis est, dum ritè explicatur. Conjunctio igitur ipsa fratrum & sororum per se non est ita incesta, quemadmodum conjunctio patris & filix, matris & filii, & eorum qui parentum vel filiorum loco sunt, eosque ut caro eorum repræsentant. Tales enim nuptiæ per se sunt incestæ, quia pugnant cum verecundia naturali & reverentia debita parentibus. At fratrum & sororum conjunctio tum demum incesta esse incipit, quando fratres & sorores, quique illorum loco sunt, sive fratres & sorores, ut caro eorum repræsentant, per totam vitam agere unà seorsim & conversari atque in contubernio esse possunt. Cum igitur talis conversatio debeat esse & haberi honesta, atque adeo sine suspitione & infamia libidinis, ipsa naturalis ratio postulat, ut, qui ita tutò & sine testibus familiariter conversari possunt, nequeant unquam honestè conjungi; adeoque ut illorum conjunctio pro incesta habeatur. Aliàs sub nomine consanguinitatis scortatio regi posset. Perspicuum autem est, separatam ejusmodi cohabitationem ante familiarem ex quibus conjuges peri possint multiplicationem non fuisse habituram locum. Proinde per initia mundi nondum multiplicatis familiis conjunctio fratrum cum sororibus, adeoque etiam Caini cum propria sorore incesta haberi non potest. Neque fuit hæc dispensatio à lege naturali, quia jus naturale non simpliciter damnat tales nuptias, sed in certo

in certo tantum statu. Quomodo rectè docet Grotius de jure Belli & Pacis l. 1. 10. esse quædam juris naturalis non simpliciter, sed *pro certo rerum statu*. Sic communis rerum usus naturalis fuit, quamdiu dominia introducta non fuerunt.

X L I V. Ex uxore sorore sustulit Cain filium cui nomen  $\chi\alpha\iota\eta\sigma$  *Channok*, tanquam si *dicatum* vel *consecrandum* dixeris. Qua quidem appellatione videtur filium suum primogenitum sacravisse, ut impofterum illius familiæ sacerdotium coleretur à primogenito. Hoc filio auctus etiam civitatem condidit, cui nomen indidit ex nomine filii Hanocho. Perperam enim Josephus, si modò locus ejus non cubat in mendo, nomen civitati illi fecit  $\epsilon\nu\omega\sigma\alpha\mu$  *Enosam*, ab *Enoso filio natu maximo*; cum Enosch non Caini sed Sethi filius natu maximus fuerit. Civitatem illam Pseudo-Berosus Annianus prodidit conditam circa Libanum montem, qui est ad orientem comparatione regionis Damascenæ; fuissetque urbem amplissimam, gigantum habitationem. Addit, suo etiam tempore illius civitatis dirutæ in monte Libano cerni ingentis molis fundamenta & vulgò ab incolis illius regionis vocari *civitatem Cain*. Atque id se ex mercatoribus & peregrinis, qui in Libano & Damasco versati erant, accepisse. Fides sit penes mendacissimum authorem. Videtur tamen illius oppidi vestigium apud Geographos remansisse, qui in ima Susiane secundum mare Persicum tradunt extitisse oppidum, quod Ptolemæus vocat *Anuelam*, vicino Enochæ nomine. Quo verò instituto civitatem illam ædificaverit, non planè liquet. Fortassis, ut tutior & securior esset, qui omnia tuta timebat. Fortassis etiam, quò tutius prædari & alienas opes diripere homo rapacissimus posset. Siquidem de eo ita scribit Josephus:  $\alpha\nu\epsilon\lambda\omega\sigma\alpha\iota\tau\eta\sigma\ \tau\acute{\omicron}\nu\ \sigma\iota\kappa\omicron\nu\ \alpha\lambda\lambda\eta\lambda\eta\ \chi\epsilon\eta\mu\acute{\alpha}\tau\omicron\nu\ \epsilon\kappa\ \alpha\iota\tau\alpha\gamma\eta\sigma\ \kappa\alpha\iota\ \beta\iota\alpha\sigma\ ,\ \pi\epsilon\upsilon\sigma\ \eta\delta\omicron\nu\eta\ \kappa\alpha\iota\ \lambda\eta\sigma\epsilon\iota\alpha\sigma\ \pi\acute{\omicron}\nu\epsilon\iota\ \epsilon\tau\epsilon\gamma\chi\acute{\alpha}\tau\omicron\nu\tau\epsilon\iota\ \theta\epsilon\lambda\omicron\mu\alpha\tau\omicron\nu\ \delta\iota\delta\alpha\sigma\kappa\alpha\lambda\omicron\ \& \ \alpha\nu\tau\epsilon\iota\sigma\ \pi\omicron\upsilon\tau\epsilon\rho\omega\sigma\ \epsilon\pi\alpha\iota\tau\eta\sigma\ \theta\iota\eta\tau\omicron\delta\omicron\mu\acute{\alpha}\tau\omicron\nu.$  *Auxit domum multitudine facultatum per vim & rapinas, & accitis latrocinii ac flagitiorum sociis magister illis ac dux ad maleficia extitit.*

X L V. Qualem se in exultatione sua gesserit homo depravatissimus, nihil ferè attinet dicere. Josephus scribit: *tantum absuisse, ut castigatione Dei se in melius mutaverit, ut pejor etiam factus sit, suis voluptatibus, vel cum aliorum injuria indulgens*. Theologiam, Politicam, Oeconomicam miserum in modum hominem nefandum corrupisse, certum habemus. In religione quidem pro principio & regula omnium dogmatum, rationem habuit cæcam & lusciosam, si fides Judæ est, qui  $\alpha\delta\epsilon\upsilon\sigma\ \kappa\alpha\iota\ \nu$  vocat illorum, qui corrumperent in iis, quæ naturaliter, ut bruta animalia cognoscunt,  $\psi$ . 10. Ubi semel ipsi excussa reverentia Numinis, in decumanos errores lapsus

est. Ac nixus suo principio providentiam Dei negavit : in quo Epicureis-  
mo latam deinceps portam aperuit. Sic enim ratiocinatus : Sibi homini  
bono male esse, ac malis bene. Non igitur curæ esse Deo, ut res humanas  
interposita æquitate temperaret. Quid ergo superesse, nisi ut cupiditates  
carnis homines expleant? Idololatriam etiam eum invexisse, aliâque hæ-  
refes pestilentes, quas inter suos conferuit, aliâs visuri sumus. In Politicis  
& Oeconomicis videtur negasse, justitiâ, quæ res hominum ad æqualita-  
tem reducat, opus esse : ac pro principio status habuisse : *Omnia virorum  
fortium esse*. Hinc civitatem condidit, quæ esset tyrannidis suæ asylum, &  
præsentissimum ὀρμητήριον. Imò in Oeconomicis simplicem vivendi ratio-  
nem sustulit. Nam Josepho teste, ἡ ἀπειραγοσύνη ἢ πλεῖστον συνίζον οἱ  
ἄνθρωποι, μέτρον ἐπινοία ἢ σαθρῶν μεταστροφῶν, ἀίεταίον ἀνθρώποις, ὅσα ἢ βίον  
ἐκ τῶν ἀμαθίας, ἢ μεγαλόψυχον εἰς πανουργίαν ἀγαγόν : excogitatis  
mensuris & ponderibus pristinam sinceritatem, & generositatem ignaram ta-  
lium artium in novam quandam versutiam immutavit.

XLVI. Occisum Cainum à Lamecho cæco, ac pro fera in dumeto la-  
tente misso de arcu telo confixum, plerique cùm Orientales tradunt, tum  
ex Christianis ediderunt multi. Quos, quia sinistrè Mosen interpretati, in  
ea re opinio fefellit, uti infra demonstrabimus, cùm de Lamecho mentio  
incidit. Nihil igitur de ipsius morte scribere aufimus.

## EXERCITATIO VI

DE

## CAINITIS &amp; SETHITIS.

## Breviarium.

*Sethi natiuitas, & parentum spes de eo concepta. Sethitarum & Caini-  
tarum origo. 1. Civitatis Dei & diaboli exordium in Setho & Cai-  
no, & utriusque in posteris continuatio ex Augustino proponitur. 2.  
Eadem ex nominum & generationum responso probatur. 3. Necnon  
ex oppositione בני אלהים filiorum Dei & בני אדם filiarum hominum.  
Per בני אלהים filios Sethitas intelligi ostenditur. 4. Sethitas & Cai-  
nitas*

nitas ut religione sic etiam loco & habitatione distinctos fuisse. 5. Separationis illius testimonia ex Hebræis & Christianis Orientalibus. 6. Enumeratio Cainitarum. 7. Lamechi oratio ad mulieres ventilatur. An Lamechus ea oratione confessus sit uxoribus suis cædem Caini & Thubalcaini abs se patratam? An cædem duorum fratrum Enochi? 8. Examinatur Onkelosi Paraphrasis in orationem Lamechi. Probatur, totam illam orationem esse thrasonicam. Saliani objectio elisa. 9. Jabal an inventor pastoritiæ? Quo sensu is dictus sit pater inhabitantium tentoria? Scenitiæ, Nomades, Patriarchæ, Rechabitiæ æ muli Jabalis. Qualia fuerint tentoria Jabalis? Quid cilicia? 10. Jabal fuit Pales gentilium. 11. Jubalis authoris organorum historia. Quid כנור? Quid עוגב? Ambubajæ. 12. Apollo, qui gentilibus plerisque habitus author musicæ, fuit Jubal. 13. Hebræorum error, authorem Psalmi XCII authorem esse Adamum, refellitur. 14. Jubalem Musica abusum ostenditur. Quo sensu Musica Deo grata vel ingrata? 15. An David invenerit musicam? Exempla sacra studiosorum Musicæ. Quid פסנתר? 16. Musicæ vires in corpus & animum hominis demonstratæ exemplis. 17. Thubalcaini qualis fuerit inventio? 18. Thubalcainum fuisse Vulcanum gentilium. 19. Thubal gens Mosi & Ezechieli celebrata sibi nomen imposuit à Thubalcaino. Thubal fuit gens Tibarenorum Chalybum. 20. Cur Moses mentionem fecerit Naamæ? An fuerit ipsa uxor Noæ? An reperitrix lanificiæ & texturæ? Vossius notatus. Naamæ venustas ex Zohar. 21. Naamam fuisse Venerem gentilium. 22. Cainitarum perversi mores. 23. Eorundem Theologia. 24. Sethitarum enumeratio. De morte Sethi narratio Patricidis. 25. Enoschi etymon inquiritur. 26. Quid sit משה לא ידע לומר? Mosen de Idololatria non loqui, ostenditur contra Hebræos, & Seldenum. 27. Græca & Chaldaïca interpretatio illius loci vera eruitur, & confirmatur. Salianus refutatur. 28. Enoschi sanctitas. 29. קברו quid notet? Sepultura Cenanis. 30. Quid סהרלא? J. Capellus notatus. 31. Jaredo cur nomen à descensu? 32. Enoch fuit Gentium Annacus, Cannacus, Nannacus. Quid ענוך? Enochum Atlantem & astrologiæ authorem facit Eupolemus. 33.

mus. 33. *Metuschelachi etymon, legatio, μαρτυρία.* 34. *Ortus Noë. Nomen נח quomodo conveniat cum ratione nominis allegata à Lamecho? Vocem נחני non esse corruptam, asseritur adversus Capellum & Grotium. Rejēcta opinio Farchii, aliorum. In verbis Lamechi non etymon esse sed παραδωκ.* 35. *Quæ fuerit expectatio Lamechi de Noë in verbis: ille nos consolabitur, &c? Farchii & Zohar, Abenezra, Merceri, Scotani, Junii sententiæ expensæ. Ostenditur Lamechum in Noë Messiam expectasse.* 36. *Gratia, quam Noë invenit in oculis Domini, quæ fuerit? Pererius & Philo Judæus refelluntur.* 37. *Justitiam, à qua prædicatur Noë, fuisse justitiam fidei. Quo sensu fuerit תמים? 38. Vindicatur Noë pietas contra Philonem & Rabbinos.* 39. *Conclusio.*

- I. **D**E Cainitarum principe & genitore abundè in præcedenti Exercitatione diximus. Sethitarum parens à Mose describitur Genes. IV. 25. *Cognovit Adam adhuc uxorem suam, & peperit filium, ויקרא את שמו שת כי שת לי אלהים רוע אחר תחת הכל כי רדנו קין, & vocavit nomen ejus Seth, quia, inquit, posuit Deus mihi semen alterum pro Habel quem occidit Cain. Habel, in quo haud dubiè ob compertam pietatem & fidem magnam spem collocârunt parentes, utpote, qui promissionem sibi factam & narratam fideliter retenturus & ad posteros propagaturus esset, occiso, anxii erant de incrementis Ecclesiæ. Itaque filio post cædem Habelis nato magna parentibus orta est fiducia restorationis Ecclesiæ. Nec dubium est, quin Deus, qui crebris revelationibus iis arcana impertivit, eos de filio hoc nascituro edocuerit; in eo nempe futurum tristitiæ levamentum; in eo promissionem de semine mulieris ratam firmamque futuram, adeoque tum ipsum futurum semen quod sanctificatur, tum ex ejus posteris nasciturum semen illud quod sanctificat; inter ejus posteros publicum Dei cultum & Ecclesiam conservatum iri. Eva igitur plena tali fiducia filio nomen indidit שת Schet, quod est possessio, quia Deus ipsi שת posuit aliud semen pro Habel. Atque sic grato & memori animo professa est, Dei dono datum sibi hunc filium pro Habel: imò possum, hoc est firmatum Dei consilio, ut non amplius trucidetur, tanquam fundamentum firmum Ecclesiæ subsequenti, quæ in hujus posteritate firmiter propagetur, & servetur usque ad Christum. Ita enim verbum שת phrasi Hebraica notare solet destinationem certam & firmitatem consilii. Ab hoc igitur Setho posterius ejus, qui in fide permanerunt, Sethitæ, sicut à Caino Cainitæ appellari solent.*

II. Au-

II. Augustinus lib. xv. de Civitate Dei cap. 1. duo fecit genera hominum; *unum eorum, qui secundum hominem: alterum eorum, qui secundum Deum vivunt.* Quos etiam, inquit, mysticè appellamus civitates duas: hoc est, duas societates hominum; quarum est una quæ prædestinata est in æternum regnare cum Deo: altera æternum supplicium subire cum diabolo. Civitatis igitur diaboli exordium statuit in Caino fraticida, qui fratrem suum civem civitatis æternæ in hac terra peregrinantem, invidentia victus occidit. Hæbe occiso civitatis Dei principem & authorem facit Sethum. In horum igitur filiis, Cainitis nempe & Sethitis utramque civitatem & Dei, & diaboli usque ad diluvium continuatam & propagatam esse. Idque clarum esse ex iis, quæ de utriusque hujus parentis filiis & nepotibus sacræ Tabulæ commemorant. Etenim Caini filius Enoch nomen dedit terrenæ civitati, scilicet non peregrinanti in hoc mundo, sed in ejus temporali pace ac felicitate quiescenti. Sethi autem filius nuncupatus Enosch, hoc ipso omine docuit, peregrinum se esse in hac terrena civitate, ejus injuriis & ludibriis obnoxium, adeoque *πρόσωπον* suum & hæreditatem esse in cælis. Unde is non tam delicias mundi consecutus est, quam cultum Jehovah, à quo & ipse & posterius ejus nominati sunt, publicum instituit, & coetui suo unicè commendavit. Ex Enocho Cainita nati sunt Irad, Mehuiaël, Methuschaël, de quibus nihil admodum memoratu dignum proditum est. At ex Methuschaël natus Lamechus, cujus mulieres memorantur, ut de ejus impuro animo constet. Ejus uxores, necnon soror Tubalcaini Naamah in ultima Cainitarum generatione, commemorantur, cum in Sethi posteris sæminæ nullius mentio fiat. Ubi, inquit Augustinus, *eleganter significatum est, terrenam civitatem usque in finem sui carnales habituram generationes, quæ marium feminarumque conjunctione conveniunt.* Inter Enoschi autem posteros clara est commendatio tum Enochi Sethitæ, tum Nöæ, utriusque in terrena civitate peregrinantis, & civitatem, quæ in cælis fundamenta habet, quærentis. Et Enochi quidem raptus palam notavit eorum, qui cum Deo ambulabant, expectationem in hæc esse cælesti civitati, & domicilio *ἀχαιοπολις*, quod in cælis est æternum.

III. Tamesti verò quod Caini posteros plerosque concernit, nihil de iis apud Mosen reperiamus traditum non erit tamen inutile, cum rebus ipsis destituamur, considerare eorum nomina haud dubiè cum rebus congruentia, ac inprimis componere invicem generationes Sethi & Caini. Sic enim respondebit Setho quidem Cain, Enoscho Hanoch, Cainani Irad, Mahallaleli Maviaël, Jaredo Methuschaël, Henocho Lamech, Methuschaëlacho Jabal, Jubal & Tubalcain. Hic tum nominum tum generatio-



num responfus utramque civitatem Dei in Sethitis, *diaboli* in Cainitis apertè fatis pandit. De Caino & Setho res notoria. Hanoch notat dedicatorem nempe terrenæ civitatis, vel consecraneum sacerdotio Cainitico. Ei oppositus Enoch notat hominem miserum vitæ terrestri malis exercitum, adeoque meliori vitæ destinatum. Irad juxta Hieronymum notat *civitatis dissensionem*, quia tempore nativitatis Iradi inter Cainitas lites & controversiæ pullulârint. Nunquam enim malis benè convenire solet. At Cainan ei respondens notat κληρονομον επαγγελίας *hæredem & possessorem promissionis*: vel *lamentantem* ob publica scelera. Maviaël, Hieronymo interprete, nomen habet insolentissimæ temeritatis. Significat enim: *quis est Dominus Deus?* Vel *ex vita Deus* nempe agnoscendus. At Maballael est nomen ejus, qui Dei nomen prædicat. Mathusaël notat provocatorem mortis. Jared *descensum* seu conatum Sethitarum ex monte descensum molientium. Lamech polygamus & thrafo oppositum habet Enochum ob pietatem translatum. Hæc quidem nominum & generationum oppositio ipsam civitatum harum oppositionem non obscurè arguit.

IV. Porro utriusque illiusque civitatis & cœlestis & terrestri inter Cainitas & Sethitas divisiæ, vestigia luculentissima extant apud Mosen, quo loco distinguit inter בני אלהים *filios Dei*, & בני אדם *filias hominum*, qui & ipsi erant בני אדם *filii hominum*, Genes. vi. 1, 2. Non fugit nos trita quondam per בני אלהים *filios Dei* non Sethitas, sed cœlestes Angelos domicilium suum deserturos intelligi. Josephus Antiquit. l. 4. πολλοὶ δὲ θεῶν συμμιγνύμενοι υἱεὶσσι ἐγέννησαν παῖδας: *Multi Angeli commixti filios genuerunt insolentes*. Secuti haud longo intervallo plurimi, ac plerique omnino antiqui Patres. Justinum, Tatianum, Proclum, Athenagoram, Tertullianum, Lactantium citavit Drusius. Quos ego non dubitem in errorem inductos variante lectione Septuaginta Virorum. Nam vetustissima Græcorum versio legit: Ἄγγελοι ἔσθ' ἑῶν, *Angeli Dei*. Quæ lectio, teste Seldeno, etiam reperitur in Codice Hellenistarum versionis summæ antiquitatis, qui in Sereniss. Angliæ Regis Bibliotheca extat. Hinc etiam Philo de Gigantibus lib. 1. Mosis textum ita citat. Ἰδόντες οἱ Ἄγγελοι ἔσθ' ἑῶν τοὺς θυγατέρας τῶ ἀνθρώπων. Tertullianus expressit Græcum textum, qualis hodie legitur: *Conspicati filii Dei filias hominum*. Crediderim etiam, errori vela dedisse Apocryphum librum Enochi, cujus fragmentum habet Scaliger in notis ad Eusebii collectanea Græca. Certè Tertullianus quanti fecerit ineptissimum librum, in propatulo est. Fragmentum Scaligeri numerat & exprimit Angelos, & de eorum magicis disciplinis liberè nimis differit. Nos alibi Judaicum illud de Angelis iacubis commentum ratio-

nibus

nibus refellimus. Cæterùm pleræque versiones Orientales *filios Dei* verunt *filios Magnatum* seu *Principum*. Onkelos Chaldæus vocat בני רבני *filios principum*. Eodem modo Paraphrasis Pseudo-Uzielidis. In versione Arabica Judæorum Mauritanensium & R. Saadiæ vocantur *filii Nobilium*, seu *Principum*: quomodo etiam Symmachus vertit  $\tau\epsilon\lambda\epsilon\upsilon\sigma\tau\epsilon\upsilon\sigma\tau\epsilon\upsilon\sigma$ , *Potentium*. Tawafius autem in versione Persica habet פרישתחאן כודא *magnates Dei*. Verùm nobis certum & exploratum est, per *filios Dei* non alios intelligi quàm pios Sethitas. Etenim *filii Dei* haud dubiè sunt ii ipsi, quos tempore Enochii ceptum est לקרא בשם *vocare ex nomine Jehovah*, Genes. 10. 26. Nempe Enochii tempore Cainitæ & Sethitæ videntur fatis aperto schismate distracti. Enochus quidem & familia ejus pietate & religione præ cæteris inclaruit. At Cainitæ religionis & sacrorum vel incuriosi vel negligentes vel aperti hostes fuerunt; præterquam quòd nativo haud dubiè odio flagrârunt erga Sethitas, qui in solo patrio, cæteris à facie Dei exultantibus, constanter manserunt. Factum igitur est, ut qui sententiis hæctenus divisi fuerunt, iidem etiam nominibus dividerentur, & Enochii familia adeoque posteritas Sethi de nomine Dei sese appellari sinerent *filios Dei*. Cæteri Cainitæ & Sethitis, tanquam homines  $\psi\upsilon\chi\alpha\iota\sigma\tau\epsilon\varsigma$  &  $\alpha\iota\theta\eta\iota\sigma\tau\epsilon\varsigma$  non alio nomine insignirentur, quàm *filii hominum*. Quæ mens etiam est doctissimo Maimonidi in More Nebochim, p. 1. cap. 14. Quin & Author Cosfri luculenter explicationem nostram confirmat, p. 1. lect. 95. ubi ita infit: כי יצרו בכניע לחכמת ישׁי הכהרות השלם ביציותו ובסרתיו והוא אשר קבל הנפש על תוסה והשכל על חכמת סה שכינותה האנשי והבה ח האלקי אחר השכל ורעה לומר הסעלה אשר בה ידבק באלקים וברוחים רוע האכרות מכלי לסיד אבל במחשבה קלה ובכר נקרא אצילנו בן אלקי וכל הרמי לו מושע בני אלקים וחליד בנים רבים ולא היה מהם ראו להצרת נקום אדם אלא הבל כי הוא היה דומה לו וכאשר חרט קין אחיו כשני קנאתו בו על הסעלה חזאת נתן לו תחתיו שר והיה חמה לאדם והיה סגולה ולכ וזולתו כקלפה וסגולת שר אנשי וכן הגיע הענין עד נת בחיים היו כלם חמי לאדם ונקראים בני אלקים שלמים כבריאתם ובסרתם ובאריכות *Creatus enim fuit Adamus, tanquam perfectè affectus ætatem juvenilem ratione membrorum & qualitaturn corporearum, veluti virum, staturæ, &c.*) *Idem accepit animam in integritate perfectissimam, & intellectum in summo, qui in hominem competere potest, gradu; Facultatem insuper, post intellectum, divinam, hoc est, gradum quo Deo & rebus spiritalibus ad hæsit, & rerum veram notitiam habuit sine institutione, cogitatione sola: unde vocatur à nobis Filius Dei, omnes item ex ejus semine prodeuntes & ei similes, Filii Dei.* *Hic Adamus genuit equidem filios multos, nullus tamen ex eis dignus vel idoneus fuit, qui in ejus locum succederet, nisi Abel, quia ipsi similis fuit. Hunc cum frater ejus Cain occidisset, quòd ipsi banc dignitatem & prærogativam*

gatravam invideret, in ejus locum datus ei fuit Sethus, qui similis Adamo fuit, ejusque peculium & cor, reliquis instar corticis: Peculium Sethi fuit Enofch, & sic usque ad Noachum in singularibus personis res divina permansit, qui omnes similes fuerunt Adamo; & Filii Dei vocantur; perfecti nempe in corporis dotibus & qualitatibus, in statura, in longitudine dierum, sapientia, & robore. Sic etiam Patricides Arabs per filios Dei disertè intelligit Sethitas, Annal. pag. 26. אִבְנֵי הַיְהוָה כִּי הָיוּ בְנֵי אֱדֵם כִּי הָיוּ בְנֵי אֱדֵם עַל שֵׁם אֱדֵם נִקְרְאוּ בְנֵי אֱדֵם שֵׁם אֱדֵם נִקְרְאוּ בְנֵי אֱדֵם Sethiada ob sanctitatem suam, & quidam montem sanctum incolerent, appellati sunt אֱדֵם בְּנֵי הַיְהוָה hoc est, filii Dei. Quin & Suidas in voce Σηθ non dubitat, quin Seth dictus sit Deus, & Sethitæ filii Dei, et si illius appellationis causas non omnino certas reddit. Περὶ τῶν, inquit, nempe Setho, ἑρρηται, καὶ εἰσηλθόντες οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων, ἦσαν τὰς λοιπὰς καὶ τὸ θεὸν γὰρ τὸ σὴθ οἱ τότε ἀνθρώποι θεωροῦσθαι, ἅψ' τὸ ἐξουθενεῖται πᾶσι ἕβραϊκά γράμμασιν, τὰς τε τῶν ἀστῆρων ὀνομασίας, καὶ πρὸς τούτους, πολλὰ ἐντίβεια ἀπὸ τῶν μαιώσωντες. "Ὅς γὰρ καὶ πρῶτον ἐπικαλεῖσθαι τοὺς, καὶ ὀνομάζεισθαι. Καθὰ δὲ τῶν μύθων λέγει κύριος. Θεὸν δὲ δὶδωκα σὺ τῶν φασεσθαι. Καὶ θεὸς τῶν ἀστέρων, καὶ πνεύματων, καὶ τῶν κελῶν ἐφη. Θεοὺς οὐκ ἀλογησθε, καὶ ἀρχόντων δὲ λαῶν οὐκ ἐρεῖς κακῶς. Ἐκείνους ἂν οἱ τῶν Σηθ καὶ ἐνὸς καὶ ἐνώχ παιδῆς, υἱοὶ θεῶν, καὶ υἱοὶ τῶν θεῶν, καὶ Σύμμαχον νοεῖσθαι. "Οἱ πνεῦμα ἀλόγους ἀνελασθαι πρὸς τὰς θυγατέρας καὶ εἰσηλθόντες. Ἐξ ὧν οἱ τῶν κατακλίμα μαιωζαμίας γίνονται γίγαντες. ἅψ' μὴ τὸ δικαίου ἰσχυροὶ, καὶ μεγαλοῖ. Διὰ δὲ τὸ ἀδίκων, καὶ βίβηλον, πονηροὶ, καὶ κακιστοί. De hoc Setho dictum est, & filii Dei ingressi sunt ad filias humanum, videlicet ad filias Caini. Illius enim seculi homines Sethum vocabant Deum, quod invenisset & Hebraicas literas & stellarum appellationes, præterea verò, quod magnam hujus pietatem admirarentur. Adde ut etiam primus & cognomen & nomine Deus vocatus fuerit. Quemadmodum & Mosi dicit Dominus, se Pharaoni Deum dedit. Et de virtute præditus & spiritualibus viris, & de judicibus dixit, Deos non contemnes, & tui populi principibus non maledices. Justè igitur filii Sethi, & Henos, & Enochi, filii Dei, & filii Deorum, secundum Symmachum intelligantur, qui intemperantia capti ad Caini filias ingressi sunt. Ex quorum mutuis pollutis nuptiis nati sunt Gigantes, propter justitiam quidem, robusti, & maximi, propter injustitiam verò, & profanum ingenium, improbi, & pessimi. Idem Suidas citat sententiam veteris cujusdam Scriptoris in voce μαιωζαμίας. Verba sunt: Καὶ ἐνὸς, καὶ ἐνώχ παιδῆς, υἱοὶ θεῶν νοεῖσθαι. "Οἱ πνεῦμα ἀλόγους ἀνελασθαι πρὸς τὰς θυγατέρας καὶ εἰσηλθόντες. Ἐξ ὧν οἱ οὐκ τῶν κατακλίμα μαιωζαμίας γίνονται γίγαντες. Διὰ μὴ τὸν δικαίου, ἰσχυροὶ, καὶ μεγαλοῖ. Διὰ δὲ τὸ ἀδίκων καὶ βίβηλον, πονηροὶ, καὶ κακιστοί. Sethi & Enosi, & Enochi filii, Dei filii intelligantur, qui capti, videlicet intemperantia, & venerea libidine,

*libidine, ad Caini filias ingressi sunt. Ex quibus Gigantes, ex promiscuis impuriis nuptiis orti sunt, ob justum quidem, robusti & maximi, ob injustum verò & profanum, improbi & pessimi.* Hincigitur ad liquidum perducimus utriusque civitatis Dei & diaboli distinctionem, in nomenclatura filiorum Dei & filiorum hominum perspicuè fundatam.

V. Utrique & Cainitæ & Sethitæ, ut religione, pietate & animo separati fuerunt, ita etiam loco & habitatione distincti fuerunt. Cain quidem à Deo ipso damnatus exilio exivit מפני ירוה à facie Dei, & habitavit in terra Nod. Filium ejus Enochum ibidem habitasse, argumento est, quòd civitas in terra Nod ædificata ejus nomine insignita fuit Enochia; adeoque ab ipso Enoch tum ab ejus filiiis infessa & habitata. Sethus autem cum suis posteris in terra patria & complexu parentum hæsit. Post Adami obitum separatio videtur facta religiosior, ita ut nefas haberent Sethitæ cum Cainitis societatem, commercium, matrimonium inire. Idque fati colligitur ex Genes. vi. 1, 2, 3. Ubi Sethitarum cum Cainitis conjunctio tanquam nefaria describitur.

VI. Separationis illius meminerunt tum Hebræi tum Arabes Christiani Orientales. Inter Hebræos R. Gedaliah in Schalfschæler, pag. 92. שם צוה לבניו שלא יתחברו עם זרע קין וכן יעשו יתר הור שביעי ואו נתחברו ונולדו מהם ענקים ופלאו כי חסמות ער שכתו בסבלי: *Præcepit Schetb filius suis, ne societatem inirent cum semine Caini. Id quod præstiterunt ad generationem usque septimam; tunc enim conjuncti fuerunt, natiq; ex ipsis sunt Enakim, & peccârunt enormiter usque dum perierunt diluvio.* Inter Arabes Elmacinus & Patricides crebriò meminerunt illius separationis tanquam ex longa traditione haustæ & repetitæ. Elmacinus quidem hoc modo refert: אלתאני מן אדם והו אלכאפה בעיר שיה אבן אדם עליהם אלסלאם סכנ אלגבל אלמקסם הו ואכואנה ונודרהם גמטתם כתיב אדם להם עני ופאתה וככי קין וואלארה וגמיע נצלה פי אלבקניה אלתי קתל פיהת יה ביל אספל אלגבל וברר שיה קוסה וסלכו אטריק אלבר ואל טהארה ובאטת יסככו אללה וסמיעו אכואת אלמלאיכה פי אלפררום יסכחו אללה וקרכונה ולאן אלגרום לים מהעאליא וכאנוא יע שון מן טמאר אלשכר אלתי פי אלגבל אלמקסם וקאין וסליה יעשון מן חמאר אלארץ אלתי יצר יערא: *Secundus ab Adamo, qui & successor ejus, est Schetbus filius Adami p. m. habitavitque in monte sancto, ipse cum fratribus, liberis & uxoris suis juxta Testamentum Adami, quod vicinus morti dederat. Cain verò cum liberis & omni semine suo substitit in valle, in qua occisus est Habel infra montem. Præfuit autem Schetbus populo, qui ambulârunt in via justitiæ & sanctitatis Deum laudantes. Audiveruntque voces Angelorum Deum in Paradiso laudantium atque sanctificantium, (neque enim Paradisus longè inde aberat) fructibus arborum, qui in monte erant sancto, fruentes; Cain verò & semen ejus vivebant de frugibus*

*frugibus terræ quas ferebant.* Hactenus Elmacinus; qui quidem Sethitarum & Cainitarum separationis quoad habitationis locum initium rectè refert ad ea tempora, quibus Cain à facie Dei exulatum ivit in terram Nod. Patricides verò, uti etiam supra obiter est animadvertum, separationis initium arcessit ab obitu Adami. Sed intelligit ille non quamlibet separationem; sed eam demum, qua Sethitæ ita occupârunt terram & montem sanctum, ut juramenti fide data nec Cainitas ad se admittere, neque ipsi in Cainitarum valles descendere possent. Superstite igitur Adamo non omnino prohibitos putat Cainitas, ne Sethitarum terram frequentarent, & cum iis societatis foedus colerent: vel Sethitas, ne Cainitarum coetibus societatis & commerciorum gratia se miscerent. Patricidis verba ab eruditissimo Pocockio conversa pag. 19, 20. sic habent: *Post mortem autem Adami subduxit se familia Sethi à familia Caini maledicti. Seth ergo, assumptis secum filio primogenito Enoscho, & Kainano Enoschi filio, & Mahaliele Kainani, unâ cum uxoribus & liberis ipsorum, traduxit in montis fastigium, ubi sepultus est Adam, Cain verò, omnesque ipsius filii infra subsisterunt in valle ubi occisus est Abel. Coluerunt autem filii Sethi in isto monte puritatem & sanctimoniam, vocem Angelorum, à quibus prope aberant, audientes, unâque cum ipsis Deum laudantes & celebrantes; appellatique sunt ipsi cum uxoribus & liberis suis, filii Dei. Neque erat ipsis opificium, nec seges, nec messis; sed victum præbebant arborum factus: nec ullus apud ipsos locus invidiæ, injustitiæ, aut mendaciorum; juramentum ipsorum erat, Non, per sanguinem Abelis. Quotidie autem fastigium montis sancti ascendentes, prout Deum adorabant, & corpus Adami (visendo) benedictionem captabant. Cùmque jam appropinquaret Sethi mors, filios suos per Abelis sanguinem adjuravit, neminem ex ipsis de monte isto sancto descensurum, nec permissuros se ut quispiam è liberis suis ad Caini maledicti prognatos migraret.*

VII. Hæc de Cainitis & Sethitis in genere delibâsse sufficiat. De singulis nunc tum Cainitarum tum Sethitarum Patriarchis, pauca Mosis filium secuti adspargere proposuimus. Cainitarum igitur Patriarchæ memorantur sequentes: קַיַן *Cain*, חַנוֹךְ *Hanoch*, עֵרַד *Irada*, מֶתוּשָׁחַל *Methuschaël*, לָמֶכְךְ *Lamech*, יָבָל *Jabal*, יֻבָל *Jubal*, תְּבֻכַקַיִם *Thubakaim*, Genes. iv. 17---25. De Caino & Enocho superiori Dissertatione actum est. Quoad Iradam, Mechuiaëlem, Methuschælachum, præter nomina eorum nihil de iis ex Mose comperit habemus.

VIII. Lamechum quod attinet, Mosis recitat ejus matrimonium seu polygamiam. De qua quidem seorsim dicere consilium nobis est. Et ex polygamia quidem illa intemperantia Lamechi qui primus nobis polygamus,

Iugamus, recti matrimonii violator describitur, satis cognosci potest. Cæterùm nec impunè tulit peccatum suum, perpetuis, uti quidem videtur, uxorum suarum litibus & exacerbationibus infestatus ac exercitus. Hinc Moses ei talem orationem habitam ad uxores tribuit: שמעו קולי נשי לך הזוגות אבותי כי אש הרגתי לפעני ולך לחברתי כי שבעתים יום קין ולמך שבעים ושבעה *Audite vocem meam uxores Lamech, auscultate sermoni meo, quòd virum occidis in vulnere meo, & puerum in livore meo. Quòd septuplum vincabitur Cain, & Lamech septuagies septies.* Quæ quidem oratio pœne omnium eruditorum iudicio est *μυσθαισθης*, quippe cujus sensus ob plenioris historiæ defectum ægrè reddi valeat. Vulgaris est Hebræorum & Orientalium, à Lyrano etiam & plerisque Papiistis probata sententia; Lamechum verbis illis confiteri cædem Caini in venatione post carecta latentis, & Thubalcaini per imprudentiam patratam. Fabulam totam narrat prolixè Jarchius, brevius R. Gedaliah in Schalsch. pag. 92. his verbis: אומרים שבהיות קין וקן מאד וניף נתישב בין אילנות וקוצים והיה סני נחור ותנער שהיה הו"ך עם למך לעור ציד ראוה מרחוק נטרמה לו חיה רעה ותכף אמר של למך שירדך קשתי נגר החיה ההוא וכן יעשה חמיתו וכשתקרב אליו הכיר שהיה קין וקנו והכתוב עברה בו והמית את יערה *Dicunt, quod cum Cain ætate defessus esset, federit inter arbores & dumeta cæcus. Abiisse autem puerum cum Lamecho venatum, qui viderit Cainum tanquam feram aliquam. Fuisse igitur Lamechum intendere arcum, feramque illam noxiam petere: quod fecit eumque sic occidit. Cum verò accederet propius, observavit arcum suum esse Cainum. Ira igitur accensus occidit puerum suum.* Inter Arabes rem ita tradit Patricides Annot. pag. 23. *Anno vitæ Enochii trecentesimo occisus est Cain maledictus. Septimus enim è posteris Caini nomine Lamech, qui pastor fuit, sagitta, quam inter ludendum jecit, corde avi sui Caini transfixo ipsum interfecit. Cain scilicet in nemore circumvagabatur, ut pote qui consernatus uno in loco non consisteret.* Verùm sententia hæc infelicitè sculpta est ex verbis his Lamechi, & satis refellitur eo, quod cum verbis Dei non conveniat, qui imposto Caino signo securum eum præstitit, ne à quoquam occideretur. Præterea quomodo Cain tam senex latitavit in dumetis? cæcus venationibus vacavit? Quomodo Thubalcain occisus puer, qui tamen ut inventor fabrilis artis & armorum à Mose narratur? Sunt hæc Rabbinica deliria, quæ etiam Christianis obrepere posse dolendum est. Doctissimus Lexicographus Suidas in voce *καμυξ* fabulam illam Rabbinicam non tollit equidem, sed mutat. Statuit enim, interfecisse Lamechum duos fratres sanctos Enochii, & propterea Enochum fide ad Deum orantem, ne talem mortem videret, exauditum fuisse & à Deo translatum. Nempè, inquit, *επαδραζε τὸ ἀρεθῶν τὸ ἀρεπ-*

μα τὸ δικάϊον ἐξάγει τὸ γένος. ἐπειδὴ βδελύγμα ἀμαρτωλῶν θεοσίβεια: *Impiorum semen piorum genus delere studuit. Nam Dei cultus est peccatori res abominanda.* Præterea hunc morem fuisse existimat Cainitarum circa illa tempora, ut promiscuè occiderent sanctissimos quosque ex Sethitis, & eorum nefariè occisorum uxores ducerent; ex quo quidem infauſto matrimonio prognati ſint Nephilim. Et propter ejuſmodi ſcelera, ſuperſtite ſolo Noë & familia ejus, omnes Cainitas diluſio deletos eſſe. Verùm quicquid fiat de violentia Cainitarum erga Sethitas, certè de Lamechi factò & cæde fratribus Enochi intentata nihil compertum habemus. Neque ejuſmodi hiftoriæ ex ullis documentis fide dignis depromptæ videntur, ſed fictæ ex dubio textu Moſis.

IX. Chaldæus Paraphraſtes Onkeloſus particulam כִּי accepit interrogativè, & totam Lamechi orationem ſic convertit: שמעו קיני נשי לכן אצתא למסורי לא נברא קפליה רברליה אנא ככל חובן ואף לא עליכא חבליה רברליה שני רועי: ארי שבועה רדין אתיאו לקין הלא ללכך בריה שבעין ושבעה *Audite vocem meam mulieres, & percipite sermonem meum. Num virum ego occidi, ut propter eum portem peccatum: & num juvenem perdidit, ut propter eum perdatur semen meum? Quia propter Cainum puniæ sunt septem generationes, annon, si verum id est, propter Lamechum punientur septuaginta septem? Atque sic videretur oratio hæc eſſe Lamechi conſolantis mulieres, conſternatas metu iſtantis pœnæ in ſeptima generatione Cain denunciatiæ. Eodem modo vertit Arabs interrogativè, ita ut interrogatio illa æquipolleat negationi. Verùm talis conſternatio in uxoribus Lamechi nulla eſſe potuit, quia Deus non minatus eſt, ſe à ſeptima generatione Caini vindictam expetiturum; ſed ei, qui Cainum occiderit, graviſſimam vindictam decrevit, uti patet ex Genef. 1v. 15. Rectiùs fortalſe Abenezra ſumit pro אריות præteritum pro futuro. Unde talis ſenſus orationis hujus formari poſſet: *Audite mulieres: quæ quotidie me obtunditis queſtibus diris & litibus veſtris. Non ſtatui deinceps me facilem præbere queſtionibus veſtris. Nam virum occidam, vel occidero ad vulnus, & puerum ad livorem. Quafidicat: Id reputate, non poſſe me impoſterum iſtas exacerbationes veſtras perferre. Perinde facietis, ac ſi vulnera mihi intentetis. Ita autem animatus ſum, ut ſeu viri ſeu pueri vulnus penſare decreverim cæde præſentanea. Neque verò vindictam Numinis hîc pertimeſco ullam. Etenim Cain ſeptuplum vindicabitur, at Lamech ſeptuagies ſepties. Quafi dicat: Si quis mihi propterea negotium facceſſerit, atrociſſimam longè vindictam de eo expetam; longè ſanè atrociorem, quàm eam quam de Caini occifore ſe ſumpturum Deus minatus eſt. Atque ſic tota Lamechi oratio thraſonica foret. Non dubito quin explicatio hæc obſcuriſſimæ pericopæ**

pericopæ præcedentibus sit melior. Saliano tamen expositio hæc, quam cum Abenezra tenet etiam doctissimus interpres Franciscus Junius, non potuit salivam movere. *Hi*, inquit, *vim faciunt textui sacro, qui rem narrat aperte gestam, & præteritum occidi, quod omnes antiqui & pæne recentiores omnes retinent, commutant in occidero. Atque ita communissimum Ecclesiæ atque Doctorum sensum evertunt.* Quæ verò est illa apertè gesta res? Nam Rabbinica fabula non est res apertè gesta propter argumenta superius allegata. Quòd verò mutationem præteriti in futurum arguit, prodit ignorantiam linguæ sanctæ, in qua frequentius nihil est.

X. Lamechi ex Ada filii memorantur יבֿל *Jabal* & יובֿל *Jubal*. Jabal dicitur אבֿי יושבֿ אהל וסקנה *pater inhabitantium tentoria κτηνοτρόφων pecuarius*, Genes. iv. 20. Rectè Græci κτηνοτρόφος, in tentoriis habitantes. Ut ita non tam pater dicatur pastorum, quàm eorum pastorum, qui in tentoriis habitant. Nam qui Jabalem patrem faciunt seu inventorem pastoritiæ, non cogitant, ante ipsum Habelem narrari pastorem ovium; cujus vitæ institutum haud dubiè plurimi postea coluerunt. Nisi forte cum Cl. Bocharto illud *vau* copulativum in וסקנה explicare lubet *per cum*. Loca similia vide sis Exod. i. 5. Job. xix. 23. 1 Sam. xiv. 18. Jerem. xxii. 7. Dicitur autem pater inhabitantium tentoria, quia, ut R. Salomon ait: הוּא הָיָה הָרִאשׁוֹן לְרֵעֵי כְּהֵנֹת בְּכֹרְבוֹת וְשֵׁב אֹהֶלִים חָרַשׁ כָּאֵן בְּשֵׁבִיל: *Is primus fuit, qui pecudes parvit in locis desertis, & sub tentoriis degens, loca mutabat pro ratione pascuorum gregis sui, ita ut pascua in uno loco absumpto, in alio loco figeret tabernaculum suum.* Hactenus igitur greges semper iisdem hærebant pascuis, tanquam addicti uni glebæ. Nunc factum cura & arte Jabalis, ut liberè è loco in locum pro ratione pascuorum migrarent; & ubicunque nox, æstus, frigus, cœli inclementia, periculum quodvis ingrueret, succederent tentoriis, & in iis tanquam caulis ἀντοκαθάλοις & tumultuaria opera fabricatis habitarent. Ex hoc instituto Jabalis factum est procedente tempore, ut ii populi, qui pecuariam præ cæteris exercuerunt, usum tentoriorum maximè retinuerint; quales σκηνίται *Scenitæ* Arabes, qui Euphratem accolunt, de quibus prolixè agit Cl. Salmasius in Exercit. Plinianis pag. 483. & seq. nec non in Africa Nomades. Sub ejusmodi tentoriis degisse Patriarchas observat Apostolus Hebr. xi. 9. Israëlitzæ in deserto per annos quadraginta sub tentoriis durârunt. Quin & Rechabitæ per multa secula nefas sibi duxerunt alibi quàm in agro sub tentoriis habitare; quia eis civitates, pagos, domos pater eorum Rechab severè interdixerat, Jerem. xxxv. 7. Qualia verò tentoria quæ Jabalis κτηνοτρόπος subierunt, fue-



rint, non est apud Mosen expressum. Scenitarum quidem *tentoria*, inquit Solinus cap. 33. *erant cilicina*, vel, ut in schedis Palatinis teste illustri Salmasio inventum est, *cilicia*, quæ nuncupata sunt velamina caprarum pilis texta. Dicta autem sunt cilicia à Ciliciis hircis, quorum setæ productæ & hirsutæ ciliciis tendendis maximè opportunæ erant. Plinius ait, Scenitas tabernacula ciliciis metari, ubi libet. Fieri sanè potest, ut antiquus fuerit usus hic ciliciorum in tentoriis. An verò Jabalis tentoria ex ciliciis talibus an ex pellibus constructa sint, dicere non habemus.

XI. Porro Jabal author hujus instituti non fuit planè Ethnicis incognitus. Illis enim pastorum Deus erat Pales, quam vocem in fœminino Virgilius, in masculino genere Varro aliique usurparunt. Huic sacra solvebantur *Palilia*, uti Servius exponit Georg. III. Apud Hebræos *Iod* non rarò deficere notum est. Sic יְדוּ dicitur pro יְדוּר Esai. xxviii. 15. נֶשֶׁה pro יְנֵשֶׁה 1. Sam. xx. 2. אֵר pro אָר Amos vii. 8. נוֹל pro נוֹל Esai. xiv. 19. Ita apud Arabes قهقار pro قهقارן *Joclan*, quem ipsi pro conditore suo agnoscunt. Potuit igitur ex יבֵל *Jabal* fieri *Bal*, & addita terminatione *Bales* vel *Pales*, mutatis ejusdem organi literis.

XII. Alteri Lamechi ex Ada filio nomen fuit יבֵל *Jubal*. Eum Moses facit כְּנֹר יִנְבֵג *patrem omnium contractantium citharam & organum*, Genes. iv. 21. Græci λxx. vocant καταδείξαι τὸ ψαλτήριον ἢ κιθάραν, *docentem psalterium & citharam*. Illis igitur כְּנֹר est ψαλτήριον, quod est finitore Suida, ὄργανον μουσικόν, ὅσπερ ἢ ναῦλα καλῆται. *Instrumentum musicum quod naula etiam vocatur*. At כְּנֹר *Cithara*. Onkelosus tamen כְּנֹר transulit אֲבוּבָה quod notat *tibiam*, fistulam ex novarum frugum calamo confectam, à qua voce mulieres tibicinæ dictæ etiam apud Latinos *Ambubajæ*. Hinc Scholiastes Horatii : *Ambubajæ dicuntur mulieres tibicinæ lingua Syrorum*. Etenim *Syris tibia sive symphonia ambubajæ* (אֲבוּבָה *Abubah*) dicitur. At כְּנֹר vulgò *citharam* reddunt. Sed meritò dubitatur, utrum id rectè fiat. Certè ipsæ literæ arguunt, כְּנֹר esse κιθάρα Græcorum. Unde 1 Sam. x. 5. Græci pro כְּנֹר etiam κιθάρα habent. Porro κιθάρα ita definit Josephus Antiquit. vii. 10. ἡ μὲν κιθάρα δέκα χορδαῖς ἐξεμμένη τῷ πτετρὶ πλῆκτεω. *Cithara quidem decem chordis instructa plectro pulsatur*. At citharam auctor epistolæ ad Dardanum sub Hieronymi nomine in modum *Delta* literæ, triangularem nempe describit, cum chordis viginti quatuor, quæ per digitos Pindari variis vocibus tinnulis i&ibus diversis modis concitentur. Etiam David Psal. xcii. 4. clarè ostendit, in כְּנֹר esse decem chordas. Jubet enim psallere כְּנֹר עַיִן כְּנֹר in *Cinnor super decem chordis*. Igitur כְּנֹר non *cithara* erit, sed *psalterium*,

*rium, nauia*, *אורגן*, organum decem chordarum : *עונג* verò non organum musicum, sed *tibia, fistula*. Interim probabile est, Mosen expressis duobus his organis, quorum alterum pulsatur, alterum vento impellitur, complexum esse in univèrsum omnia organa musica, tam quæ pulsantur, quàm quæ impelluntur vento. Hinc & Abenezra putat, sub his duabus speciebus contineri *כרי כל גינות omnes organorum species*.

XIII. Inter Gentiles musicæ author non planè compertus est. Phœnices inventores nauix facit Athenæus. At Apulejus statuit, primum Hyagnim cecinisse tibia, & *in canendo manus discapedinaruisse*. Orpheo, uni ex Argonautis, qui vixit ætate una ante bellum Trojanum, univèrsæ musicæ inventum Thraces tribuunt. Plato lib. 3. de Rep. musicam organicam illam, ut, qua canitur lyra, Amphioni Thebano assignat, qui post Cadmum vixit calculo omnium : illam autem quæ assa voce fuit, Marsyæ Lydo vel Olympo. Sed potiora vota conspirant vel in Mercurium vel in Apollinem. Quæ tamen Pausanias aliique Græci ita conciliant, ut uterque organicæ musicæ author credatur, sed distinctarum partium, nempe Apollo citharæ, Mercurius liræ, quæ etsi apud veteres sæpe confundantur, tamen quomodo differant, ostendit Scaliger ad barbaricam Manilii spheram. Sed apparet Apollinem hoc nomine à Gentilibus cultum esse ipsum Jubalem. Quod tum nominum affinitas, tum Apollinis antiquitas evincit. Neque enim si serviles literas quæ facillè mutantur dempseris, nomen Jubal & Apollo multum different. Et Apollo ipso Mercurio statuitur antiquior, teste Diodoro lib. 5. qui scribit, Mercurium tum demum ex teftudine lyram commentum esse, postquam Apollo pœnâ sumptâ de Marsyæ à se devicto, ruptis citharæ nervis aliquanto tempore à musicis abstinisset.

XIV. Obiter hic animadverti potest, falsos & ineptos esse Hebræos quosdam, qui in Midrasch Tehillim Psalmi nonagesimi secundi authorem faciunt Adamum, quasi is Psalmum eum concinnasset *יום השבת in diem Sabbathi*, post peractum opus creationis, illucescente die Sabbathi. Ne dicam, in eo fieri mentionem *קשים כורעים insidiatorum, maleficorum*, quales primo à creatione die nulli fuerunt, cùm solus is cum conjugè in orbe dominaretur : nec non *בני ביתו שתולים plantarum in domo Domini*; certè etiam nablii *עשור seu decem chordarum, אורגן* aperta in eo est mentio. Atqui, si Mofi credimus, organa illa musica ante Jubalem inaudita fuerunt. Quantò melius veteres Rabbini judicârunt *שהוא על הקיור לבניו שברו שבת ומנחה ויום ימי המשיח quod hic psalmus pertineat ad futurum tempus, seculum quod totum Sabbatum est & quies, nempe dies Christi*.

XV. Mu-

XV. *Musicæ inventio sapientissimum fuisse Jubalem satis demonstrat.* Ut non meritiò Abenezra vocet hanc נוריה חכמה *magnam sapientiam.* An verò eam ad rectum finem Deoque unicè placitum retulerit Jubal, jure dubitari potest, quia is Caini & Lamechi progenies positus extra Ecclesiam Sethitarum majorum suorum pravis moribus adhæsisse videtur. Et id satis inde colligitur, quia Jubal inter postremos Cainitas fuit; adeoque inter eos, qui sceleribus suis diluvii pœnam provocârunt. Per se sanè nablium, tibia, modulata vox sola non oblectant Deum. Ubi fides non recta, & animus à Deo averlus est, Deus cantum & carmina graviter increpat Amos v. 23. *Aufer à me strepitum carminum; etenim modulationem nabliorum tuorum non audio.* Nempe ubi separantur ea, quæ ex instituto Dei conjunguntur, Scripturæ mos est eligere partem meliorem, minorem autem absolutè rejicere. Ita Hof. vi. 6. *Pietatem volo & non sacrificium, nempe sine pietate.* Proverb. v. 11. 10. *Accipite disciplinam meam & non argentum;* illud sine hoc, hoc non sine illo. Similia loca occurrunt plura. Cùm igitur vera fide & pietate destitutus fuerit Jubal, ex profana familia oriundus, & malis sceleribus grassatus, non alium in finem musicam excogitavit, quàm ad voluptatem & carnis delectationem, ad *effeminandum auditum*, uti Ephremus loquitur, adeoque Deus haud dubiè illorum carminum & nabliorum strepitum pro profano detestatus est.

XVI. Interim cantus cum fide & pietate conjunctus animum spirituali lætitia perfundit; cùm videlicet qui canit nablio, cithara, tibia, aliòve organo, canit Deum. Hic cantus Deum magnopere oblectat, quippe quo cum præconio Dei conjuncto non tam aures concutiuntur & titillantur, quàm excitantur dormientes, incauti monentur, remissi animantur ad prælium cum adversariis tanquam *tuba.* Atque hinc est, quòd successu temporum organorum usus etiam ad pios & sanctos homines transiverit. De Davide testes sunt pœne omnes Psalmi. Et Amosus cap. vi. 5. פריטים על פי ונכל כרוד השנו כלי שיר *Qui exhilarantur, minuiunt ad nablium, sicut David excogitarunt instrumenta Musica.* Ubi Chaldæus pro השנו אקטן אקטן *aptaverunt, fabricaverunt.* Fortassis, quia organa musica jam ante excogitata esse, cogitavit. Verùm potuit David inventis addere, & in pastorali suo otio multa excogitare, quibus ars dudum inventa magis magisque excoleretur. Quin idem David constituit quosdam על די שיר בית דיה *ad ministerium cantici domus Jehovæ*, 1 Paralip. vi. 31. *Et separavit idem Principes exercitus in ministerium filios Asaph, Heman & Jedusbun,* הנביאים בכניות *qui prophetarent (prophetias canerent) in Psalteriis, nabliis & cymbalis,* 1. Paralip. xxv. 1. ubi etiam versu 7. numerantur שיר ליהוה.

לירח כלמר *edocti canticum Jehovæ* ducenti octoginta octo. Regi Ezechix laudi datur 2 Paralip. xxix. 24. quod restituerit Levitas in domo Jehovæ cum nabliis & cum citharis ex præcepto Davidis & Gadis Videntis regii, & Nathanis Prophetæ. In N. T. Paulus Ephes. v. 18, 19. jubet fideles ἀδεν ἐ ψάλλειν κυρίω, *canere & psallere Domino*. Est autem uti Suidas ait, κυρίως ψάλλειν τὸ τῶ ἀκροῦ τῶ δακτύλων τῶ χορδῶν ἀπὸ αὐτοῦ, *proprie psallere summitate digitorum chordas attingere*. Unde etiam in glossario habetur: ψάλλω, nablizo, psalmizo. Post Christum in Oriente creber fuit organorum usus; à quibus sædè admodum ad Occidentales pervenit; nimirum, uti Baronius quidem putat, circa A. Chr. 766. per legatos Constantinii Copronymi, quo tempore in Gallia Synodum Pipinus agitabat. Platina tamen ad Vitaliani tempora retulit.

XVII. Musicæ vires, quibus pollet in corpus & animum hominis, descripserunt multi. Inprimis eam in rem prolixus est Philosophus libro octavo Politicorum, in quo passim ostendit, quod δι' αὐτῆς πῶσι πνεῦσ τὰ ἔθνη γινώμεθα, *qualitate quadam afficiamur, quæ ad mores pertinet*. Quo nomine eam à civilis prudentiæ studiofis discendam iudicat. In Sacris narratur David, 1. Sam. xvi. 23. tanta arte citharam pulsisse, ut spiritum malum à Deo immisit Sauli expellere potuerit, & ei τὸν *refrigerium* creare, *ut bene illi esset*. Certum quidem est, organorum usum per se ad abigendum dæmonem nihil valere, quia corporea sunt. Tamen per accidens valet contra dæmonem, quia mitigatis affectibus, per quos diabolus se in animos hominum insinuat, & mœrore ac furore, aut si quid aliud est, quo is in perniciem humani generis abutitur, pulso, ipse etiam dæmon pellitur & averruncatur. Nam iracundia v. g. locum dari diabolo testatur Paulus Ephes. iv. 26, 27. Ea igitur arte quia hi affectus demulcentur, diabolus excluditur. Ne quid dicam de Orphei & Amphionis musica, de quo ea referuntur, quæ vel apertè sunt fabulosa, vel in mysticum sensum trahenda, uti fecit etiam Horatius; certè multa alia fide historica sunt prodita. Cùm seditionibus laboraret Spartha, jussu Oraculi Terpandrum Musicum è Lesbio accersiverunt, qui musica sua ἤρμοσεν αὐτῶν τὰς ψυχὰς, καὶ ἤσασεν ἱππασεν, *ipsorum animos delinovit, & seditionem sedavit*. Unde natum adagium, μετὰ λέσβιον ᾠδὴν, de quo Suidas. Clinias Pythagoreus, si quando se ad iracundiam impetu ferri sensisset, τὴν λύραν ἀρμολογίμενον ἐκινῆσαι, *lyram assumptam pulsavit*. Rogatus, cur id faceret, respondit: παύομαι, *misigor*, testibus Æliano in Variis, lib. xiv. cap. 23. & Athenæo xiv. 5. De Pythagoreis ita Hermogenes libro de Idæis: *Ajunt Pythagoreos, si quando affectus ipsis concitarentur, aut alios viderent iis correptos,*

Δεξ ἔν αὐλοῖς π καὶ κηθέσσι ρυθμῶν, μετάρχει ἐπὶ τὸ ἡμερώτερον ἢ ψυχὴν ,  
*per tibiarum & citharæ modulos animum ad meliorem statum reducere.* Apud  
 Martianum Capellam, lib. IX. multa habentur ejusmodi. In quo etiam mu-  
 fica introducitur de se ipsa sic loquens: *Perturbationibus animorum, corpo-  
 reisque morbis medicabile crebrius carmen insonui. Nam phreneticos symphonia  
 resonavi.* Theodosium Imperatorem Antiochenis ob statuas ipsius à popu-  
 lo dejectas infensum, teste Sozomeno, Flavianus eadem arte demulsit.  
 Persuasit enim iis juvenibus, qui ad mensam regiam canere solebant, ut  
 eas canerent cantilenas, quæ in Antiochenis supplicationibus erant.  
 Quo facto λέγει φιλανθρωπία Δεσχυθέντες τὸν βασιλεῖα κροθῆσαι τῷ ἔλκω  
 καὶ ἀνῆκα ἢ ὄργην ἐκβαλεῖν, καὶ σπύσταξ πρὸς ἢ πόλιν, δάκρυσι βρίζατε ἢ  
 Φιάλῃν, ἢν ἔπυχε κατῆχον. Imperatorem ajunt humanitatis affectu persusum  
 & misericordiâ vicibus statim iram deposuisse & urbi reconciliatum fuisse, pa-  
 tina quam forte tegebatur manibus, irrigata. De Musico quodam Albertus  
 Kranzius Dianæ suæ libri quinti capite tertio, narrat, eum, cum cithara  
 sua quoscunque vellet affectus excitaret, jussu à Rege artis specimen ede-  
 re, tandem licet invitum paruisse. Is quidem primum gravi sono maiorem  
 quendam audientibus ingerebat; inde succinendo plausibilius in lætitiâ vertit,  
 ut parum abesset, quod minus jocabundi dissultarent. Tum modis acrioribus inten-  
 tatis, indignationem quandam excitabat, quæ ubi invaluit, furere Regem astan-  
 tesque carnere erat. Sed nunc è diverticulo in viam.

XVIII. Fuerunt filii Lamechi ex Ada. Ex altera uxore Zillah me-  
 moratur sustulisse תְּבַלְתַּי Thubal-cainum filium, quem Josephus & LXX.  
 Græci vocant Τίβελ, & נַעֲמָן Naamam filium, Genes. IV. 22. Thubal-  
 cain vocatur וְבַרְתָּ וְבַרְתָּ נַחֲשׁ כָּל שֵׁשׁ סְפֻרָּקָתִים חַלְכָּלִים חַלְכָּלִים לְ שִׁדְרָם, mal-  
 leator & faber in cuncta opera æris & ferri. Ita LXX. Græci, & Vulgatus. On-  
 kelofus וְבַרְתָּ וְבַרְתָּ נַחֲשׁ כָּל שֵׁשׁ סְפֻרָּקָתִים וְבַרְתָּ רַבֵּן רַבֵּן מַגִּיסְתֵּר אֹמְנִים, qui callent opifi-  
 cium æris & ferri. Propriè שֵׁשׁ notata cuentem, pollientem. Et נַחֲשׁ tam  
 æs, quam chalybem significare potest. Confer Jud. XVI. 21. & Lament.  
 III. 7. nec non Kimchium in Lexico & R. Levi in Jobum. Videtur igitur  
 potissimum invenisse polituram rebus fabrilibus. Nam ipsæ fabriles  
 artes Thubalcaino antiquiores haud dubiè fuerunt. Quomodo enim vel  
 agrum colere vel civitatem condere sine qualicunque notitia fabricandi æs  
 & ferrum potuissent? At politura satis diu genus humanum carere potuit.  
 Interim ad tempora usque Thubalcaini ars fabricandi ex ære vel chalybe  
 & ferro videtur admodum rudis & crassa fuisse, nec sine ingenti & difficili  
 labore æris & ferri subigendi, & ad usum aptandi exercita. At difficultatem  
 illam minuit Thubalcain, invento modo, quo æs & ferrum acueret & poli-  
 ret.

ret. Id autem omnino videtur præstitisse beneficio ignis, quo solo æs & ferrum pro lubitu tractari, acui, poliri potest. Probabile tamen est, illum etiam ferri & æris usum ampliorem, forte & noxium armorum invenisse. Hinc Josephus scribit, quod Thubalcain τῷ ἰσχύϊ πάντως ὑπερβάλλων τὰ πλεμικὰ ἀγαπεύως μετέλαθε, *viribus excellens rem militarem egregiè tractaverit.*

XIX. Satis hinc colligitur, Thubalcainum esse ipsum Ethnicorum Vulcanum. Argumentum ejus rei geminum est. Prius ex affinitate nominum. Unde enim *Vulcanus* est, nisi ex *Tubalcainus*? *Levis* mutatio obtigit, qualis fere in plerisque nominibus propriis; B. ut fieri solet, converso in V. & principe syllaba recisa. Sic ab *Astergatis* est *Dercetis*, ab ἀμίλγω *mulgeo*, ἀ γάλακτος *lacte*, ab ἀρουρα *rura*. Posterius ex re ipsa. De Vulcano enim sic Diodorus Siculus Biblioth. lib. 5. Ἡφαίστων δὲ λέγουσιν εὐρετὴν γενέσθαι τῷ ὄρει τὸν σίδηρον ἐργασίας ἀπάσης, καὶ τῷ ὄρει τὸ χαλκὸν καὶ χρυσὸν καὶ ἀργυρὸν, καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα τῷ κοίτῃ πυρὸς ἐργασίας ἐκδέχεται. Καὶ τὰς αἰτίας τῆς χρείας τὰς ἐκ πυρὸς ἀπάσης περὶ ἐξορέειν, καὶ ὁρᾶν αὐτὰ πῶς τὰς τέχνας ἐργαζομένοις, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀπάσιν ἀνθρώποις. Διόπερ οἱ τὰ τέχνην τῶν δαιμονίων τὰς ἐν χάριτι καὶ θυσίας τῶν θεῶν μάλιστα ποιῶσι καὶ τὸ πῦρ εἶναι καὶ πᾶντες οἱ ἄνθρωποι περὶ ἑαυτῶν ἰσχυροὶ. Ἡφαίστων, εἰς μνήμην καὶ τιμὴν ἀθάνατον πηθεμένοι καὶ ἐξ ἀρχῆς τῶν κεινῶν βίῃ δεδομένην ἐνεργασίας. *A Vulcanus fabricationem ferri, æris, auræ, argenti, & cæterorum omnium quæ ignis operationem recipiunt, inventam, & uniusversum ignis usum excogitatum, & tum artificibus tum cæteris quoque hominibus impromptum esse dicunt. Propterea harum artium magistri vota & sacra huic Deo potissimum offerunt: & ab his, ut ab universis quoque mortalibus, ignis Vulcanus appellatur: ut hoc pacto beneficium communi hominum vitæ tributum, immortalis memoriæ & honori consecratur.* Hæc Thubalcaino ad amullum conveniunt.

XX. Et si Thubalcain impius cum suis diluvio merfus interiit; tamen post tempora diluvii peculiaris gens, quæ sibi à Thubalcain nomen τὸν Thubal imposuit, eandem artem intermortuam primò exfuscitavit, & præ cæteris exercuit. De Thubal Javan & Mefech ita habet Ezechiel xxvii. 13. *Javan, Thubal & Mefech ipsi insitiores tui: cum animabus hominum, וכלי וכלי & varia ærea dederunt in mundinis tuis.* Liqueat hinc, Thubal gentem illam Mosi & Ezechieli celebratam æri vel chalybi tractandæ & fabricandæ imprimis incubuisse. Id quod unicè pertinet ad Thubalcaini imitationem. Vestigium rei illius vetustæ in eo est, quòd Arabes gentis illius prisco nomine Thubal hodièque vocare consueverunt squamam ferri & æris. Ita enim Avicenna lib. 2. capite 777 de ferro نواك من اوكام او نواك من اوكام *Es Thubal Assaburchan accedit ad Thubal æris,*

hoc est, squama chalybis fere ejusdem est virtutis, cujus est squama æris. Videtur autem Thubal ea gens fuisse, cujus mentionem facit Strabo aliique Geographi sub nomine Τιβαρητων Tibarenorum, uti suo loco probabitur. Porro in Tibarenis sunt Mosynæci, quorum æs vocat Aristoteles λαμπρότατον ἢ λευκότερον, *splendidissimum & candidissimum, non admixto stanno, sed terra quadam ibi nascente & simul cum eo coctâ*, lib. de Mirabilibus. Quin cum Mosynæcis in Tibareno vixerunt celeberrimi chalybis artifices nimirum *Chalybes*, à quibus Chalybi nomen, sicut à gente Thubal squama ferri & æris Arabibus dicitur ثوبال *Thubal*. Hi Chalybes creduntur primi ferrariam tractâsse. Unde Arianus in Alexandro: χαλύβες πρώτοι ἀνθρώπων αἰῶνα ἔχουσι χαλκὸν σιδήρον: *Chalybibus crimini datur, quod primi ferrum cuderint.*

XXI. Thubalcaino foror adjungitur נַעֲמָה נַעֲמָה, *Naamah*. Quæstioni hic est, cur Naamæ mentionem adperferit, cum tamen ei admodum singulare, saltem aperte nihil tribuerit? Augustini sententiam, cur Moses mulierum meminerit in Cainitarum non in Sethitarum genealogia supra recitavimus. Illa quæstionem hanc non solvit. In Bereſchit Rabbah censent, recenserit Naaman, quia uxor fuerit Noë, ex qua is genuerit Sem, Cham & Japhet. Ita etiam Jarchius נַעֲמָה בְּרַת נֹחַ מִן אִשְׁתּוֹ מִלֵּיל מִלְּוֹת מִלְּוֹת *Mulier hæc fuit Noë, uti dicitur in Bereſchit Rabbah*. Verùm id probabilitatem nullam habet. Cùm enim Naama fuerit septima à Caino, sequeretur omne genus humanum, ipsumque ad eò Salvatorem nostrum à Caino descendisse. Credibilis autem est, omnem Caini progeniem interiisse diluvio. Genebrardus in Chronicis, & Lipomanus in Catena Naamæ mentionem agitatam putant, quòd lanificium ac texturam repererit. Quia enim jungitur tribus præclaræ rei inventoribus, Jabal, Jubal, & Thubalcain, eò & ipsam rei egregiæ repertricem conjectant. Nullum autem fœmina dignius inventum, quàm textura & lanificium. Inclinat eò animus doctissimo etiam Gerardo Johanni Vossio de Origine & Progressu Idololatriæ lib. 1. cap. 17. Sed eadem ratione Naama argui posset cujuslibet artis, quam mulieres tractare consueverunt, repertrix. Non dubito igitur, quin Naamam Moses commemoraverit ob pulchritudinem & venustatem. Ducit nos huc ipsius vocis significatio. Notat enim נַעֲמָה *pulchram, venustam*. Ratio autem cur mulieris venustæ Moses meminerit, est, quia mulierum in Caini progenie venustas nimia causam dedit diluvio. Sic enim memorat Moses Genes. vi. 2. filios Dei, Sethitas, cum viderent filias hominum, Cainitarum נַעֲמָה *pulchras*, cum eis se commiscuisse, & sic Nephilim generâsse, quorum protervia Dei iram provocavit. Inter filias hominum quia excelluit Naama, utpote κατ' ἐξοχήν *venusta* nuncupata; ac fortasse

fortasse etiam tempore Moſis ex antiqua traditione eo nomine celebrata fuit, hinc eſt, quòd nomen ejus Moſes in annales retulerit. In libro Zohar tantam Naamæ venuſtatem fuiſſe prædicant, ut duo Angeli Aza & Azaël ejus forma capti concubuerint, & ex eadæmones genuerint, qui Gedim appellantur. Eòque referunt locum Genef. vi. 2. Verùm putidum eſt quod de illa Angelorum commixtione cùm fœminis ſomniant.

XXII. Quia Thubalcainum certis argumentis fecimus Vulcanum, neceſſum eſt ut Naamam Thubalcaini ſororem faciamus *Venerem gentium*. Quippe Venus fuit uxor Vulcani. Auguſtinus ex mente gentilium contra Fauſtum lib. xx. 9. *Venus creditur Vulcani uxor, quia ex calore voluptas neceſſariò naſcitur*. Et Naama quid notat aliud quàm *Venerem, venuſtam*? Dicitur enim venuſtus à Venus. Sicut à *vetus veuſtus*. Hoc malum dicere, quàm ſequi *πλοῖσος* Voſſium, cui Naama eſt Gentilium Minerva, cui Diodorus tribuit ἡ ἀόρητος κατασκευὴν, *rationem conficiendarum veſtium*, texturam adeoque & lanificium; quod à Naama repertum malè ſupponit.

XXIII. Hæc ſunt, quæ de Cainitis ſingulis tanguntur à Moſe. Satis hinc liquere confido, qui mores Cainitarum fuerint. Pleraque quæ de eorum ſtudiis memorantur, non ſpirant niſi ſcelera, violentiam, malam libidinem. Ad violentiam pertinet Lamechi *πλημῆ* thraſonica oratio ad uxores; tum Thubalcaini ars ferraria & militaris, quâ haud dubiè graſſatus eſt in mundo ipſe & inſauſti illi Nephilim ſeu *ἐπιπίωντες*, inuaſores, & generis humani truculenti hoſtes. Malam verò libidinem arguit Lamechi polygamia; Jubalis muſica peſſimo fine oblectandæ & deliniendæ carnis inventa; Naamæ forma elegans, quæ in malam rem plerunque illex eſt. Omnia hæc peccata poſtremis illis primi mundi temporibus paſſivè graſſantia cauſa fuerunt iræ divinæ, & præſentiſſimæ vindictæ, quam Deus diluvio mundo immiſſo eſt executus. De quo ſeorſim dicendi locum habebimus.

XXIV. Neque tantum qua vitæ & morum turpitudine ſe inquinaverint Cainitæ, ex Moſe deprehendi poteſt, ſed etiam certis ex eodem & aliis ſcriptoribus ſacris argumentis investigari poteſt, quæ fuerit corundem Theologia. De qua tamen peculiari loco agere lubet.

XXV. SETHITARUM nunc ſuccenturiata ſeries per texta Geneſeos capite quinto ſequitur. Ibi continuata ſucceſſione numerantur Patriarchæ ſequentes: *שֵׁט* *Sethus*; *עֵנוֹשׁ* *Enoſchus*; *צֵנָן* *Cenan*; *מַחְלָלֵל* *Mabballalel*; *יֵרֵד* *Fered*; *חֲנוֹךְ* *Hanoch*; *מֵטוּשֶׁלַח* *Meſuſchelach*; *לָמֶךְ* *Lamech*; *נֹחַ* *Noach*, cujus tres filii *שֵׁם* *Sem*, *חָם* *Cham* & *יָפֶתֶח* *Japheth*. Quod



Sethum attinet, à principio statim Dissertationis hujus de eo dicere occupavimus, ubi eum datum Evæ vidimus vicarium occisi Habelis, firmissimam Ecclesiæ columnam, qui nullius hominis impetu facillè ruat; secus quàm Habel, qui fraternæ libidinis victima est factus. De eo plura non habet Moses. At de ejus morte & mandatis ad liberos nonnihil habent Patricides & Elmacinus, Historici Arabes. Adjurâsse eum liberos & nepotes כדום יחיל *per sanguinem Habelis*, ne quisquam de monte sancto descenderet ad Cainitas, neu cum iis ulla ratione miscantur. Addunt filios ejus conditum eum sepelivisse פי כעירא אלכנץ *in spelunca secreta*, in monte illo sancto.

XXVI. Setho successit אנוש *Enoschus*. Quod nomen attinet, ita habet Augustinus de civitate Dei, lib. xv. 17. *Enos interpretatur homo, non sicut Adam: & ipsum enim nomen interpretatur homo, sed commune esse perhibetur in illa lingua, id est, Hebræa masculo & feminæ. Nam sic de illo scriptum est: Masculum & feminam fecit eos, & benedixit illos, & cognominavit nomen eorum Adam.* Notat sanè אנוש *hominem*. Differentia autem assignata inter Enos & Adam generalis nimis est, nec scio, an vera. Etsi enim nunquam eo nomine venirent mulieres in Hebræo codice, nihil tamen videretur, quo minus sicut אנוש notare putatur *miserum* ita אנשה *miseram*. Accedit, quòd vocem illam in communi genere usurpet David Psal. ciii. v. 15. אנוש כחצר יום *Enosch seu homo, ut graminis sunt dies ejus*. Eusebius de Præparat. Euang. xi. 6. notat Έως proprium hominis nomen significare *επιλήσιμονα obliviosum*. Distinguitur igitur אנוש ab אדם hoc pacto, ut illud ad *rationem* hoc ad *corpus* pertineat. Nam oblivionem pertinere ad rationem, quæ immersa corpori facillè memoriam rerum amittat; at Adam dici hominem ratione corporis è terra producti, הוה אדם, inquit, *εβραϊστίον λόγια ἄνω πῶς διακρίει τὴ ἐτυμολογίαν: Hunc in modum Hebræicæ litteræ ambartum vocum etymologiam distinguunt*. Respicit ad locum Psal. viii. כה אנוש כי תזכרו וכן אדם כי תפקדו *Quid est Enosch, ut ejus memineris. Quasi dicat: Quid obliviosus ille, ut ejus memineris? Quæ quidem ad oblivionem potius quàm ad etymologiam referri possent, nisi observarem & Arabes & Chaldæos qui videri possunt matris suæ radicem retinuisse, favore etymologiæ. Nam Chaldæos quod attinet, apud illos נשׁא in notione *obliviscendi*. Et ab eo etymo formant נשׁא quod pro אנוש difertè ponitur Psal. viii. 5. In Jobo, Proverbiis, Psalmis pro אנוש semper, pro אדם sæpe. Thargum ponit נשׁא vel נשׁא בר נשׁא vel נשׁא אנוש. Jam apud Arabes vocem אנוש quæ respondet Hebræico אנוש Giggejus in thesauro derivat à נשׁא *oblivisci*, eò quòd fœderis primi homo sit oblitus. Atque sic Enoscho nomen*

men

men hoc inditum foret ab *oblivione*, vilitate generis humani post lapsum, propter quam non meretur, ut Deus ejus meminerit. Non pauld melior est homo guttâ, bullâ, vapore, umbra. Quis verd non obliviscitur guttarum, quas fluvius præterlabens abripit ab oculis? Quis non bullæ, vaporis, umbræ citò pereuntium? Si cui non satisfacit hæc etymologia, per me licet acquiescat tritæ opinioni, ut שׂוֹמֵם idem sit quod שׂוֹמֵם æger, incurabilis, deploratè miser. Qualis est quisvis homo, antequam vísitet eum gratia ex alto.

XXVII. De Enofchi temporibus singulare quidpiam narrat Moses Gen. iv. 25. וְהָיָה לְקַיָּא בְּשֵׁם יְהוָה או תומ (tempore Enofchi) *captum est invocari nomen Jehovæ*. Ita Vatablus. At secus longe alii, inprimis Hebræi, qui Mosen intelligunt de novorum Numinum initiis, adeoque initio idololatriæ antediluvianæ. Illi תומ vertunt *profanari* a חלל quod sæpe notionem habet *profanandi*. Atque eum sensum ex Hebræis & Chaldæis Targumim acriter tuetur Seldenus d. Dis Syris proleg. cap. 3. Paraphrasin Onkelosi quod attinet, duplex ejus lectio est. Complutensis & Antverpiensis editio habet כַּךְ בְּשֵׁמוֹת הַלֹּהִים בְּנֵי אֲנָשָׁא לְעֵלְיָא בְּשֵׁם רַי *In diebus ejus inceperant homines orare in nomine Dei*. At Bombergiana, Gariana & Buxtorfiana pro לְעֵלְיָא legunt לְעֵלְיָא quod sensu negativo vertit Seldenus: *ut non orarent*: quasi inceperant diebus Enofchi homines non orare in nomine Jehovæ. Sed quod pace tanti viri dixerim, non video, quo pacto etiam ex posteriori illa lectione extundat sensum negativum. Præposito *mem* præfixa infinitivis nunquam sensum negativum habet. Præponenda est igitur lectio Complutensis, ex qua nullum omnino præsidium est sententiæ Hebræorum & Seldeni. Quid quidd Chaldæus apertè תומ sumsit in notione *incipiendi* non *profanandi*? Rabbiorum, quas hîc objicit Seldenus, expositiones, quia fundatæ non sunt, nulli admittimus. Quid quæso est, *Tunc profanatum est ad invocandum nomen Domini*? An itaque profanus est, qui nomen Dei invocat? Dicunt, tum profanatum esse in invocando nomine Dei, illud tribuendo falsis Diis. Verùm de falsis Diis nihil hîc Moses. Hoc rectè opponit R. Eliezer Germanus in Maase Bereschit, cap. 22. R. Solomoni Jarchio אַחֲרֵי הַיְקָרָא דְּבָרִים אַחֲרֵי הַיְקָרָא הַסֵּךְ *Nam si dicas profanatum esse in invocandis aliis rebus nomine Domini, ipsum fundamentum abest*: abest nempe in Mose mentio rerum illarum, quibus sub nomine Jehovæ cultus Divinus exhibitus fuerit. Tum ipsa phrasin וְהָיָה לְקַיָּא תומ repugnat expositioni. Si enim תומ significat *profanatum est*, quid hoc erit dicere: *Profanatum est, ad invocandum in nomine Domini*. Manifestum est, scribi debuisse לְקַיָּא non וְהָיָה לְקַיָּא *profanatum est in invocando*,

*vocando*, hoc est, cùm invocaretur. Eadem igitur opera ruit etiam Mai-  
monidæ aliorumque criminatio in Enoschum, quem ex sinistra hac inter-  
pretatione implicat idololatriæ. Quamquam si maximè de idololatria ex-  
plicari deberet, non sic ejus crimini innectendus fuit pius homo. Aliud est  
dicere, Enoschi temporibus idololatriam cœpisse; aliud ipsum Enoschum  
idololatram fuisse.

XXVIII. Septuaginta Senes locum eum ita reddiderunt: ἔρθη ἡ λη-  
πτεν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα κυρίου τῷ θεῷ: *Is speravit invocari nomen Domini.*  
Quomodo etiam Augustinus & Theodoretus citant. Primò errant, quia ἔρθη  
non ad tempus sed ad personam referunt. Tum obscurus est sensus. An  
ita speravit, ut tamen invocatum non fuerit? Si invocatum fuit, cur de-  
mum speratum fuit? Nullum versio sensum fundit. Præterea non ἡ λη-  
πτεν est ἡ ληπτε sed ἡ ληπτε. Melius tamen tum Chaldaeus tum Vulgatus accipiunt  
de publico cultu, qui initium duxerit circa tempora Enoschi, quibus pu-  
blicè preces dici, & homines statis temporibus eas frequentare cœperint.  
Sed rectissimè convertit Aquila: τότε ἤρχθη τῷ καλεῖσθαι ἐν ὀνόματι κυρίου:  
*tunc captum est vocari ex nomine Domini.* Hoc vult Moles, tempore Eno-  
schi ita invaluisse Sethitarum & Cainitarum discidium, ut Sethitæ à Cai-  
nitis divisi corpore & animo etiam appellatione jam distinguere se cœpe-  
rint. Usque ad Enoschi tempora Adami liberi promiscuè venerunt nomi-  
ne אדם בני filii Adam, filii hominum. Communis erat nomenclatura tam  
Sethitarum quam Cainitarum. At tempore Enoschi, quo & Cainitæ cœ-  
perunt ruere in præcipitium impietatis & teterriarum hæresium; & Se-  
thitarum inclaruit fides, non amplius אדם בני filii Adam vel hominum, sed  
אלה בני filii Dei, quales sunt fideles omnes per fidem & gratuitam ado-  
ptionem nuncupari gestiverunt. Atque hoc est ארר vel ארר בני ארר  
*vocari ex nomine Dei.* Eadem phrasis est Esai. XLIV. 5. ארר בני ארר הו  
& *hic vocabit se de nomine Jacob* Jacobitam, Israëlitam. Sanè Moses di-  
stinguens inter אלה בני אלה & אדם בני אדם *filios hominum*, Genes. VI. 2.  
clarissimè se explicat, ut aliis argumentis non indigeamus. Sensus hunc  
jam olim vidit Theodoretus q. 47. in Genesin: *Subindicat, inquit, ser-  
mo ille, quod propter pietatem primus hic Divinam appellationem sortitus est, &  
à cognatis vocatus est Deus, unde & qui ex eo nati sunt, vocati sunt filii Dei.*  
*Quemadmodum & nos à cognomine Christi Domini nostri nuncupamur Christiani.*  
Ita Georgius Cedrenus ab autore λεηπτεγενέσεως edocletus: ὅτι τὸ  
ἔρθη, inquit, ἡ ληπτεν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα κυρίου τῷ θεῷ πρῶτον, πρὸς ἀποκα-  
ταστάσιν αὐτοῦ ἐστίν. Ἐνώσ, ὃς ἐμνημόνευται ἀνθρώπος καὶ τὸ ἐβοηθῆσθαι νῦν. *Ubi di-  
citur, Enosum sperasse ἐπικαλεῖσθαι nomen Domini Dei, non aliud innuitur,*  
*quàm*

qudm nomine Dei compellari. Nam & Enos Hebraicè hominem significat. Apparet, Cedrenum sensum nostrum, quem tuemur, elicere ex ipsis Græcis interpretibus. Nec illi sanè sensum hunc planè abnuunt, dummodò *ἰπκαλεῖσθαι* reddatur passivè. Quomodo etiam ipse Seldenus accipit. Nec bilum valet Saliani ratio : quòd *textus Latinus & Hebraicus non quadrent, cum valent loquantur de invocatione non de appellatione Enosi*. Quicquid enim fiat de textu Latino, certè *אֱנוֹשׁ* Hebraicum tam vocandi, appellandi, quàm invocandi notionem habet. Quin ipse Aquila, cujus versionem statim probat Salius mira cæcitate, *καλεῖσθαι* non *ἰπκαλεῖσθαι* habet.

XXIX. Cæterum de Enoschi sanctitate factum illud non finit dubitare. Quia enim circa ea tempora is tanquam Patriarcha præfedit, credibile est, ab illo profectum saluberrimum illud consilium, ut crescente malitia seculi à Cainitarum perfidia ii, qui Deo adhærent, nomine ejus impostero ciantur, & hoc veluti Sacramento Deo dicant, profanos mores detestentur, & contagionem illam publicam scelerum vitent. Quique Dei nomine vocati sunt *בְּנֵי אֱלֹהִים* *filii Dei*, eos credi potest publicum etiam in cætum coivisse, & *בְּתוֹךְ הָהֵם* *in medio comitii fratrum* Deum uno labio & corde celebrasse. Necessum fuit enim, prout irrumpebat malitia hominum in cætum Cainitarum idololatria, Enoschum cultus Divinitum Antifitem de colligendis piis & invocando publicè nomine Jehovæ, adversus mundi & Sathanæ technas majore studio laborare. Quod sic fecit, si adhibuit *אֶתְּ כָל־לִבְךָ לַיהוָה* *labium purum*, ut nuncupent omnes nomen Jehovæ, & ei serviant uno humero, Zoph. III. 9.

XXX. Enoschum excepit filius *קֵנָן* *Cenan*. De quo præter nomen & annos nihil in Mose traditum est. Ex nomine aliquid de ipso conicere alienum non erit. Significare potest *possessorem* à *קָנָה* *possedit*. Forte quia *τὸ λόγιον τῷ Θεῷ*, ac inprimis *λόγος ἐπαγγελίας* *sermo promissionis* tanquam illustre depositum penes eum collocatus, & ab ipso possessus est, tanquam *κληρονόμος ἐπαγγελίας*, *herede promissionis*. Potest etiam significare *deplorantem* à *קָנָה* *deplorare*, quia in nativitate ejus piissimus parens seculi sui malitiam deploraverit. Pietatis & dexteritatis nomine commendatur ab Elmascino pag. 8. *אֱלֹהִים בְּן אֱדָם* *קֵנָן* *אֲבִי רַב־רַב קוֹמָה וְסֹאֵר בְּחַם כִּירָה גְּמִילָה*. *Quartus ab Adam Kenan filius Enoschi, qui populum suum vegetamine pulchro direxit*. Sepultum eum apud Indos ac ibidem sepulchrum ejus ostensum esse Alexandro Magno nugantur Hebræi, uti videre est pag. 3. libri Juchazin, & apud R. David Zæmach.

XXXI. Post Cenaniem successit *מַבְּלָלֵל* *Maballalel, laudator Dei*. Hoc ei nomen fecit Cenani. Cùm publicè cultus Domini frequentari ante-

hac cœperit, boni omnis gratia filio suo id nominis imposuit, ut ad mone-  
retur officii, ne deficeret à pietate majorum. Doctissimo viro Jacobo Ca-  
pello videtur, Cenanen ad sanctum hoc piúmque nomen filio indendum  
invitari potuisse, quòd currente anno Sabbathico natus post decem anno-  
rum hebdomadas filium genuit ineunte anno Sabbathico eòque Jubileo.  
Verùm unde fidem nobis faciet, fuisse jam tum in usu Sabbathicum & Ju-  
bileum annum? Alia ante legem anticipari potuerunt. Non tamen po-  
tuit Sabbathicus annus, quippe qui soli Israëlitarum Politicæ inservivit.  
Tum Mahallalel non A. M. 392. qui Sabbathicus fuisset, sed anno  
M. 395. vel 396. natus est. Nam quòd quatuor primarum Sethi,  
Enosi, Cenanis, Mahallalelis generationum annos in numeros rotundatos  
desinentes accipit pro decurtatis, id contra communem opinionem facit  
sine ratione.

XXXII. Mahallalelem sequitur *רר Jared*. Dicitum ita, quasi *domi-  
natorem* mundi, ut meminerit, se mundi dominio donatum fieri non debe-  
re peccati mancipium, sed excusso Sathanæ jugo Deo servire debere, Ca-  
pello placet. Fortassis melius cum Hieronymo Jaredum facimus *רר de-  
scendentem*. Sed quò respiciat hic descensus, quis tam oculatus est qui videre  
possit, inquit Sallianus. Sanè si Orientalium valeat traditio de monte à Se-  
thitis occupato, & vallibus à Cainitis habitatis, dici posset Mahallalelem  
propheticè filio nomen Jared imposuisse, quòd provideret, ejus diebus Se-  
thitas tentaturos descensum ad Cainitas. Atque sic quadraret traditio,  
quam reperire est apud Elmacinum Arabem his verbis: *Diebus ejus Jaredi  
magno numero erupit malum filiorum Caini, qui publicè seclati sunt corruptio-  
nem. Ascendit autem vox tumultus in montem, quem posteri Sethi audiverunt.  
Congregati igitur ex illis viri centum descendere voluerunt de monte ad filios  
Caini; quos prohibuit Jared atque dehortatus est. Illi verò spreto Jaredo de-  
scenderunt & cum filiabus Caini se miscuerunt.*

XXXIII. Jaredo annos agenti centum & sexaginta duos nascitur  
*ררר Hanoch*, Græcis *Ἐνώχ*. Deo insignia occurrunt duo. Prius, quòd  
post ambulationem cum Deo assumtus est. Posterius, quòd prophetavit  
de rebus futuris, inprimis judicio ultimo. Quæ duo argumentum præbe-  
bunt distinctis Exercitationibus, quarum altera erit de *Raptu Enochis*, al-  
tera de *Prophetia Enochis*. Cæterùm Enoch ille non planè gentilibus fuit  
incognitus. Meminerunt ejus sub nomine *Annaci*, *Cannaci*, *Nannaci*.  
Stephanus in *Ἰκόνιον* de Annaco ita loquitur: *Φασὶ δὲ εἶναι τὸ Ἄνναχος, ὃς  
ἔζησεν ὡς ἐπὶ τετρακόσια ἔτη. Τὸς δὲ πέραν μανθίσσασθαι, ἕως τίνος βιωσεται.  
Ἐδώθη δὲ χρῆσις, ὅτι τότε πλάτθουσιν πάντες Ἀρεφθηρίσονται, οἱ δὲ  
φεύγας*

Φρύγες ἡκίστων ἐθρήνην σφοδρώς. Ἄφ' ἕ περιουμία, τὸ ἐπὶ Ἄννακῆ κλαύσειν, ἐπὶ τῶν λίαν οὐκ ἐπιζομένων, γενομένων δὲ τοῦ κατὰ κλυοῦ ἐπὶ Δοκκαλίων. πάντες διεφθάρσαν. *Ajunt Iconium Annaci fuisse urbem, qui vixit supra trecentos annos, & loci incolae ab oraculo scissitatos esse, quandudum viveres, datumque esse responsum, fore ut cum obissent, perirent omnes. Quo audito Phryges magnum luctum ediderunt: unde proverbium natum, Annacum flere de iis qui graviter lugent. Facto autem diluvio sub Deucalione omnes perierunt.* Attingi hic aetatem Enoch; confundi tamen historias Enoch patris & Methusalæ filii scitè observavit seculi nostri grande decus Samuel Bochartus Geograph. lib. 2: cap. 13. Verè enim Annacus sive Enochus trecentos annos vivendo superavit. Sed quæ de diluvio in ipsius morte oraculum respondit, impleta sunt in filio Annaci seu Enoch Mathuselæh. Proverbii illius τὰ Καννάκς (ita enim habet, non Ἄννακς ut Stephanus) meminit etiam in Adagiis Erasmus. τὰ Καννάκς, inquit, id est, Res aut mala Cannaca. Bisariam hæc utebuntur paræmia: vel de rebus ob vetustatem admirandis, vel de lamentis & complorationibus miseris, ac lachrymosis. Cannacus quissiam Phrygum Rex, quemadmodum narrat Hermogenes in Phrygiis: qui cum prævidisset eventurum diluvium, convocatis omnibus ad templum Deorum, multis lachrymis supplicabat diis, ut id malum averterent. Unde Herodes Jambographus inquit, τὰ Καννάκς κλαύσω, id est: Ut Cannacæ more plorem. Hæc referuntur à Zenodoto. Plin. lib. trigesimo sexto. Sanè conveniunt Cannacus ille Phrygum Rex & Enoch. Quid enim est Cannacus nisi ἡνὸν Henocis? Tum Hermogenes Cannaco tribuit quod præviderit diluvium. Prævidit autem Henoc, & ejus occasione homines sui temporis invitavit ad pœnitentiam, proposito metu judicii Divini. Suidæ tamen non cluet Annacus vel Cannacus, sed Nannacus. Νάννακς, inquit, παλαιὸς ἀνὴρ πρὸ τοῦ Δοκκαλίων. τοῦτον Φασὶ βασιλεῖα γενέσθαι πρὸ τοῦ Δοκκαλίων. Ὁς σπευδὼς τὸν μέλλοντα κατακλυσιμὸν, συναγαγὼν πάντας εἰς τὸ ἱερόν, μετὰ δακρύων ἰκέτοσσι. Καὶ περιουμία τοῦ Ἄννακς. Ἐπὶ τῶν σφίδρα παλαιῶν, ἕ ἀρχαίων. Nannacus vir priscus ante Deucalionem, Regem fuisse dicunt, qui futurum diluvium præsciens, omnibus in templum congregatis, cum lacrymis supplicavit, id est, Deum suppliciter oravit, ut generis humani miseretur. Et proverbium, à Nannaco. De rebus admodum vetustis & antiquis. Ex Eupolemo, quem laudat Alexander Polyhistor. Eusebius habet de Enocho Præparat. Eüang. lib. ix. 17. Cum apud Heliopolim Abrahamus Ægyptiorum consuetudine plurimum uteretur, multa ipfos necnon Astrologiam, quæque ad eum pertinent omnia, illo docente didicisse; sic tamen earum inventionem Eupolemum transcribere Babyloñis, & Abrahamo,



de, si rationem impositi nominis reddere voluit Lamechus, vel scribendum fuit  $\text{נח} \text{נח}$  *hic faciet nos quiescere*, vel Noë vocari debuit non  $\text{נח}$  sed  $\text{נח}$  *consolatio* vel  $\text{נחמ}$  *consolator*. Variè eruditi cum hoc nodo luctantur. Et Capellus quidem eum secat non solvit Criticæ S. lib. iv. cap. 8. ubi lectionem  $\text{נח}$  corruptam, & veram esse innuit lectionem  $\text{נח}$  *quiescere nos faciet*. Quomodo etiam LXX. Interpretes transtulerunt:  $\text{Ουτ} \text{δ} \text{Αγαπᾶται} \text{ἡμᾶς}$ , *hic nobis quietem dabit*. Capello suffragatur Grotius ad hunc locum. Ubi etiam Philonem allegat, cui *Nōē* est  $\text{ἀγαπᾶται}$ , & Hieronymum, qui vertit, *quies, cessatio*. Verùm corruptionem arguere textus Originalis tam levi argumento insolens est. Antiquissimæ quæque versiones à Græca si discesseris cum hodierna lectione conveniunt. Chaldæus Onkelosi disertè  $\text{רין ינחמנו}$ . Et Hieronymus suo tempore lectum ita testatur. Græcos autem quod attinet, illi formam vocis considerantes, & ejusdem etymologiam respicientes, quamvis aliter legerent, maluerunt tamen sic transferre, ut notationem nominis illius propiùs attingerent. Quanquam etiam  $\text{Αγαπᾶται}$  vox generalis est, quam &  $\text{נח}$  &  $\text{נחמ}$  interpretari possis. Quem enim consolamur, eundem quietiorem reddimus. Quod verò Philo & Hieronymus Noë verterunt  $\text{ἀγαπᾶται}$ , *quies*, convenit cum voce Noë. Nec de ea re hic disputatur, sed quomodo cum voce Noë conveniat ratio nominis à Lamecho reddita. R. Solomo Jarchi  $\text{נחמ}$  exponit & resolvit in  $\text{נחמ}$  *faciet quiescere*, levabit à nobis opus nostrum. Verùm sic sequi oporteret accusativum, non ablativum cum præpositione  $\text{מן}$ . Sunt alii qui existimant ex nomine  $\text{נח}$  detractam esse euphoniæ causa literam finalem *mem*, quasi debuerit esse nomen viri hujus  $\text{נחמ}$  ut  $\text{נחמ}$  Zach. 11. Jam solet aliquando in compositione litera detrahi, ne nomen sit longius, vel ut rotundius sit & concinnius. Ita in  $\text{נחמ}$  detractum est  $\text{נ}$  ex  $\text{נח}$  & literæ finalis vocis  $\text{נחמ}$ . Sed vox  $\text{נח}$  composita non est: & si  $\text{נח}$  dixisset Lamech, nihil dici brevius poterat. Neque etiam probare possunt, qui  $\text{נח}$  dictum putant ex transpositione literarum  $\text{נח}$  quia infra alluditur ad vocem  $\text{נח}$  ubi Moses dicit  $\text{נח}$  *Noë invenit gratiam*. Nam paranomasia illa facta est per accidens. Superest igitur ut dicamus, non hic afferri rationem ex etymo nominis petitam, sed tantùm esse  $\text{παρρησια}$  allusionem vocum significatione & sono admodum simillium. Quod sic sapienter Abenezra ostendit:  $\text{נח ינחמנו מן סעבנו דיש נח}$  *Is consolabitur nos & quiescemus à dolore manuum nostrarum. Nam etiam consolatio est quies à dolore cordis. Etenim Hebræi magis habent rationem sensus quàm vocum, ut apparet in ירבעם & ירבעל*. Cum ergo ratio nominis  $\text{נח}$  affertur



fertur hæc *נחמוני consolabitur nos*, perinde est ac si dixisset Lamech, *נחמוני faciet nos quiescere*. Sensus enim eodem recidit, & qui solatur, aufert etiam molestiam.

XXXVI. Sed quo sensu erat Noë allaturus consolationem à dolore, & ab operibus manu de terra, cui Deus maledixerat? De futuro vaticinatum fuisse Lamechum, ut Prophetam, agnoscit Chrysostomus homil. 21. in Genesin ubi vocat *vaticinii excellentiam*. Abenezra verò Lamechum putat, quod vaticinatus est, scivisse ex revelatione Adami prophetæ, vel ברך החכמה, *per viam sapientiæ*. Sed ubi quid vaticinatus fuerit iis verbis exposuerimus, melius liquebit, an prophetâsse Lamechum agnoscere debeat. Jarchius sic explicat: עד שלא באנו נח לא היה לרם כלי חקשים והוא הבין לרם והיתה הארץ מוצאה קוצים ודרדרים כש ווינים חמים מקללתו של אדם הראשון בני נח נחרה והיו נחמנו *Antequam venires Noë, non erant eis vasa georgica, ipse autem eis concinnavit. Cum seminarent triticum, terra produxit spinas & tribulos, ob maledictionem ejus propter Adamum primum*. Eadem est sententia libri Zohar Parascha 1. ubi de Noë ita legitur *ליבנות הארצה נח תקן הכלים ליעבוד הארצה* *Noë fabricavit instrumenta agriculturæ inservientia*. Verum id omne nimis dilutum est. Jam ante Cain agricola fuit. Et instrumenta georgica rudia quidem illa fuerunt primitus; ad perfectionem verò perducta sunt non à Noë, sed à Thubalcaino. Neque etiam terræ maledictio per Noë virtutem cessavit: quippe quæ ipsi incumbit usque ad tempus *ἀπαυτεπιστίας & ἀπολυτρώσεως*, quo liberabitur creatura vanitati subjecta à servitute corruptionis, & omnia opera manu Dei subjicientur pedibus Christi, Psal. VIII. 7. Rom. VIII. 20, 21. Maledictionis terræ effectus à Deo ipso statuitur, quod homo damnatus fuit, ut ex ea cum dolore comedit omnibus diebus vitæ: quod spinas & tribulos protrusura: quod homo in sudore vultus sui panem ex ea paraturus, Gen. III. 18, 19. Atqui illi effectus adhucdum omnes sunt conspicui. Abenezra consolationem Noë in eo ponit, *כי יגידו נתקים הימים, quod per eum resuscitatus & mundus*: adeoque etiam terra inundata diluvio postliminio per eum culta & nitore pristino restituta est. Etenim, inquit, *היה אדם הארצה erat is agricola*, sicut scriptum est Genes. IX. 20. Sed ex oratione Lamechi intelligitur, eum sibi aliisque suo ævo superstitibus consolationem à Noë filio promississe. Ad Lamechum autem & eos, qui ea ætate vixerunt, non redundavit resuscitatio mundi & terræ cultus denuo à Noë susceptus. Illi autem sibi spondebant consolationem ab operibus suis, & à dolore manuum suarum. Mercerus generalem conceptum fuisse putat in animo Lamechi, quo viderit, eum allaturum humano generi beneficium quietis per pietatem & justitiam suam: dum homines omni modo

& conatu

& conatus ad Dei cultum hortabatur. Sed rectè Cl. Schotanus monet, *attendendi debere, quòd Lamech definit liberationem nosse, qua à maledictione terra absolvenda erat: ut ne tot labores in vanum porro infumendi essent.* Ipse igitur statuit, ob hominum impietatem, qua communiter omne genus malitia inundavit, particularem quandam maledictionem præter illam Adameam generalem terram occupasse. Hanc sublaturum iri à Noë confisum esse patrem Lamechum. Nec multum diversus vir doctissimus Franciscus Junius per maledictionem terræ, à qua ex Noë quietem expectavit Lamechus, intelligi eam maledictionem, qua Deus terræ in diluvio maledixit. Verùm quamvis particularis maledictio terræ, distincta ab Adamea memoretur, Genes. VIII. 21. tamen speravit Lamechus resurrectionem ab operibus suis & à dolore manuum luarum exorto ex maledictione terræ. Quæ autem fuit maledictio terræ, quæ Lamecho attulit molestiam, nisi Adamea illa, quæ continuatur ad finem usque mundi? Ab Adamea autem maledictione terræ quietem non præstitit Noë. Ego nihil aliud videre possum, quàm quod Lamechus in filio cui nomen indidit non expectaverit semen mulieris, caput serpentis contriturum, adeoque etiam tum opera nostra seu peccatum, tum maledictionem omnem ex peccato proveniente sublaturum. Etenim benedictum illud semen est verus *ἡ ἀνάπαυσις*, verus *ἡ παρρησία*, *quies, consolatio.* Is virtute *παθημάτων* passionum suarum contra expiatur tum peccatum seu peccati reatum in Adamo, & quotidie tractatur, tum omnem maledictionem peccatori incubantem. Atqui inter maledictiones illas erat etiam illa, qua Deus maledixit terræ ob peccatum & in pœnam Adami, sicut videre est Genes. III. 18, 19. quæ homini creavit *ἡ πόνος* *dolorem manuum suarum.* Cùm solus Christus sit illa *ἀνάπαυσις*; cùm solus opera nostra seu peccata secum in crucem tulerit; cùm per eum expectaverint Patres maledictionis cujusvis expiationem; cùm *μαρτύριον τῆς κτίσεως* *vanitatem creaturæ* tolli non potuisse nisi per redemptionem Christi cognoverint; cùm promissionem habuerint seminis benedicti, & quidem non definitis vel parentibus vel tempore ejus nascituri: quid aliud dicere possumus quàm Lamechum promissionis Divinæ memorem præ flagrantissima illa *δοτικαὴ ἐξδοκία* expectasse in filio suo Salvatore mundi, benedictum mulieris semen? Cùm promissio nec tempus nec proximos parentes definiverit seminis, facilè spem ejus ex se prodituri quivis sanctorum Patrum sibi fecit. Fateor ex ipsa promissione mediante *συνέξει πνευματικῆ* intelligi potuisse, quòd Messias ex virgine sit nasciturus. Sed fieri etiam potuit, ut ejus rei Lamechus oblivisceretur, vel certè totum illud mysterium non ita accuratè scrutaretur, adeoque

etiam in hac expositione nominis nimio desiderio victus erraret. Explicavit hoc de Messia etſi alio sensu etiam Epiphanius lib. 1. tom. 2. *Lamech*, inquit, *per prophetiam imposuit filio suo nomen Noë, cum ait: Hic quietos nos faciet ex peccatis nostris hoc est duris operibus nostris. Noah verò à peccatis nos quietos non fecit, sed prophetauit Lamech in Christum, qui per Noam significatur in veritate.*

XXXVII. Noæ elogium passim reperire est. Primò Moses de eo dicit Genes. vi. 8. *וַיִּבְרַח נֹחַ בְּעֵינֵי דְבַר יְהוָה* Noë invenit gratiam in oculis Domini. Cùm cæteros plerosque homines tum in mundo agitantes Deus sub inobedientiam concluderit, eos siverit ire in viis suis & sibi thesaurizare iram in die iræ, multis etiam quamvis ad poenitentiam redituris carnis interitum destinaverit, Noë tamen misertus est, tanquam *καθαρίσμενος* ejus qui gratiam adeptus est. Abenezra gratiam illam derivat *מִצְוַת עֲבוֹדָתוֹ* ex decreto, *מֵעֲשֵׂיָיו* proposito misericordie. Confundit in eo Pererium Jesuitam, qui ait Noam gratiam invenisse fortasse propter insignem castitatem, nimirum quia per quingentos annos abstinerit à conjugio. Sed fortasse non ita est. Gratia enim Dei non est ex operibus, sed ex vocante, ne quis habeat ansam gloriandi. Si ex gratia, dicamus cum Apostolo, non ex operibus. Quin per gratiam demum sumus *μῆμα* & *θεῦ* factura Dei, conditi in Christo Jezu ad bona opera, Ephes. ii. 9, 10. Neque etiam cœlibatus per se bonum opus, vel melius conjugio est, cùm commune donum & proborum & improborum esse possit, eodem modo quo cætera *καταστάματα* generalia. Accedit, quòd Moles non obscure gratiam quam invenit Noë apud Deum, facit causam justitiæ Noæ, cùm demum versu seq. eum commendet à justitia. Agnoscit id ipsum Philo Judæus libro quòd *Deus sit immutabilis*, pag. 308. Inquiri ibi, quid sit illud, quod dicitur: *invenit Noë gratiam apud Dominum Deum.* Ἀρ᾽ ἂν, inquit, *πιστῶν ἐστὶ τὸ δηλύμενον, ὅτι χάρις ἐπιχεν* ἢ ὅτι *χάρις ἐξείσθη ἐνομιάζη.* Fortasse tale aliquid significat, eum consecutum gratiam, aut gratia dignum habitum. Posterius, quòd nimirum Noë gratia dignus habitus sit, *ἔχει μὲν πᾶς*, inquit, *ἢ ἀνάγκησιν λόγον, κελύουσι* *τοῦ αἰῶνος δόξων ἀξίως τῆς τῶ θεῶν ἐν ἑαυτοῖς νέμισμα* ἢ *ἱερά* *ἔστων* *νοῦν αἰσχροῖς ἐπιτηδύμασι μὴ ἀφθείρουσιν.* Ἰσως δ' *ὄσκι ἀληθῆ.* Πηλίκον γὰρ *ἦνα εἰκὸς γενέσθαι* ἢ *ἀξίον χάρις* *καταστάμενον* *ἄρξαι* *θεῶ.* Ἐγὼ μὲν γὰρ *ἠγοῦμαι* *μὲν ἂν καὶ συμπαρεῖν* ἢ *ἡσέμεν* *τάτῃ λαχέειν.* Καίτοι τό γε *πρώτων καὶ μετῴων καὶ πλειότατων τῶν θεῶν ἔργων, οὗτος ἐστὶ:* Posterius habes quidem rationem non incongruam, judicare summum dignos suis muneribus, qui divinum characterem sacrum in mente non polluerunt studiis turpibus: Sed forte non veram. Ingentem enim oportebat esse virum divina gratia dignum, idque ipso Deo judice. Equidem

dem arbitror, vix totum mundum esse parum tanto negotio: qui tamen inter cuncta opera Dei sicut primus, ita maximus est & perfectissimus. Idem tamen Philo male negat, Noam gratiam invenisse, quia gratiam Dei ab ipso consecutus sit. Et ratio ejus, quam opponit, frivola est. Τι δ, inquit, αὐτῷ πλεον δεδωρηται πάντων, ὡς ἕπος ἑστί, ὅση αὐ συγκρίσασθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ συγκριώδεις ἀπλᾶν φύσεις ἔσσι, καὶ αὐτῶν ἡξιωμένων θείας. Quid accepit præ cæteris præ omnibus non solum concretis, verum & elementaribus naturis simplicibus, quæ Deo cara sunt? Qui per gratiam Dei accepit, ut justus, integer esset, cum Deo ambularet, effugeret universale supplicium, restitueret mundum, & futuri Sospitatoris mundi ex suis posteris nascituri spem certam promitteret, is quam gratiam consecutus sit præ cæteris, quærere adhuc Philo potest? Sed si vera dicit Philo, invenit Noë gratiam in oculis Domini, quia cum probus esset, sagax & valde doctus, omnia disquirendo comperit quod est verissimum, gratiam Dei esse omnia, terram, aquam, aërem, ignem, solem, stellam, cælum, animantes stirpesque universas. Horum autem nihil Deum sibi largitum, cum his non egeat. Sed mundum mundo, & partes ejus in usum mutuum, atque etiam ut universitati commendens. Hæc scilicet est illa gratia, quam æquè diabolus & impii invenire possunt ac probissimi quique. Si verum amamus, gratia quam Noë invenit in oculis Dei, fuit gratuita Dei εὐδοκία, qua Noë decrevit dare tum justitiam fidei, cujus hæres factus dicitur à Paulo: tum opera justa, per quæ ἐναρμεσύμεθα θεῷ; nec non promissio partim immunitatis ab instanti supplicio universali, partim feminis benedicti ex ipsius posteritate nascituri, & restaurationis mundi.

XXXVIII. Ab hac igitur gratia fluxit, quod versu sequenti 9. de Noë prædicatur: וְהָיָה הוֹשֵׁן אֶתְכֶם מִכָּל אֲשֶׁר יִשְׁלַח אֱלֹהִים בַּיָּמֵי נֹחַ. Noë vir justus, perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ipse ambulavit. Paulus Noam facit κληρονόμον τῆς πίστεως δικαιοσύνης, hæredem justitiæ quæ est per fidem, Hebr. xi. 6. Hugo Grotius Noam hæredem justitiæ per fidem factum dicit, quia totius terræ factus est Dominus. Quomodo non plus habuisset Nöe quam Chamus & Japerus, qui facti terræ Domini, non fuerunt tamen hæredes justitiæ per fidem. Ergo Nöe justus fuit, hæres justitiæ per fidem, quia hæreditavit & consecutus est, quod iusto per fidem reponitur: nempe justitiam Christi, quæ est δώρημα, δικαιοσύνη ἐκ πολλῶν παραπτώματων, Rom. v. 16. & mediante eo redemptionem & coelestem gloriam, adeoque consecutionem status justorum, quorum spiritus post mortem vivit apud Deum. Atque sic quidem Paulus interpretatur Mosen, Noë justitiam prædicantem. Sed & Petrus ex eo, quod Moses Noë

vocat פְּרִי *justum* conficit, fuisse eum *κίρκα δικαιοσύνης πραξονεμ justitia*, 2 Petr. II. 5. Cùm enim homines illius ætatis supra modum corrupti essent, & sceleribus ac infidelitate iram Dei provocare pergerent; non potuit axioma justitiae, nisi *euangelizando mortuis*, in memoriam iis revocando factam promissionem de semine & justitia per illud adducenda, ac per fiduciam occupanda, *ut secundum homines quidem iudicari, viverent apud Deum spiritu*, 1. Petr. IV. 6. Neque tantùm פְּרִי *justus* fuit Noë, sed etiam *דַּםְחָן integer*. דַּםְחָן opponitur לֵשׁ שׁוֹפֵר seu *perverso*, אֲשֶׁר־יָחַד qui duo corda habet, & duabus viis incedit. Ita Proverb. XXVIII. 18. *יָחַד נְהַלֵּךְ בַּדָּם וְיִשָּׁר וְיִשָּׁר דַּםְחָן* *Qui ambulat integrè salvus erit: qui verò perversus est, & in duabus viis incedit, in altera eadet.* Ita Sponsus Cant. VI. 8. sponsam ceu Ecclesiam suam insignit tali elogio: *יְחָדָה הָיָה כְּצִיבָה* *Unica est illa mea, columba mea, integra mea.* Quia nimirum solus Christus diligitur ab Ecclesia, in solum ea credit, solum reveretur. Talis igitur est quæ laudatur in Noë integritas, per quam non adhefit nisi puro verbo Dei, ejus legi; non deflexit ab ea ad mandata hominum, ad profanos mores seculi; non conatus est placere hominibus, sed Deum perpetim ante oculos habuit. Denique Noam *cum Deo ambulasse*, testatur idem Moses. Quæ potestas sit hujus phraseos, discussimus in Exercitatione de *Raptu Enoch*.

XXXIX. Cæterùm vindicandus hic est sanctus Patriarcha à criminationibus patrum piis Hebræorum. Quia enim de Noë dicitur, fuisse eum justum, integrum *יְחָדָה* *in generationibus suis*, colligunt, sua quidem ætate haberi potuisse pro justo, sicut inter cæcos luscus est; at si vixisset tempore Abrahami, & sequentium justorum, nullo in pretio ejus justitiam futuram fuisse. His quidem prævit Philo Judæus lib. de Abrahamo, pag. 354. *οὐκ ἀπὸ σκοποῦ μὲν τοι ταῖς ποιούταις ἀρεταῖς ἐμνήσας τὸ ἀνθρώπων, ἐπειπεν ἐν πέλει* *ἢ ἐν τῇ ἡμεῶν αὐτῶν, δηλοῦν ὅτι ἡ καθύπερξ, ἀλλὰ τῇ σύγκρισιν τῆ κατ' ἐκείνον τὸ χρόνον γεγονότων ἀφ' ὧν ἦν.* *Ἴδὴ δὲ οὐκ εἰς μακρὰν ἐπιτηδεύσασαι σοφῶν ἐπέμην, δι' ἣ ἀρετῆν ἀναστραφώνισεν ἔσχον, οὐ ποτηροῖς ἀνπέτεθ' ἐπέμην, ἀδ' ὅτι βελτίους ἐγένοντο τῆ κατ' αὐτὸς ἀποδοχῆς ἢ θεωρομίας ἀξιοθέντες, ἀλλὰ ὅτι φύσιν ἐμμεσιον κοπιώμενοι, διετήρησαν αὐτῶν ἀλλήλοισιν, ἢ Φυγόντες ἐπιτηδεύματ' ἀμαρτυροῦντες, ἀλλ' ἀδ' ἣ ἀρχὴν αὐταῖς ἐπιτηδεύοντες.* *Προηγμένους δὲ καλῶν ἐργῶν καὶ λόγων ἀσκηταὶ θεωρομῆμοι, τὸ βίον ἐπεκόσμησαν.* *Θαυμαστόν τ' ἐστὶ μὲν ἐν ἀνθρώποις ἐπινοῖαι γεγονόσων, οἱ ταῖς ἐρεμαῖς ἐλθεῖν ἔσχατος ἢ ἐμνήσασατο, μὴ τῆ μίμησιν, ἢ ἐκαπέμωσιν ἐπέμην, ἀλλ' οὐπὲρ τοῦ καλὸν ἢ τοῦ δίκαιον ἀποδοχάμενοι.* *Θαυμάστους δὲ ἢ τῆ ὁ τῆ κατ' αὐτοὺν ἡμεῖς διανοητῶν, ἢ μηδεὶ συνευχθεῖς, ἐν ὅτι πάλωσιν εἰ πέλοι.* *ἀλλ' ἐπερίων μὲν ἔπειτ' ἐπιβέβηται τὰ δὲ παρ' ἂν ἀλλων ἐκείνοις ἀναδάσει ἢ φύσιν.*

Τὰ μὲν τοι δόξαται. Καὶ ταῦτα μεγάλα. Τί δ' οὐκὲ μὲτα δὲ θεμιμώχων ὡν ὀρέγῃ δὲ δωρεῖται θεός; Nec alienum videtur à proposito, quòd post laudatas sanctas virtutes in homine, adjecit perfectum fuisse in sua generatione: indicans eum non absolutè, sed collatum ad ejus ætatis cæteros bonum fuisse. Nam non multò post memorabis sapientes alios, virtute incomparabiles, qui non cum malis collati meliores & illis anteferendi judicati sunt: sed quia felicem naturam adepti, servarunt eam incorruptam: nec effugerunt scelerata studia, sed ab initio manserunt ab eis integri: cumque potissimum benedicendis faciendique haberent studium, vitam exegerunt ornatisissimam. Admirandi sanè homines, qui liberales, ingenuisque appetitus secuti, nec imitabantur cæteras, nec per contentionem quicquam agebant, nihil nisi justum ac honestum sibi optando. Mirandus tamen & ille, qui ætatis suæ præstantissimus, nullis rebus est implicitus, quas vulgus diligebat tantopere. Huic secundæ partes laudis debentur, illorum verò primam palmam natura esse voluit. Magnum tamen fuerit vel in secundo loco consistere: quid enim nisi magnum & ambiendum vel dat Deus, vel accipit? R. Solomo Jarchi ad hunc locum ש' כרבות דורשים יהוה לשבח כל שכן לשוב אהו לנוי לצי דורו היה צדיק ואלו היה שילו היה כבוד צדיק היה צדיק יותר ויש שדורשים אותו לנוי לצי דורו היה צדיק ואלו היה כבודו של אביהם לצי היה נחשב לכלם Sunt inter magistros nostros, qui id explicent in laudem Noë, quia si fuit in generatione justorum, fuit igitur maximè justus. Sunt etiam qui id omne explicent in contumeliam, quia justus tantum fuit suo seculo. At si vixisset seculo Abrahami, nullo in pretio eum habendum fuisse. Verùm injuriam viro sancto faciunt: nec quicquam tale innuit Moles. Etenim ait is, fuisse Noë justum & integrum in suis generationibus, hoc est, non una tantum ætate sed multiplici; non inter bonos, sed in corruptissimo seculo. Qui autem inter pessima exempla & publica omnis generis scandala se purum servat à contagione mali, & confinio sceleratorum se lædi non patitur, eum ego justiore dixerim, quàm alium, qui dicere potest: חבר אני לכל אשר דאך ולשוכרי בקרך. Socius sum omnibus qui timent te & observantibus mandata tua, Psalmi cxi. 63. Sed vincuntur hi homines testimonio Ezechielis, c. xiv. 14, 18. Si fuerint tres viri illi in medio ejus, Noab, Daniel, & Job, ipsi justitia sua liberabunt animam suam: non liberabunt filios & filias. Ubi nullo discrimine Noë conjungitur cum Daniele & Jobo, quos ita comparativè fuisse justos non audent dicere. Sed illi Noë vitio dant, quòd pro mundo, ne tam atroci fato damnaretur, non æquè atque quondam Abrahamus pro Sodomis, Moses pro sua gente intercesserit. Quæ est ejus, etulans & temeraria insectatio, Noë enim mundo penitentiam prædicans viam aperuit, quâ posset malorum incongruentium rectam inhibere, si mens læva non esset. Hoc plus est quàm supplicii pro

Deum sollicitare. Neque intercessioni locus fuit sententiâ semel latâ. Deus Noæ decretum suum verbis peremptoriis enuntiavit : *Finis omnis carnis apud me venit.* Abrahamus autem & Moses cum intercesserunt apud Deum, nondum sententia definitiva à Deo lata fuit.

X L. Quæ de Noæ præclaris facinoribus, qualia sunt fabrica arcæ, benedictio filiorum, necnon de conservatione ejus in diluvio, de fœdere quod cum eo Deus contraxit, & si quid aliud Moses tradidit, suis quæque locis expendere animus est. Sed & de filiis ejus, Semo, Chamo & Japeto dicendi locus erit, ubi de Prophetia Noæ seu benedictione filiorum ejus ubertius, *ἐάν ὁ κύριος θελήσῃ* differemus.


## EXERCITATIO VII

DE

## POLYGAMIA LAMECHI.

## Breviarium.

*Lamechi conjugium. Uxores ejus Ada & Zilla. Hebræorum in Bereschit Rabbah & Jarchii de consuetudine & consilio antediluvianorum duas uxores ducentium opinio refellitur. 1. Eorundem nec non Seldeni & Grotii de licita ante Mosem polygamia sententia. 2. Lamechi polygamia juri tum naturali tum divino contraria fuit. 3. Locus Malachiæ II. 13. vindicatus ab exceptione Kimchii utriusque Davidis & Abrahami. 4. Expensa aliorum ejusdem loci explicatio. 5. Locus Levit. XVIII. 18. polygamie non favet. 6. Grotii objectionibus fit satis. 7. Monogamie laus ex Tertulliano. 8.*

- I.  Um omnium in mundo, quod nobis constat, primus recti matrimonii violator fuerit Lamechus, Methuschaëlis soboles, quintus à Caino, qui ambitus stimulante libidine duabus uxoribus polygamus fuit : & unam carnem, ut cum Hieronymo loquar, in duas uxores divisit : bonum factum visum est de ejusdem polygamia seorsim argere. Lamechi igitur matrimonium narratur, Genes. 19.

19. יקח לו לך שתי נשים עם האחת ערה ושם השנית צלה. *Accipit sibi Lamech duas uxores nomen uni Adah, alteri Zillah.* Quod nomina attinet binarum harum uxorum, Hebræi in Bereſchit Rabbah Adam dictam volunt à ריקה quod Syris & Chaldæis per antiphrasin significat *recessit, abiit*, quia Lamech ערה קטרה *recessit ab ea.* Zillah autem nomen fortitum esse à צלה *umbra*, quia versari solebat בצלה *in umbra ejus*, Lamechi, cujus indivulsa fuerit comes, æquè ac umbra corporis. Ita videlicet Hebræi sentiunt, Lamechum duas uxores diverso tamen scopo duxisse; *Adam*, *κακωνομίας ἐνεκα*, quamque postquam uterum ferre cœpit, despexit & neglectum habuerit: *Zillah* verò voluptatis gratia, cui sterilitatis poculum hauriendum fuerit. Atque hunc quidem communem fuisse temporum antediluvianorum morem, narrat Solomon Jarchi his ferè verbis: כר ה'ר: ריכין של דור הכובל אחת אחת לפרדה ויכרה ואחת להשם שו ו הוא לזשש מסקר כוס של קקרון כר שתוקר ומקשם ה ככלרה ומאכילה סעונים וחבת נופרה ואכלרה כאלכרה וזו ששרש איה רעה יקרה לא תלד ואלמנה לא ישוב *Ad hunc modum se habuit mos sub diluvii tempora, ut alteram haberent uxorem prolis gratia, alteram verò ad concubitum.* Ea autem quæ ad concubitum duntaxat ducebatur, sterilitatis exhaustire solebat poculum, ut sterilis redderetur. Ornata etiam velut nova nupta commedebat dapes lautiores. Acerbius autem & durius traclabatur socia ejus seu altera, & lugebat velut vidua. Atque hoc est quod intelligitur apud Jobum ubi ait: *Pavus sterilem quæ non peperit, sed viduæ bene non fecit.* Eodem modo Rabbi Uriah, ex Rabbi Juda Bar Simon in Bereſchit Rabbah, Parascha 23. Quàm verò dilutum id omne & frivolum sit, aperte satis Moses ostendit, qui utramque Lamechi uxorem tam Zillah quàm Adam facit fœcunda prole parentem. Non enim Adæ tantùm, quam Jarchius adscitavit ait prolis gratia, Jabalem & Jubalem; sed etiam Zillæ, quam ad concubitum duntaxat ductam statuit, Thubalcainum & Naamam Moses difertè tribuit. Et etymologia utriusque tam Adæ quam Zillæ est coacta & obtorto veluti collo rapta. Rectius fortè Ada ab *ornatu*, Zillah à *colore grato*, quem sol minimè infuscaverit, nomen fortitæ crederentur.

II. Ante legem Mosaicam semper licitam fuisse viro uxorum pluralitatem, & quidem ex jure naturali, Hebræorum est opinio. Quin & post legem licitam fuisse, temperamentis tantùm aliquot ex jure positivo adjectis, statuunt. In Gemara Babylonica ad tit. Jebemoth cap. 6. habet Rabbah: נשוא אדם כמה נשים לאשתו והנה ראית ליה לסמינתהי: *Fas est cuique quotcumque superinducere uxores, modo quibus vicium eis præbeatur, res eis suppetant.* Ita etiam Maimonides Halach-Ischorh, cap. 14. *Fas est, inquit, cuique*



ואין אשתו יבודה לעיני הויה שירידו וואן אשתו superinducere uxores simul omnes שירידו וואן אשתו Neque poterit mulier ejus, nempe antea ducta impedire, modo si possit praestare alimentia, vestitum & debitum conjugale secundum id quod unicuique earum competit. Eadem mens est doctissimo Seldeno in *Uxore Hebraica & de jure Nat. & Gentium Hebr.* lib. v. cap. 6. ubi in eam sententiam adduci se passus est loco *Levit.* xviii. 18. quippe qui ex singulari Dei legislatoris placito tantum vetet אשה אחת לא יבנה לאישה אחת uxorem sorori suae inducere ad affluendum enim; ubi de duabus binis fororibus agi contendit. Unde infert licere ducere uxores, dum ne sorores sint. Sed & Hugo Grotius de *jure Belli & Pacis*, lib. ii. cap. 5. §. 8, 9. in eadem castra concedit, cujus verba sunt: *Conjugium naturaliter esse existimavimus talem cohabitationem maris cum femina quae faminam constituat quasi sub oculo & custodia mariti. Nam tale consortium & in mutis animantibus quibusdam videre est. In homine vero quod animans est, utens ratione, ad hoc accessit fides qua se femina mari adstringit. Nec aliud ut conjugium subsistat, natura videtur requirere. Sed nec divina lex amplius videtur exegisse ante Evangelii propagationem. Nam & viri sancti ante legem plures una uxores habuerunt; & in lege praecipitur ut nec uxorum nec equorum mimiam sibi adfiscat copiam; ubi Ebraei Interpretes notant octidreim sive uxores sive concubinas regi fuisse concessas, & Davidi Deus imputat quod uxores ei compleret & quidem illustres dedisset. Atque hi quidem omnes si in consilium vocentur, non peccaverit Lamechus, duas sibi uxores copulans. De quo clare Tertullianus de *Monogamia*, cap. 4. *Semel vim passa institutio Dei per Lamech constituit postea in finem usque gentis illius. Secundus Lamech nullus existit, quomodo duabus maritatus.**

III. Et sane justissima est Lamechi polygami reprehensio; quia plurium uxorum copulatio tam naturali quam divino juri adversatur. Naturali, tum quia naturaliter uxor potestatem habet in viri corpus; quam habere non potest, cum plures superinducuntur; tum quia multiplicatio uxorum intemperantiam & libidinem causam habet; tum quia polygamia amorem conjugalem evertit; tum denique quia liberorum educationi obstat. Divinum autem jus naturale confirmat. Moses enim testatur, Deum hominem creasse ad imaginem suam, & quidem זכר אקבה marem & faminam, *Gen.* 1. 27. & v. 2. Et de illis duobus: *Idcirco derelinquet unusquisque patrem suum ac matrem suam, & adhærebit uxori suae, ויהיו לבשר אחד & erunt (nempe hi duo) in carnem unam, Genes.* 11. 24. Ex quo loco Christus argumentatur contra polygamiam Judæorum incrustatam

in eorum

in eorum divortiis. Matth. XIX. 4, 9. Quam allegationem Christi enervatam à Grotio vindicavimus, Exercit. I. 11. Id solum hic urgeo, tam arctam esse ex Dei instituto viri & uxoris conjunctionem, ut ei ne pater quidem & mater intercedere possint. Quo jure igitur intercedet secunda tertiave foemina, potestatem, quam prima uxor nacta est in corpus viri, sibi vindicando? Ac eandem rationem ex institutione Dei manifestè urget Deus ipse Malach. II. 13. *Et hoc secundò facitis, quòd operitis lacrymis altare Jehovæ, ploratu & suspirio: aded ut non sit amplius respicere ad munus & accipere voluntarium ex manu vestra. Et dicitis: Quare? Propterea quòd Jehova testatus est inter te & inter uxorem juventutis tuam, cum qua tu perfidè agis, cum illa sit socia tua & uxor fœderata tua.* Hanc porro *וַיִּשְׁפַּח אֶת הַקֹּדֶשׁ וְאָכַל אֶת הַלֶּחֶם וְשָׂתָה אֶת הַיַּיִן* Et annon unum fecit, cum ipsi superesset spiritus? Unum nempe par, Adamum & Evam. Quòd si placuisset ipsi copulatio plurium uxorum, declarat perspicuè, non defuturum sibi spiritum & vires fuisse, ut uni viro plures uxores produceret; æquè ac non defuit spiritus formandi omnem exercitum cœli & terræ. Itaque certo consilio fecit unum, id quod porro declarat his verbis: *וַיִּבְרָא אֱלֹהִים אֶת הָאָדָם בְּיַמּוֹ וְאֶת אֵשֶׁת אָדָם בְּעַצְמוֹ* Et quid unum? Quasi dicat, cur duo illa tantùm fecit unam carnem? *Quærebatur semen Dei.* Semen Dei non poterat Adamo provenire ex multis uxoribus matrimonio copulatis, quia polygamia pugnat cum amore conjugali, adeoque rectitudine conjugum, & in ea est mœchatio. Rectum est & cum imagine Dei conveniens, virum amare conjugem suam unicè, & vicissim ab ea unicè amari, & sic effigiari amorem Dei erga nos, & eum, quæ Ecclesia diligit Christum. Igitur non rectum, eum amorem non habere. Non habetur autem is amor in polygamia, ubi non una conjux habetur. Fieri potest, ut plures liberos parentes æqualiter diligant. Sed non potest maritus plures conjuges, ut conjuges & ut unam carnem, honorare, & illis sui potestatem facere in omnibus, & cum iis communia facere omnia. Habemus igitur ex Malachia, quod & Moses & Christus in locis allegatis, & res ipsa docet; nimirum, pugnare polygamiam cum Dei institutione & sapientissimo consilio Dei, qui cum polleret viribus creandi innumeras Adamo mulieres, creavit tamen unicam; & ex polygamia utpote cum imagine Dei & rectitudine primæva pugnante semen Dei generari non posse.

IV. Non ignoro, Malachia locum aliter explicari à multis tum Hebræis tum Christianis, qui negant hanc sermonem esse de Deo create duo in unam carnem, & hoc desumpto modo quærente semen Dei; sed de Abrahamo magno illo patre, cujus exemplum vel Deus objiciat Judæis, vel Judæi Deo. Rabbi David Kimchi sic omnino explicat: *וַיִּבְרָא אֱלֹהִים אֶת הָאָדָם בְּיַמּוֹ וְאֶת אֵשֶׁת אָדָם בְּעַצְמוֹ*

אברהם שהיה אחד ואב לכל רבאים אחריו נאסנתו לא עשה כמו שאהם יתשים כי לא רתף ר התאוה ולא בעל אפילו כשרה אלא כרי השאר וזיע אלהים כלומר שצוה אלהים יתברך להשאיר וזיע כמו שאמר פרו ורכבו: ושאר רוח לו יתרו ה הרוח היה לו ולפיכך לא רתף אסר התאוה ולא כ בעל אלא לטעות פרה ורכיה ואול פי כי חם רבני הינם לנביא והם רבני תביה אסרו לו והלא אברום אבני עה שהיה אחר ולא עשה בן כמו שאנחנו עושים שהגיה אשתו ובעל הגר שפחהו ואף על כי ישאר רוח לו והיה נביא והנביא הוצא משוב להם וסח האחר כבקש וזיע אלהים כלומר כשבעל הגר לא בעל אלא כרי לבקש וזיע לזי שלא *Abrahamus, qui unus erat, & pater omnium eorum qui post ipsum futuri, majore fide egit quam vos agatis, qui non secutus est cupiditatem suam, & ne quidem cum Sarab alio sine concubuit, quam ut relinqueret semen Dei: quasi diceret, quia praecepit Deus benedictus, ut relinqueretur post se semen, sicut dixit, crescite & multiplicamini* וישאר רוח לו *abundantia spiritus ei erat. Et propterea non secutus est cupiditatem suam, nec consuevit cum uxore nisi propter praeceptum multiplicationis & fructificationis. Et pater meus Abraham b. m. explicat, quod haec verba sint populi contra prophetam, & verba admirationis. Dicunt ei, nonne Abraham pater noster, cum quo pax sit, qui unus erat, nonne fecit sic, quemadmodum etiam nos facimus? qui deseruit uxorem suam, & rem habuit cum Hagare ancilla sua, etiamsi reliquus fuerit ei spiritus, & Propheta fuerit? Et Propheta ius responder: Quid unus ille? quae servit semen Dei: quasi diceret, quod cum Hagare consuevit, non fecit nisi hoc consilio, ut quae erat semen, quia ex Sarab uxore semen non habuit.* Verum neutra nec Davidis nec Abrahami Kimchii explicatio pondus habet. Cur enim Propheta Abrahamum non disertè nominasset? Cur dixisset *unum*? Cur factum ejus excusasset? Quamvis enim Abrahamus potius aviditate prolis, quam libidine incitante Hagari se conjunxerit, tamen conjunctio ipsa recta non fuit, quippe pugnans cum primæva institutione, & cum foedere foeminae juventutis. Præterea, quid in illo, *Reliquum spiritus ipsi*? Neque enim יתרו רוח *abundantiam spiritus Hebræis denotat.*

V. Viris nonnullis doctis placet omnino Malachiae locum de Abrahamo, sed alio sensu explicari: אהרן putant rectè verti *primum*, nempe Abrahamum, generis Israëlitici parentem. *Non isa fecisse Abrahamum* dici existimant, ut scilicet perfidè ageret in sociam sibi foedere connubiali junctam, nempe Hagarem, quam Abraham vir licet *magni spiritus*, tamen odio *habuit dimittere*, uti docet querela Saræ, Genes. xxxi. 11. *Mala autem videbatur hæc res in oculis Abrahami.* Rationem autem reddi illius patientiae Abrahami, quia *quæ servit semen Dei.* Quæ quidem explicatio etsi speciem habet, violenta tamen mihi & coacta videtur. Etenim 1. durum est ut אהרן

signifi-

significet *primum*. Fateor nonnunquam poni ששך atque sic cardinale pro ordinali. Sed tum absolutè non ponitur, sed construitur cum substantivo, ut Genes. 1. 5. vel saltem substantivum ששך ששך repetitur & sequuntur ששך ששך &c. At hic absolutè ponitur, non repetitur quidquam ששך ששך, non pertextuntur numeri. 2. Si ששך significet *primum*, durum etiam est intelligi Abrahamum. Nam ששך absolutè solet indigitari in Scripturis Adamus. Si genus *Israëliticum* spectes, Jacobus potius ejus pater est. Et quæ promissiones apertius factæ Abrahamo, tum Adamo, tum Noacho eadem involutè sunt factæ. 3. Quomodo ששך ששך de Abrahamo dici potest? Ajunt, quia *vir magni spiritus*. At hæc phrasis insolens in Sacris. Tum non dicitur *vir magni spiritus*, sed, *reliquiæ ei erant spiritus*, hoc est, reliquus ei erat spiritus. Quod Abrahamo qui aptari possit, non video. Denique vis nulla foret in hoc argumento: Abraham vir magni spiritus ægrè dimisit Hagarem: Ergo vobis non licet dimittere. Notum enim, comparationes ab inæquali majori, quem in magnitudine assequi non possumus, nervo carere. Accedit, quod in ששך ששך sit haud dubiè discretivum. Sensus igitur discretivus hic foret: Abraham etsi magni spiritus (tamen ita non haberi in textu jam dixi) odio habebat dimittere Hagarem. In discretivo sensu semper opposita ratio continetur. At ratio, quia *vir magni spiritus*, non est opposita officio dimittendi uxorem, sed potius conveniens. 4. Verba verlu 16. ששך ששך non possunt significare, quòd Abrahamus ægrè dimiserit Hagarem, quia non sunt indicativa, sed imperativa, ita tamen ut concessionem non approbationem notent. Taceo quòd de eo qui nolit dimittere uxorem, minùs commodè dicatur ששך ששך odio habuit dimittere. Nullum est exemplum verbi ששך ita constructi. Neque rectè aptantur verba ששך ששך injuriæ ab Hagare illatæ Saræ & tectæ ab Abrahamo. Quomodo enim vestimento texti hanc injuriam, cum Hagarem tamen expulerit? Posito, conatum esse tegere, at non textit. Deinde manifestior sensus est: Eum qui dimittit uxorem, induere super vestimentum suam injuriam & opprobrium. Notum est, quomodo id factum sit in libello repudii. 5. Quomodo ששך ששך competit in Abrahamum? qui non quærebat, sed habebat jam semen Dei? An ex Hagare filios plures quærebat decrepitæ senectutis pater? Noverat in Isaaco promissionem impletam. 6. Non habemus tanta ægritudine affectum Abrahamum ob dimissionem Hagaris, sed potissimum ששך ששך propter causam filii, quem in oculis haud dubiè habuit. 7. Quin etiam sequeretur, Malachiam laudare factum Abrahami, qui ancillam pellicem (nam foederata uxor non erat) ægrè tulit expelli. Et tamen manifestum

est, Abrahamum, quamdiu Hagarem pro uxore habuit, perfidè egisse cum uxore juventutis, vera illa socia & fœderata. Si id de Deo interpretemur, omnia rectè habebunt, convenient cum analogia Scripturarum, revocabitur conjugium ad primævum institutum, verba obvium sensum fundent, turpitudò divortiorum & polygamix liquebit. Paraphrasis verborum hæc erit: Despexisti tu uxorem adolescentix tuæ. Et tamen nonne Deus in principio fecit ut duo essent unum, (confer Matth. xix. 3, 4.) Si approbasset *πολυγαμίαν* quæ in vestris divortiis est, nunquid non vires reliquas habebat, ut non crearet duo tantùm, quæ essent unum, sed tres quatuorve? Cur unum illud fecit? quærebat semen Dei imagine Dei præditum, quod ex *πολυγαμία* ita propagari non poterat. Fateor concessum, ut qui odio habet dimittat. At inquam ego, hæc pars iudicii Dei, ut opprobrium hac re velut vestimentum homo perfidus induat. Placuit paulò accuratiùs hunc Malachix locum ventilare, quòd efficacissimus omnium mihi videatur polygamix evertendæ.

VI. Porro locus Levit. xviii. 18. quem Seldenus obvertit pro polygamia etiam per legem concessa, dextrè acceptus non tam eam confirmat quàm tollit. Vetat ibi Legislator accipere *אשה אחותה* *mulierem ad sororem suam, ad affigendam eam*. Non attendenda sunt hic Hebræorum interpretamenta, quia suæ illi student hypothesi, & patrocinantur perveris olim inter Israëlitas consuetudini; quàm disertè Christus redarguit, Matth. xix. 4, 5. Perperam igitur facit Seldenus, qui Hebræorum explicationem hoc loco captat pro argumento veritatis. Igitur Moses vetans ducere *uxorem ad sororem ejus*, ex Hebraicæ linguæ usu idem dixit, quod nos Latine dicimus, *alteram ad alteram*. Clarissimum autem idiotismi hujus Hebraici exemplum habemus, Exod. xxvi. 3. *Quinque cortinæ erant conjunctæ* *אחת לזו* ubi Græci habent, *ἐπέκει ἕκαστὴ ἐπ' ἑαυτῆς*, Onkelosus *אחת לזו*, *altera cum altera*. Quæ phrasis planè eadem cum nostra satis arguit, non de uterina sorore, sed de qualibet uxore in loco controverfo sermonem esse. Accedit, quòd Moses prohibens ducere *אשה אחותה* eam conjunctionem vetuerit, quæ efficit *adversationem, controversiam, emulationem*. Unde mulieres duæ uni junctæ marito *אשה אחותה* vocari solent. Sic Peninnah Annæ in matrimonio Elcanæ socia vocatur *אשה אחותה* *inimica ejus Annæ*, 1. Sam. i. 6. Quæ quidem controversia & infestatio repugnat unitati. Atqui si quis duas non tantùm sorores, sed qualvis conjuges habeat, oriri necessum est inter *ἀντιμίαν* controverfiam, cujus maritus, cujus carò sit, quis potestatem habeat corporis viri?

VII. Mirum est, quòd Grotio videtur, naturam, ut conjugium subsistat, nihil aliud requirere, quàm ut fœmina constitutatur quasi sub oculis & custodia maris, & fidem suam marito obstringat. Si nihil ultra requirit natura ratione utens, non igitur naturam violabit conjugium parentum & liberorum; ac præterea inter herum & heram & ancillam esset conjugium. Neque etiam obstat, quòd tum ante, tum post legem latam etiam apud bonos polygamia vigerit, & apud Mosen præcepta data sint polygamiz. Non enim de rectitudine & honestate actuum in civitate Dei judicari debet ex moribus quamvis sanctorum; sed ex lege & manifesta ratione. Post legem invaluit communis error, cum Rex non esset in Israël, & omnes facerent quod bonum videbatur in oculis suis: uti legitur in libro Judicum. Hic error semel radicatus nunquam postea planè convelli potuit, præsertim apud potentiores, quorum continentia illecebris multis sæpe est labefactata. Cæterum de polygamia Patriarcharum uberius suo loco.

VIII. Lubet audire Tertullianum contra polygamiam graphicè disserentem de Monogamia, cap. 4. *Hoc ipsum, inquit, demonstratur à nobis neque novam neque extraneam esse Monogamiz disciplinam, imò antiquam & propriam Christianorum, ut paracletum restitutorem potius sentias ejus quàm institutorem. Quod pertineat ad Antiquitatem; quæ potest antiquior forma proferrì quàm ipse census generis humani? unam fœminam masculo Deus finxit, una costâ ejus decerpta, & utique ex pluribus. Sed & in præfatione ipsius operis, Non est, inquit, bonum homini solum cum esse: faciamus adiutorium illi. Adjutores enim dixisset, si pluribus eum uxoribus destinasset. Adjecit & legem de futuro. Siquidem propheticè dictum est; Et erunt duo in unam carnem, non tres neque plures. Cæterum jam non duo si plures. Stetit lex. Denique perseveravit unio conjugii in auctoribus generis ad finem usque, non quia non erant fœminæ aliæ, sed quia idèd non erant, ne primitivæ generis duplici matrimonio contaminarentur. Alioquin si Deus voluisset esse, & potuissent. Certè de filiarum suarum numerositate sumpsisset, non minus ex ossibus & ex carnè sua habens Etiam, si hoc piè fieret. At ubi primum scelus, homicidium, in fratricidio dedicatum, tam dignum secundo loco scelus non fuit quàm duæ Nuptiæ. Neque enim refert, duas quis uxores singulas habuerit, an pariter singulæ duas fecerint. Idem numerus conjunctorum & separatorum. Semel tamen vim passu institutio Dei per Lamechum constitit postea in finem usque gentis illius. Secundus Lamech nullus existit, quomodo duabus maritatus. Negat Scriptura quod non notat. Aliæ diluvium iniquitates provocaverunt, semel defensæ quales fuerunt. Non tamen septuagies septies; quod duo matrimonia meruerunt. Sed & reformatio secundi ge-*

neris humani Monogamia matre censetur. Iterum duo in unam carnem crescere & redundare suscipiunt. Noë & uxor filisque eorum in amicis nuptiis. Etiam in ipsis animalibus Monogamia recognoscitur, ne vel bestię de mœchia nascerentur. Ex omnibus, inquit, bestiis, ex omni carne duo induces in Arcam ut vivant secum; masculus & femina erunt de animalibus volatilibus secundum genus, & de omnibus serpētib; terrę secundum genus ipsorum. Duo ex omnibus introibunt ad te, masculus & femina. Eadem forma & septena ex binis adlegi mandata ex masculo & femina, uno & una. Quid amplius dicam? Immundis quoque alitibus cum binis fœminis introire non licuit.

## EXERCITATIO VIII.

DE

## THEOLOGIA CAINITARUM,

ET

## IDOLOLATRIA ANTEDILUVIANA.

## Breviarium.

*Theologiæ Cainitarum principium, traditio & ratio corrupta*  
 add: Katv. 1. Cainitarum sententia de Deo. Cyrilli & Thomæ argumenta contra idololatriam antediluvianam. Probationes idololatriæ illius ex Genes. 1v. 26. pseudepigraphis Enoch, Philone, Alcorano rejectæ. 2. Idololatria antediluviana ex Mose, Petro, Juda probatur. Respondetur argumento Aquinatis. 3. Quas creaturas fecerint Deos & quo ordine? Non cœpisse eos ab hominibus probatur contra Farchium. Consentitur Maimonidi, quod cœperint ab astris. Quæ causæ eos ad cultum siderum adduxerint? Antiquissimum cultum fuisse solis. 4. Post astra coluerunt Angelos & homines. 5. Modus idololatriæ. Maimonidis de eo sententia.

tentia. 6. *Eadem examinata. Primus cultus Deorum fuit adoratio in montibus. Secutus cultus imaginum.* 7. *Cainitæ promissionem in Paradiso neglexerunt.* 8. *Cultus externus Cainitarum, & ceremoniarum depravatio.* 9.

I. **D**E Cainitarum Theologia & idololatria antediluviana paulò curatius acturos nos recepimus Exercitatione quarta. Et si verò parum admodum de fide Cainitarum revelatum sit per Mosen, & tum impietatem tum infidelitatem eorum decretorius ille dies, qui omnia in iudicium adducet, longè certius & clarius propalaturus sit; tamen confidimus, hæcenus nobis ex Mose aliisque scriptoribus sacris lucem adfulsuram, ut conjectando adsequi, quæ fuerit eorum religio, quis de Deo & rebus divinis sensus, denique in universum quæ fuerit *Theologia Cainitarum*, quam Apostolus Judas vocat *ὁδὸν Καὶν*, *viam Cain*, valeamus. Ac quod *principium* attinet Theologiæ Cainitarum, fuit illud partim *traditio corrupta*, partim *naturalis ratio*. De traditionis corruptione facillè intelligi potest. Deus cum Protoplastis locutus est, eis promisit semen benedictum, pandit viam reconciliationis & salutis, aperuit mysterium & œconomiam futurorum temporum. Qui à Deo crebrò apparente & de rebus ejusmodi concionante hæc audiverunt, iidem familiæ suæ recensuerunt, tradiderunt, infixerunt. Fuisse enim Patriarchas Doctores publicos jam supra palam fecimus. Non potest igitur dubium esse, quin Cain, cùm familiæ adhuc paternæ innexus esset, audiverit à parentibus promissionem sibi factam omnemque illam divinam revelationem. Postquam verò decretorio Dei iudicio coactus est exire à facie Dei, à solo patrio, in quo verbum Dei sonabat & prædicabatur, fieri non potuit, ut traditionem illibatam custodiret homo nec pius nec rerum divinarum avidus. Igitur adulteravit quotidie verbum Dei bonum & sanum, auxit laciniis & assumentis vanis, ejus potentiam enervavit. Accessit diaboli illa *πανουργία*, qua solet corrumpere τὰ νοήματα impiorum, & eos seducere à simplicitate & puritate verbi, 2 Cor. xi. 3. Hinc est, quòd Deus disertè accuset primorum illorum hominum *πρὸ τῆς γενέσεως τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ* *figmentum cogitationum malum*, Genes. vi. 5. Est autem figmentis, *λογισμοῖς ματαίοις* *vanis ratiocinationibus* locus potissimum in corruptione & detorsione verbi Dei. Præterea idem contigisse videmus post tempora diluvii usque ad Mosen. Qui enim extra familiam Noachi, Semi, Abrahami, Isaaci, Jacobi agitârunt, non omnino divinæ traditionis oblitifuerunt, id quod vel ex solis antiquissimis traditionis divinæ reliquiis, quæ inter gentiles extabant, abundè constat. Nam historia de mundi crea-



tione, de hominis lapsu, patrum longævitate, inventione artium, vitæ sceniticæ, musicæ, æris, ferri; de diluvio, de Japeto & Chamo, hujusque maledictione, de excidio Sodomæ, aliâque ejusmodi multa, Gentilibus multis non incomperta fuerunt. Nihilominus illi traditionem Dei adnitate Sathana miserè corruerunt & incestârunt. Quem genium etiam post Christi tempora observare est in omnibus ferè hypocritis, qui ex nomine Christi vocantur, in mendacio, non in veritate. Alterum Theologiæ Cainiticæ principium fuit ratio non tantùm corrupta in iis, quæ spiritualiter sunt judicanda, sed etiam in iis, quæ φυσικῶς ἐπίστανται naturaliter scire homines possunt. Tali principio usos esse Cainitas Judas demonstrat v. 10, 11. ubi perspicuè docet, hanc esse ὁδὸν Καὶν, viam Cain, cum perversi homines, quæ non nõrunt blasphemant, ὅσα ἢ φυσικῶς, ὡς τὰ ἄλογα ζῷα ἐπίστανται, ἐν τούτοις φθίρονται, quæ autem naturaliter eodem modo quo bruta animantia sciunt, in iis corrumuntur. Excusso timore Dei nulla fides nulla ἀγάπη πνευματικῆ, nulla verbi Dei σύννεσις intelligentiæ locum habet. Quid igitur relinquitur præter naturæ lusciosæ & cæcæ ductum? Esto enim, in medio jaceat Dei verbum, verbum fundamenti. At quia non intelligitur ex mente Dei, quia torquetur, quia ex ratione judicatur & malis concupiscentiis adaptatur, non ipsum, sed cæca ratio pro principio rerum divinarum haberi censenda est.

II. Quæ de Deo fuerit sententia Cainitarum, disputatur inter eruditos. Hebræi plerique quin & Christiani tum veteres tum recentiores non pauci inter Cainitas viguisse πολυθεΐτητι & idololatriam nulli dubitant: quod à multis tamen scriptoribus tam antiquis quàm recentioribus negatur; tum quia nulla ejus rei expressa sit mentio apud Mosen, quo argumento utitur Cyrillus Alexandrinus contra Julianum; tum quia celebratissima & recentissima fuerit unius Dei creatoris memoria, quæ ratio est Thomæ. Nihilominus prior illa sententia, quæ idololatriam inter Cainitas receptam statuit, haud obscurè ex Mose colligitur, & aliunde etiam confirmari potest. Nihil hic utor explicatione loci Genes. iv. 26. quem Interpretes Hebræi & Christiani quidam vertunt: Tunc, tempore Enoschi, profanatum est in invocando nomen *Jehovæ*. Nam loci illius veriorem sensum jam reddidimus. Multò minus adlubescit probatio vel ex Enochi Pseudepigraphis, ex quibus Tertullianus lib. de Idololatria, cap. 4. ipsos idolorum ante diluvium auctores nominibus citat. Vel ex Pholonis Ἐπαβολμαίς antiquitatibus Biblicis, qui tempore Thubalcaini scribit homines cœpisse facere idola, & eadem adorare; vel denique ex Alcorani Azoara c. XXI. in qua idololatræ ante diluvium nominibus etiam suis producuntur, nempe

quos Rubertus Retenensis his nominibus Latinè ciet : *Huden, Schuan, Jagutba, Fanuca, Naceren.*

III. Magis ad rem facit, quod Moses Genes. vi. 5, 11, 12, 13. testatur. ante diluuium fuisse רבה רעת האדם בארץ וכל יצר מחשבת לבו רק רע כל היום *magnam malitiam hominum super terram, & omne figmentum cogitationum cordis eorum tantum malum fuisse omni die;* ac præterea, terram fuisse corruptam coram Domino, omnemque carnem super terra viam suam corrupisse. Quibus verbis apertè notatur universalis corruptio hominum tam in fide quam in cultu. Quid enim est מחשבת יצר figmentum cogitationum aliud quam Αγγλογισμοί tales, quos cum sectantur homines, grandi sapientie typho inflati stulti fiunt, & mutant gloriam incorruptibilis Dei in simillimam imaginem hominis corruptibilis, & volucrum, quadrupedum ac reptilium, Rom. i. 22, 23. Præterea Deus tempora ante diluuium confert cum iis, quæ diluuium secuta sunt, Genes. vi. 4, 5. & viii. 21. At temporibus diluuium secutis statim homines plerique delapsi sunt ad idololatriam, donec tempore Abrahami veri Dei cultus postliminio effloresceret. Idque Josua, c. xxiv. 1. deplorat. Inter diluuium & tempora Abrahami pauca secula effluerunt quibus ipsis nulla diserta Dei lege Semitæ à Chamicis vel Japeticis separati fuerunt. Atqui à Caini exilio & separatione Cainitarum ad diluuium usque quindecim, & quod excedit, secula intercesserunt, quibus Sethitæ & Cainitæ religiosam separationem coluerunt. Quid igitur in tanta temporum nocte non accidisse Cainitis putabimus? Accedit testimonium Apostolorum minimè obscurum. Petrus quidem, 2 epist. ii. 5. eos, quibus exitium denuntiat, *falsos doctores, qui introducent exitiosas hæreses, & abnegabunt Dominum qui eos redemit,* cum hominibus antediluvianis comparans in poena, similem utrorumque culpam, exitiosas hæreses, talem doctrinam, abnegationem Domini qui eos emerat, manifestè supponit. Judas etiam loquens de falsis doctoribus populum Dei seducentibus, eos comparat Caino, adeoque ostendit, eum falsæ doctrinæ primum in mundo exitisse autorem. Quod verò obvertit Thomas recentissimam memoriam creatoris, non magni ponderis est. Nam si memoria recens creationis exclusit idololatriam per tot secula, igitur memoria severæ per diluuium punitionis debuit eam excludere per plures annos. Certum autem est, admodum citè post diluuium homines delapsos esse ad idola.

IV. Tameñ verò idololatriam viguisse ante diluuium, fatis hinc cognoscitur, tamen quas creaturas Deos fecerint Cainitæ, quorum idola divino cultu profecuti fuerint, denique in universum quis ordo & modus fuerit

fuerit defectionis ad idololatriam &  $\mu\lambda\upsilon\theta\epsilon\sigma\mu\tau\epsilon$ , non habemus clarè dicere. R. Solomon Jarchi ad locum Genes. IV. 25.  $\text{אז הוזהו לקרא בשם יהוה}$  ita commentatur  $\text{אז שבת האדם ואת שבת התשבים בשכו של הקדוש ברוך הוא}$   $\text{לשוחן יו ולקרוחן אלהיה}$  *In nominibus hominum & plantarum, nomine Dei benedixi, ut haberentur ea idola, ac Dii vocarentur.* Vult, primò hominibus & herbis divinum cultum exhibuisse Cainitas. At id minùs probabile est. Cùm enim idololatria inciperet, fieri potuit, ut primi homines superfestites essent. Et quos illi homines tum consecrârunt? Sethitas omnes oderant. Majores autem suos nulla specie sanctitatis fulgentes fortassis non consecrâssent. Rectiùs Maimonides coeptum esse ab astris, existimat Hilc. de Idololatria, cap. I. Tradit ibi, idololatriam coepisse tempore Enoſchi. Hunc autem hominum tum temporis errorem fuisse:  $\text{אסרו הואיל והאל}$   $\text{ברא כוכבים אלו ונגלים להנהיג את השלם}$   $\text{וגתכם במרים וחלק להם כבוד והם שכשם}$  *Quandoquidem, inquebant, Deus creavit stellas, & sphaeras istas ad regendum mundum, easque posuit in sublimi, & honoris participes fecit, & illis ministris utitur, meritò laudemus eas, extollamus, & honorem eis impertiamus. Quippe hæc voluntas est ipsius Dei benedixi, ut magnificemus, & veneremur, quemcumque ille evexit, & honore affectit: perinde ac Rex ministros illius honorare vult; qui honor est ipsius Regis.* Proclivis fuit talis suggestio Sathanæ: Deum in cœlo velut specula quadam edita sedentem curare cœlestia: at inferioribus Diis, filiis, ministris suis eum in finem creatis mandavisse curam sublunarium, ut inferiores mundi partes regerent, & res hominum benignè juvarent. Hos in sublimi locatos quotidie conspici oculis, eorum virtutem, & influxum percipi: proinde religioſè colendos, eorundemque intercessione Numen quotidianis peccatis infestum placandum & reconciliandum esse. Et audiverant ab Adamo, Deum dedisse sidera, seu luminaria illa magna  $\text{לשם}$   $\text{לחשך}$   $\text{בין האור ובין החשך}$   $\text{כיום ובליילה ולהכביר}$   $\text{בן האור ובין החשך}$  *ad dominium diei & noctis, & distinctionem lucis ac tenebrarum,* Genes. v. 15. Præterea aliæ causæ fuerunt, quæ ad fœdam hanc servitutem astrorum eos perpulerunt. Summum illud Numen tanquam  $\text{ἀνέφικτον καὶ ἀόρατον}$  nec videre, nec comprehendere potuerunt. Tum etiam majores posteris suis maxima Dei miracula quæ vel viderunt, vel audiverunt ipsi, tradere neglexerunt. Unde prono impetu deflexerunt ad cultum eorum, quæ videri poterant, & quorum maximè beneficiis juvari se animadverterant, Solis, Lunæ, cæterorumque id genus. Hanc causam idololatriæ primorum hominum notavit etiam Diodorus Siculus lib. I. Biblioth.  $\text{Τῶν ἀνθρώπων,}$  inquit,  $\text{τὸ πάλαιον γινόμενος ἀναβλέψαστες εἰς τὴν ἡσέμον, καὶ τῶν ὄλων φύσιν: κατὰ τὰ ἀγέμενα καὶ θαυμάσιον τῆς,}$   
ἰστορίας

ἑπολαθεῖν εἶναι θεοὺς αἰδίους τε καὶ πρῶτους, τὸν τε ἥλιον, καὶ σελήνην, ὧν τὸ μῦθον Ὀσειαν, τὴν τε Ἴσιν ὀνομάσκει. *Homines antiquissimos mundum supra se contemplatos, nec absque stupore admiratos universi naturam, existimasse esse Deos aeternos ac primos Solem & Lunam; quorum illum Osirin, hanc Isin appellari.* Eodem modo Prodicus Chius apud Sextum Empiricum, lib. VII. c. 11. adversus Mathematicos, affirmabat, Solem, Lunam aliisque ἀφελῶν ἑβρίων homines pro Diis habuisse, ἀπὸ τῶν ἀνελῶν ἀφίλειαν, ob utilitatem & adjuncta eorum. Arguit id gentium etiam barbararum religio. Sanè & Americani eos, uti fusi habet Josephus à Costa, potissimum adorant, quorum vires in res naturales maximas experiuntur. Porro inter sidera venerationi hominum Sol potissimum obtulisse se videtur. Id enim sidus imperitorum opinione maximum multis modis cætera sidera antecellit. Unde à Regio Plalte, Plal. XIX. mirificè extollitur. Et Phœnicum Theologi Solem tanquam maximum Numen μόνον οὐρανοῦ θεὸν nuncupârunt. Uti & Ægyptiis priscis dodecatemorix signiferi θεοὶ βουλευτικοὶ seu *Dii consiliarii*, planetæ verò μαβδ οφείροι, *lictores*, qui accensi Solis consistorio adstant, censebantur; teste vetere scholiaste, ad Apollonii Rhodii Argonauticon.

V. Post cultum astrorum incescit etiam θρησκεία τῶν Ἀγγέλων, *religio Angelorum* malorum seu dæmonum. Ut ante lapsum Sathanas se in Angelum lucis transfigurans obrepfit mulieri verbum Dei ad se factum negligenti, eamque specie simplicitatis seduxit; sic post lapsum inter Cainitas, qui verbum Dei, ejusque puritatem contempserunt, id multò licentiùs egit. Noverant Cainitæ ex traditione Caini, Deum sæpiusculè solitum primis hominibus apparere. Cùm igitur idem tentasset Sathanas, & variis apparitionibus Cainitas delusisset, tandem verisimile est, eos ad cultum ejus ac venerationem tandem traductos esse. Accessit tandem etiam hominum quorundam, quos in numerum Deorum retulerunt, cultus. Id colligitur ex Genes. VI. 4. ubi mentio est נפילים נשׁוּבִים *Nephilim in terra*, potentium אֲנֹכִי אֲנִי אֲנִי אֲנִי *qui ab ævo celebrati fuerunt*. Illis igitur utpote parentibus, formidabilibus, celebribus divinos honores adrogatos esse fit omnino credibile. Ita enim fecerunt gentiles, postquam à Deo relictī. Ita profani homines, destituti clara verbi Dei luce. Atque ex talium moribus, si alia argumenta non suppeterent, licet etiam mores Cainitarum æstimare.

VI. Porro idololatriæ Cainiticæ modum non eodem modo expediunt omnes. Maimonides quidem I. I. eum his verbis describit: כִּינ שְׁעֵלָה דְּבַר זֶה עַל לֵבם תַּחֲתִילוּ לְבַגְדֵי לְכוּכְבֵּים הַיְכָלֹת וְלִחְרִיב לְחַן קִיבְרַת וּלְשַׁנְתָּן וּלְפִאֲרֵן בְּרִיבִים וְלִהְשַׁחֲחֹתָם לְסַן כִּדִּי לְהַשִּׁיב רִצּוֹן הַבּוֹרָא בְּרַעְתֵּם הַרְעָה.

bum (de quo supra) in animos eorum, cæperunt ædificare fideibus templa & sacrificare, ac laudare & ornare ea verbis, seque coram iis incurvare, ut acquirerent benevolentiam creatoris sui perversa opinione. Progressu verò temporis ait idem Pseudo-prophetas extitisse, dictitantes, præceptum sibi à Deo, ut hanc vel illam stellam, quin & omnia sidera colerent, iis sacrificarent, templumque iis extruerent : לה כל העם : *tum etiam ut facerent simulachrum ejus adorandum à toto populo.* Et certam quidem figuram Pseudo-prophetas commentos esse, eamque tanquam imaginem hujus vel illius stellæ unice commendasse. Atque sic aggressos esse homines facere simulachra in templis, sub arboribus, in montium cacuminibus & collibus. Dein congregatos ea adorasse. Exortos deinde esse כוהנים *impostores* alios, qui ipsam sibi stellam, sphæram vel Angelum locutum dicerent, ac præcepisse, ut hoc modo se colerent. Tum diffusum esse verbum illud per totum mundum, ut colerent imagines, proprio quamque cultu, sacrificando ac adorando. Hactenus Maimonides.

VII. In quo quidem hoc primùm desiderari potest, quòd stellas primò templis, post sacrificiis, hymnis & adoratione cultas esse pertendit. Modus talis seu ordo idololatriæ non placet. Non est verisimile, statim ab idololatriæ exordio ædificata esse templa. Sed primus falforum Deorum cultus fuit haud dubiè simplicissimus omnium. Simplicissimus autem cultus est adoratio, quam Hebræi voce השתחוה expriment. Hunc modum exprimit Jobus cap. xxxi. 26. אִם אֶרְאֶה אֱוֹר כִּי יִהְיֶה יָרֵךְ הוֹלֵךְ וּפֶתַח בִּכְתֵר לִי : *Si vidi solem radiantem & lunam discipientem, & seductum est in occulto cor meum, & applicata est manus mea ad os meum.* Antiquissimus mos Orientis fuit, ut æquales in occurso invicem osculum darent : qui inferiores, superioris manum oscularentur : qui humillimi, sese incurvarent. Hinc duplex cultus, major השתחוה *προσκύνησις* : minor נשק *osculum*. Solebat enim manus admoveri ori unde cultus in Latinis adoratio dictus. Atque ad posteriorem hoc loco Jobus, se à crimine idololatriæ purgans respicit. Quin & Hebræi passim, uti bene notatum Hieronymo, lib. i. contra Ruffin. *juxta linguæ suæ proprietatem deosculationem pro veneratione ponunt.* Hinc Psal. 11. 12. וּשְׁפִי כֵר *adorate filium.* Vetustissimi quique templis & aris caruerunt. Herodotus de Persis, lib. i. c. 131. νομιζουσ *Διὸς μὴ ἐπὶ τὰ ὑψηλότατα ἢ ὑπὲρ ἀναβαίνοντες θυσίας ἐδεον :* *Solent editissimis montium conscensis Jovi immolare hostias.* Primus igitur cultus siderum videtur fuisse potius adoratio simplex eorum non tam in templis, quàm in montibus, collibus & lucis. Nam veterum altiora fuerunt ברכות *excelsa* seu montium vertices : unde & βωμῆς Græci appellavere, quòd loca illa ab ipsi

ab ipsis Diis cultui destinata crederent Gentiles. Procedente demum tempore fieri potest, ut non nudè adorarentur, sed etiam similitudo &  $\text{דמות}$  formæ, imagines falforum Deorum formarentur, & pro symbolis Deorum in montibus, lucis, templis, privis ædibus, alibique collocatæ adorarentur.

VIII. Atque hic quidem fuerit Cainitarum de Deo sensus. Quod promissionem attinet, nimirum illam quæ facta est Protoplastis de semine benedicto caput serpentis contrituro, adeoque imperium & potestatem Sathanæ abolituro, in quo est totius veræ Theologiæ nucleus; videntur Cainitæ illam neglexisse. Nam Cain quidem sacrificans non in fide, in qua sacrificavit Habel, satis ostendit, se promissionem seminis benedicti parum admodum curare, & tanti non facere. Cùm autem ipse neglexerit promissionem, & posteris eam non inculcaverit, faciliè, quo loco ipsi eam habuerint, vel habere potuerint, colligitur. Hinc est quòd Paulus prædicans acri tibia fidem Habelis, Enochis, Noachi, qua illi ferebantur in semen promissum, & illud spei suæ complexu antecapiebant; nullius tamen ex Cainitis fidem minimo digito attingit. Nec Moses fidei Cainitarum erga Christum ullum indicium reliquit: qui tamen ea memoravit Sethitarum  $\text{καταβολαίματις}$ , ex quibus fidem eorum certissimam est concludere. Cainum & Lamechum impios, & profanos homines  $\text{ψυχικαίς}$  fuisse arguunt eorum opera. Quæcunque autem à Lamechi posteris sunt facta, non sapiunt spei vel fidei ullum vestigium; sed videntur unicè pertinere alia ad commoditatem vitæ temporalis, ut tentoria illa Jabalis; alia ad voluptatem, ut instrumenta musica Jubalis; alia ad artem, & ornatum, ac commoditatem operum, ut cùm politura artibus fabrilibus accessisse dicitur: alia ad studium perficiendæ exterioris formæ, cujus illecebris capiuntur homines carnales.

IX. Quoad cultum externum, verisimile sit, Cainitas retinuisse sacrificia, aliove externos ritus. Nulla enim alia re magis abundant hypocritæ, qui verum Deum non colunt ex præscripto, quam externis ceremoniis, quarum usu superstizioso se fatis cultu Dei defunctos stolidè arbitrantur. Nam externa opera  $\text{λόγον ἔχοντα σοφίας}$  speciem habentia sapientiæ etiam sine Spiritus Sancti gratia speciali obiri possunt, & faciliè ea permittit Sathanas, ut superstitione delinitos eos retineat, & devinciat, ne ad verum Dei cultum assequendum enitantur. Sacrificiorum religionem retinuerunt ex traditione Caini: eo fere modo, quo post diluvium ex antiqua traditione omnes fere gentes sacrificiorum cultum frequentarunt. Cæterum, nec sacrificia, nec quosvis ritus alios ad proprium finem, qui est ex

institutione, retulerunt. Nam Deus per ea fidem exerceri voluit veri illius sacrificii, per quod consummandi erant omnes, qui sanctificantur. At Cainitæ per illa, tanquam opera suapte natura Deo placentia quæsierunt Dei favorem, & peccatorum remissionem. Atque hæc quidem capita sunt Theologiæ Cainitarum, quæ partim necessariò, partim εἰκότως ex Scriptura elici possunt. Plures eòsque grandes errores ab iis admissos esse, non finit dubitare ingenii humani indoles, quæ solent εἰς ἀπίστην δεξιῶν τῶν ἱερέων ἔπειθαι, uno absurdo dato cætera sequi. Quia tamen eos Scriptura silentio involvit, aulæum complicare lubet.

## EXERCITATIO IX

DE

## RAPTU ENOCHI.

## Breviarium.

*Cur Enoch dictus חַנוֹךְ מֵמִטְוָה? Cur à Thalmudistis מטטרון Metatron? Cur à Muhammedanis ادريس Edris? 1. Quid חַנוֹךְ אֱלֹהִים εὐαγγελῖον Θεῶν? 2. Farchii criminatio, quod Enoch fuerit hypocrita, depellitur. 3. Eruiitur sensus phraseus, ambulare cum Deo. 4. Assumptio Enoch. Sententia Hebræorum, aliorum de morte, aliorum de raptu viventi Enoch. 5. Pauli explicatio de μετῴριστον non videntis mortem probatur ex ipso Mose quinque argumentis. 6. Enochum antequam reciperetur in cælum, mutari debuisse. 7. Enochum receptum esse in paradysum terrestrem statuum Hebræi, Irenæus, Justinus Martyr, Elmacinus, Procopius Gazæus, & ex his Papiæ quidam. 8. In Paradysum cælestem raptum esse septem argumentis demonstratur. 9. Respondetur, ad locum Eccles. XLIV. 15. 10. Nec non ad auctoritatem Irenæi, & Justinii. 11. Explicatur Paulus asserens Enochum translatum esse per*

per fidem. 12. *Mysterium multiplex per raptum Enochi S. patribus insinuatum eruitur.* 13.

1. **D**E raptu Enochi, multiplici mysterio abundantissimo dicturis, utile erit in antecessum de ejus nomine, pietate & fide non nihil delibare. Nomen חנוך *Hanoch* à חן *chan* imitare, consecrare. Notat igitur *μεμωμενον*, consecratum, initiatum. Ad quam autem rem consecratum putabimus? Haud dubiè ad obeundum munus sacrum. Hinc & vatem gessit ex Dei destinatione, uti patet ex prophetia, quam post se reliquit, de qua Judas: *Ἐπιφύτας καὶ ἑβδόμου ἔτος Ἀδάμ Ἐνώχ, prophetauit septimus ab Adam Enoch.* Sunt & alia nomina Enochi Thalmudicis, & Muhammedanis in usu. Thalmudici eum vocant מטטרון *Metatron*. In Thargum Jonathanis legitur: *Et cultum exhibuit Deo in veritate, & ecce non fuit amplius cum habitatoribus terræ, quia abreptus fuit, & ascendit in cælum in verbo Domini, & vocatum fuit ejus nomen מטטרון* *Metatron* כסא רבא *Scriba magnus*. Idem citatur ex Midrasch Ruth in Zohar, fol. 81. Est igitur juxta Jonathanem *Metatron* idem quod *Scriba magnus*. Sed unde quæso *Metatron* Scriba magnus? Quæ ratio, quæ origo illius nominis? Hebræi quidem, uti videre est apud Buxtorfium in Lexico Thalmudico, varias afferunt etymologias, quarum fere nulla non inepta est. Citat Baal Aruch, ex Num. xxii. 36 è Midrasch quodam: *מטטרון לפני כסא רבא qui misit metatron ante se.* In Tanchuma autem, Jalkuth, & Beres-rabbah pro eo est *מטטרון legatus*. Unde patet *Metatron* & *מטטרון legatus* esse synonyma. Erit igitur *Metatron legatus*, adeoque ipsa vox Latina *metator*. Ambrosius Hexaëm. lib. 5. cap. 10. *Metatores itinera disponunt.* Glossa Isidori: *Metatores mansionum præparatorum.* Sed quo sensu Enochum dixerunt *metatorem, legatum*? An quia missus ad sæculi sui homines profanos convertendos ad Deum? Dici posset, si metator simpliciter legatus esset, non talis legatus, qui itinera disponit. Sed dicamus quod res est, per merum errorem à Jonathanem paraphraste aliisque Thalmudistis, ignorantibus qualis esset vox *Metatron*, translata eam esse ad Enochum. Veteres Thalmudistæ *Metatron* vocârunt *מטטרון* *Principem mundi, Angelum fœderis, facierum, in cujus medio est nomen Jehovæ*, Exod. xxiii. 21. adeoque Messiam, Christum. In Tosephos dubitatur, & disputatur, utrum *Metatron* sit Enoch, an princeps mundi seu Angelus? Porro iidem Thalmudici Chagiga fol. 15. col. 1. de hoc *Metatron* scribunt, quod ei potestas data sit, ut sedeat & conscribat merita Israëlitarum; rursus ei data sit potestas *מטטרון* *ad delendum זכותא merita ipsorum.* Confer R. Bechai in



Exod. xxiii. 21. ubi docet, quod in Metatron comprehendantur duo significata, nempe ארון *Dominus* & נביא *nuntius, legatus*, unde concludit, Metatron *Dominum omnium & nuntium eum; qui supra & infra ipsum sunt*. Hic igitur ex mente antiquorum Messias est, Angelus facierum, qui Israëlitis in deserto prævit & mansiones metatus est, quique in temporum plenitudine mittendus nobis מוֹנֵה *mansionem* parare debuit. Hoc cum ignoraret ille Pseudo-Jonathan, alique posteriores Thalmudistæ, cœco errore vocem eam indiderunt Enocho. Muhammedanos quod attinet, illis Enochus venit nomine אדרים *Edris*, cujus passim mentio est in Alcorano. Etiam Hebræi aliquando sic nuncupant. In additamentis ad librum Juchasin ita habetur fol. 134. *Postea Henoch qui vocatur Adris*. Conjectat Drusius *Edris* vel *Adris* dictum quasi Adlis, vel Atlis, hoc est, Atlas. Nam Eusebius ex vetusto scriptore Eupolemo citat, Græcis *Atlantem esse Enochum*. Cl. Borchartus Geograph. lib. 11. putat, quod, sicut Atlas à Pœnis *Duris*, & *Dyrus*, sic ab Arabibus Enochus vocetur אדרים *Edris*. Sed fortassis Orientalibus ignotum fuit, Enochum esse Atlantem Græcorum. Assentior igitur Cl. D. Hottingero, qui Muhammedem nomen hoc Enochii hausisse arbitratur à Magistro suo Abdalla superstitione Thalmudista. Is enim reperto apud Thalmudistas nonnullos cognomine Enochii סופרין quod Jonathan reddit ספרא רבא *Scriba magnus*, inde formavit nomen אדרים quod in Arabica lingua notat *doctum, literatorem, disputatorem, & accuratum rerum investigatorem*, & convenit cum Hebræico רישן Chaldaico ספרא & Græco συζητητής. Quam conjecturam firmat Beidavi Arabs commentario in Suratum Alcorani de Maria, ubi *Edris* dictum esse Enochum scribit *propter multiplex studium, & peritiam Calamographiæ, nec non Astronomiæ*.

11. Enochii pietatem laudat his verbis Moses: וַתְּהִי תוֹךְ אִם חַמְלָהֶּ׃ *Et ambulavit Enoch cum Deo*, Genes. v. 24. Seniores LXX habent, καὶ ἐνυπέστησεν Ἐνώχ τῷ Θεῷ, & *placuit Enoch Deo*. Atque ita phrasin illam alibi vertunt. Confer Psal. cxvi. 9. Igitur etiam Paulus, Hebr. xi. 5. Enochum per fidem testimonium accepisse ἀρεσκόμενος τῷ Θεῷ, quidd bene placueris Deo. Est autem ἀρεσκόμενος τῷ Θεῷ, colere Deum, grata Deo facere. Ita Hebr. xiiii. 16 ἀρεσκόμενος est coli. Ac eadem phrasi usus Syracides c. xlii. 18. & Autor Sapientię c. iv. 11. Eugubinus interpretatur ambulationem cum Deo de assumptione ad terras beatorum. Id tamen probandum non est; quia subjicit statim; *quia assumptus est a Deo*. Perinde foret, ac si dixisset Moses: *Enoch assumptus est ad locum Divinitatis, quia assumptus est a Deo*. Nec rectius Mercero התהיך est *ad ambulandum se composuit*, nempe in altera vita; *ambulare se fecit*. Est quidem ea vis hujus conjugationis.

Sed



Interpretes & eos secutus Apostolus Mosen hac phrasi interpretari voluerunt. Deus enim vias suas non potest non amare. Non potest non ipsi fides erga Christum, imitatio Dei, obedientia sincera & charitas minimè simulata *εὐαγγελίῳ*, quia in his omnibus se ipsum intuetur, gloriam suam inuenit, seipsum *התבאר* *condecorat*, ut in operibus manuum suarum, *Esai.* LX. 21.

V. Talis cum esset Enochus *וַיִּנֶּנּוּ כִּי לֶקַח אֹתוֹ אֱלֹהִים* & *non erat ipse, quia tulit eum Deus.* Hebræi tum veteres tum recentiores in eo conveniunt, quòd Moses his verbis innuat, Enochum *ἀφαιρέσει μενέβαιναι*, non comparuisse ampliùs, postquam cum Deo ambulavit. Multi tamen, putant, mortuum esse Enochum, & post mortem assumptum à Deo. Ita enim Abenezra ad verba illa *וַיִּנֶּנּוּ כִּי לֶקַח אֹתוֹ אֱלֹהִים* commentatur: *מת וכן לקח נא ארץ* נפשי רגני לקח ככך ירד מחמד יניך ואחר כן פירש מרד הירד ותמות אישתו. האת הלקחה על הנקד אך שם זכר שנפח ולא זכורת ומשנים אשר כתוב ברברי אקף ואחר כבוד תקחני וכן *Martius* est. *בסוד בני קרח אך אלהים יסדרו נפשי כיד שאול כי יקחני מלח והמסכיל בין.* *Sic enim verbum לקח accipitur in illo:* Aufer nunc animam meam: Ecce ego aufero à te desiderium oculorum tuorum. *Nam post ait seipsum explicans:* & mortua est uxor ejus. *In hoc raptu Enochi nulla mentio mortis. Ratio exposta est in illis verbis Asaphi:* post gloriam assumpsit me, *seve*, abstulit me. *Et sic in psalmo filiorum Core:* Deus redimet animam meam è manu Saulis, quia tollet me. *Selah. Intelligenti satis.* Eadem mens est Hiscuni, qui ex Thargum probare contendit, verbum לקח accipi debere in significatione mortis, ut accipitur in illo: *Tolle nunc animam meam.* Labet audire Menasse Ben Israël *de fragilitate humana*, sect. XII. art. 7. *Quantum*, inquit, *ad Hanochum*, non obtinet inter nostros vulgaris illa opinio, fuisse illum cum corpore & anima in cælum translatum; quin potius multi antiquorum in Berechit Rabba volunt, phrasin illam loquendi, *Et ambulavit Hanoch cum Deo*, neque est, quia tulit eum Deus, denotare, mortem brevem. Quam sententiam sequuntur R. Selomoh, Abrabanel, doctus Abenezra, qui super eum textum dicit, *הוא mortuus est*, ac probat, hunc loquendi modum S. literis valde usitatum esse; velut cum dicebat Elias, *Tolle, quæso, animam meam:* & ad Jehazkel Deus ait, ut significaret ipsi mortem uxoris suæ; Ecce ego tollam desiderium oculorum tuorum, ac paulo post dicitur eam mortuam esse. Non hinc tamen consequitur, fuisse illam translata cum corpore, & anima in cælum. Idem quoque de Henoch potest statui, quod & constat ex Tosapha sub finem primi capituli de Jebamot; & manuscripto exemplari Targum, quod illo tempore exstabat, aut paraphrasi Chaldaea Onkelosi, quæ super istum versum dicebat; *לחיה ארי אמת יחיה* & non ille, nam occidit ipsum Deus. Ipse tamen Menasse allegatis contrariis testimo-

testimoniis non videtur calculum dare iis, qui mortuum Hanochum statuunt. Salianus Rabbiniis accumulat Capellum, quem *hæretici* nomine insignit. At ipse hæreticus Jesuita mendacissimus est ut alibi, sic & hoc loco. Nam Capellus ad A. M. 983. disertis verbis dicit, *Enochum negustata quidem morte translatum esse*. Inter Hebræos tamen plures credidère, Mosen dicere voluisse, quod Enoch non mortuus, sed vivus ad Deum translatus sit. Thargum Onkelosi disertè: ולא אמרו יתיה יומיה & non interfecit eum Dominus. Nam quod Menasse allegat exemplar MS. Thargum Chaldaïci, in quo contrario sensu ולא omisum est; unum exemplar non meretur fidem, quando plura constanter particulam negantem retinent. Unde teste eodem Menasse affirmant R. Babye & Hiscuni, optimum Onkelosi exemplar esse in quo negatur, Enochum mortuum esse. Thargum Jonathanis אנהגד וסלק לרקיעא במיטו קום יהוה וקרא שמה ספסרון ספרא רבא Non erat ipse, quia subtractus erat in caelum per sermonem qui à Domino, & vocavit nomen ejus Metatron scribe magnus. Eadem est sententia Zoharis, ubi ex autoritate libri Hanoch refertur, quodd Deus eum in Paradisum duxerit, & ei arborem vitæ ostenderit. LXX. Seniores: Καὶ ὕχ' ἐνεύλασεν ὁ θεὸς μεταθήκεν αὐτὸν ὁ θεός: non est inventus quia eum transfulit Deus. Quam versionem secutus est omni exceptione major interpret Paulus Hebr. xi. 5. τίσι Ἐνώχ μετεπήδησεν ἵνα μὴ ἰδῆν θάνατον ἧχ' ὕχ' ἐνεύλασεν, ὅτι μετεθήκεν αὐτὸν ὁ θεός. Per fidem translatus est Enoch ne videret mortem. Es non inventus est, quia transfulit eum Deus.

VI. Interpretatio hæc Pauli, adeoque vera translatio Enochi sine præcedanea morte, ex ipso Mose satis confirmari potest. Ipsa quidem vox קפל tulit est על פ' פלאהוֹס לַמְּבִינִים. Aliquando notat ablationem ex hoc mundo per mortem, uti probant exempla ab Abenezra allegata: aliquando ablationem per assumptionem seu translationem. Posteriori sensu usurpatur de Eliæ translatione in statum cœlestem, 2 Reg. ii. 3, 5, 9, 10. Sic de ἀναλήψει Christi viventis in cœlum, Esai. LIII. 8. קפל ומספספס מעצו Ex coarctatione & judicio assumptus est. Et si verò ea sit vocis hujus ambiguitas, tamen sensum verborum Mosis de ablatione Enochi ex mundo per translationem Paulus non tam ex traditione majorum, uti Drusius sentire videtur, quam ex ipso Mose hausit. Nam in ejus textu vocem קפל de assumptione Enochi viventis accipi, sequentia confirmant. Primò si Moses intellexisset ablationem Enochi per mortem non per assumptionem ad se, cur mutavit orationem? Cur cum de reliquorum Patriarcharum morte scripserit וקרא & mortuus est, hinc adhibet vocem וקרא & non erat ipse? Secundò in oratione Mosis alioquin occurreret vitium tautologiæ. Non erat, Deus

fecit eum mori, non fuit amplius vivus; *quia tulit eum Deus*, quia abstulit eum per mortem. Perinde ac si dixisset: desuit esse inter vivos, quia Deus eum fecit mori. *Tertio* emphasis habet oratio Mosis, si hoc voluit: *non fuit*, non apparuit, nec inter vivos, nec inter mortuos: *quia Deus eum tulit*, quia Deus eum assumpsit. Secus oratio non tantum languet, & jejuna est, sed etiam circulem probationem complectitur, qua idem probatur per idem: *Deus eum mori fecit, quia eum per mortem abstulit*. *Quarto* ablatio Enochii narratur ut consequens ambulationis Enochii cum Deo. *Ambulavit cum Deo*, וַיֵּלֶךְ & *propterea non erat, quia Deus eum tulit*. Voluit Deus attestari pietati Enochii ambulantis cum Deo, & ostendere tum ipsi, tum cæteris hominibus, eos qui ambulant non perire, sed assumi ad Deum. Jam ambulatio causa est non ablationis per mortem, quia pietatis fructus est potius longævitas; sed assumptionis ad Deum, ad ambulandum cum eo in gloria. Denique etiam Seth, Enosch, Noë, alii Patriarchæ ambulârunt cum Deo. Neque tamen de ullo horum dicit Moses: *Non erat, quia tulit eum Deus*.

VII. Et si verò vivus ad Deum translatus est Enoch, adeoque nulla in ipso facta per mortem corporalem animæ & corporis dissolutio: tamen corpus ejus quippe ἐπιγίμιον, χοϊκόν, ψυχικόν, *terrestre, pulveream, animale* mutari debuit, ut fieret πνευματικόν *spirituale*, adeoque gestaret imaginem Domini celestis. Nam caro & sanguis regnum Dei hereditariè acquirere non potest, neque corruptio hereditare incorruptibilitatem, 1 Cor. xv. 50. Eadem ratio fuit Enochii, quæ erit τῶν ἀλειπτῶν εἰς τὴν παρουσίαν τοῦ κυρίου *eorum qui supervives erunt in adventu Domini*, 1 Theff. iv. 15. Illi autem non dormient quidem, omnes tamen mutabuntur, 1 Cor. xv. 51. Hanc autem mutationem, cum eam ibidem Paulus vocet μεταβολήν, edifferere & intellectus nostri viribus percipere non valemus.

VIII. De loco, in quem translatus est Enoch, anxia est disputatio. Hebræi tralatum pendunt in paradysum. Kimchius in lib. II. Reg. II. 1. interpretatur paradysum terrestrem, idque ex Midrasch confirmat. Verba sunt: וַיֵּלֶךְ הֶעֱנֹךְ וְגַם חֲכִימֵי כִּי חֲכִימֵי הָאֵל בְּגַן עֵדֶן עִם גִּזְרֵי כְּבוֹד שְׁרָרָה אִים הָרֵאשִׁון קוֹרֵם שְׁחֵטָה וְכֵן חֲכִימֵי הָאֵל שֶׁם וְבִרְשׁ כִּי יַעֲשֶׂה רַם שֶׁנִּכְנָסוּ חַיִּים לְגַן עֵדֶן *Vulgus nostrum, etiam sapientes nostri tenent, Eliam ingressum paradysum cum corpore, ibique vivere in statu, in quo erant primi parentes nostri ante lapsum. Similiter Henoch intravit paradysum: unde in Dras; quatuor ingressi sunt paradysum.* Obiter notandum Drusium pro עֵשֶׂרֶר legere אֲרַבְעִירָה quod repugnat tum codicibus, tum sententiæ Rabbiorum, qui statuunt decem corpore & anima ingressos esse paradysum, uti videre est apud Menasse Ben-Israël *de fragilitate*

sate humana, fecit. xii. 7. Parùm cauti vetustiores quidam Patres sententiam eandem tuentur; qui an ex Hebræorum traditionibus decepti fuerint, non habeo dicere. Irenæus lib. 5. contra hæreses, cap. 5. allegat traditionem presbyterorum, qui fuerint Apostolorum discipuli, adseverantium, omnes qui ad Deum translati sunt, translato esse in eum paradysum, quem Deus plantavit in Eden contra Orientem. Justinus Martyr Respons. L xxxv ad Orthodoxos de iis qui cum Christo resurrexerunt: *Δι' ἡν αἰτίαν ἡ δὲ ἐπὶ ἐπλεύτησαν πάλιν αἰθ' ἀ μὴ κιν ἔν ἀθανασία, καθ' ἃ περ ὁ Ἐνὼχ ἔξ ὁ Ἡλίας, ἔξ εἰσι σὺν αὐτοῖς ἐν τῷ ἀθανάτῳ ἀναμύοντες ἔ ἤδη αἰωνίαν τ' ἔ Χριστῷ ἀναστήσας γενουμένην, ἔ ἑναδ' αὐτῶν, καθ' ἡν, ὡς φησὶν ὁ θεὸς Ἀπόστολος, πάντες ἀλλαγῶσιν μεθ'. Quam ob causam resuscitati illi non denuò mortem oppetierunt, sed in immortalitate s̄vent, sicut Enoch & Elias, cum quibus in paradiso sunt, resuscitationem Jesu Christi & restit:tionem sempiternam primo quoque tempore, per mutabilitatem futuram, qua sicut ait divinus Apostolus, omnes immutabimur, experiantes. Nec aliter Procopius Gazæus in Gen. iv. Præceptum, inquit, Domini diligenter conservavit Enoch: quapropter ingressus est in paradysum, unde Adam fertur expulsus. Elmacinus audacter fati: עי' ןַר ךַּר ןַמ אַרְכִי ןַרְרַי וְאֶל אֱלֹהִים לְמַעַן כָּדוּשׁ וְנִתְנָה מְעָרָה לְיִשְׂרָאֵל וְעָלָה עִי' עַד הַר הַקֹּדֶשׁ וְנִתְנָה לְיִשְׂרָאֵל וְנִתְנָה לְעֵלִיָּהוּ וְנִתְנָה לְיִשְׂרָאֵל וְנִתְנָה לְעֵלִיָּהוּ וְנִתְנָה לְיִשְׂרָאֵל וְנִתְנָה לְעֵלִיָּהוּ Et substitit postea (Enoch) in terra colens Deum purè annos duccentos. Rogavitque Deum ut se transferret in paradysum, in quo fuisset Adamus; & ratam habuit petitionem ejus, eumque in paradysum extulit vivum, postquam vixisset annos 365. His authoribus lubentes calculum addunt Pontificii, uti apud Fevardentium, lib. 4. in Irenæum videre est. Ac hoc fundamento nixi longius procedunt, asserentes, Enochum & Eliam in terrestri paradiso morari usque ad adventum Antichristi, quo tempore illos prodituros ad certamen cum Antichristo primùm dubio, mox certo Martecernendum.*

I X. Nos Enochum raptum profitemur in paradysum, at non terrestrem illum, sed cœlestem, in quo & corpore & spiritu consummatus immutabilem & æternam gloriam in visione faciei Dei adiverit. Etenim primò sublatus à Deo *non fuit amplius, ἔχ ἐνέλιετο*, non inventus est, nempe in terra. Atqui in paradysum terrestrem rapitur, est & invenitur in terra. Paradysus enim locus terrestris est. *Secundò Deus Enochum ἔϑ τούτῳ, abstulit.* At hæc vox in hoc argumento notat ablationem vel per mortem, vel per assumptionem in cœlum, nunquam per assumptionem in paradysum. *Tertid quem Deus ἔϑ ἀρραβασθῆναι, μετ' ἑψήσῃ, assumit*, cum assumit non in tertium locum, sed ad se, ad cœlestem gloriam. *Quartò spiri-*

tus Enochi fuisset deterioris conditionis, quàm spiritus cæterorum fidelium. Nam in cæteris fidelibus corpore mortuo propter depositionem peccati *spiritus vita est*, vivit apud Deum, quiescit in sinu Abrahami, ad Deum redit, qui ipsum dederat, adeoque *πεπλωμένῳ* & consummatus apud eum æterna gloria fruitur. At Enochus si raptus est in paradysum terrestrem, ante finem mundi spiritus ejus non est vita, non vivit apud Deum, non consummatur, non fruitur æterna gloria; sed deliciis solis mundi, quæ spiritum onerant, non satiant, sese oblectat. *Quin* non licet dubitare, Deum piis patribus raptu Enochi voluisse ostendere spem omnium fidelium, & gloriam, quæ manet eos, qui semen promissum sibi vera fide recipiunt, & cum Deo ambulant. At hanc spem Enoch raptu non prompsit Deus, si in terrestri paradiso eum collocavit. Politeuma enim fidelium non in terrestri paradiso est, sed *ἐν οὐρανοῖς*, in celo, cujus gloriâ se superindui petunt. *Sexto* Enoch in paradiso terrestri conservari non potuit tempore diluvii. Nam cùm universus terrarum orbis, aquis inundatus fuerit, debuit Enoch vel conservari in arca vel rapi in alium locum extra terrestrem paradysum repositum; vel per miraculum in mediis aquis fartus & incolumis servari. Non illud, quia octo homines in arca tantùm conservati sunt, quibus Enoch accumulari nēquit. Non istud, nec hoc, quia res non careret miraculo, adeoque dignissima fuisset, quæ à Mose commemoraretur. Bonfrerius ait, verisimile esse, paradysum ab imbribus servatum immunem, undique ad latera sese attollentibus aquis, & quasi in murum solidatis, quemadmodum solidatæ aquæ maris rubri Israëlitis in medio aquarum transcurrentibus; & in vita Josephi Anchietæ legere est, cùm in contemplatione defixum mare refluens occupasset, maris aquas utrinque fuisse solidatas, semitâ perviâ in medio relictâ. Verùm non hic quid verisimile sit, quæritur, sed quid pro certo adfirmari possit. Ubi miraculi nulum vestigium apparet, non licet propria opinione verisimilitudinis illud adstruere. Movit hæc ratio nobiles Papistas, Pererium, Cornelium à Lapide, Janfenium, Oleastrum, Eugubinum, Catharinum, Viegam, aliósq; ut inficias ire non dubitarent, quòd vel paradysus extet, vel in eo conservatus sit Enochus. Denique ipsa ratio, cur in paradysum terrestrem Enochus transferri deberit, nimirum futura cum Antichristo pugna, mutuis vulneribus decertanda; frivola & falsa est. Sic Enochus in Antichristi pugna primò cadere, & postea resuscitari ad eundem debellandum debet, cur Apostolus asserit, Enochum fide translatum esse *ἵνα μὴ ἴδωμεν θάνατον, ne videres mortem*. Concludimus igitur cum Josepho: *ἀνεχώρησεν πρὸς τὸ θεῖον ὅθεν εἰδὲ πελευτὴν αὐτοῦ ἀναγεράφασι: Μιγρῶντις ἀπὸ τοῦ θεοῦ: unde mors ejus descripta non reperitur.*

X. At obijciuntur duo, autoritas nempe tum Ecclesiastici, tum veteris traditionis. Ecclesiastici cap. XLIV. 15. sic habet Vulgatus: *Henoch placuit Deo & translatus est in paradysum, ut des gentibus penitentiam.* Verum primò testis producitur, cujus autoritas humana est, non canonicæ fidei. Tum Græca sic habent: *Ἐνώχ ἐνπρέσβητος κυρίου Θεῶ, & μετετίθη ἐπὶ δένδρυμα μεταβολῆς τῆς γένεως.* Nulla hic paradisi mentio. Simpliciter translatus legitur. Nulla mentio gentium, *γενῶν generationum*, quæ erant tempore ipsius Enoch. His factus est *ἐπὶ δένδρυμα μεταβολῆς, resipiscentiæ documentum*, quia raptus ejus in cœlum documento fuit, quæ merces resipiscentibus hominibus sit reposita. Quin ipse ille raptus resipiscentiæ necessitatem injunxit; quia, cum boni subito & præcipitato exitu è medio tolluntur, & conspicua quidem exaltatione in cœlum, superstitibus in corrupto seculo & pœnitere neficii certissimum hoc exitium portendit. Sed Desrio ex eo, quòd paradisi mentio occurrat apud Vulgatum, pertendit, in antiquis exemplaribus Græcis etiam vocem *ἐπὶ δένδρυμα* extitisse. Verum audaciam suam prodit, qui tam levi argumento Græci textus corruptionem conjectat. Si Græca exemplaria ante Vulgati interpretationem habuerunt vocem *ἐπὶ δένδρυμα*, cur antiqui Patres, quibus Græci textus & veteris Itali interpretis copia fuit, nominatim Chrysostomus, Theodoretus, Cyprianus, Ambrosius, Tertullianus, Hieronymus, alii locum eum incomperatum sibi esse asserunt & inquirendum negant? Sed esto, Græcus textus habeat vocem *ἐπὶ δένδρυμα*. Quis cogit nos id de terrestri ut interpretemur? Annon etiam Paulo *ἐπὶ δένδρυμα*, in quem raptus fuit, est *τρίτος οὐρανός, tertium cœlum*? 2 Cor. XII. 2, 4. Quin & Christus post mortem receptus in paradysum an putandus est in terrestrem illum hortum migrasse? *Sed nefas est*, ita Sixtus Senensis, *testimonium hoc de paradiso cœlesti intelligere, quoniam non convenit, ut quis inde descendat, ad prædicandum penitentiam.* Atqui nec hoc de Enocho dicitur, descensurum eum ad prædicandum pœnitentiam in terras. Raptus ejus fuit illud præconium, illud *ἐπὶ δένδρυμα* seu documentum eo sensu, quem ante exposuimus.

XI. Nunc ad autoritatem veteris traditionis. Arcessitur ea partim ex Irenæo, partim ex Justino Martyre, quorum testimonia supra produximus. Irenæus præfert traditionem hanc manare à Presbyteris, qui fuerint ipsorum Apostolorum discipuli. Sed esto, ab iis manaverit. Potuerunt finistrè capere mentem Apostolorum. Potuerunt fallere. Non habent testimonium fidelitatis in propaganda traditione. Ii ipsi sunt, qui Chiliafimum se accepisse ab Apostolis tradidè: qui adseveravè, accepisse se ab Apostolis, quòd Christus propè quinquaginta in his terris annos exegerit.



Justinum Martyrem quod attinet, nec ejus autoritas hic dissentiendi libertatem nobis eripit; cum alia habeat eodem loco, alibique passim haud probi commatis. Ait, Christum animas pias defunctorum liberasse ex inferis, quasi ante mortem Christi Deus sanctorum animas attinuerit inferno. Jam & Irenæo & Justino obduci possent plurimi tam Græci quam Latini Patres, qui locum translationis Enochii vel incertum dicunt, vel negant definiendum.

XII. Paulus Hebr. xi. 5, 6. docet, translationem Enochii factam esse *πίστιν per fidem*, innuens, translationem Enochii esse testimonium fidei ipsius. Id autem confirmat hoc argumento, quia ante translationem testimonium accepit *ἐν ημερησὶν ἰῶ Θεῷ*, quod Deo placuerit, hoc est, *cum Deo ambulaverit*. Jam sine fide Deo placere, cum Deo ambulare nemo potest. Qui igitur translatus est, postquam ambulavit cum Deo, placuit Deo, necessarium per fidem translatus est. Porro sine fide non potuisse Enochium cum Deo ambulare, Deo placere, ad Deum accedere, Deum quærere (hæ enim omnes phrasæ sunt Paulo *ἰσθύνουμοι*) probat Paulus argumento necessario: quia qui cum Deo ambulat, Deo placet, ad Deum accedit, Deum quærit, debet *πιστεύειν credere, ὅτι ἐστὶ καὶ τοῖς ἐκζητήσασιν αὐτὸν μισθαπόδοτος γίνεσθαι*, quod sit, & *requiritibus eum remunerator sit*. Credit quod *Deus sit*, non qui simpliciter convictus evidentiâ rei fatetur existere ens primum, æternum, independens; sed qui & veritatem illam amat, & assentitur, quod *Deus sit* nempe justus, sanctus, dissimilis peccatori, quod credere non potest quisquam quin simul credat, Deum posse remittere peccatum, & justificare peccatorem. At quomodo id possit facere salva justitia, sine abnegatione judicii Dei, cum naturâ non constet, opus est testimonio Dei, quois declarat virtutes suas & sufficientiam ad justificandum peccatorem per Filium sponsores; adeoque etiam fide qua sola recipitur testimonium Dei. Porro quod Deus sit remunerator, credit is, qui confidit, Deum velle inveniri à peccatore ipsum quærente, qui is qui promiserit se inveniri velle ab eo qui quærit ipsum, & dedit potestatem respiciendi à Deo in bona conscientia, id quod præmium nominavit. Hinc jam duo meridiano sole evadunt clariora. Primum, quod Enochii ambulatio cum Deo fuerit fides, adeoque & fidei fructus, opera justitiæ, quibus fideles *φιλομαΐνεται ἐν ἀρεσὶ εἶναι τῷ Θεῷ stulens placere Deo*. Secundum, fidem hanc Enochii in eo constituisse, quod credidit, *Deum esse & quærentibus remuneratorem esse*: Deum esse sanctum, qui peccatum suum oderit: justum, qui id puniat: bonum & misericordem qui scilicet, peccatorem absolvat & justificet, qui lytron invenerit, quo peccator redimi è fovea & Deo

Deo reconciliari possit salva justitia, nimirum justitiam Christi: Deum velle se quæri, proposuisse sibi quærenti præmium quæstionis, justitiæ Christi & æternæ gloriæ consecutionem: quæstionem autem in eo consistere, quòd justitiam illam Christi apprehensam per fidem sibi applicet, cum Deo pacem faciat, atque sic æternum salvetur. Verbo dicam; fides Enochii fuit fides in Christum. Sine ea non potest peccator cum Deo ambulare, non potest ad eum accedere, cum quærere: non potest credere vel Deum esse, ita ut eam veritatem & amet, & agnoscat plenam; vel Deum quærenti renumeratorem esse.

XIII. Raptus Enochii multorum gravissimorumque mysteriorum documentum fuit. Voluit Deus sapientissimo consilio multa per eum insinuare sanctis Patribus. *Primo* enim constare ita potuit vitam hominis non circumscribi angustiis ævi hujus spatiis, adeoque mortem non esse ultimam lineam rerum. *Secundo* animæ immortalitas documento translationis Enochii, quem eleganter vocat Tertullianus *candidatum immortalitatis*, est patefacta. *Tertio* resurrectio morui corporis fuit adumbrata. *Quarto* Deus declaravit, quæ sit victoria seminis de Sathana, scilicet ad delendum reatum, afferendam justitiam, sanctificationem, & destructionem mortis. *Quinto* insinuata est benedictio mortis fidelium. Si enim mors infligeretur in pœnam, ne ipse quidem Enochus morti fuisset præreptus. *Sexto* corpora eadem numero, uti vocant, ad vitam æternam revocanda esse per Enochii raptum innouit. Eodem enim corpore, quod in mortalitate hac circumtulit, assumptus est in cœlum. Par autem ratio est omnium fidelium: idem fructus, præmium idem fidei & justitiæ. Si Enochii corpus, quod in terra gestavit, coronatum est gloria cœlesti, omnium fidelium corpora eodem modo glorificanda sunt. Apud Deum, *πρωτοπλαστία* non est. *Septimo* sanctis Patribus raptus Enochii declaravit, fidei in Christum ut sponso-rem seminis & hæreditatis suæ, paratum esse certissimum præmium, & *μωδα αποδοσίας, remunerationem*: adeoque etiam recuperâsse hominem per Christum libertatem accedendi ad Deum, & restipulandi à Deo promissum præmium; quam quidem per lapsum homo primus generi humano perdidit. Translatus enim est Enochus postquam ambulavit cum Deo, quod per fidem in Christum factum esse demonstravimus ex Apostolo. Est igitur factus *ἡδύτηςμα* gloriæ omnium credentium. *Octavo* notificatum est primæ hominum ætatis, non obstante peccati reatu, nondum expiato actu, patere aditum in cœlum; proinde non intranda esse nescio quæ cubilia, in quibus anima dormiat ad resurrectionem usque carnis. Non caret mysterio, quòd cum tres sint ætates mundi, prima translatus sit Enoch, se-  
cunda

cunda Elias, tertia Christus, nostra via, vita & veritas. *Nomò raptus Enoch* fidelibus illorum temporum addidit animum ad continuandum fidei & pietatis cursum. Quis enim præsentissimo tali exemplo monitus non majori alacritate curreret ἐν τῷ βραβεῖον τοῦ ἀνο κλήσεως τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, *ad brabeum quod supra est, ad quod vocamur per Deum in Christo*, Phil. III. 14. *Decimò* denique raptus Enoch argumentum fuit corruptissimi seculi & exitii profanis certò imminentis, nì resipiscentia ἀνυμκρίτω ad Deum se converterent.

## EXERCITATIO X

DE

## PROPHETIA ENOCHI.

## Breviarium.

*Enochum Prophetam fuisse. Ejus prophetia ab Apostolo Juda citata explicatur. 1. Cur Judas hanc prophetiam potiùs quàm tot alias magis obvias citaverit? 2. An prophetia Enoch à Juda citata sit ex scripto? Scriptura Enoch allegata à Tertulliano, Augustino, Clemente Alex. Origene. 3. Manahemi de libro Enoch testimonium. Fragmentum libri Enoch Scaligerianum. 4. Liber Enoch physicus. Codex Æthiopicus sub nomine Enoch venditatus. 5. Judam non citasse prophetiam Enoch ex libro scripto, quatuor arg. probatur. An ulli libri Canonici sint amissi? 6. Examinatur. fragmentum Enoch à Scaligero productum, & ostenditur ejus vofia undecim argumentis. 7. Judam Apostolum librum illum apocryphum Josephi ante oculos non habuisse, demonstratur adversus Scaligerum. 8. Georg. Syncelli objectio solvitur. An Apostoli citaverint quædam ex secretis Eliæ, ascensione Mosis, Jeremiæ apocryphis? Fundamentum*

tum Enochi prophetiæ à Juda citatæ in ipsis verbis Moysi de Enocho ostenditur. 10. Capita aliquot Theologiæ Sethitarum ex prophetia Enochi eliciuntur. 11.

I. **E**nochum prophetico dono claruisse consensus est omnium. Aded ut & Hebræi adfirmare sustineant היהוה רב ענינו כהוה יהיאי ערסס fuisse eum talem in gradu excelsiori quàm Moysen & Eliam. Cæterùm prophetiæ ejus testem habemus certissimum Apostolum Judam, qui & Enochum prophetasse scribit, & prophetiam ejus consignatissimè recitat versu 14 & 15. Προφήτευσε ἡ καὶ ἰσότης ἑβδομησὶ Ἰδοὺ, Ἐνώχ, λέγων. Ἴδὲ, ἤλθε κύριος ἐν μελέσσι ἀγίας ἀντὶ, ποιῆσαι κρίσιν καὶ πάντων, καὶ ἐξελεῖξαι πάντας τὸς ἀσεβείας ἀνίων ἐπὶ πάντων ἔργων ἀσεβείας ἀνίων ὡς ἡσέβησαν, καὶ ἐπὶ πάντων ἔσκληρῶν ὡς ἐλάλησαν κατ' αὐτοῦ ἀμαρτωλοὶ ἀσεβείας: *Prophetavit de talibus septimus ab Adamo Enochus: Et ecce venit Dominus cum sanctis millibus suis, ut faciat judicium adversus omnes & redarguat omnes ex eis qui sunt impii de factis omnibus quæ impie patraverunt, de quæ omnibus duris quæ locuti sunt adversus eum peccatores impii.* Prophetiæ hujus Enochi scopus fuit, ut in corruptissimo seculo audito Dei verbo respicerent illi qui erant ordinati ad vitam æternam; cæteri autem obfirmaturi se contra Dei vocem fierent profus ἀναπλόγηται. Summa est, Deum justum judicem venturum, impietatem mundi cogniturum, & præsentem de eo vindictam expetiturum. Rem præsentem quasi omnium oculis subiecturus dicit: Ἴδὲ, ecce. Judicem figurat humanitùs, ac si cum amplissimo & honoratissimo confesso ingrederetur basilicam hujus mundi, & in tribunal suum scenderet. Hinc ei tribuitur comitatus sanctorum myriadam. Judicii partim modus partim causæ afferuntur, ut demonstraretur Dei justitia, qui parem maleficio constituat pœnam. Modus talis est, ut cognitionem causæ sequatur ἐξελεῖξαι redargutio atque evictio impiorum, atque hanc judicati executio. Causæ autem judicii in universum allegantur tres; quia ἀσεβείας impii, nempe habitu & malo consilio; quia patrant ἔργα ἀσεβείας opera impietatis; quia σκληρὰ κατ' αὐτοῦ ἐλάλησαν dura de eo locuti sunt, præfraçtè nempe & obstinato in blasphemiiis suis animo Deum impetierunt.

II. Quòd verò Judas Apostolus hanc potiùs quàm aliam quamcunque magis expositam prophetiam temporibus suis accommodare voluit, prægnantia ipsi argumenta fuerunt. Cùm enim homines ii, quibuscum res fuit Apostolo non minùs negaturi fuerint authoritatem Scripturæ, quamcunque Judas allegasset, quàm abnegarunt μόνον δεσπότην θεῶν καὶ κύ-

ελον Ἰησοῦν Χριστόν, *solum herum Deum & Dominum Jesum Christum, & 4.* siquid ex Scriptura judiciis eorum adversans deprompsisset: historiam autem diluvii, ejusque præsignificationes non sola Scriptura Mosis docuerit, sed etiam authores è profanis gentibus celeberrimi quique testibus Josepho, Eusebio, Cyrillo, Clemente, aliisque confessi fuerint; longè cæteris omnibus Scripturæ prophetiis Enochî prophetia efficacior, & ad profanos illos homines terrendos aptior. Præterea fuit convenientissimum, ut cum publico gravissimoque crimine prophetia antiquissima & judicio severissimo compararetur crimen istorum hominum, quò ita deterrerentur à sua impietate & Christum Dominum agnoscerent, antequam magnum illud judicium ingrueret.

III. Verùm gravis admodum quæstio est: unde prophetia hæc ad tempora Judæ pervenerit? Fueritne ἔγγραφοῦ, scripta alicubi totidem apicibus, an ἀγγραφοῦ? Ac ἔγγραφοῦ fuisse statuunt non pauci Patrum. Tertullianus lib. de *habitu mulierum*, meminit Scripturæ Enochî, & eam à quibusdam non recipi dolet. Cùm, ita inter alia inquit, *Enoch ista Scriptura etiam de Domino prædicavit, à nobis quidem nihil omnino rejiciendum est quod pertinet ad nos.* Meminit prophetiæ Enochî scriptæ etiam Augustinus lib. xv. de Civ. Dei, cap. 23. & xviii. 38. ubi, etsi eam quæ circumferebatur prophetiam Enochî genuinam fuisse negat, quia, inquit, *quædam contra fidem canonicorum Scriptorum in ea legebannur*: tamen quin aliquid Enoch scripserit, non dubitat: *scripsisse nonnulla*, inquit, *divina Henoch illum septimum ab Adam, negare non possumus, cùm hoc in epistola canonica Judas Apostolus dicat.* In vetustissimo volumine cujus titulus est *Testamentum duodecim Patriarcharum*, quod sæpe Origenes & Procopius citant, multa ex Scriptura Henochî inferuntur vaticinia, videlicet *de his quæ eventura fuerunt filiis ac nepotibus 12 Patriarcharum; de futuris Hebræorum sceleribus & pæniis; de mundi Salvatore ab Hebræis occidendo, de versione Hebræorum.* Ex Enochî Scriptura citat locum Clemens Alexandrinus in *Eclogis* ἐν τῷ περὶ φηκῶν, pag. 801. Ὁ Δανιήλ, inquit, ὁμοδοξῶν τῷ Ἐνώχ τῷ ἱερῆτι: Καὶ εἶδον τὰς ὑλὰς πάσας: *Daniel consentiens Enochî dicenti: vidi materias omnes.* Et pag. 808. ἦδη ὃ ἔξ Ἐνώχ φησὶν τοῦς ἀδικησάντας ἀγγέλους διδάξαι καὶ μαθητικῆς καὶ ἀδικίας τέχνας: *Etiam Enoch dicit, transgressores Angelos docuisse homines astronomiam & præstigiatoriam, aliasque artes.* Origeni cùm objiceretur auctoritas libri Enochî à Celso; is quidem Scripturam Enochî agnoscit; cæterùm Celso respondit, quòd ignoret ἐπὶ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἢ πάντων φέρειται ὡς θεῖα τὰ ἐπιγεγραμμένα ἔξ Ἐνώχ βιβλία: *quòd non magna librorum Enoch in Ecclesia sit auctoritas*, lib. 5. contra Cellum. Quin scriptam Enochî prophete-

prophetiam agnoscunt inter veteres, quotquot de Ἀγγελουμικία cum hominibus infeliciter nimis loquuntur; Irenæus, Cyprianus, Lactantius, alii.

IV. Extare autem inter Judæos librum sub nomine Enochi fati constat. Drufius allegat Manahemum Ricinensem, aliquoties librum Enochi laudantem, fol. 30. verbis his Manahen ille citat prophetiam Enochi: *Partim sapientum Cabbalæ posteriorum scripserunt se invenisse in libro Henoch filii Jared, cum abstulisset eum Deus, arcanum hoc unâ cum reliquis arcanis mirabilibus. Cæterum mentio illius libri à Doctõribus nostris in Zobar & secundum verba illius libri scito paradysum inscribentem paratum fuisse à die quo creati sunt spiritus iustorum ad commorandum illic in figura sua.* Illius libri Enochi editio Græca pervenit in manus Josephi Scaligeri, qui ex libro primo dignatus est fragmentum Græcum *Ⲙⲉⲓ ⲛ̅ⲩ Ⲉⲉⲓⲛⲁⲣⲟⲩⲟⲛ* de Egregoris (sic Angelos vocat liber, & ex eo Eusebius & Africanus) inferere Notis suis ad Græca Eusebii, quod non dubitaret, quin ex eo fragmento arcessita sit tum prophetia Enochi, quæ à Juda citatur; tum ejusdem Judæ de Angelis prævaricatoribus narratio; tum denique veterum Patrum opinio de commixtione Angelorum cum hominibus. Quia fors nos tulit ad hoc argumentum, bonum factum videtur idem illud fragmentum à Scaligero excerptum & ab Athanasio Kircherio in Oedipo Ægyptiaco Latine factum hîc loci repræsentare, quod præclivius fiat conjectu, an talis vel ab Enocho scriptus, vel à Juda Apostolo adhibitus fuerit. Ita autem sonat. *Et factum est, cum multiplicati essent filii hominum, natæque ipsis filiæ pulchræ & decore, ut earum amore flagrarent Egregori (scilicet Angeli;) & unus alterum seduceret, inter se ita loquuti: Eligamus nobis uxores è filiabus hominum terræ. Et dicit Semixas princeps eorum ad ipsos; timeo hoc eas facturæ, & ero ego solus reus maximi peccati. Et respondebant omnes dicentes: Jurabimus omnes, & mutuo anathematis iurejurando obligabimus nos à data fide non recessuros, donec omnia repleverimus. Tunc omnes juramento præstito se obligarunt. Erant autem 20, qui ascendentes in diebus Jared summitatem montis Hermonis, quem à iurejurando ita appellârunt, ibi fœdere per juramentum inuito, se invicem obstrinxerunt. Nomina autem principum sunt sequentia 1. Semixas princeps eorum. 2. Atarkupb. 3. Arakiel. 4. Chababiel. 5. Orammame. 6. Rhamiel. 7. Sapsch. 8. Zakiel. 9. Balkiel. 10. Azalzel. 11. Pharmarus. 12. Amariel. 13. Anogemas. 14. Thausael. 15. Samiel. 16. Sarinas. 17. Eamiel. 18. Tyriel. 19. Famiel. 20. Saviel. Sic & reliqui omnes anno 1170 Mundi, acceperunt sibi ipsis mulieres, & incæperunt contaminari in ipsis usque ad diluvium, pepereruntque ipsis tria genera (hominum.) Primum genus*

genus erant Gigantes magni ; Gigantes autem generabant Naphllim & Nephilim nati sunt Eliud ; & multiplicabantur juxta magnitudinem eorum , & docebant ipsos , fœminas eorum magiam , & incantationes , sive artem præstigiaticam . Primus Exaël decimus docuit facere machæras , thoraces , sive loricas & omnis generis arma bellica , & metalla , id est metallicam artem , & usum auri & argenti , quam ratione videlicet in varios luxus , usus adhiberi possent ; & fecerunt varia ornamenta mulieribus . Docuerunt quoque eas Cosmeticam artem , id est , fucos & sibi varium usum in condecorando vultu , lapides quoque pretiosos ; & faciebant sibi filii hominum , fœminis & filiabus ipsarum similia ; quibus prævaricari , & errare faciebant ipsos sanctos , & exiit impietas multa super terra , & corruptæ sunt universæ viæ mortalium . Antesignanus quoque diclorum principum Semixas docuit esse iras animi & radices herbarum terræ . Undecimus autem Pharmarus nomine docuit magiam & artem incantatricem , præstigiaticamque expiatoria sacra . Nonus autem docuit artem deducendi stellas : Quartus Astrologiam divinatricem : Oëlarus docuit artem divinandi per aërem : Tertius signa terræ : Septimus docuit signa lunæ . Omnes hi inceperunt uxori- bus suis , & filii earum dicta revelare mysteria . Post hæc inceperunt Gigantes vesci carnibus humanis , repereruntque impio hoc exterminio homines decrescere super terra . Reliqui verò ob detestabilem Gigantum malitiam clamabant in cælum dicentes petentésque coram eo suscipi memoriam eorum . Audientes autem quatuor è majoribus Archangelis Michaël videlicet , & Raphaël , & Gabriël & Uriël , è supremo cælorum habitaculo terram inspiciebant contemplantésque sanguinem multum effusum super terram , & omnem impietatem & iniquitatem , quæ fiebat super ea , egredientes ad invicem dixerunt ; ecce spiritus , & animæ hominum afflictione oppressionéque suspirantes clamans ad nos ut petitiones perditionemque ipsarum ad altissimi thronum deferamus : procedentésque hi quatuor Archangeli dixerunt Domino . Tu ò Deus Deorum , & Dominus dominantium , Rex regnantium Deusque hominum , Thronusque gloriæ tuæ in omnes seculolorum generationes , & nomen tuum sanctum & benedictum in omnia secula . Tu enim omnia credisti in omnibus potestatem possidens , cujus conspectui omnia nuda sunt , & aperta , omnia videnti , nec est , qui se à te abscondere possit . Vides quanta mala faciat Exaël , quanta introducat , & quanta doceat peccata atque iniquitates super terra , & quiddam nil nisi dolus super arida . Docuit enim mysteria , & manifestavit seculo ea quæ sunt in cælo , conanturque omnibus modis ejus instituta & mysteria cognoscere . Filii hominum Semixæ potestatem dederunt eorum qui cum ipso simul erant , & ibant ad filias hominum terræ , & dormiebant eum ipsi , & polluebantur in virginibus puellis & iis manifestabant omnia peccata , & docebant ipsas facere instrumenta fornicationis . Et nunc vide filias hominum

hominum gignunt ex iis filios Gigantes. Adulterinum, supposititiūque genus hominum super terram diffusum, totum uniuersum iniquitate replevis. Es nunc ecce spiritus animarum defunctorum hominum interpellant, & usque ad caelos ascendit gemitus eorum, neque potest venire & pertingere ob enormes quae in terra accidunt iniquitates. Et tu haec scis ab ipsis fieri; & vides ipsos, & suis paterisque ipsos, neque dicis quid oporteat facere, aut quod remedium tantorum malorum. Tunc altissimus dixit, & Sanctus magnus locutus est & misit Uriel ad filium Lamech dicens. Abi ad Noë & dic ipsi meo nomine: Absconde te ipsum, & manifesta ipsi finem rerum omnium instantem, & quod tot terra perdatur. Et dices ipsi, quod diluuium uniuersae terrae futurum omnia quae super facies arida sunt disperdat. Instrue iustum, quid facere oporteat filium Lamech. Et anima ipsius in vitam conservabitur, & effugiet mortem per aeternum, atque ex illo plantabitur planta, quae consistet in omnes generationes seculorum. Et Raphaëli dixit: Vade Raphaël, & Exaëlem manibus & pedibus vinculum projice in tenebras; aperies quoque Ereum existentem in Eremito Dodoël & illic vadens projice eum, suppositis ipsi saxis acutis & asperis, operies eum tenebris, & habitet ibi in perpetuum. Et aspectui illius oppones operculum, ne lumen unquam appareat, & in die iudicii revocatus in iudicium incendio ignis destinabitur: & sanabitur terra quam corruerant, & labefacta verant Egregori; medelam autem terrae manifesta, ut curetur terra à plaga sua, & non pereant omnes filii hominum, quae dicta sunt in mysterio quod dicebant Egregori, & dicebant filios hominum; & desolata est uniuersa terra in operibus instructionis Exaëli & ex ipsa exarata sunt omnia peccata. Ad Gabriëlem verd dixit: Vide Gabriël ad Gigantes, ad adulterinos & falsarios filios fornicationis, & perdes filios Εχρησιμων à filiis hominum, committes ipsos ad invicem in bellum, & ultimam perditionem & exterminium; & longitudo dierum nequaquam attingat dies patrum ipsorum, qui sperabant vivere vitam sempiternam, & quod unusquisque eorum non amplius quam centum annis victurus sit. Et ad Michaëlem dixit: vade Michaël alliga Semixan, & omnes asseclas ejus, quotquot commisi filiabus hominum polluerunt, contaminaueruntque; eas in immunditia eorum; & cum jugulati filii eorum, & cognoverint perditionem diabolorum suorum, alligabis eos in 70 generationes in abdita terrae loca usque ad diem ipsius in iudicium producendus destinatum, diem consummationis rerum omnium, diem quo terminabitur iudicium saeculi seculorum. Tunc precipitabitur in Chaos ignis, & in tormentum, & in carcerem conclusionis aeternae; & cum condemnati fuerint, una cum ipsis projicientur usque ad consummationem generationis eorum. Gigantes autem nati, à spiritibus & carne, spiritus maligni in terra vocabuntur, ut sit habitatio eorum super terra. Spiritus maligni erunt, spiritus egressi à cor-



pore & carne ipsorum, partim ab hominibus, partim ab Egregoris geniti. Principium creationis eorum & initium fundamenti illorum spiritus maligni erunt super terra. Spiritus autem Gigantum distributi, iniusti destruentes, invadentes, colluctantes, jaculantes super terram, & cursus facientes: neque samen comedunt; sed cibo abstinentes sunt, & variis phantasmatis illudentes, sitiennes & impingentes; & spiritus resurgent cum filiis hominum, & mulierum qui processerunt ab iis. A die verò cædis & perditionis, morisque Gigantum, Naphilim fortes & robusti super terram, magni & famosi, spiritus egressi ab anima eorum, velut ex carne, erunt corruptentes usque ad iudicium magnum. In quo Æon sive sæculum magnum simul terminabitur. Circa montem verò in quo jurarunt, etiam juramento & invicem obstrinxerunt, ut in perpetuum non desinat ab eo frigus, nix, pruina, & ros, neque descendat in ipsum nisi in maledictionem descenderit in ipsum, usque ad diem iudicii magni; & in illo tempore comburetur, & terræ adæquabitur, & contabescet, liquecētque sicut cera à facie ignis, ita consummabitur, destructurque cum omnibus operibus eorum. Vobis verò filii hominum dico, magna ira exauresco in vos & in filios vestros; & perdentur dilecti vestri, & morte morientur chari vestri à facie universæ terræ. Et omnes dies vitæ ipsorum abhinc usque in futurum non erunt plures quàm 120 anni; neque vobis persuadeatis ultra vivere; nunc verò non erit ipsis via evadendi iram, qua in vos exarsit Rex omnium sæculorum: ne putetis quòd effugietis ea.

V. Meminit Origenes Homil. 28. in librum Num. cujusdam libri Enoch, quo comprehensa fuisse ait *secreta non solam de nominibus plagarum cæli, sed etiam omnium stellarum ac siderum*. Idem in Anaceph. lib. de Principe scribit, librum Henochi *materias universas perspexisse*. Eundem librum Enoch à prophetico illo distinctum extare apud Æthiopes in Regno Reginæ Sabæ Abyssina lingua testatur Genebrardus Chronolog. p. 14. Conjectat Cl. D. Hottingerus librum hunc, cujus Genebrardus meminit, esse codicem Æthiopicum, extantem in Bibliotheca Mazzarini, cui titulus *מסכת ספר סודות* Liber *mysteriorum cæli & terræ*, cujus caput & calx, uti quidem describuntur vel cæcis *vobis* pandit; cum ex ea liquidissimè constet, librum eum non ab Enocho, sed à nescio quo auctore post Christi tempora editum esse. Nisi fortè Enochus ex paradisi, in quo eum Judæi & Papiæ collocatum iverunt, carceribus tale quid emisit. Præterea nondum patere puto, quod Enoch ille liber, quem Origenes citat, distinctus sit ab ipsa prophetia. Nam ex fragmento Scaligeri jam allato liquet, etiam de rebus arcanis cæli agi in prophetia Enoch.

VI. Verùm quicquid & vetustis Patribus & recentioribus quibusdam  
videa-

videatur, non potest ullo mihi pacto probari, Judam Apostolum ex libro scripto temporibus ejus existente, tritaque prophetia suum illud vaticinium deprompsisse. Nam primò id Judas non testatur. Qui simpliciter habet : *ἠγορεύθητε, prophetavit.* Prophetiam scriptis ab eo consignatam esse non dicit. Prophetare potuit præconio publico, non sola Scriptura. Secundò cum antiquissimus fuerit Enochus, si quam is prophetiam scripto mandâisset, dubium non est, quin posteriores sacri scriptores, Moses vel Prophetæ ejus mentionem alicubi facturi fuerint. Nunc in veteris quidem Testamenti tabulis nullum vestigium, apex nullus apparet. Tertio cum populus Dei sanctorum patrum memoriam carissimam habuerit, & Enoch ipse Propheta fuerit, si quam Prophetiam scripsisset, illa Judæorum canoni primore loco fuisset inserta. Nihil autem tale in Judæorum canone unquam extitit. Quartò denique vel scripta illa Prophetia Enochi periit, vel alicubi reperitur integra. Periisse prophetiam antiquitatem, induci nequeo ut credam. Non sivit Dei bonitas monumentorum talium *ἱερῶν βιβλίων* fidelissimi & potentissimi custodis. Non populi Dei pro tanto deposito pervigil cura defecisse statui potest. Quid quòd temporibus Judæe existere debuit, si ex ea oraculum is arcessivisset? Post ejus autem tempora, ejus utpote antiquissimi haud dubiè magna veneratio, religio magna fuit apud antiquos Patres, ita ut perire non potuerit. Non ignoro *כ"ב* libros citari in Scripturis passim, quos amissos & perditos esse obijci potest. Quomodo Papistæ Scripturæ canonem imperfectionis arguunt. Cæterum vel per *כ"ב* non tam libri intelliguntur, quàm libelli, catalogi, & recensiones breves; vel libri politici actaque publica seu forensia, non secus accipiuntur, quàm si libri fuissent Deo auctore Ecclesiæ traditi & ad corpus Scripturæ pertinentes; vel planè extant adhuc in canone, qualia sunt verba Samuelis, Nathanis, Gadis, quæ in libris Samuelis continentur; libri Achajæ, Hiddonis, aliorumque prophetarum, qui Deo auctore & judicio ac consensione Prophetarum in coetu Ecclesiæ Historiam sacram populi Dei ex temporum serie continuârunt, & scriptum Ecclesiæ tradiderunt: quæ historiarum sacrarum continuatio suppressis eorum, à quibus scripta est nominibus in eos libros congesta est, qui Dei providentiâ ad nos integri pervenerunt. Si igitur Enochus Prophetiam scripsit destinatam usibus Ecclesiæ, eodem modo conservari debuit, quo cæteri libri omnes, qui semel canonicam auctoritatem habuerunt. Quid si superesse prophetiam Enochii integram dicunt, jam primò necessum est ut canone Ecclesiæ sit donata. Quomodo enim Ecclesia abs se impetrare potuit, ut prophetiam antiquissimam à sanctissimo Patriarcha & Propheta scriptam defraudaret

canonicæ

canonicæ authoritatis honore? Sanè dicere, superesse veram Prophetiam Enochii scriptam, & ex ea Judam vaticinium sub vero nomine authoris citasse; & tamen uti Scaliger fatetur, librum eum esse apocryphum, meo quidem arbitrato & alienum & temerarium est. Tum ubi Prophetia illa Enochica existat? Apud Judæos, teste Menahemo, & Scaligero. Atqui Prophetia Enochii quæ apud Judæos existat, & ex cujus Græca editione Scaliger citavit *Σοφοισμῶνον* de Egregoris non Enochum, non Prophetam, non authorem vetustum, sed impostorem & Cabbalisticam sapit. Id jam probandum est ex ipso illo fragmento paucis. Neque enim difficile erit *εν δ̄ κρησπίδ̄ς τὸ ὕψωμα γινώσκων.*

VII. Fragmentum igitur à Scaligero allegatum primò inducit *Ἐρεγγόρος Egregoros*. Clemens in Pædagogo: *Ἄγγελος, ὡς Ἐρεγγόρος καλῶμεν. Angelos quos Egregoros vocamus.* Suidas: *Ἐρεγγόροι. Ἄγγελοι οἱ δ̄ Σηθ̄ υἱοί, Egregori. Angeli Sethi filii.* Miror ipsi æquipollere *Angelos & filias Sethi*. Ut Angeli à veteribus vocarentur *Ἐρεγγόροι, Egregori*, ansam præbuit locus Danielis cap. iv. 10. Ubi pro Angelo textus habet *την vigil.* LXX. Seniores *εἶρ*. Scholion: *πρὸς αὐτὸν ἢ Ἐρεγγόροι ἢ ἀγγελοὶ ἢ ἱερμανδύταις. Nihil aliud significat εἶρ quam Egregorum & vigilem.* Probabile admodum est, Egregori vocem delectam esse primò quidem ab authore hujus libri ad imitationem Danielis. At quæ tempore Enochii esse potuit imitatio Danielis? Dici potest vocem esse Græcam, quæ exprimat originalem Hebræicam vocem, quâ Enochus Angelos insignivit. Atqui fragmentum illud ex Hebræico conversum non esse, mox apparebit. Tum, quæ ratio fuit, quòd Græcus ille adhibuit insolentem vocem *Egregorum*, non usitatam *Angelorum*, nisi quòd idem author libri & vocis more Cabbalistarum mystica ejusmodi & abstrusa nomina excogitare voluit. *Secundò*. *Ἐρεγγόροι*, inquit author ille, *ἐπιθυμῶσαν γυναῖκας ἢ ἀνεπιθυμῶσαν ὀπίσω αὐτῶν. Egregori amore flagrantibus mulierum & seductis sunt post illas.* Atqui concupiscentia humanæ carnis in Anglicam naturam *αἴλων* immaterialem, carnis & sanguinis omnindò expertem nulla cadit. Omnis sensus corporum est corruptibilium maximè tactus, cujus objecta sunt qualitates commutatrices rerum omnium naturâ constantium, calor & frigus. Sed de hac re alibi. Igitur Pseudo-Enochus tribuit Angelis, quod eorum naturæ prorsus aversatur. Non ignoro sanè, quid de incubis & succubis sentiant alii. Sed de iis quicquid fiat, alia horum Egregorum est ratio. Incubi & succubi, si qui sunt, miseris mortalibus illudunt. At Egregori finguntur cupiditate propria, & nescio quibus amoris facibus accensi appetuisse filias hominum, non ut iis imponerent fictis ad fraudem amori-

amoribus, sed ut flagrantem æstum concupiscentiæ sedarent. Patet hunc authorem deceptum ex nomenclatura אֱלֹהִים *filiorum Dei*, apud Mo-  
sen, quam non intellexit esse Sethitarum. Non enim intelligi Angelos,  
ex ipso Mose probavimus. Vel certè Pseudo-Enochum sefellere exem-  
plaria quædam Græcæ versionis, quæ pro אֱלֹהִים *leguntur*, "ἄγγελοι,  
καὶ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ, *Angeli & filii Dei*, uti ex Augustino colligitur. Præterea  
Philo & Josephus per filios Dei intellexerunt Angelos. Fieri autem potest,  
ut Pseudo-Enochus ille non alios libros quàm Græcos intelligeret. Meri-  
tò igitur cum Chrysostomo Homil. xxi. in Genesin, commentum hoc de  
Angelis scortatoribus vocare licet *μυθολογίας, ἄπειρα, βλάσφημα, fabu-  
las, absurda, blasphema* adversus Angelos nimirum. Tertio Egregori *εἰκάλε-  
σαν τὸ ὄρος Ἡρμόν, καὶ ὅτι ἄμοσαν καὶ ἀναθεμάτισαν ἀπὸ αὐτῶ, νοσάντων  
montem Hermon, in quo juraverunt, & se invicem anathemate obstrinxerunt*, se vi-  
delicet à data fide non recessuros, donec compleverint omnia. Et monti  
illi Hermon poena inflictà, *ὅτι εἰς τὸ αἰῶνα ἢ μὴ ἀποστῆ ἀπ' αὐτοῦ ψυχὴ  
καὶ χιτῶν, καὶ πᾶσι, καὶ δρόσος ἢ κατὰ βῆμα εἰς αὐτό, quòd nunquam inde recessu-  
rum frigus, nix, gelu: vos autem nunquam in eum descensurus sit*. Si de monte  
Hermon, qui ad fines regionis sanctæ Orientem & Aquilonem versus per-  
tinebat, sermo est, eum irrigari rore diferta vox est Davidis, P<sup>sal.</sup> cxxxiii.  
v. 3. Est alius mons Hermon oppositus montibus Gilboë. Hunc traditio  
fert perpetuis nivibus rigere propter maledictionem Davidis, 2 Sam. i.  
v. 21. non propter maledictionem Dei tempore illorum Egregorum.  
Verùm vana est traditio. Nam mons ille Hermon ob altitudinem quidem,  
non ob ullam maledictionem naturaliter plerunque nivibus tegitur. Hinc  
Hieronymus notat lib. de Hebræicis locis, suo ævo ex illo monte nives de-  
portatas Tyrum ob delicias, ad temperandum æstiva pocula. Interim tes-  
tes sunt aliquando etiam pluviis rigari. Id autem nunquam fieret, si talis  
Dei maledictio intercessisset. Si ejusmodi Angelorum juramentum, &  
consecuta inde poena mortis verè contigisset, alicubi in Scripturis illius rei  
vestigium apparet. Ipsa vox אֱלֹהִים non occurrit ante historiam  
Israëliitarum & Cananæorum. Quare quid sibi volunt prodigiosa illa An-  
gelorum principum nomina? Quorum nec vola nec vestigium in Scri-  
pturis vel veterum etiam Hebræorum scriptis. Angelorum nomina,  
quorum in Scripturis mentio est, Gabriël, Michaël, Seraphim, Cheru-  
bim, Hebræicæ omnia sunt originis. At quòd referemus nomen *Semixæ,  
Atarkaph, Orammamae, Sapsich, Pbarinari, &c.* Ariolatur Cl. D. D. Hot-  
tingerus, fuisse authorem hujus libri Judæum quendam sed non *ἰβηγίζον-  
τα* illum, verùm *ἰβηρίζοντα*, quales illi Ægyptii, Alexandrini, qui Græ-

cèleloqui potuerunt patriâ linguâ. Certè Hellenistam fuisse authorem arguit vel sola illa periodus: *Φαρμακὸς εἰδὼς τὴν Φαρμακείαν, Pharmarus docuit veneficium.* Hoc stilum Hellenisticum palam prodit. Ille igitur impostor dictiones Græcæ, Hebræicas, denique ignotas, uti solent ejusmodi mystæ, copulavit, ut portentosa inde nomina eliceret. *Quintò* trium generum partus Angelis scortatoribus supponit Pseudo-Enochus: *Γιγάντες, Gigantes, qui ἐπίκουσαν Ναφιλήμ, generârunt Naphilim: καὶ τοῖς Ναφιλήμ ἐγέννησαν Ἐλιούδ, & Naphilim nati sunt Eliud.* Atqui Moses non distinxit Gigantes & Nephilim: sed quos ille Nephilim vocat, Græci reddidère *Γιγάντας, Gigantes.* Tum Nephilim Moses facit proximum partum filiorum Dei & filiarum hominum. Præterea qui sunt illi *Eliud* geniti ex Nephilim? Centauri, chimæræ in cerebro hujus Cabbalistæ seminati, & ex eo editi. *Sextò* inauspicati hi partus docebant homines *Φαρμακείας καὶ ἐπαοιδίας veneficium & incantationes.* Quasi Sathanas, qui ἀπ' ἀρχῆς in principio fuit homicida, ante ferale illud connubium ad omnis generis scelera, adeoque ad magiam etiam homines instigare non potuerit. *Septimò* Exaël εἰδὼς πῶς ποιεῖ μάχαιρας καὶ θώρακας, καὶ πᾶν οὐδὸς πελεμικόν, καὶ τὰ μετὰ ταῦτα τῆς γῆς, καὶ τὰ χρυσοῖον πῶς ἐργάζονται καὶ ποιήσουσιν ἀνὰ κόσμια ταῖς γυναῖκιν, &c. Docuit eos facere *machæras, thoraces, omnis generis arma bellica, metalla, usum auri & argenti, qua videlicet ratione in varios usus adhiberi possent, &c.* Moses talia non Exaëli, aliivé Angelo apofstatæ, sed Thubal-caino tribuit, uti supra vidimus. Si Pseudo-Enochos fides, jam infausta hæc opificia ex ipso cælo prolata fuerint. *Octavò* πρῶτος Σαμιαξῆς, εἰδὼς εἶναι ὄργας καὶ ἔνοχον, Antesignanus *Semiaxas.* docuit esse iras animi. Credam, si ante descensum *Semiaxæ* affectus iræ & odii animis hominum infusus non fuit. An igitur nullo affectu iræ concitus Cain occidit Habelem? *Nonò* Archangeli animarum oppressione suspirantium nec non defunctorum preces ad se delatas & directas Deo humiliter offerunt. Vicerint hoc pacto, qui invocationem Angelorum propugnant, & defunctorum animas à præsentia Dei remotas & abstrusas detritant. *Decimò* audacter definitur tempus consummationis rerum omnium. Jubetur enim Michaël alligare *Semiaxan* & asseclas ejus in 70 generationes in abdita terræ loca, *μέχρις ἡμεῶν πλείστους πλεισμῶ, usque ad diem consummationis rerum omnium.* Unde colligi posset, post 70 generationes à commixtione Angelorum cum filiabus hominum mundo finem impositum iri. *Undecimò* iudicium Gigantibus & Nephilim tale decernitur, ut Gigantes vocentur *πνεύματα πονηρὰ ἐπὶ τῆς γῆς, spiritus mali super terram,* in qua sit futura eorum habitatio funesta, sine cibo & potualii- que

que vitæ adminiculis ; post cædem horum spirituum Nephilim habitent super terram eamque corrumpant usque ad iudicium magnum & finem Æonis. Quis non utroque pollice palpat mendacium ? Scilicet spiritus moriuntur : & qui hodie in terris grassantur dæmones, sunt Nephilim. Patet hinc, non ab Enocho scriptum esse, quem sub ejus nomine venditârunt cruditissimi cætera Patres, librum : sed vel à pütidissimo & portentoso nescio quo Cabbalista Græcanico, vel ab hæretico & sciolo quodam Christum professo, qui detorto in sinistrum sensum Mose, & observatis iis, quæ apud Judam extant de Angelis prævaricatoribus, ingenii sui adulterinos foetus sub nomine Enochii protrusit. Neque foret arduum demonstrare Cabbalístam hunc, vel quemcunque sciolum alium Platonicis dogmatis imbutum multa cum Platone de Angelis habere communia. Dolendum autem est, non potuisse eos quorum in manus liber hic pervenit, turpem imposturam odorari, & scorias has ab auro puro discernere.

VIII. Fatetur Josephus Scaliger, librum hunc Henochi esse apocryphum, commentitium. Negat se statuere posse, plúzne otii superfuerit Judæis ut hæc confingerent, an sibi patientiæ ut describeret. *Tot enim*, inquit, *sunt in illis quorum piget, tædet, pudétque, ut nisi scirem Judæorum esse mentiri, neque nunc eos illas nugæ desinere posse, ne digna quidem censuissem quæ legerentur.* His non obstantibus pertendit, locum, qui in epístola Judæ ex Enochii opere citatur, necnon illum de Angelis prævaricatoribus, ex eo fragmento excerptum esse. Præterea illa *πρεύς Μεγάλη, δῶσον Σεμιζᾶν*, &c. pertinere ad comma 6. epístolæ Judæ, *Ἀγγέλως πὲ τῆς μὴ τηρήσαντες*, &c. scilicet librum commentitium, fictum à Judæis otiosis, qui continet talia quorum piget, tædet, pudet, indigna quæ legantur ; tamen Judas Apostolus minimè abutens otio suo legit : nec legit tantùm sed dignum censuit, ex quo nonnulla produceret divino Spiritu, & epístolæ canonicæ infereret. Si liber totus commentitijs est, si supposititijs, si mendacijs refertus, qualia igitur illa sunt quæ excerptit Judas ? An consentanea cum rebus gestis ? Sed unde Pseudo-Enochus ita gesta esse cognovit ? Quin etiam Judas epístolam suam cætera brevem latis facilè in deteriore suspicionem adduxisset, si adulterini libri sententiam ad apparatus suum advocavit. Jam sententia, quam sub nomine Enoch septimi ab Adam citavit Judas, nullibi in fragmento apparet. Narrat comminationem diluvii, non futurum adventum Dei justii iudicis cum sanctis myriadibus. Verba Pseudo-Enochi : *Δῆσον Σεμιζᾶν*, &c. cum verbis Judæ : *Ἀγγέλως τοὺς μὴ τηρήσαντες τὴν ἐλευθέρω ἀρχὴν ἀλλὰ δουλειᾶν τὸ ἰδίον δικητήριον, εἰς κρίσιν μεγάλης ἡμέρας δεσμοῖς αἰδίοις ἐπὶ ζῶσον πετήρικε*, non-

nihil conveniunt, fateor. Nihil tamen Judas habet de 70 generationibus. Quin contra vocat *δεσμὸς αἰωνίος, vincula æterna*, adeoque non tantum duratura per septuaginta generationes. Cæterum malim dicere, occasionem assertionis personatum Enochum ex ipsius Judæ epistola lecta arripuisse: ex quo etiam colligi posset, authorem non tam purum Judæum, quam Christianum Judaizantem fuisse. Nec mirabitur, qui cogitat, quam pendenda seges ejusmodi librorum abortivorum primis post Christum temporibus à Christianis hæreticis vel semi-Christianis prodierit.

IX. Georgius Syncellus Tarasii Patriarchæ, cujus autoritatem obvertit Scaliger, fatetur, *νεοθῶδες αὐτὰ ὑπὸ Ἰουδαίων καὶ αἰρετικῶν, supposita esse à Judæis & hæreticis*. Potuisse tamen à Juda nonnihil ex eo allegari; & à se etiam afferri, illa de Egregororum transgressione & impietate Gigantum, fidem facit his verbis: Πλὴν καὶ ὁ μακάριος Παῦλος *σωταίος ἐχρήσατο πῶν ἐξ Ἀποκρύφων χρήσεων, ὡς ὅταν φησὶν ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους πρώτη ἐπιστολῇ. αὐτὸ ὁφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ ὡς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίᾳ ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη καὶ τὰ ἐξῆς: Ἠλία Ἀποκρύφων καὶ πάλιν ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας ἐκ τῆ Μωϋσίου Ἀποκάλυψως, ὅτι περιτομὴ τί ἐστιν ἢ ἀκροβυστία, ἀλλὰ καρτὶ κτίσις καὶ ἐν τῇ πρὸς Ἐφεσίους ἐκ τῆς Ἰερεμίου λεγμένην ἀποκρύφων ἐχειροῦ ὁ καθυψώθη, καὶ ἀνάστα ἐκ τῆ νεκρῶν, καὶ ἐπιφανέσθαι οἱ ὁ Χελεύς. Quin & Apostolus Paulus tardè usus est quibusdam citationibus Apocryphis, cum inquit 1 Cor. 11. Quæ oculus non vidit nec auris audivit nec in hominis cor ascenderunt, &c. ex Eliæ Apocryphis petita sunt. Ita ad Galatas ex Mosis Apocalypsi: Neque circumcisio aliquid est neque præputium, sed nova creatura. Et ad Ephesios ex Jeremiæ vocatis Apocryphis: Experis cere qui dormis & surge à mortuis & illucesces tibi Christus. Atqui dissimilis ratio est horum Apocryphorum aliorumque qui citantur, & Pseudo-Enochi. Potuit Apollolus ex Apocryphis citare talia, quæ per se comperta certiori testimonio non indigent. At de Egregoris, de verbis prophetice Enochi adeoque de rebus facti personatus Enochus quam probationem habet, quod testimonium omni exceptione majus? Deinde de Apocryphis Eliæ & Jeremiæ, necnon de Apocalypsi Mosis, non ignoro veteres ex iis citata ea, quæ Syncellus adducit, opinari. Ita enim etiam Origenes locum, 1 Cor. 11. 9. ait petitum esse ex secretis Eliæ. Mosis libri Apocryphi multi à Patribus citantur, ac inter eos imprimis ἀνάβασις τῆ Μωϋσίου; quæ Nicephoro ἀνάληψις, Syncello nostro etiam ἀποκάλυψις vocatur. Ex quo Origenes testimonium Archangeli Michaëlis altercantis cum Sathana de cadavere Mosis desumptum putat. Sic & Jeremiæ varii foetus suppositi sunt, uti videre est apud Sixtum Senensem Biblioth. S. lib. 2. p. 88, 89. Mihi tamen ex Pseudepigraphis his Apostolos quidquam allegasse,*

gâsse, persuaderi non patior. Nam locum 1 Cor. II. 9. Paulus non ex Eliæ secretis elicit, sed ex Esai. LXIV. 4. uti colligit ex summa argumenti in utroque loco Theologus summus Franciscus Junius parallelo trigesimo primo libri secundi. Sic locum Ephes. V. 14. à Syncello citatum Paulus allegavit ex Esai. LX. 1, 2. uti ab eodem Francisco Junio probatum, non ex Apocryphis Jeremiæ. Mosis autem libros Apocryphos quod attinet, plerique omnes à Christianis hæreticis, qui Sethiani dicti, sunt conficti, Epiphanio teste in primo Panarii.

X. Quòd si igitur nullo ex autore scripto & ante tempora sua vulgato Enochi prophetiam hausit Judas, relinqui ne videtur, ut statuamus, Apostolum divino tantùm & prophetico Spiritu prophetatum ita esse ab Enocho, affectum esse, vel certè ex traditione inter Judæos trita talem sententiam deprompsisse? Sed eò ut deveniamus non est necessum. Distinguedum accuratè est inter *fundamentum* prophetiæ, & ejus *formulam*. Fundamentum quod attinet, est illud totum ἔγγεγον. Idque duo argumenta planè demonstrant. Prius est, quòd ex Scripturis constat, Patriarchas certo Dei consilio fuisse doctores Ecclesiæ, quì sapientiâ, experientiâ & autoritate suos regerent atque corrigerent, adeòque etiam futura Dei judicia prænuñciarent. Cùm igitur & Enochus Patriarcha fuerit, & secula ejus fuerint longè corruptissima, necessum fuit, ut de judicio Dei futuro tum pios tum impios instrueret. Alterum est, quòd scriptum reperimus, *Enochum cum Deo ambulasse*. Ex eo Judæ proclive fuit conficere, Enochum non pro se tantùm quæsisisse Deum, sed etiam alios proposito terrore ultimi judicii ab impietate & injustitia deterruisse: neque potuisse cum Deo ambulare, vel p̄i viri officio defungi, nisi judicium Domini venturi cum myriadibus Angelorum hominibus suæ ætatis annuntiaret. Cùm igitur non potuerit non loqui de judicio Domini superventuro impiis: & ii de quibus S. Judas loquitur, sint ultimi temporis; conficit, Enochum diu ante diluviùm de iis prophetâsse: Enochum judicium superventurum hominibus impiis vaticinatum esse: neque alios esse, quos Dominus veniens ad judicium sit extirpaturus, quàm hæc Ecclesiæ Christianæ strumas. Porro quod formulam attinet Prophetiæ, cujus fundamentum ita in Scripturis ostendimus, illam ex iis verbis contexit Judas, in quorum virtute eam latere per σύνεσις πνευματικὴν intelligentiam spiritalium probè scivit.

XI. Pandit se hoc exemplo rursus fides & Theologia piorum Sethitarum de tribus capitibus palmariis; de femine benedicto caput serpentis contrituro, de ultimo judicio, de judice & judicii forma. Prophetat




Judas Dominum judicaturum impios. Quis κύριος Dominus? Nempe θεωτός Θεός ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, *hætus Deus & Dominus noster Jesus Christus*, quem abnegârunt homines irreptij, præscriptijam olim ad judicium, impii, ̄. 14. Is cui Judas obediendum & credendum esse, multis rationibus & variis propositis paradigmatis pereuntium per inobedientiam ostendit, Jesus Christus. Hic autem cùm annunciatur judicaturus impios ab Enocho, clarum est hoc testimonium fidei Patriarcharum de *semine benedicto*, Jesu Christo, *caput serpentis*, hoc est tum Sathanam tum ejus γυνήματα, *constrituro*. Tum extremum judicium clarè ab Enocho prædicatur. Denique tota ratio & forma extremi judicii exponitur. Judicabit Dominus Jesus Christus ὁ ὀρισμένος ὑπὸ Θεοῦ κείνης ζώνων καὶ νεκρῶν, *definitus à Deo judex viventium & mortuorum*, Actor. x. 4, 2. Vir ille, ἐν ᾧ ἄριστος Θεὸς κείναι ἢ ὀικημένην ἐν δικαιοσύνη, *in quo decrevit Deus judicare habitabilem in justitia*, Actor. xv. 13. Veniet is Judex ἐν μυριάσιν ἀγίων αὐτοῦ, *in sanctis myriadibus suis*. Descendet enim è cœlo, & veniet in nubibus *cum celestimate* ad vivos, *cum voce Archangeli* sive principis sanctarum myriadum *cum tuba Dei*, hoc est, divinæ potentie imperio mortuos excitante, 1 Theff. iv. 16. 2 Theff. 1. 7. Judicabit Dominus *omnes*, qui nempe in judicium venient, quia peccârunt & non crediderunt in eum qui justificat impium. Judicabit propter omnia opera ἀσβετίας impietatis. Quò pertinet etiam infidelitas eorum, qui obdurârunt cor suum audientes vocem Christi, quâ illis expositum est, quòd in Christo salutem habeat omnis, qui accedit ad eum. Quod enim majus est ἔργον ἀσβετίας, *opus impietatis*, quàm mandato fidei, quod oritur ex obligatione ad agnoscendam divinam sufficientiam, eique confidendum ad salutem, si Deus testetur, se credentibus in Christum, adeoque apprehendentibus arcem Dei pacem & salutem daturum; non obedire, sed potius filium Dei proculcare; sanguinem fœderis profanum ducere, & ludificari spiritum gratiæ? Hactenus igitur de prophetia Enochi.

EXERCITATIO XI  
DE  
NEPHILIM,  
SEU  
GIGANTIBUS ANTEDILUVIANIS.

Breviarium.

*De Nephilim narratio Mosis. I. Vulgati interpretis & R. Tzadok error circa genitores Nephilim refutatur. An ex filiis Dei nulli omnino Nephilim geniti? Ostenditur alios ortos ex solis Cainitis, alios ex filiis Dei & filiabus hominum. 2. Qui בני אלהים filii Dei fuerint? Josephi, Philonis, LXX. Interpretum, Patrum tum Græcorum tum Latinorum, Hebræorum, Valesii opinio, quod filii Dei Angeli fuerint. 3. Philastrii & Chrysostomi severa nimis opinionis illius censura. 4. Per filios Dei non intelligi Angelos probatur quinque argumentis. 5. Angelos non nubere probatur ex testimonio Christi. Drusii exceptio eliditur. 6. Idem probatur ex ratione naturali, ex qua ostenditur Angelicam naturam utpote simplicissimam non esse corpoream, secus quam Thalmudici & Patres quidam. Drusii licentia. 8. Eisdem nec in corpore assumpto posse generare homines, contra Valsum, Thomam, Scholasticos, Zanchium, Delrio. De incubis & succubis pluscula. An dentur? An tales fuerint filii Dei? An generare possint? Respondetur experientiæ jactatæ. 9. Solvitur contrarium ex Judæo versu 6, 7. argumentum. 10. Per בני אלהים filios Dei non intelligi filios potentum vel Judæum contra Orientales interpretes, Jarchium, Seldenum, alios, tribus argumentis probatur. XI. G. H. Vorstii argu-  
menta:*

menta contraria diluuntur. 12. Filios Dei esse Sethitas probatur. Patricidis de iis narratio. 13. Objectiones adversus hanc sententiam solvuntur. 14. Causæ, ob quas conjugia illa Sethitas inter & Cainitas incesta & scelerata censerī debeant. Conjugia cum infidelibus in legem naturalem incurrere docetur. 15. Etymon vocis נפילי Comparantur Orientales versiones. 16. Nephilim non fuisse Dæmones contra Pseudo-Enochum & Paulum Burgensem ostenditur. 17. Recensentur authores, qui ratione quantitatis seu magnitudinis dictos Nephilim arbitrantur tum Christiani tum Hebræi. 18. Qui ratione solius qualitatis, puta tyrannidis, insolentiæ. Temporarii & Bolduci de Gigantibus sententia. 19. Tum ex magnitudine tum ex qualitatibus definiendos esse Nephilim ostenditur. Quanta magnitudo eorum fuerit? Gigantes veros, seu eminentes statura fuisse Nephilim demonstratur ex Numer. XIII. 34. & exceptiones præoccupantur. 20. Temporarii contrariis objectionibus fit satis. טיקא unde dictus? 21. An eminentior statura propria fuerit quibusdam tantum, qui Nephilim dicti, an communis omnium hominum ante diluivium? 22. Quæ causa fuerit procreans magnitudinē corporum Nephilim? 23. Vitiosæ qualitates Nephilim. 24. Nephilim ex solis Cainitis ortos tempore Enoschi, cæteros Jaredi grassatos videri. 25. Habitatio Nephilim in terra Nod, Sustane, Basanitide. Nicolai Abrahami error notatus. 26. An Og fuerit ex numero Nephilim? 27. An decem Reges Chaldæi, quorum Abydenus & Berosus meminerunt? 28.

I.  Um de Sethitis & Cainitis hactenus fuisse actum sit, justum & necessarium est, ut inauspicatam illorum sobolem, quæ mundi totius ruinam meruit & secum involvit, NEPHILIM silentio non prætereamus. De iis ita sonat narratio Mosis, Genes. vi. 4. ונפילים חזו בארץ בימים ההם וגם אחרי כן אשר יבאו בני האלהים אל בנות האדם ונפילים נולדו להם הכתובים אשר כעולם אנשי השם : atque etiam ex quo ingressi sunt filii Dei ad filias hominum, & genuerunt illis. Ipsi sunt potentes, qui à seculo fuerunt, viri nominis. Dicemus ante omnia, de horum Nephilim genitoribus; postea de ipsis Nephilim, & iis, quæ de Nephilim à Mose prædicata videmus.

II. Ge-

II. Genitores igitur ראב Nephilim R. Tzodok apud Eliezerem, cap. xxii. fecit illos *filius Dei*, qui cum *filiabus hominum* matrimonio coaliti dicuntur, v. 1. *Ex iis* (filiis Dei) inquit, *nati sunt Enakim seu Gigantes immittentes manus suas in omnem rapinam, violentiam atque effusionem sanguinis.* In eadem sententia fuit vulgatus Interpres, uti colligere est ex versione ejus, quæ talis : *Gigantes autem erant super terram in diebus illis ; postquam enim ingressi sunt filii Dei ad filias hominum, illæque genuerunt, isti sunt potentes à seculo viri famosi.* Verùm illi verba Mosis in textu originali concepta non expenderunt, Ex iis epim liquet, Nephilim terris dominatos esse, antequam impar illud filiorum Dei & filiarum hominum matrimonium succederet. Quod manifestum est Mosen obiter inspicienti. Primò narrat fuisse in terra Nephilim בני ענקים *in diebus illis*, quibus nempe cœperunt multiplicari homines in superficie terræ, & filii Dei sibi copulârunt filias hominum, quod ex superioribus גזר אלהים repetendum est. Pergit Moses וגם אחרי כן אשר יראו *atque etiam ex quo ingressi sunt filii Dei ad filias hominum, & genuerunt illis.* Erant igitur jam tum in terra Nephilim, cùm necdum matrimonium filii Dei cum filiabus hominum inivissent. Neque tamen iis assentior, qui nullos omnino Nephilim ex filiis Dei fatos esse contendunt. Quo errore etiam captus fuit doctissimus interpres & adnotator R. Eliezeris Guilielmus Henricus Vorstius, Animadversionum in Pirke, pag. 184, 185. ubi contendit, nihil certi originaria verba de stirpe gigantum promere, sed tantùm designari tempus, quod nimirum gigantes non tantùm extiterint diebus Caini & Enos, sed & postquam filii Dei congressi fuerunt cum filiabus hominum. Verùm singula reputanti facilè apparebit, ex sententia Mosis nonnullos etiam Nephilim oriundos fuisse ex matrimonio filiorum Dei & filiarum hominum. Aliàs cur matrimonii illius mentionem inspergeret descriptioni gigantum? Deinde cùm filias hominum filii Dei genuisse scribit Moses, statim subjicit quales illi sint geniti, nimirum גבורים &c. *robusti illi & famosi*, qui omnino fuerunt ipsi Nephilim. Denique ex infelici illa conjunctione probabile est non alios quàm Nephilim, hoc est, audaces, violentos & procaces homines in lucem editos esse. Proinde statuo, parentes Nephilim alios fuisse ante, alios post matrimonium illud infauktum. Ante matrimonium illud Nephilim generârunt Cainitæ, sceleratorum hominum manus, qui proinde sibi similes creârunt. Talis fortasse fuit ipse Lamechus, cujus audacem & furibundam orationem ad mulieres suas supra discussimus. Certè in Sethitarum familia Nephilim fuisse ante illud matrimonium, vetat credere nota Nephilim impietas & insolentia, nec minùs celebrata Sethitarum religio &

pietas. Rectè Baruch c. III. 27. ἡ τῆς ἐξελέξατο ὁ θεός, καὶ ὁδὸν ἐπισημῆς ἔδωκεν αὐτοῖς, καὶ ἀπίωλοντο: *Non hos elegit Deus, neque eis viam scientiæ dedit: itaque perierunt.* Post matrimonium ipsis illis filiis Dei & filiabus hominum sui nati sunt Nephilim. Quæ res necessitatem nobis injungit ante omnia inquirendi, qui fuerint illi *filiis Dei & filiæ hominum*, ex quibus forte nascendi posteriores illi Nephilim prodierunt: & in univèrsum, quale illud matrimonium, & quo nomine potissimum à Mose recensitum fuerit inter causas meritorias diluvii.

III. Antiquissima igitur est opinio, per  $\text{כְּנַפְתָּיִם}$  *filiis Dei* intelligi Angelos bonos. Josephus Antiquit. l. 4. πολλοὶ ὑβελῶν ἐβήθησαν παῖδας. *Mul-ti Angelorum mixti cum hominibus filios genuerunt insolentes.* Philo de Gigantibus, lib. 1. textum Mosis sic allegat: ἰδόντες οἱ ἄγγελοι τὸ θεῶ πατρὸς θυγατέρας τῶ ἀνθρώπων, *Videntes Angeli Dei filias hominum.* Unde apparet, tempore Philonis exemplaria nonnulla Græcæ versionis habuisse ἄγγελοι τῶ θεῶ, non ἦσαν τῶ θεῶ, quomodo hodie in codicibus Græcis legere est. Idque præter Procopium notavit etiam Augustinus de Civitate Dei, l. xv. 23. his verbis. *Et septuaginta quidem Interpretes & Angeli Dei dixerunt istos & filios Dei: quod quidem non omnes codices habent: nam quidam nisi filios Dei non habent.* Cùm igitur plerique omnes vetustiores Patres non usi sint nisi Græca versione, mirum non est, plerosque hujus versionis auctoritate inductos hec Angelos intellexisse, quales fuerunt ex Græcis Justinus, Tatianus, Proclus, Athenagoras, Clemens Alexandrinus, Eusebius; ex Latinis Tertullianus, Lactantius, qui lib. II. 14. fingit Angelos tutelares missos ad obstitendum diabolo corruptenti homines, ipsos illicito mulierum concubitu se corrupisse; Sulpitius Severus, Ambrosius, Methodius, alii; quos citavit etiam Sixtus Senensis Bibl. S. lib. 5. Annot. 77. Et horum opinioni etiam Fragmentum illud Pseudo-Enochi, quod supra critico veru à nobis jugulatum est, vela dedit. Atque illi quidem de Angelis bonis Mosen interpretantur. At de malis seu cacodæmonibus multi inter Hebræos. R. Eliezer, cap. 23. *Rabbi inquit: viderunt Angeli qui exciderunt à cælo loco suo sancto, filias Caini ambulantes in nuditate carnis seu scortatione, & succantes oculos suos instar scortorum, atque vagati sunt post illas atque sumpserunt ex iis mulieres vel uxores prout dicitur: viderunt filii Dei filias hominum.* In libro Juchasin nominatur  $\text{מַשְׁכַּאֵל}$  *Maschfaël*, qui sub diluvii tempus rem habuerit cum uxore Chami, unde natus sit S' hon. Et in Medrasch Ruth etiam Aza & Azaël numerantur inter Angelos illos, qui matrimonii se miscuerunt mortalibus. In Bereschit: Kabbah super Genes. 7. inducuntur duo Angeli, Schemchozai & Azaël cum Deo ob creatum homi-

hominem expostulantes. Cùmque Deus oggereret, sine homine vacuum futurum mundum, illique responderent, si dominaturos mundo, regeſſiſſe Deum, ſic futurum, ut & illis dominetur יררת figmentum malum. Proinde id eveniſſe iis in terram venientibus. Quippe eos cum mulieribus concubuiſſe, & Schemchozai genuiſſe Hyam & Chyam, hos Seorum & Ogum; ſed reverſum ad pœnitentiam ſe ſuſpendiſſe, hodieque inter cœlum & terram ſuſpenſum manere. Alterum nimirum Azaëlem nulla pœnitentia ductum præeſſe ornamentis & ſuco mulierum; & eum eſſe illum hircum Azazel, de quo Levit. xvi. 8. Opinioni huic ſuffragantur etiam Cabaliſtæ, qui cacodæmones neque naturæ ſpiritualis planè neque corporalis faciunt. R. Schem Toſ in libro Amunoth, porta v. cap. 2. ubi agit de שמות השמאליות *intelligentiis malignis ſeu ſiniſtris*, citat ex R. Nitronenſi ומאצולות השר הזה ומכפירה זו באים כל גחות השרים והלילין והרוחות הרעות גראין בצורת בני אדם ועל אלי אסיו שרבו לבני אדם ולכלאבי השרת שאין ברקות אדם וכל בני אדם הם אים בעני חרככה כני אדם *Ex emanatione vel influxu hujus principis atque intelligentiæ provenerunt omnes potentiæ cacodæmonum, lemorum atque malorum ſpirituum, qui conſpiciuntur in formis hominum. Ac de illis dicunt ſapientes, quòd ſimiles ſint hominibus & Angelis miniſterii, quia non ſunt cum ſubtilitate formationis, neque cum craſſitie compoſitionis ſicut homines.* Impuros igitur illos ſpiritus faciunt naturæ intermediae. Quæ & cauſa eſt, cur Hebræorum Magiſtri illos appellent modo ſpiritus, modo homines, modo foeminas. Et ex media illa claſſe ſubjungit R. Schem Toſ, cap. 5. progredi duo genera ſpirituum ſtultorum vel Satyrorum, progredientium in mundum, & ludentium tanquam homines, quin & apparentium hominibus in fomnio, tanquam ſi pulchræ mulieres eſſent. Mutari igitur hos aliquando in viros quandoque etiam in mulieres. Et hos ſpiritus faciunt effectores impurorum motuum, libidinis, ſcortationis. Eidem ſententiæ etiam ſecundas fecit Franciſcus Valeſius de S. Philoſophia, cap. 8. ubi pertendit, *filios Dei eſſe dæmonas incubas.* Et ex hac historia putat Platonem accepſiſſe ſuos Deos minores aut dæmonas. Quin & ortum תו"נ Nephilim ex *filiiſ Dei* ſeu *Angelis malis* occaſionem dedidiſſe gentilibus poſtdiluvianis, apud quos memoria fuerit illorum gigantum ex Angelis fatorum, ut cenſerent, viros omnes egregios ab aliquo Deo aut Dea genitos, ut Herculem à Jove, Achillem à Theyde, à Venere Æneam, Alexandrum ab Hammone.

IV. Sententiæ huic tristem nimis & iniquum ſe geſſit Philaſtrius Brixiensis Epicoꝗus, qui cap. 108. ſui catalogi adverſus hæreſes ſic habet: *Alia eſt hæreſis, quæ de gigantibus aſſerit, quòd Angeli miſcuerint ſe cum feminis ante diluvium, & inde natos eſſe Gigantes. Sed ſi quis putaverit, Angelos ita peccaſſe transformatos in carne & in ea remaniſſe, aut ita ſuclos carnales*

crediderit : is violenta ratione decernit historiam, sicuti & paganorum & poetarum mendacia asserunt, Deos Deasque transformatos nefanda conjugia commisisse: quod si factum est aliquando, & nunc fieri non erit ambiguum: quod autem non factum est aliquando, nec modo fieri manifestum est. Sed censura hæc aspera nimis est, quæ hæresin impingit tot sanctis Patribus, qui eodem errore imbuti fuerunt. Non est fas & æquum, ut quivis error, etiam non arietans in fundamentum salutis in hæresis crimen arcessatur. Neque mitior hîc est Chrysofomus, qui blasphemiam reos peragere ita statuentes tentat. Verba ejus habentur Homilia 22. in Geneſeſ caput v. Ἰδόντες ἡ γοὶ τῶ Θεοῦ τὰς θυγατέρας τῶ ἀνθρώπων, ὅτι καλαὶ εἰσιν, ἔλαβον ἑαυτοῖς γυναῖκας ὁμοίας αὐτῶν ἐξελέξαντο, ἐκάστην λέξιν τῶ εἰρημέναν σοφῶς καθοπιδίωζον, ἵνα μηδὲν ἡμᾶς φθραδράμη τῶ ἐν τῶ βάθει κεκοιμημένων. Καὶ ἄν ἀναγκαῖον τὴν τῶ χροῖον πλὴν τῶ εἰρημῶν πεισεῖς, καὶ ἀνατέλλει τὰς μυθολογίας τῶ ἀπεισιπίως πάντῶ φθρηγομένων. Καὶ πρῶτον μὲν εἰπεῖν ἅπερ λέγειν πολυῶσι, καὶ δέξασθε τῶ ἀποπῶν τῶ παρ' αὐτῶν λεγομένων, ἅτοι τῶ ἀληθῆ τοῦν τῶ γραφῆς διδάξαι τὴν ἡμετέραν ἀγάπην, ὡς μὴ ἀσπῶς ἐπέχειν τὰς ἀσθῶς τοῖς τῶ βλάττημα ἐκείνα φθρηγομένοις, καὶ καὶ τῶ ἐκείνων κεφαλῆς πλῶσι λέγειν. Πασί γαρ, ὅτι ἡ ἐπὶ ἀνθρώπων τῶ τοῦ εἰρημῶν, ἀλλὰ ἐπὶ ἀγγέλων. Τέτρε γῶ ἡς Θεοῦ φθρηγοῦσθε. Καὶ πρῶτον μὲν δεῖξάσωσαν, πῦ ἀγγελοὶ ἡοὶ Θεοῦ φθρηγοῦσθην. Ἀνθρώποι μὲν γῶ ἐκλήθησαν ἡοὶ Θεοῦ, ἀγγελοὶ ἡ ἡδαμῶς. *Videntes filii Dei filias hominum, quod pulchræ essent, sumpserunt sibi uxores ex omnibus, quas elegerant. Singulas dierum dilectiones diligenter consideremus, ne quid in profundo latens nos prætereat. Necessum enim est probè hunc locum scrutari, ut evitamus fabulas eorum, qui omnia inconsideratè exponunt, & primum quidem dicenda ea, quæ dicere audent, & monstras eorum, quæ ab illis dicuntur, absurditate, verus quoque Scripturæ sensus vestræ caritatis aperiendus est, ne simpliciter & facillè aures præbeatæ blasphema loquentibus, & adversum capita sua loqui audentibus. Dicit enim, quod non de hominibus hoc dictum sit, sed de Angelis: hos enim filios Dei appellavit. Sed verò, primum offendant, ubi Angeli sunt appellati filii Dei? Sed hoc monstrare neuisquam possunt. Homines quidem filii Dei dicti sunt, Angeli autem nequaquam. Nimis fanè rigidum se præbuit sanctus Pater illis, qui decepti à Græca versione errorem non tam excogitarunt, quàm secuti sunt imprudenter. Præterea quàm elumbi argumento usus est Chrysofomus, cùm negat, Angelos uspiam filios Dei vocatos esse. Quòd si linguæ Hebræicæ notitiam mediocrem habuisset, utique intellexisset in libro Jobi non semel Angelos venire nomine בְּנֵי דֵי filiorum Dei. Sed ei tam felici esse non contigit. Proinde sicut vetusti Patres Græca versione decepti Angelos pro filijs Dei substituerunt; sic Chrysofomus ab eadem versione, quæ in libro Jobi בְּנֵי דֵי reddidit*

reddidit ubique ἰγγέλους, in obliquum abreptus non animadvertit, Angelos filios Dei in Sacris vocari.

V. Errorem igitur illum Patrum nec graviter nimis pullandum, utpote ex deceptione ortum; & rationibus certis ac indubiis redarguendum & convincendum esse cenfeo. Idque nunc præstare aditor. Per בני igitur אלהים non intelligi Angelos ex ipso Mose probo. Etenim primò postquam is meminit matrimonii inter filios Dei & filias hominum contracti, statim subjicit הוא בשר ורוח באדם לילום בשנים הוא בשר *Et dixit Deus, non disceptabis spiritus meus cum homine etiam in seculum, eò quòd sit etiam caro, §. 3.* Qui infaustas nuptias contraxerunt, fuerunt ii, cum quibus Deus disceptare amplius noluit. Atqui Deus disceptare noluit, non cum מלאכים Angelis, sed באדם cum homine, qui בשר caro est, cui concessit annos 120 intra quos pœnitentiam ejus exploraret. Cùm recensuisset tum matrimonium filiorum Dei & filiarum hominum, tum petulantiam gigantum, rursum subjicit §. 5, 6. ויהא יהוה כי רבו רעות האדם וכל יצר חשבתו לבו רק *Et vidit Jehova, quòd magna esset malitia hominum in terra, quòdque omnis imaginatio cogitationum cordis eorum tantummodo malum esset omni die. Et pœnituit Jehovam, quòd fecisset hominem in terra & doluit in corde suo.* Constanter ii, qui in visum Deo matrimonium iniverunt, vocantur אדם homines, nuspiani Angeli & homines. Secundò dicit Moses: Cùm vidissem filii Dei filias hominum, quòd pulchræ sint, & acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerunt, §. 2. His verbis notatur delectus mulieris, matrimonium cum ea stabile & sponsio cohabitationis. Hoc enim est, ob exploratam formam eligere sibi uxorem, accipere sibi uxorem. Atque hoc in Angelos nullo modo competere potest. Ut enim cum mulieribus consuescere possint: at eas sibi eligere, eas sibi accipere dici non possunt. Tertiò si filii illi Dei fuerunt Angeli cum filiabus hominum commixti, grande illi nefas commiserunt. At nullius sceleris Angeli à Deo accusantur, nullum apparet indicium indignationis divinitus adversus eos conceptæ, nulla comminatio pœnæ, nullum denique vestigium executionis pœnæ. An hæc illis culpa impunitate transmissa est? Si non, an commemorari non debuit pœna, ubi commemorata est culpa? An omnis iræ divinæ æstus contra solas filias hominum flagravit? Quas tamen utpote imbecilliores & adversum vim Angelorum invalidas dici deberet ne quidem volentes semper & consentientes cum Angelis incesti nefas perpetrâsse. Quartò propter matrimonium filiorum Dei & filiarum hominum totus mundus, paucis exceptis, quos vita innocens destinatæ exemit sententiæ, diluvio absumptus est. At si filii Dei fuerunt Angeli, solæ igitur filiæ hominum peccârunt.



Cur igitur totus mundus exitio destinatus ? Quamobrem etiam filii hominum, hoc est, mares luerunt eam culpam, quam in se non admisserunt, imò quam credibile est illos plerisque ignorasse, & si cognoverunt, impedire contra potentiam machinationem nullo modo potuisse ? Deus qui iustus est, & animam peccantem excindit, non devovisset hic exitio mares, sed tum Angelos, tum sceminas humanas. *Quintò* illi כני אלהים filii Dei cùm viderent filias hominum esse טובות *pulchras* ככל אשר בחרו *quod* ויקי *acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant.* At Angeli non afficiuntur pulchritudine filiarum hominum, nec sibi uxores ex iis adoptant. Idque constat partim ex asseveratione Christi, partim ex naturali ratione.

VI. Christi igitur testimonium quod attinet, extat illud Matth. XXII. 30. quo loco disputat contra Sadducæos. *Ἐν τῇ ἀναστάσει, inquit, ἔτε γαμήσιον ἢ ἐγγαμίζονται, ἀλλ' οἷς ἄγγελοι ἔσθε ἐν ἕσπερῳ ἔιστε.* *In resurrectione neque nubunt, neque nuptum dantur homines, sed sunt instar Angelorum in celo.* Ex quo loco apparet, Angelos nec nubere nec nuptum dari, & in ea re beatos cœlites iis assimilari. Hoc argumentum infirmum videtur Drusio, qui proinde his verbis illud elidere conatur : *Respondeo: Fatemur Angelos non celebrare nuptias in celo, sed hic agitur de Angelis, qui vel è celo decederant, vel certè missi erant ad hæc inferiora, ut humanum genus custodirent.* Scribunt Platonici subtilia dæmonum corpora, cùm ad nos feruntur, crassiora effici. Quod Augustinus approbare videtur. *Ebræi quoque ita de hac re opinantur; Manabem Ricinensis commentario in Genesim, Josua filius Corcha dicit, Angeli sunt ignis flammans: sed ea ipsa hora qua ceciderunt è loco sanctificationis è celo, facta est substantia eorum similis substantiæ hominum, & induerunt corpus terrenum.* Miror sanè viri magni licentiam, aliorum opiniones ἀποκρίτως in subsidium enervandæ Scripturæ arcescentis. Qualis sunt illa de Angelis custodibus & tutelaribus, quæ ex Lactantio mutuatus est: de corporibus dæmonum induratis & crassioribus redditis, quæ sine Scripturarum & rationis suffragio ex turbidis paludibus ac stagnis Platoniorum & Kabalistarum prompta testimonio Christi opponuntur. Et quid hoc est: *Angeli non agunt nuptias in celo, sed hic agitur de Angelis, qui vel è celo decederunt, vel certè è celo missi sunt ad inferiora?* Quasi verò Christus locutus esset de loco, in quo Angeli vel possent, vel non possent nuptias celebrare: & non potius docuerit, talem esse statum & naturam Angelorum, qualis postea futurus erat per gloriam status omnium beatorum. Neque enim illud ἐν ἕσπερῳ referri debet ad nuptiarum negotium, quasi in celo demum non alibi abstinerent à nuptiis; sed epitheton hoc est Angelorum ipsorum, ut ἄγγελοι ἐν ἕσπερῳ *acqui polleant ἀγγέλῳ ἐσπερῶν Angelis cœlesti*

*cælestibus*. Itaque Lucas c.xx. 36. beatos cœlites, qui nec nubent nec nuptum dabuntur, simpliciter, nulla mentione facta loci, vocat *ἰσχυροὶ* *similes Angelis*, non de iis solùm qui in cœlo sunt, accipi debet.

VII. Sed & ratio naturalis dicat, Angelos ad matrimonium & generationem planè esse inhabiles. Vel enim Angeli matrimonium contraxerunt & generantur *ἄυλοι*, *imateriales* & incorporei, vel in corpore proprio, vel in corpore assumpto. At horum modorum nullo. Non *primò*. Quomodo enim spiritalis essentia citra miraculum (miraculum enim excipio ob Christum à Spiritu S. miraculosè genitum) liberis adeòque rei veneræ operam dare potest? Cùm voluptas illa ad tactûs sensum pertineat, tactum autem sapientiores Philosophi Plato, Aristoteles, Empedocles, Galenus retulerint ad terram: sicut auditum attribuerunt aëri, gustatum aquæ, visum igni, juxta illud Empedoclis carmen: *Sentimus terram tellure, liquore liquorem: Aëre aëream substantiam, ignem quoque cernimus igne. Quæ igitur substantia nihil habet terrestris soliditatis, ea neque tactu sentire potest, neque veneres voluptates capere. Taceo quòd corpus non possit generare nisi ex decisa substantia corporis. Atqui quòd incorporeum est, nullo modo corpoream ex se substantiam decisam communicare potest. Denique quòd alio jam loco etiam monuimus, omnis sensus rerum est corruptibilem, maximè tactus, cujus objecta sunt qualitates alterativæ rerum omnium natura constantium, calor & frigus. Quicquid enim tactum habet, vim etiam habet discrettricem frigidi & calidi. Porro quòd calorem sentit calefcet, quòd frigus, frigescet oportet. Neque quicquam calefcere aut frigescere potest, quin corruptibile sit, quia mutatio temperamenti est via ad interitum. Ex quo efficitur, Angelicam naturam utpote alterationi & mutationi tali non obnoxiam voluptatis veneræ minimè capacem esse.*

VIII. Neque etiam Angeli in proprio corpore matrimonium colere & generationi studere potuerunt, quia tanquam substantiæ & actûs puri ac simplices ex materia & corporea mole non sunt concreti. Non ignoro, quid olim Platonici de corporibus Angelorum aëreis rotundis ac subtilibus, quid Thalmudici de eorundem Angelorum corporibus ex sinistra parte massæ productis somniarint. Quorum præsidio Drusius nequicquam argumentum hoc infringere conatus est. Quasi videlicet sufficeret ad enervanda clarissima argumenta, aniles fabulas & febrilia nugamenta obducere eorum, qui digni vix sunt qui nominentur. Nec me fugit, qui hic error impingatur quamvis doctis & sanctis Patribus, Justino Martyri, Tatiano, Tertulliano, Cypriano, Origeni, quos propterea etiam pipulo disse-

differunt Fevardentius in Irenæum adversus hærefes, pag. 290. & Dionysius Petavius Animadvers. ad hæresin LXIV. Epiphani; quorum tamen alii dicta benigniori interpretatione emolliunt. Quin inter ipsos etiam Scholasticos Angelos materiales fecerunt Bonaventura, Richardus, Aureolus. Sed de iis quidquid fiat, Angelos corporales non esse satis constat. Christus eos Luc. xxiv. 39. vocat πνεύματα, *spiritus*, quia σάρκα καὶ οὐκ ἔχει, *carne & sanguinem non habent*. Πνεύματα vocantur ad exclusionem materiæ & quantitatis. Neque obstat, quod etiam ventis ea vox communis est. Nam vox ea non συνονόμως sed ἀναλόγως ventis tribuitur, quia in iis quid simile est substantiæ incorporæ, quòd nec videntur, nec palpantur, vel prehendantur, & motus celerrimos habent. Quòd si tamen cum Platonicis & Hebræis ejusmodi corpora Angelis tribuerentur, qualia habent venti & aër; quomodo etiam Augustinus judicavit, *non esse ea de re aut laborandum operosa inquisitione, aut contentiosa certandum*, de Civitate Dei XXI. 10. quin & Johannes Gerhardus Vossius de Orig. Idololatr. lib. 1. cap. 6. negat, se cum quoquam contentionis funem ducturum, qui Angelis corpora tribuat laxius hac voce accepta; non sequeretur tamen in talibus corporibus Angelos rei veneræ indulgere & generare posse, quia forent inorganica & terrena soliditate destituta. Sed corporeos omnino non esse ratio multiplex etiam arguit. Operationes enim eorum tales sunt, ut à corporea natura proficisci nequeant. Deinde Angeli penetrant dimensiones, & æquè quidem facilè corporum crassissimorum atque tenuium & fluidorum. Atqui corpus nequit à corpore penetrari, neque corpus aliud penetrare, sed potius corpori obstat, & motum ejus retardat. Tum corpore uno per alterum commeante necessum est alterutrum vel utrumque dividatur. At Angeli transeunt per corpora; nec tamen ea ullo modo dividunt. Neque ipsi etiam dividuntur, alioquin futuri corruptibiles. Denique qualia quæso forent illa corpora Angelorum? A quonam moverentur? A se ipsis an ab aliis? Si à se ipsis oportet consent multiplicitate partium organicarum, quod nemo sanus ausit statuere. Si ab aliis, ab iis igitur in motu & actionibus suis dependent, quod imperfectionis magnæ indicium esset. Rectè igitur Philo Judæus libro de confusione linguarum Angelos vocat ψυχῶν ἀσωμάτων ἱερώτατον χορὸν *animarum incorporearum sacratum chorum*. Et incorporeos etiam statuunt Nazianzenus orat. 2. de Theologia; Gregorius Nyssenus de vita Mosis; Chrysostomus orat. 1. de Providentia; Theodoretus in Genesin quæst. 36. Cyrillus in Johanne, lib. II. cap. 10.

IX. Restat ut inquiramus, an Angeli in corpore alieno adeoque assumpto filias illas hominum matrimonio copulare, & generare potuerint?

Hoc

Hoc demum affirmat Valesius; nimirum *diabolis ingressis ad filias hominum ipsas genuisse & ex proprio semine, & ex seminibus hominum, quæ cum petulantè in illa totius carnis corruptione effunderentur, receptabantur à succubis, & in uteros earum, quæ sese illis subdebant, immittebantur ea celeritate, ut genitivus spiritus non dissiparetur, cap. VIII.* Et posse ita Angelos generare, visum etiam Thomæ Aquinati 1. parte quæst. 51. artic. 3. quem plerique Scholastici, fatente etiam & improbante Pererio sequuntur. Exempla etiam eorum, qui ex incubis hoc modo nati sint, passim narrantur. Tale est illud Simonis Magi apud Authorem Recognitionum sub nomine Clementis editarum, lib. 2. Merlini apud Hectorem, Boëthium, lib. 8. Historiæ Scotorum; & puellæ in regione Marrhonia ex dæmone concipientis, apud eundem. Huc referuntur origines Semi-deorum apud Ethnicos; nec non Hunnorum in Pannonia ex Arlunis strigibus & Faunis natorum. Eandem etiam sententiam amplexus est Hieronymus Zanchius, qui hanc suscepit assertionem: *Diabolos assumptis humanis corporibus cum veris mulieribus coire posse, & ex illis liberos suscipere; verùm ratione non naturali, sed tamen vera quamvis nobis incognita.* Inter Jesuitas Delrio eò impietatis processit, ut statueret: *posse dæmones efficere, ut virgo mente & corpore permanens, non tamen sine virili semine concipiat.* Qua assertionem, uti scitè noster Rivetus judicavit, tum monialibus à Monachorum compressu gravidis prætextum innocentix & paratam apologiam, subministravit; tum non parum detraxit miraculo sanctissimæ conceptionis virginis Mariæ sine viri operatione ex Spiritu Sancto. Sed de toto hoc negotio ita equidem statuendum esse judico. Primò incuborum & succuborum historiam non planè negari oportere. *Quoniam, inquit, Augustinus de civ. Dei, lib. xv. cap. 23. creberrima fama est, multisque se expertos, vel ab eis qui experti essent, de quorum fide dubitandum non est, accidisse confirmant, Silvanos & Faunos, quos vulgò incubos vocant, improbos sæpe existisse mulieribus, & earum appetiisse ac peregisse concubitum: & quosdam dæmones, quos Durios Galli nuncupant, banc assiduè immundissimè & tentare & efficere plures talesque asseverant, ut hoc negare impudentiæ videatur, non hic aliquid audeo temerè definire: utrum aliqui spiritus elemento aëreo comparati possint etiam banc pati libidinem, ut quomodo possint, sentientibus feminis miscantur.* Proinde non assentior Reginaldo Scoto, aliisque, qui incuborum & succuborum horrendas tragœdias ad fabulas relegant, aut ad morbum Ephialtem & ad meram phantasiæ illusionem ac deceptionem, quas etiam citavit magnus noster Theologus Gisbertus Voetius de natura & operationibus dæmonum parte posteriori. Secundò si Angelos in assumptis corporibus generare posse confi-

tendum sit, necdum tamen probabile fieri putem, hosce *filios Dei* fuisse Angelos. Nam diversa, nisi fallor, foret ratio incuborum ejusmodi generantium, si qui tales darentur, & filiorum illorum Dei cum filiabus hominum matrimonii connexorum. Etenim incubi generantes cum mulieribus commiscerentur ad seducendum illas, & in æternum perditionis barathrum præcipitandum; non ad exsatiandum flagrantem libidinem. Nulla enim in assumptis corporibus voluptas est nisi fictitia & ementita. At filii illi Dei cum filiabus hominum conjuncti sunt, earum pulchritudine allecti, adeoque ut accensæ cupiditati satisfacerent. Deinde ut daretur, incubos cum hominibus consuescere posse, tamen nullum dari potest exemplum matrimonii & maritalis cohabitationis incubi & fœminæ. At filii illi Dei *sibi acceperunt uxores ex omnibus quas elegerunt*. Quod notat verum delectum, matrimonium stabile, & sponsonem cohabitationis, uti supra etiam observavimus. Tertio hominum ex Angelis generationem, ita quidem ut Angelus possit esse saltem instrumentum generationis hominum applicando naturalia agentia passivis; ut virtutem plasticam ejusque vehiculum semen aliunde adferat, & quàm celerrimo motu locali & per fabricata ad id corpora atque instrumenta transferat atque applicet corpori fœmineo, ita ut inde sequatur conceptio; hanc inquam hominum ex Angelis generationem asserendam nullo modo judico. Esse enim hæc hypothesis, uti prudenter monet Theologus egregius Cloppenburgius, merito suspecta debet tanquam doctrina dæmoniorum, inventa ad vellendam & convellendam fidem conceptionis & nativitatis Christi ex Virgine præter naturæ legem. Deinde quomodo genitalis spiritus qui aëreæ naturæ est in semine prolifico conservari poterit, quod sine aliqua temporis moradiabolus transferre non potest? Quomodo talis generatio conciliari poterit cum philosophematis de generatione hominis, quæ reperire est apud Aristotelem, lib. 11. de generatione animalium, aliósq; tum Physicorum, tum Medicorum *παιδαι*? Præterea nefas est credere, Deum diabolo naturæ legem, quæ constituit, ut ex viro & fœmina nascantur homines, violanti, adeoque humani etiam generis dignitatem fœdè profittuenti concurrere subministrando materiæ illi furtim abactæ coelestem & nobilissimæ naturæ, ac divinæ imaginis spiritum humanum, velle. De experientia, quam allegant qui alia omnia sentiunt, variè responderi potest. Primo fortassis fallacem illam esse, cùm qui ex diabolo geniti feruntur homines, nothi fuerint, qui originis suæ infamiam & matrum turpitudinem tegere voluerunt hoc commento, quali ex dæmonibus geniti essent. Secundo si qui omnino post talem concubitum horrendum geniti sunt,

sunt, vel eorum matres per diabolum ita affectas tanquam si uterum gestarent, & tempore partus aliunde infantem suppositum esse; vel veram hominum productionem factam per generationem univocam juxta naturæ legem, sed dæmoniacorum seu energumenorum non ex dæmonibus in muto & fabricato adeoque non vitali corpore apparentibus, sed ex veris hominibus verum energumenis illis & dæmoniis. Potest enim dæmon suos deditios quod lubet abripere & ad res nefandas cogere, uti experientia abundè testatur. Constat igitur ex argumentis hæctenus allatis clarissimè, per  $\text{בני אלהים}$  *filius Dei* non posse Angelos intelligi. Argumenta, quibus Angelos fuisse alii demonstrare conantur, varia sunt. Sed omissis plerisque, qualia sunt, quæ petuntur inde, quod Angeli in Scripturis vocentur  $\text{בני אלהים}$  *filius Dei*, quod ex filiis illis Dei gigantes geniti, quales non nisi ex Angelis generari potuisse putant; quod gigantes illi vocentur  $\text{בני נופל}$  *cadentes*, quia cælo relicto in terras ceciderunt; quod homines judicaturi sint Angelos, eam, uti sciscunt, ob causam, quia Angeli ante diluvium homines seduxerunt; quod antiqua hæc totius ferè Ecclesiæ fuerit sententia; quæ quidem argumenta exiguam speciem, vim verò nullam habentia tum ex iis, quæ jam diximus dicemusque, tum aliunde facili negotio expediti possunt; unum tamen, quod ex epistola Judæ obducitur speciosum satis, lubet hoc loco subincudem revocare. S. Judas igitur eis qui Dei gratia abutuntur ad lasciviam, & solum herum Deum ac Dominum nostrum Jesum Christum abnegant, ut terrorem iis incutiat imminentis gravissimi supplicii, ante oculos statuit Angelorum prævaricatorum atrocem pœnam, §. 6. Ἀγγέλους τε τὰς μὴ τηρήσαντας τὸ ἐαυτῶν ἀρχὴν, ἀλλὰ ἀπολιπόντας τὸ ἴδιον οἰκητήριον, εἰς κέλευθον μεγάλης ἡμέρας, δεσμῶν αἰδίοις ὑπὸ ζόφου πετήρηκεν. *Angelos autem, qui non custodiverunt suum principatum, sed reliquerunt proprium suum domiciliū ad judicium diei magnæ, æternis vinculis sub caligine servavit.* Hic loqui Judas videtur de illis Dei filiis, qui cælo relicto in terras descenderunt, & illicitas ac incestas voluptates sectati humana matrimonia ambiverunt. Neque verba hæc Judæ commodè referri posse ad primam prævaricationem creationi Angelorum proximè succedaneam, tum quia post primam prævaricationem pulsi sunt cælo, hinc autem sponte sua cælum ἀπολιπόντες deseruerunt; tum quia de Angelis non quocunque modo prævaricatoribus, sed scortatoribus Judam loqui, videtur innuere versus sequens septimus, in quo Apostolus ei prævaricationi, ob quam Angeli ad judicium diei magnæ æternis vinculis sub caligine servantur, tanquam simile producit exemplum Sodomæ & Gomorrhæ. Ὡς, inquit, Σόδομα καὶ Γόμορρα, καὶ αἱ περὶ αὐτὰς πόλεις τὸν ὄμιον

τύποις τῶν ἐκπενήσασαι, καὶ ἀπελθῶσιν ὡς περὶ ἐπέρας, ὡς κενταὶ δῆγμα, πρὸς αἰωνίαν δίκην παύσασαι. Sicut Sodoma & Gomorrah & civitates quæ circum has fuerunt, scortatæ sunt simili modo atque illi, & profectæ post carnem alienam, propositæ sunt exemplum, ignis æterni pœnam sustinentes. Hic Sodomam, Gomorrah & circumjacentes civitates scortatas esse & post alienam carnem ivisse ὁμοίον τύποις τῶν, eodem modo quo & illi, nempe Angeli, quorum proximè mentio facta est, dicuntur. Quod si igitur comparatio apta & iusta est, sequetur sanè, etiam Angelos scortatos esse & post alienam carnem ivisse. Id autem quando factum putabimus, si non eo tempore quo illi filii Dei videntes, quod filiarum hominum pulchræ sint, acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant. Quid est ἀπέχεσθαι ἐπίσω περὶ ἐπέρας, si hoc non est? Hoc argumentum non nihil coloris & verisimilitudinis habet. Neque tamen dictum semel placitum muto. Nec probo Scaligerum, Ludovicum Capellum, Heinsium, alios, qui hæc de Angelis scortatoribus desumpta putant ex libro illo apocrypho Enochii, cujus fragmentum produxit Scaliger, à nobis supra dissectatum. Quasi verò Apostolus is necessum habuerit ad figmenta illa & mendacia Kabbalistica provocare, qui præsidio veritatis instructus abundè habuit verorum exemplorum. Igitur non dubito, quin Judas 7. 6. descripserit primæ-vum Angelorum lapsum, antiquiorem lapsu ipsius hominis. Petrus sanè idem exemplum recitans simpliciter vocat ἀμαρτίαν peccatum, 2 Petr. II. 4. Judas iis duo dat crimini. Primum, quod non servârint ἀρχὴν originem vel principatum suum; hoc est, originariam conditionem suam verè principalem, non quæ substantiæ spirituales sunt, sed quæ substantiæ fuerunt creatæ qualitate præstantissima, justitia, sanctitate veritatis, potentia naturali, officio & actionibus amplissimis: quarum respectu Angeli Dei, boni, sancti, veri, stantes in conspectu Dei, &c. Hanc originem Angelorum Christus vocat ἀλήθειαν veritatem in qua non stetit diabolus, Joh. VIII. 44. Æquipollentes igitur phrasæ sunt, non retinere originem, & in veritate non stare. Christus autem dicens, diabolum non stetisse in veritate, primam ejus circumscribit prævaricationem, quippe ἀνθρωποκτόνι ἀπ' ἀρχῆς homicidæ à principio. Eandem igitur simili phrasæ circumscribit etiam Judas. Alterum, quod Angelis objectat Judas, est, quod domicilium suum dereliquerint; quod referendum est ad accidentia quæ extra sunt τὸ πᾶν καὶ τὸ ἔχειν, habitationem locorum supra cœlestium & gloriæ ipsius attributæ: sicut originem retulimus ad accidentia interna. Hæc omnia de primo lapsu vera utique sunt, quippe quo & pulcherrimas rectitudinis & sanctitatis dotes Angeli amiserunt, & statu suo beatissimo exciderunt. Neque

que verò primum lapsum non intelligi arguit phrasis *ἀπολιπόντες τὸ ἴδιον οἰκητήριον*, *relinquentes proprium domicilium*, quod de ultronea & spontanea relictione intelligi debere contendunt, cùm Angeli primò lapsi cœlo pulsi sint, non cesserint ultro. Etenim etiam illorum qui primò pulsi sunt, relictio fuit spontanea, sed consequenter; quomodo qui vult antecedens, censerit etiam debet velle consequens necessariò & naturaliter connexum. Angeli autem voluerunt antecedens, non servare nempe suam originem, in veritate non persistere. Voluerunt igitur etiam, quod necessariò conjunctum sequi debuit. Sic de Caino dicit Moses, Genes. 1v. 16. *Egressus est itaque Cain à facie Jehovæ*. Quamvis constet à Deo eum pulsum in exilium. Ac Adamus dici potest Paradisum reliquisse, quem tamen expulit Deus. Neque validior est ratio altera petita à simili exemplo Pentapolitanorum scortantium & post carnem alienam euntium, cum quo juxta verba *ὁμοιον τύποις ἔσονται* comparant Angelos, quorum mentio proximè facta est. Beza quidem existimavit, *τύποις* esse pro *παύτοις*, & referri ad Sodomam & Gomorrhā, ut sensus sit, urbes quæ erant circa Sodomam & Gomorrhā, quas *ἐπιπλῖα* dicerent Græci, fornicatas fuisse eodem modo quo Sodomæi & Gomorrhæi. Verùm obstat mutatio generis, quæ nulla ratione planè necessaria fuit, si ad Sodomam & Gomorrhā hoc retuleris; imò planè violenta fuerit. Igitur *τύποις* referri potest vel ad impios illos homines, qui Dei gratia abusi sunt ad lasciviam, & solum herum Deum ac Dominum Jesum Christum abnegarunt, quomodo *ψ. 14. τύποις* ad eosdem remotiùs adhuc positos refertur: ved ad proximos Israëlitas & Angelos. Neque inde sequetur, eos, cum quibus ita comparantur Sodomæi & Gomorrhæi, eodem modo fornicatos esse & post carnem alienam ivisse. Sufficit generica comparatio tum scelerum tum suppliciorum, ut Judas dicere voluerit: sicut Israëlita idololatræ & increduli perditii sunt: & Angeli deficientes servati æternis pœnis: ita καὶ ὁμοιον τύποις ἔσονται simili modo quo illi etiam Sodomæi & Gomorrhæi fornicantes æterni ignis pœnam lustinent; etiam impii illi, qui gratia Dei abuntur ad lasciviam, certissimam pœnam non evitabunt. Tametsi etiam specifica comparatio Israëlitarum & Angelorum cum Sodomæis & Gomorrhæis fornicantibus in censum venire potest, mediante metaphora in verbo *ἐκπορεύεσθαι*, quod modo de corporali scortatione modo de spirituali, quæ & defectio à Deo & cultu ejus, usurpatur.

X I. Atque sic eorum sententiæ, quæ per *בני אלהים* *filios Dei* intellexerunt Angelos, nervos quod ajunt, & poplites succidimus. Sequuntur, qui *בני אלהים* *filios Dei* interpretantur filios potentum, magnatum, judi-





*eas sibi in uxores.* Erat igitur matrimonium voluntarium *filiorum Dei & filiarum hominum* mutuo consensu contractum. Quòd si igitur *filii Dei* fuerunt filii potentum & Judicum, *filiae Dei* foeminae plebejæ, quod quæso scelus est, cujus se alligaverint potentes & iudices, nubentes foeminis plebejis? An igitur matrimonium inter impares ejusmodi peccatum est, ut inter causas fonticas diluvii numerari debuerit?

XII. Neque obstant sanè argumenta, quibus hæc sententia fulcitur. *Hic sensus*, inquit Vorstius, *non est alienus à stylo Scripturæ, quando potentes & iudices vocantur Dii, Psal. LXXXII. 6.* Potentes simpliciter in Scriptura nupiam vocantur Dii. Iudices quidem Dii vocantur passim, ob demandatam sibi per vocationem & verbum Dei potestatem tanquam Dei in his terris vicem gerentibus. Neque tamen inde sequitur, filios Dei esse filios judicum, quia cum sensum respuit subiecta materia, uti jam ostendimus. Sic quoque, pergit, *vox Dei velut ἐπιταλιχῆν intensionem notat & quicquid magnum est ac eximium.* Sed si magnum quid & eximium notat, an propterea hoc loco notat potentes iudices? etiam refragante ipso argumento, quod ibi tractatur? Deinde si in *בני אלהים* vox *אלהים* est ἐπιταλιχῆν, cur igitur ei *γενναῖος* opponuntur *בנות אדם* *filiae hominum*? Denique si quando vox *אלהים* ponitur ἐπιταλιχῆν, semper intendit ipsum subiectum cui attribuitur. Sic *cedrus Dei*, Psal. LXXX. 11. est cedrus altissima; *monte Dei*, Jon. III. 2. civitas amplissima. Si igitur etiam hoc loco vox illa eodem sensu posita est, significabit filios maximos, potentissimos; non filios potentum, iudicum. Per *filias hominum*, verba Vorstii, *significantur mulieres ex plebejis hominibus ortæ, nulla potentia & dignitate præditæ. Nec hoc insolens est sacris scriptoribus, ut voce hominis innuant contemptum; vilem atque imbecillem.* Vide Jud. XVI. 7. Psal. XLIX. 3. Mich. V. 5. At, inquam ego, nullum est argumentum, quod petitur à notatione vocis homonymæ. Alibi *בני אדם* notantur *הפחתים בני עיר* *qui vili & nullo loco sunt*, uti Kimchius, *οἱ πωχῆτες, χαῖταις*, uti LXX. Non tamen hic tales notantur, nisi certo id argumento constet. Accedit, quòd Scripturæ mos est, cùm abjectos comparat cum magnis & similibus, illos vocare *בני אדם* hos non *בני אלהים* sed *בני איש* *filios viri*. Sic David Psal. XLIX. 4. *גם בני אדם גם בני* *Tum filii hominis, tum filii viri, simul divites, simul pauper.*

XIII. Relinquitur igitur, ut præpolleat eorum sententia, quibus *בני אלהים* *filii Dei* significant homines qui ad Deum ex fœdere, & ad Ecclesiam Dei ex professione pertinent; quales fuere Sethitæ; *בנות אדם* *filiae hominum* uxores ex mundo mundanas, quales erant filiae Cainitarum. Quæ sententia

sententia est Hebræorum doctissimi Maimonidis, Authoris Cofri, Suidæ, & vetulti cujusdam Scriptoris apud eundem, quorum suffragia jam allegavimus Exercitatione IV. thesi 4. quæ heic repetere nihil attinet. His consentientem habeo Augustinum de Civitate Dei, lib. xv. 23. ubi sic inquit : *Igitur secundum Scripturas canonicas Hebræas atque Christianas multos Gigantes ante diluvium fuisse dubium non est, & hos fuisse civis terrigenæ societatis hominum, Dei autem filios, qui secundum carnem de Seth propagati sunt, in banc societatem desertâ justitiâ declinasse.* Possent produci ὁμοίως Chrysothomus homil. 22. in Genesin ; Theodoretus quæst. 47. in Genesin ; Cyrillus lib. 9. contra Julianum ; Cassianus collat. 8. cap. 21. Tantum hic ut de Orientalium etiam consensu constat, lubet adscribere totam historiam, prout à Patricide Alexandrino Patriarcha fabulosis quidem nonnullis commentis, quæ non probamus collutata narratur. Ejus verba sunt ex Arabico Latine facta : *Quod ad posteros autem Caini homicide, adhiniebant viri mulieribus instar equorum eodemque modo absque pudore viris fœminæ, scortantes, aliique cum aliis turpia patrans, palimque congregientes, eadem cum fœmina viris duobus aut tribus rem habentibus, erantque vetulæ juvenibus salaciores ; patres cum filiabus, juvenes cum matribus suis venere promiscua utebantur, adeo ut nec liberi patres suos, nec patres liberos dignoscere, omnibus interim instrumentis musicis utebantur, adeo ut clamoris & lusum ipsorum sonus ad fastigium montis sancti ascenderet ; quem cum audivissent Sethi posteri, convenerunt ex ipsis centum viri ut è monte ad posteros Caini maledicti descenderent, quas juramento per sanguinem Abelis obstrinxerat Jared, ne de monte sancto descenderent ; ipsi tamen dictum ejus nihil morati, descenderunt : cumque descendissent filias Caini maledicti specie pulchras & sine pudore nudas conspicientes, cupidine exarserunt : eos similiter conspicientes Caini filia, viros specie pulchra statura gigantea, ipsos ferarum instar insilientes corpora eorum inquindrunt, atque ita cum filiabus Caini scortando perierunt filii Sethi. Pepererunt autem filia Caini maledicti, filiis Sethi Gigantes. In lege siquidem ait, filios Dei (Beni Elohim appellatos) cum conspexissent filias Caini pulchras, ad ipsas descendisse, atque ex ipsis prognatos Gigantes. Qui autem errant, neque sciunt quid dicant, ajunt Angelos descendisse ad filias hominum, cum (intelligendi) sint filii Sethi qui à monte sancto ad filias Caini maledicti descenderunt. Sethiada enim ob sanctitatem suam, & quod montem sanctum incolerent, appellati sunt Beni Elohim, id est, filii Dei. Errant ergo, qui dicunt Angelos descendisse ad filias hominum, cum substantia Angelorum substantia simplex sit, nec competat naturæ ipsorum veneris usus. Homo autem substantiæ compositæ sit, cuius naturæ ejus usus competat, pariterque omnia animantia. Quod si Angeli*

(cum

(cum mulieribus) congregarentur, nullam usquam è filiabus hominum virginem, incorruptam reliquissent. Cum autem vellent filii Sethi, qui è monte ad filias Caini maledicti descenderant, in montem sanctum ascendere, facti sunt lapides montis ignis, ita ut nullo modo pateret ipsis in montem reditus. Deinde cæperunt alii post alios de monte sancto descendere ad Caini maledicti filias. Cum ergo jam appropinquaret Jaredi mors, convocatis filio suo Enocho, Enochi Matushalecho, Matushalechi Lamecho, & Lamechi Noacho, dixit, Cavete ne descendat vestrum quis de monte hoc sancto. Filii enim vestri lapsi sunt & perierunt. Novi autem Deum potentem & gloriosum non relicturum vos in hoc monte sancto. Quisquis ergo vestrum ex hoc loco discesserit, tollat secum corpus Adami, unâ cum oblationibus istis, ipsûmque condat ubicunque dixerit ipsi Dominus. Sed quid hominum auctoritate pugnem, cum demonstratio aperta ab ipso Mose peti possit. Is enim Genes. iv. 26. narrat, Setho natum esse filium Enochum, & tum coeptum esse לְקַרְבָּן בְּשֵׁם יְהוָה *vocari nomine Jehovæ*. Quod quid aliud est, quàm quosdam, meliorem nempe hominum viventium partem se à Jehova vocasse *seclatores Dei, professos Jehovam, filios Dei?* Quem quidem locum prolixius & accuratius expendimus Exercit. iv. thesi 23 & 29. Neque quæ ibi diximus, hunc denuo in locum revocanda putamus.

XIV. Hanc tamen interpretationem impugnat eruditus adnotator in Pirke Eliezer. Contortum nonnihil, inquit, in se continet hic sensus, & nimis angustè per filias hominum designari puto tantum mulieres ex profapia Caini descendentes. Quis enim judicabit voce hominum Caini posteros intelligendos esse. Contortus non est sensus, quem verba Mosis eo modo quo fecimus, comparata ultro fundunt. Cum filii Dei sint illi, quos de nomine Jehovæ appellatos esse Moses ipse testatus fuerat, adeoque qui Dei ex foedere gratiæ amici, & nomen ejus professi: quid aliud possunt esse filii Dei oppositi אֲרָם *homines* quàm פְּסָלִים, עֲמִזָּוִים, profani, abalienati à foedere Dei, peregrini à testamento promissionis, spem non habentes, & sine Deo in mundo? Jam tales, puto, non fuerunt Sethitæ, quorum plerique qui quidem memorantur fidei & pietatis testimonium habent. Fuerint igitur Cainitæ, genus hominum improborum, quod nec constitit in fide & pietate erga Deum, nec patrii institutis diu inhæsit. *Agnosco quidem, sic instat ille, verè fideles ac probos vocari posse filios Dei; at quis tum sensus evaderet? Posteriores Sethi Deum verum colentes matrimonia contraherant cum mulieribus ex Caini stirpe propagatis. Quid verè sceleris tali connubio committebatur? Nul- lum tunc extabat jussum divinum, ut quilibet in sua tribu & familia uxorem duceret, vel ne quid commercii haberet cum alienigena; certè primo isti sæculo indulge-*

Sethitas non poterat fugere, impiorum societatem & consuetudinem conjugalem esse exitiabilem. Dei præceptum sub lege ejusmodi datum est, Deut. vii. 3. *Non sociaberis cum eis* (quos nominaverat §. 1.) *conjugio: Filiam tuam non dabis filio ejus, & filiam ejus non accipies filio tuo* וְיִיבֶן יְהוָה כִּי *quoniam avocabis filium tuum, ne eat post me, & colat Deos alienos: propterea irascentur furor Jehovæ in vos & disperdet te cito.* Quæ lex non fluxit sanè ex placito singulari, sed ex naturali & universali jure. Demonstrat id ratio addita legi, periculum nimirum seductionis. Dicitur enim lex, ad quam nati non inlittuti sumus, ut periculum seductionis ad idololatriam non subeat ab iis, qui solum Deum colere proposuerunt. Qui enim hoc facit, tentat Deum. Cognoverat hoc satis Bileamus, qui Israëlitis non alia re nocere potuit, quam Moabitibus consilium dando, ut cum Israëlitis confuescerent. Hinc autem quid secutum fuerit, habemus Num. xxv. 1, 2. *Cæpit populus fornicari cum filiabus Moab. Et vocaverunt populum ad sacrificia Deorum suorum: comedit populus, & adoraverunt Deos eorum.* Confer Apoc. ii. 14. Idem periculum in Israëlitis cum alienigenis commixtis notavit David, Psal. cvi. 35, 36. *Permisti sunt gentibus, & didicerunt opera eorum. Et coluerunt imagines eorum* וְיִשְׂרָאֵל כִּי יָדְעוּ אֲשֶׁר עָשׂוּ וְיִשְׂרָאֵל כִּי יָדְעוּ אֲשֶׁר עָשׂוּ & fuerunt ipsi in laqueum. Hinc Esdras c. ix. 1. ejusmodi conjugia vocat רַב־עֲרִיבָה *abominations.* Quæ etiam causa est, quod ante legem Abrahamus studiosissimè cavere voluerit, ne Isaac uxorem Cananæam duceret. Et post eum eadem cura habuit Jacobum. Quin etiam sub N. T. post abrogationem νόμος ἐστὶν δόγματος *legis in placitis* Paulus præcepit, 2 Cor. vi. 14. *Μὴ γίνεσθε ἐπιρροχῶντες ἀπίστοις.* τίς ἔδ ματρηὶ δικαιοσύνης καὶ ἀνομίᾳ; τίς ἔδ κοινωρία φωνῆ πῶς οὐκ ἔδ; *Ne idem cum infidelibus jugum trahite. Quæ enim communio est justitiæ cum iniquitate?* Quæ omnia satis arguunt, atrox fuisse Sethitarum peccatum, se cum Cainitarum pessimorum filiabus matrimonio inligantium, cum ignorare non possent, & conscientia satis ipsis suggereret, quæ ilias malorum inde secutura esset. Quamvis igitur nullum expressum Dei mandatum de conjugii cum Cainitis non sociandis extet, tamen natura duce ea sibi omnibus modis averfanda esse consciverant. Et quis scit, annon Deus per Adamum tale iis mandatum insinaverit? Neque enim omnes Dei apparitiones & mandata Patriarchis data à Mose scripta sunt, cum id ad scopum ejus non pertinuerit.

XVI. Cùm genitores τῶν Nephilim jam satis prodiderimus, proximum est, ut de ipsis Nephilim inauspicata illorum sobole, agamus. Vocem נֶפִילִים quod attinet, à radice נָפַל *cecidit; ruit, defecit* eam descendere consensus est omnium. Nominis adjectivi non participii rationem habere

puncta fati demonstrant. Occurrit tamen passim participium נפילים quod de lapsis defectoribus usurpatur. Confer Jerem. xxxvii. 13. & xxxviii. 12. 2 Reg. xxv. 11. Est & alibi obvia vox נפילים *Nephilim*, nominatim Num. xiiii. 34. ubi exploratores terræ Canaan plerique seductores populi hominum Cananzorum proceritatem his verbis ementunt: וראו את אנשי נפלים בני ענק מן הנפלים ותי בנינו כחנבים וכן הינו בנינו: *Ibi vidimus Hanephilim filios Anak de genere Nephilim: Et eramus in oculis nostris sicut locustæ: & sic eramus in oculis eorum.* Porro variè illam vocem reddidère interpretes. Græci transtulère Γίγαντες, *Gigantes*. Eodem modo Vulgatus. Chaldæus נכריים *fortes, robustos*. Quomodo etiam Syrus נכריים *strenuos, heroës*. Arabs habet نكارييم. Jam נכריים *præpotentem & validum* vertit Iba Marfeph, & Gieuharis *absolutè dominum imperii, αυτοκρατορεια*. Symmachus reddidit βίαιος *violentos*. Aquila Ponticus ἐπιπληθους *irruentes*. Lutherus *Tyrannos*. Hisce præmissis inquirendum erit, quinam qualève Nephilim illi fuerint. Reperio autem tres potissimum sententias. Alii enim de natura, alii de quantitate, de qualitate alii explicant.

XV II. De natura explicat spurcissimus ille liber, quem Enocho malè consulti quidam olim tribuerunt. Is enim habet, Nephilim quidem primò Γίγαντες σκολιῆς, μιαιῶς δυσφημαχίοντες postea factos dæmones. Verba sunt: Καὶ νῦν οἱ γίγαντες ῥηθέντες ἀπὸ πνέματων καὶ σαρκός, πορῆματῶ πνευμάτων ἐπὶ τῆ γῆς καλέσασαι αὐτοῖς: Ὅτι ἡ κατωκίησις αὐτῶν ἐστὶ ἐπὶ τῆ γῆς. Πνέματῶ πνευμάτων ἐσονται τὰ ἐξεληλυθῆτα ἀπὸ τῶ σωματῶ τῶ σαρκός αὐτῶν, διότι ἀπὸ τῶ ἀνθρώπων ἐγένοντο καὶ ἐκ τῶ ἐρηγέρων. *Et nunc gigantes nati è spiritibus & carne, spiritus malus supra terram vocabunt ipsos, quoniam habitatio eorum est super terra. Spiritus mali erunt, spiritus egressi è corpore carnis eorum, propterea quod ex hominibus orti sunt & Egregorîs.* Non multùm discors Paulus Burgensis Episcopus super vi. caput Genesew, Nephilim hos fecit dæmones sub humana specie, adeoque incarnatos. Argumentatur autem ex etymo vocis נפילים quod est à נפל *cecidit*, uti diximus. Notari igitur dæmones, qui è cœlo ceciderunt, juxta illud Esaiæ c. xiv. 12. הלא נפלתי מן השמים ונכרתי לך *Quomodo cecidisti è cælo Lucifer; & Luc. x. 18. Vidi Satbanam tanquam fulgur è cælo cadentem.* Sed tum sententia inepta est, tum ipsa probatio vana. Quomodo enim ex hominibus, quales fuisse Serbitas & Cainitas ostendimus, dæmones nasci potuerunt? Et si ponamus maximè filios Dei fuisse Angelos, non sequetur Nephilim ex iis creatos fuisse dæmones, quia jam ante memoratam illam commixtionem in terris grassati sunt Nephilim. Præterea propter Nephilim illozum דמיון *violentiam* incescit diluuium. At si Nephil-

Nephilim dæmones fuerunt, cur ob violentiam eorum puniti homines? Dæmones sanè ex cælo ceciderunt. Et hæctenus recidit ⲓⲛⲉⲛ cadentes, apostataz dicerentur. Neque tamen propterea quicunque vel cadunt, deficiunt, vel in alios irruunt, dæmones incarnati sint necessum est: cùm de hominibus idem dici possit, uti mox videbimus.

XVIII. Qui ex quantitate dictos esse Nephilim arbitrantur, Nephilim nobis faciunt homines grandioris staturæ, & ut cum Augustino loquar *staturosos*, gigantes. Itaque Græci interpretes vocem Γίγαντες uti diximus, reddidère *Γίγαντες*, *Gigantes*. Atque eodem sensu intellexit Baruchus, cap. III. 26. Ἐκεῖ ἐβλήθησαν οἱ γίγαντες οἱ ἰνομασσοὶ οἱ ἀπ' ἀρχῆς ῥυθιμῶσι ἐν μεγάροις, ἐπιστάμωσι πόλεμον. *Ibi erant gigantes homines jam inde ab initio nobiles, ingenti corporis magnitudine præditi, reique bellicæ scientissimi.* Gigantes illos vocat etiam Siracides & author Machabæorum. De iisdem etiam Chrysofostomus interpretatur in c. VI. Genesew. Γίγαντες, inquit, ἐκάλεισεν τὰς ἥρωας τὰς ἐυμήκεις. Τύτους δὲ ἐποίησεν ὁ θεὸς υἱὸς ἔσθ' ὑψηλῶς. Τὸς ἧ ἔκ' καὶ ἐν ταπεινῶς καὶ ἐν τελευτῆς, ἵνα καὶ ἰδοὺ τὸ ὄψους φαίγηται ἡ ἀλκοφορέα. *Gigantes vocavit Heroas prælongos. Tales enim fecit Deus filios Sethi excelsos. Filios autem Caini humiles & tenui corpore, ut aspectu ipso appareret differentia.* Ubi mirum est, quod Sethitas faciat præcellsos corpore, quod & post ipsum fecisse Patricidem observo, cùm tamen ante commixtionem illam gigantes fuerint, non ex Sethitis, ut opinior, oriundi. Et corporea moles ferè ubique Διγουρηκῶς notatur ut maledictionis initium. Theodoretus quæst. 48. in Genesin vocat πυμμεγέθους ἀνθρώπους *prægrandes homines.* Cyrillus; lib. 3. in Genesin, Nephilim etiam gigantes fecit, quibus corporum deformitas & magnitudo data sit in pœnam effrenatæ libidinis parentum. Giganteam etiam τῶν Nephilim magnitudinem credidit Augustinus, cujus verba extant, lib. xv. de Civ. Dei, cap. 4. *Ita quippe, inquit, non credunt etiam magnitudines corporum longè ampliores tunc fuisse quam nunc sunt. Unde & nobilissimus eorum poëta Vergilius, de ingenti lapide, quem in agrorum limite infixum, vir fortissimus illorum temporum pugnans, & rapuit, & eucurrit, & intorsit, & immisit: Vix illud, inquit, lecti bis sex ceruice subirent, Qualia nunc hominum producit corpora tellus. Significans majora tunc corpora producere solere tellurem. Quanto magis igitur temporibus recentioribus mundi, ante illud mobile diffamatumque deluuium. Sed de corporum magnitudine plerumque incredulos nudata per vetustatem, sive per vim fluminum, variisque casus sepulchra convincunt: ubi apparuerunt, vel unde ceciderunt incredibilis magnitudinis ossa mortuorum. Vidi ipse non solus, sed aliquot mecum in Uticensi litore molanæ hominis dentem tam ingentem, ut si in nostrorum dentium modulos minuta-*

tim concideretur, centum nobis videretur facere potuisse. Sed illum giganteis alij  
 cuius fuisse crediderim. Nam præter quod erant omnium multo majora, quàm  
 nostra tunc corpora gigantes longè cæteris anteibant. Sicut alij deinde nostris  
 que temporibus vari quidem, sed nunquam ferè defuerunt, qui modum aliorum  
 plurimum excederent. Plinius Secundus doctissimus homo, quàmò magis magis-  
 que præterit seculi excursus, minora corpora naturam ferè testatur. Quod etiam  
 Homerum commemorat sæpe carmine fuisse conquestum: non hæc velut poetica  
 fragmenta deridens, sed in historicam fidem tanquam miraculorum naturalium  
 scriptor assumens. Verùm, ut dixi, antiquorum magnitudines corporum inventa  
 plerunque ossa, quoniam diuturna sunt, etiam multo majora posterioribus seculis  
 produunt. In Græcis fragmentis *αὐτὸν δὲ ἰσχυρὸν* Eulebii, quæ edidit Scali-  
 ger, referuntur ab Abydeno & Apollodoro, qui Berosum laudat authorem,  
 decem Chaldæorum Reges ante diluuium, quos omnes gigantes fuisse ait  
 Chronicon Alexandrinum. Confer etiam Cassianum, collat. VIII. 21.  
 Ambrosium de arca Noë, cap. 4. Inter Hebræos etiam plerique molem  
 hic giganteam intelligunt. R. Solomon Jarchi *ערל שם שנבא ורפילי אור*  
*העולם ובלשון עברית לישן ענקים* Nephilim dicti, quia ceciderunt & cadere fecerunt  
 mundum. Et vox ea in lingua Hebræa significationem gigantum habet.  
 Abenezra *וּנְפִילִים שֵׁם לְכָל הַרְוָה אֲחֵם שִׁתְּוָה מִגְדָּרָה כֹּחֵם* Nephilim di-  
 cti, quod concideret cor videntis eos, admirantis altitudinem staturæ eorum.  
 Berosus Annianus audacissimus nugator in exordio historię suæ statuit,  
 Henochem urbem fuisse gigantum illorum sedem. Prægrandem staturam  
 hæc Nephilim propugnant inter recentiores imprimis Cassianus in pec-  
 culari libro de gigantibus & eorum reliquiis contra Goropii Becani gigan-  
 tomachiam: & Hieronymus Magius, lib. 1. Miscellaneorum, cap. 14. 19.  
 Ab hæc sententia diversi abeunt alij, qui Nephilim à cæteris hominibus  
 distinctos fuisse putant non proceritate corporis, sed sola qualitate, puta  
 tyrannide, truculentia, violentia, promiscuis libidinibus, contumeliis po-  
 pulo illatis, aliisque sceleribus. Inter hos Temporarius fortiter negat,  
 fuisse homines ante diluuium procerioris staturæ quàm nunc sint. Gigan-  
 tes quidem Nephilim fuisse concedit. Cæterùm negat vocem gigantis re-  
 ferri oportere ad quantitatem, ut staturam grandioreni notet. Quin eam  
 ex Scythica lingua contendit derivatam esse à *Wys gebandt*, adeoque signi-  
 ficare eum qui longas & extensas manus habet. Itaque gigantes non alios  
 esse, quàm qui omnia manibus violentis latèque extensis agere conten-  
 dunt, & omni ratione justitiæque posthabita spreto nomine, cælo ipsi ma-  
 num injiciunt. Unde etiam natum proverbium putat *עוֹ חֶסֶדָּם נִבְמָה*.  
 Quicunque igitur manuum lege populorum gubernationem invadunt,

non



non ex ratione & æquabili jure, eos gigantes dictos putat, γιγαντες, è terra genitos, quia terris toti inhiant, neque quidquam coeleste habent. Scripsit & Goropius Becanus Gigantomachiam, in qua negat ullos dari gigantes, seu proceritate corporis communem staturam parasangis multis antecœuantes. Jam olim etiam Philo Judæus à Nephilim removens proceritatem corporum eos fecit ἀνθρώπους τῆ γῆς homines terræ, distinctos nempe ab hominibus cæli & Dei. Verba ejus sunt lib. de gigantibus. Ἰσως περ τὰ ᾠδῶν τοῖς ποιηταῖς μεμυθημένα περὶ τῶν γεγονότων οἰεται τὸ νομοθέτην ἀνιψθεῖν, πλεῖστον ὅσον διεσηκῶσθαι μυσθωλαστῆν, καὶ τοῖς τῆ ἀληθείας ἔχουσιν αὐτῆς ἐπιβλαῖνειν ἀξιοῦντα. Παρ' ὃ καὶ τὰς δοκίμας καὶ γλαφυροῦς τίχνας ζωγραφίαι καὶ ἀνδραλωπιίαι ἐκ τῆ καθ' αὐτὸν πολιτείας ἐξήλασεν, ὅτι τὴν δ' ἀληθῆς ψυδοδύμους φύσιν, ἀπάτας καὶ σοφίματα δι' ὀφθαλμῶν ψυχῆς ἐκωδύρωται τεχνιδύοσι. Μῦθον μὲν ἐν ἑδέαι περὶ γιγάντων εἰσηγείτω τὸ ᾠδῶσαν βέλῃται ἢ ἐκεῖνο σοφιστῆσαι, ὅτι οἱ μὲν γῆς, εἰ ἢ ἔργον, εἰ ἢ θεῶν γέγοναι ἀνθρώποι. γῆς μὲν εἰ τήροπκῆ τ' αἰμαίῳ ἡδονῶν, ἀπλάσων τε καὶ χερσὶν ἐπιτηδῶντες αὐτῶν, καὶ περὶ τῶν συνεινόντων εἰς ἐκείνην ἔργον ἢ, ὅσοι τεχνίται καὶ ἐπισήμονες καὶ φιλομαθεῖς. Τὸ δ' ἔργον τῶν ἐν ἡμῶν, ὁ νῦς νῦς ἢ καὶ τῶν καθ' ἑαυτὸν ἐκείνων, τὰ ἐγκύκλια καὶ τὰς ἀλλὰς ἀπαξιατικὰς ἐπιτηδῶν τίχνας ᾠδῶσαν καὶ ἀνθρώπων, ἐπὶ τῆ γυμναζῶν καὶ συζητῶν ἐν τοῖς νοητοῖς αὐτῶν. θεῶν ἢ ἀνθρώποι ἱερεῖς καὶ σοφῆται, εἰ πῖτες σὰκ ἐξίωσαν πολιτείας τῶν ᾠδῶν τῶν κέσματι τυχεῖν, καὶ κρομοπελίται γνέσθαι. τὸ ἢ αἰδοῦν πᾶν ὑπερκύψαντες, εἰς τὸν νοητὸν κέσματι μετάνευσαν, κακεῖ ὤκησαν, ἐγχαφίντες ἀφθέρτων ἀζυματικῶν ἰδεῶν πολιτεία. *Aliquis forte putat quæ Poëtæ de gigantibus fabulantur hic legislatorem subindicare, cum hæc immensum distent à fabulis, & ipsis veritatis inhæreant vestigiis. Ideo laudatas elegantisque artes picluram atque statuariam è sua republica rejecit, quod veritatem mendacis vitijnt, illudentes per oculos animabus facilibus & credulis. Nullam igitur de gigantibus affert fabulam: Sed illud te docere vult alios esse terræ, alios cæli, alios Dei homines. Terræ quidem eos qui venantur voluptates corporis & barum usum fructum, quærendo undecunque singularum materiam. Cæli autem eos qui tenent artes ac scientias, aut eas seclantur. Quod enim nostri cæleste est, mens est: quæ & motus cæli considerat, & in reliquis exercet se artibus liberalibus, acumen intelligendis hujusmodi rebus sibi comparans. Dei verò homines sacerdotes & prophætæ sunt, quorum major est dignitas, quàm ut se misceant humanæ republicæ, & mundi civēs sint: Sed sublimiores omnibus rebus sensibilibus, migrarunt in mundum intelligibilem, ibi sortiti domicilium, ascripti republicæ idearum incorporatearum & incorruptibilium. Sed & Josephum ad solam hic qualitatem respexisse multis videtur. Is lib. 1. 4. de Nephilim sic scribit: Πολλοὶ δὲ ἄγγελοι θεῶν συναιεῖ συμμιγνέτες ὑβρασῶς ἐγέννησαν παῖδας, καὶ πάντες ὑπερόπιας*

Ἐπεροπίας καλῶς λέγει τῆ δυνάμει πεπιθῆσιν. Ὁμοια τοῖς ἑσθ' ἰσχυρῶν τετρα-  
 μαχῶν λεγεμῶσις ὑφ' ἐλλήνων, καὶ ὅτι δ' ἐξίσκι ἀρῶσίδονται. *Angeli Dei mu-*  
*licribus commixti filios genuerunt insolentes, contumeliosos, ob fiduciam roboris*  
*omne fas & æquum despicientes. Similia iis, quæ à gigantibus patrat a commemo-*  
*rant Græci, & his fecisse memorantur. Ac insolentiam, otium & violentiam*  
*adeoque qualitatem solam in Nephilim notant Symmachus, cui Nephilim sunt*  
*δυσίατοι βίατοι incurabiliter violenti; Aquila, Syrus, Arabs, Chaldæus,*  
*quorum supra versiones notavimus. Singularis præterea & plane inaudita est*  
*sententia Jacobi Bolduci ex ordine Capucinorum minorum Theologi, qui in tractatu*  
*de Ecclesia ante legem novem illa gigantum vocabula, quæ in sacris occurrunt,*  
*qualia נפלים Nephilim, Genes. vi. 4. רפאים Rephaim, Genes. xiv. 5. זוזים Zuzim ibidem, nec non גיבורים Gib-*  
*borim, ענקים Enakim, זמזומים Zamzumim, אלים Elim, aliæque ejusmodi,*  
*plerunque notare contendit, non corporis molem, sed pietatis ac veritatis*  
*robur & præstantiam, qua præditi fuerint sanctissimi Patriarchæ primi*  
*humani generis & divini cultus propagatores. In specie Nephilim hic dictos putat,*  
*quod ob veri Dei cultum à reliquis in eo distinguerentur, quod Deum prostrationibus*  
*adorarent, aded ut illa ceremonia eos ab improbis secerneret, eo ferè modo,*  
*quo patres Ordinis S. Francisci de Assisio ab aliis distinguere, cum eos sese*  
*prosternentes ante Sacramentum altaris & terram deosculantes afficit.*

XX. Verùm neutri, nec qui quantitatem nec qui qualitatem solam heic tuentur, Nephilim hos idoneè circumscripserunt. Paucis igitur sensum animi nostri expromere lubet. Vocem נפלים quod attinet, assentior sanè iis, qui vertunt *immitiores, irruentes, dejectores, prosternentes*. Ac primò quidem existimo, ex sensu Moïsis admitterendam esse staturam proceriorem, quàm quæ hominum cæterorum communis fuit: ita tamen ne prodigiòsam nimis eam fuisse asseratur. Duorum in primis gigantum quorum præ cæteris omnibus insolens magnitudo, Sacræ literæ meminerunt, quorum & statura cubitis definita est; Ogi nimirum & Goliathi. Ogi lectus in Rabbath filiorum Ammon conservatus fuit longus novem cubitos, latus quatuor, Deut. III. 10. Et fieri potest, ut lectus duobus tribusve cubitis longior esset quàm ipse gigas fuerit. Goliath qui inter maximos numeratur, longus fuit sex cubitos & unum palmum. Fuerint igitur Nephilim illi quinque, sex, septem ad extremum cubitorum. Et si enim proceritas, intra quam corpus eorum stetit, accuratè definiri nequeat; tamen ex similitudine duorum illorum gigantum, quos ut maximos Scripturæ prædicant, Nephilim illos proceriores non fuisse faciliè colligitur. Cæterum

rùm Nephilim gigantes fuisse, hoc est, eminentioris staturæ ut credam, inducor disertissimo loco Num. XIII. 33, 34. ubi exploratores, qui populo homines Cananæos terribiles facere studuerunt, ita referunt: *Omnis populus quem vidimus in medio ejus, אנשי מרום viri mensurarum seu proceræ staturæ sunt. Et vidimus ibi Nephilim filios Anac de genere Nephilim. Et eramus in oculis nostris sicut locustæ, & sic eramus in oculis eorum.* Ex quo loco apertissimum est, Nephilim esse nomen proprium eorum, qui sunt אנשי מרום *ἀνδρες ὑπερμύκεις viri proceræ staturæ*, quales fuerunt Enakitæ, ex quorum genere fuit Og rex Basan, qui etiam remansisse dicitur מתי והפאם *ex reliquis Rephaim leu gigantibus*, Deut. III. 11. Ex quibus locis apparet, eosdem esse גולימ *Nephilim*, אנשי מרום *viros proceræ staturæ*, ענקים *Enakitas* רפאים *Rephaim*. Posteriores autem non possunt non esse homines proceri & gigantea mole præditi. Tales igitur etiam sint Nephilim oportet. Neque video quid hic responderi possit; nisi fortè quis dixerit, Nephilim esse vocem ambiguam, & alibi ad quantitatem, ad qualitatem alibi referri: ac præterea narrationem exploratorum illorum totam fabulosam esse, ac proinde ex ea argumentum perperam arcessi. Sed neutra responsio satisfacit. Nam priorem quod attinet, unde quæso constabit, vocem Nephilim modo homines staturosos, ut sic loquar, modo hac vel illa qualitate præditos significare, cum duobus demum in textibus, Genes. vi. 4. & Num. XIII. 34. reperitur, & ille quidem dubius sit; hic verò non possit non de gigantibus explicari? Præterea in nostro textu Nephilim circumscribuntur proprietate, quæ plerumque ex corporis magnitudine manat. Dicuntur enim גבורים *fortes*. Fortitudo autem corporis magni propria est affectio. Nec posterior ratio rectior est, quòd narratio exploratorum fuerit fabulosa. Equidem narratio eorum fateor conficta ad terrorem & ementita fuit, quia Mose ipso teste, Deut. III. 11. unicus ex gigantibus remanserat nimirum Og rex Basan. Quomodo igitur exploratores illi viderunt viros proceræ staturæ, Nephilim filios Anac? Deinde Og rex Basan communem staturam vix ultra tres cubitos superavit. Quomodo igitur cum Nephilim illis comparati exploratores fuerunt כגולימ *instar locustarum*? Cæterum ipsa illa narratio quamvis fabulosa, confirmat tamen Nephilini notare gigantes seu proceros homines. Si enim tales non notaret, nec ipsi exploratores, quibus consilium fuit terrere Israëlitas, ea utpote aliena & nihil tale significante usi essent; nec vel Moses vel populus illam ἀπερολογίαν perpeSSI omnino essent. Non agitur hîc de veritate narrationis exploratorum, sed de significatu vocabulorum, quæ haud dubiè illi trita, nota & maximè ambigua loquentes ad tot hominum coronam delegerunt.

XXI. Porro Temporarii argumenta quibus proceritatem corporum Nephilim oppugnatum ivit, levissimi ponderis sunt. Urget is ante omnia, quòd vox Græca & Latina *Gigas* ex lingua Scythica petita non denotet magnitudinem corporis, sed violentam tyrannidem eorum, qui omnia manibus violentis latèque extensis agere contendunt. Sed primò quis author ei fuit, ut ex voce Græca & Latina *Gigantis* tale argumentum exedificaret? Quisconque genuinus significatus, quæcunque origo sit vocis *Gigas*, certè vox Hebraica גיגס: proceritatem corporis exprimit, ut ex parallelo loco jam probavimus. Quòd si igitur tale quid non significat vox *Gigas*, jam aliena est, nec vocem גיגס fideliter repræsentat. Deinde derivatio vocis *Gigas* ex lingua Scythica, ut sit idem quod *Wyt-gehandt* coacta est & fiduculis subdita, uti vel sola mutatio consonarum insolens arguit: ut de antiquitate vocis nihil dicam. Potiùs Græcos natales habet. Apud eos enim *Gigas* derivatur ἰγῆς ἵσ ἐκ γῆς ἰέναι; vel à γίγνημι & Dorico γῆ pro γῆ quasi γῆρῆς. Ad verbum igitur sonat *terrigenam*, quomodo & L. Florus gigantes vocat. Nescio tamen annon rectius sit aliunde vocem *Gigas* arceslere. Apud veteres teste etiam Hesychio Herculi Ægyptio famoso giganti nomen fuit Γίγων *Gigon*. Fieri sanè potest, ut omnibus inde, qui per corporis proceritatem noti erant, nomen Γίγων vel *Gigas* hæreret. Nihil tamen definire audeo. Sed de eo quicquid fiat, lubens largior, apud Græcos vocem *Gigas* non solam proceritatem corporis sed & robur ejusdem notare. Hinc Hesychius: Γίγας, δυνατός, ἰσχυρός, *Gigas, potens, robustus*. Sed, uti dictum, heic potiùs vocis גיגס attenditur. *Nusquam, pergit Temporarius, proditum est, majore statura fuisse homines ante diluvium quàm nunc sint.* At sufficit, quòd textus hic, quem ad manum habemus, de majori statura ita explicari debeat, ut aliter non possit. *Neque Hebræorum nomen Nephilim, inquit, quo utitur Moses, deductum à Naphal, quod cadere est, corporis magnitudinem significat. A caelo enim ad terram ceciderunt, nempe à mente & spiritu ad terram prolapsi.* Fateor, si origo vocis spectetur, non præcisè magnitudinem corporis designari. Sed vox ex etymo deducta notat id, quod in gigantes planè quadrat, ita ut ab eo scitè denominari potuerint. Sunt enim גיגס irruentes, prosternentes, dejectores. Tales inprimis cenferi possunt gigantes, qui corporis proceritate abutuntur ad injurias aliorum. Ut à *cadendo*, quia gigantes illi à caelo ad terram, hoc est, à mente & spiritu ad terram ceciderunt, dicantur Nephilim, nimis frivolum & dilutum est. Ita in omnes impios vox gigantum probè competeret. Quamquam tales nunquam bonam mentem vel habuerunt vel amârunt, à qua ad terrenas libidines præcipites agerentur. *Fuerint, sic*

institat

instat Temporarius, illi quidem qui diluvium antecesserunt, vita diuturniore donati, nihil tamen diuturnitas adjicere potuit corporis magnitudini, &c. Hic cum larva pugnat vir doctus. Quis enim pro corporea mole Nephilim unquam tali argumento certavit?

XXII. Hactenus igitur Nephilim revera gigantes fuisse probatum dedimus. Interim & hoc puto liquere, eminentiorem staturam propriam fuisse illorum Nephilim, non communem omnium ante diluvium hominum, quod tamen Augustino ex loco supra allegato visum est, ad testimonium etiam citanti Plinium scribentem, *quantò magis magisque præterit sæculi excursus, minora corpora naturam ferre.* Verùm fatis innuit Moses, retro diluvium non fuisse communem omnium hominum grandiore staturam. Ostendit enim, Nephilim esse oriundos tum ex Cainitis, tum ex matrimonio Sethitarum & Cainitarum: & post eorum ortum ac violentiam jam mundum amplius tolerari non potuisse. Quòd si igitur communis hæc fuisset antediluvianorum omni tempore statura, nihil causæ fuisset, cur ob gigantes diluvium incederet. Præterea illi Nephilim describuntur tanquam robusti, famosi, quorum *הכס* *violencia* mundum infestum habuit. Hoc arguit, non omnes tales fuisse. Ubi vim exercent aliqui, necessum est alii vim patientur, quibus proinde malè violentiæ notam inusseris. Et oratio illa Mosis *הגפלים היו בארץ בימים ההם* *Gigantes erant in terra diebus istis*, fatis ostendit, nec omnes nec omni tempore retro diluvium fuisse Nephilim. Plinii autem oratio, quam Augustinus laudat, nihil omnino veritatis habet. Nam illud quidem testatissimum est, intra bis mille annos communem hominum staturam differentiam nullam habuisse. Cur post Plinium eadem magnitudo mansit, ante Plinium paulatim latentibus decrementis imminuta fuit? Deinde si homines sensim ex magnis facti sunt parvi, quid igitur dicemus de aliis animalibus, imprimis equis: quid de frumentis & leguminibus? Annon & animalia grandiora esse debuerunt? Unde igitur tum hominibus tum animalibus alimenti copia, quanta quidem necessaria fuit, suppetiit? Antè bis mille annos, post quos diu Plinius scripsit, haud inferior multitudo fuit quàm quæ est hodie. Unde igitur copia fuit alimenti pro tantis corporibus? Nam quòd majora corpora sunt, eo vis major sit alimenti oportet. Quod si hodie pro istius, quæ vulgata est, magnitudinis corporibus natura abundans alimentum non profert, quid de iis dicemus temporibus, in quibus procerissima corpora paulatim contractiora mundum occupasse & tenuisse statuunt? Sed jam alibi etiam errorem illum, quem nimia credulitas & poëticorum schematum licentia peperit, confutavimus.

XXIII. Sed quæ causa fuit, ut ita loquamur, procreans illius magnitudinis corporum, quàm pistrinis Nephilim seu gigantibus tribuimus? Plerique respondent, causam esse, quòd filii Sethi integri viribus ardentissimo libidinis æstu cum filiabus Cainitarum conglutinati fuerint. Sed frivolum hoc est. Ante illam conjunctionem jam in terris Nephilim fuerunt. Et post diluuium non desierunt esse gigantes. Et si flagrantior libido causa foret gigantum, nullo fortasse tempore gigantes desiderarentur. Denique cum omnes Dei filii filiabus hominum permixti gigantes genuerint, an igitur omnes pari æstu incaluerunt? Franciscus Valeſius, qui nobis commentus est commixtionem dæmonum & sæminarum humanarum, exuberantis magnitudinis Nephilim causam facit dæmones ipsos *voluptatem augentes & titillando plurimum & imaginationi plurima ad rem faciendâ repræſentando, quin & communicantes semen plurimum, crassiſſimum, calidiſſimum, spiritibus affluens & seri experts.* Sed dæmonum nullas hic partes fuisse supra manifestum fecimus. Ego subscribo sententiæ Cyrilli, qui causam genitorum gigantum refert ad Dei *ἐκδίκησιν vindictam.* Supra verba ex lib. 3. in Genesin posuimus, quibus disertè adſeverat, Deum ob effrænata libidinem etiam corpora gnatorum deteriora reddidisse. Et sanè ejusmodi homines ~~κατακταίοντες~~ in cœtu fidelium nuspiam geniti memorantur, sed inter infideles demum, & qui fidei ac pietatis jacturam fecerunt. Quod indicium est luculentum à vindicta & maledictione divina tales abnormes fœtus processisse.

XXIV. Neque tamen intra magnitudinem corporis circumscripturi Nephilim antediluvianos subsistimus. Nam & Moses varias in iis qualitates & vitiosas quidem illas notat. Primò enim ipsa vox גיבורים quæ ab origine sua repetita notat irruentes, impetum facientes, demonstrat illorum violentiam & furorem, quo veluti furiali face incensi in obvios quosque qui jugo eorum colla submittere detrectârunt, impetum fecerunt, ~~κατακταίοντες~~, audaces, insolentes, & tum probra tum vim injustam semper intentare parati. Deinde Moses eos insignit גיבורים *robustos*: quod hic כריז נא ut cum Rabbiniſ loquar, hoc est, in deteriorem partem & *Μεγαλοπνευστος* positum est. Proceritatem corporis ut plurimum robur comitatur. Robur autem, ubi ei ex fide & pietate ac justitia non accedit temperamentum & regula, causa est injustitiæ, tyrannidis & oppressionis eorum, qui adversum vim majorem sunt invalidi. Et rectè vetusti notarunt, ~~τὸς εὐπρωστος τὸς μετὰ κακίας~~, qui robustissimæ sunt impietatis, in Scripturis gigantes dici. Demonstrat hoc, Nephilim mera tyrannide & insolentia in mundo grassatos esse, repuisse dominationem eamque per injurias, contumelias & ludibria.

bria eorum, quos subegerunt, exercuisse solius corporis robore nixos. Eorum proinde crimen §. 13. vocatur *den violentia, iniquitas*. Ut meritò eos Josephus appellaverit *ὀβριεῖς ἢ παυλὸς ὑπερβηίας καλῶ*. Quales etiam Hesiodus *χερσίδας* vocitat, qui omne jus in manibus habent. Denique in ipsa itidem fide & religione dictaturam exercuerunt, & placitis ac decretis suis simpliciorum conscientias inligarunt. Quæ longè gravior est & nocentior corporali tyrannis. Hoc de iis Moses insinuat, qui eos tertio loco vocat *אנשי ענין אֵין אֵין אֵין* *ἀνθρώπους ἑνομασίας, à seculo viros nominis*. Viros nominis vocat, quia omnia ad nomen, autoritatem, imperium suum sub prætextu religionis revocârunt. Quod consilium postea sed frustra etiam Noachidæ Babylone in campo Sennaar collecti ceperunt, qui dicto, legibus suis ac decretis tanquam dictatores fidei & dominaturi clero posteros suos obstricturi, dixère: *עָשֵׂנוּ לָנוּ שֵׁם* *Faciamus nobis nomen*, Genes. xi. 4. Atque hinc demum evenit, ut mundus infidelitate, impietate & variis sceleribus præsentissimam Dei vindictam irritaret, de qua copiosius dicendi locus erit, ubi diluvii Noëti historiam exarabimus.

XXV. Quo tempore hi Nephilim primùm extiterint, & mundum infestaverint, res incerta est, quæque vix conjectando investigari potest. Supra distinximus Nephilim duplices, anteriores & posteriores, illos ante conjugium Sethitarum & Cainitarum, hos post illud ortos. Anteriores quod attinet, certum est eos admodum antiquos fuisse. Id quod Moses non obscurè innuit, qui Nephilim vocat *אנשי ענקים* *à seculo viros nominis*. Nec improbable est, illos cunabula sua debere temporibus Enoch, qui ex Setho natus est anno mundi ducentesimo & trigésimo quinto. Tum enim exorto Sethitas inter & Cainitas schismate illi à Setho oriundi coeperunt *נְשֵׂי כַיִן נִקְרָא בְּשֵׁם יְהוָה* *vocari nomine Jehovæ*. Causa haud dubiè fuit Cainitarum ac inter eos imprimis Nephilim insolentia, impietas, perfidia, apostasia. Posteriores quod attinet factos ex incesto Sethitarum & Cainitarum connubio, putat Patricides, eos circa tempora Jaredi nasci coepisse. Tum enim filios Dei illum *נִבְרַל אֱלֹהִים* *mostem sanctum* reliquisse, & propterea Jaredum supremis appropinquantem coëgisse in monte sancto concilium Sethitarum, & eos, ne cæterorum impietatem sectati descenderent ex monte, & cum Cainitis se sociarent, solemnè ac gravi juramento adegisse, simulque prænuntiâsse futurum, ut Deus eos ex eo monte brevi aliò deducat. Natus est autem Jaredus anno mundi quadringentesimo sexagesimo: mortuus anno mundi millesimo quadringentesimo vicesimo secundo. Ab ejus morte diluvium usque lapsi sunt anni ducenti triginta-

quatuor. Verisimile igitur omnino est, Nephilim ex Sethitis & Cainitis ortos diebus Jaredi, ultimo forte annorum ejus centenario, qui cùm per ducentos forte annos sævitia sua mundum exercitum tenerent, Deus mundo annis pœnitentiæ centum & viginti præstituit. Favet huic sententiæ ipsa Jaredi nomenclatura. Nam à *רד* descendenda dictus videtur, quia ejus tempore Sethitarum apostatæ in castra Cainitarum descenderunt.

XXVI. Quo loco habitârint Nephilim, æquè incertum & obscurum est. Sed tota res dijudicari debet ex loco & habitatione Cainitarum. Cain quidem profugus patriâ se contulit in terram Nod. Eam terram supra collocavimus in Sufiane, ubi Characeni & Eulei à Geographis habitâsse dicuntur, circa sinum Persicum, seu mare Arabicum, quod Arabes vocant *אלعبدار* *Alacbdar*, hoc est, *viride*. Urbem Henochiam à Caino conditam eodem loco sitam fuisse putavimus, & quidem eam ipsam urbem fecimus, quam Ptolemæus vocat *Anuchtam*. Henochiam hanc fuisse gigantum terram multi credidère veteres nec abludit multum à veritate. Quis enim dubitaverit, quin gigantes ejusmodi civitates munitas occupaverint, ab earum possessione alios deturbaverint, & munimentis ejusmodi tuti, vim, rapinam, tyrannidem suam protulerint? Successu temporis colonias haud dubiè deduxerunt. Et fieri potuit, ut varias in regiones deducerent. Inprimis verò credibile est, eos deduxisse etiam eas in terras, quas post diluvium incoluerunt Moabitæ, Ammonitæ, ac inprimis Basanitæ, quorum terra vocatur *ארץ רפאים* *terra gigantum*, Deut. III. 13. Non probo tamen, quòd Nicolaus Abramus vir eruditus in *Pharo V. T.* pag. 62. in Basanitide existimat Cain urbem Henochiam ædificâsse, simulque ariolatur, Gigantes dictos ante diluvium *הנוכים* *Henchim* qui post diluvium audiverunt *ענקים* *Enakim*. Nam circa sinum Persicum Henochia probabilius collocatur, & *ענקים* à quodam, cui nomen *ענק* quod & *torquatum* notat, qualis fuit ille Gallus, quem devicit Manlius ad Anienem, dicti sunt. Hinc Josuæ c. xv. 13. Kiriath-arba seu Hebron dicitur habuisse *ענק* *patrem Enak*; & Enaci ejus sequenti versu memorantur tres filii Scheschai, Achiman & Thalmi, quos Chalebus Hebrone expulit. Nihilominus Nephilim antediluvianos etiam in Basanitiden sedes suas promovisse ob incomparabilem soli fertilitatem, & post-diluvianos gigantes ob veterum illorum Nephilim memoriam & famam ibidem confedisse non planè est absurdum creditu. Et fuit hæc sententia etiam Baruchi, cap. III. §. 26. *Ἐκεῖ ἐξ ἄρχῆς ἦσαν οἱ γίγαντες οἱ ὀνομαστοὶ οἱ αἰπὲρ ἀρχῆς ἡρώδης οὐ μετέθευς.* Ibi (nempe Themane quæ est civitas prope Basanitidem, §. 22.) fuerunt gigantes homines jam ab initio nobiles, ingenti corporis magnitudine præditi.

XXVII. Non



XXVII. Non prætereundum est, quòd quidam etiam personas Nephilim nominibus nobis describere & ob oculos ponere studuerint. Sanè Hebræi hic non tam müssant quàm clarè pronuntiant ex numero Nephilim illorum fuisse Sehon & Og regem Basan, ante diluuium genitos, & ad tempus usque Mosis superstites. Longa dòca re differtatio R. Mosis Haddarfchan & תו"ב Tannaim reperitur in *Bereschit Rabba* super Genel. v. 1. 2. Ubi Angeli cum filiabus hominum concumbentes inducuntur duo שמחוי תו"ב *Schemchuzai* & *Azaël*, quorum cum Deo ob creationem hominis expostulantium colloquium refertur, necnon eorundem commixtio cum mulieribus, de qua re etiam supra diximus. Inter alia: הנפילים היו בארץ תנו שמחוי הוליד שני בנים ושמותם היה וחירה ונשא נשים והולידו בנים לכחן ולענן ואמרו יעליו על שמחוי שחור בתשובה ותלה עצמו בין שמים וארץ ראשו למטה ורגליו למעלה לפי שלא היה לו פתחון הפה לפני חכר וער היום תלה בתשובה בין השמים ובין הארץ Gigantes erant in terra. *Tradiderunt, Schemchusai genuit duos filios, quorum nomina Hija & Chija: & duxerunt uxores, & genuerunt Seonem & Ogum. Dixerúntque de Schemchusai, quòd reversus est per penitentiam & suspéndit se ipsum inter cælum & terram, caput suum seorsum & pedes suos sursum, quia non erat ei apertio oris coram Deo sancto benedicto, & adhuc hodie suspensus est per penitentiam inter cælum & terram.* Quòd si interrogentur Magistri, quòd igitur Og universalis diluvii cladem effugere potuerit, parata est responso, eum in mediocrem montem fugâ delapsum, altitudine sua eminuisse super aquas, quantum vis supra cellissimos montes excrescentes: Cùm verò Moses lectum Ogis in Rabbath filiorum Ammon conservatum longum dicit novem ulnas & latum quatuor, id alii quidem interpretantur de cunis Ogi recens nati, Jarchius verò de sponda sanè ejus ordinariorum, sed quæ fuerit longa novem cubitorum non communium sed ipsius gigantis. Verùm putidissima sunt hæc nugamenta, quæ ad irrisionem potius Scripturarum quàm interpretationem pertinent. Neque iis patrocinatur locus, Deut. 111 13. ubi Og rex Basan remansisse dicitur כיתר הרפאים *de reliquis Rephaim*. Unde enim constat, Rephaim illos, ex quorum reliquiis fuit Og Basanita, non alios fuisse quàm Nephilim antediluvianos? Nam Rephaim vel nomen appellativum est omnium gigantum, vel proprium quorundam. Si prius, quæ consecutio est à gigantibus in genere ad illos Nephilim qui ante diluuium vixerunt? Si posterius, uti sanè probabile est, Rephaim dictos ab illo *Repha*, cujus mentio est 1 Paralip. xx. 6. Sicut ab Enac dicti Enakitæ; unde fidem facient, Nephilim antediluvianos ab illo Repha incunabula sua habere?

XXVIII. Sunt viri docti, quos inter Wilhelmus Langius de annis Christi

Christi, lib. II. 2. quibus decem illi Reges Chaldæorum, quorum nomina describuntur in fragmentis Abydeni & Berosi apud Eusebium, putantur ipsi illi famosi Nephilim antediluviani. Quæ sententia jam olim à quibusdam recepta fuit, uti refert Alexandrinum Chronicon. Eorum autem Regum nomina sunt juxta *κατάβητον* ab Eusebio recitatum, Alorus, Alasphorus, Amelon, Amenon, Metaloros, Daoros, Ædorachos, Amphis, Othiartes, Xisuthrus. Horum tempora juxta Berosum & Abydenum conficiunt Saros 120. hoc est juxta quosdam annos 1180. Reliquum enim, quod antecessit tempus, faciunt *ἀβασιλεύων*. Verùm quo jure hos Chaldæorum recensitos Reges faciant Nephilim antediluvianos, non video. Quomodo enim Xisuthrus, quem certissimis argumentis constat fuisse Noam, inter Nephilim numerabitur? Deinde Chaldæi illi Reges rectius comparantur cum decem Patriarchis per lineam Sethi descendentibus usque ad Noam inclusum, quos nemo nisi imperitus Nephilim fuisse adseveraverit. Nempe Chaldæi eorum quæ post dispersionem gentium contigerunt, notitiam satis accuratam habuerunt; quin & ipsius Noëti diluvii non medio-rem, uti suo loco demonstrabimus. Rerum verò ante diluvium gestarum traditio satis confusa ad eos pervenit. Unum tamen illud satis cognovisse videntur, nimirum totidem fuisse retro diluvium ætates, quot sunt à Mose descriptæ, nimirum decem. Proinde decem etiam Reges antediluvianos fecerunt, quorum ultimus Xisuthrus decimus est, sicut inter Patriarchas Noë decimus idemque ultimus. Nos igitur nominibus suis Nephilim definire pro certo non possumus. Nisi forte thrasonem Lamechum, & malleatorem illum Thubalcainum in eorum censum vocare lubet.

EXERCITATIO XII  
DE  
ANNO PATRIARCHARUM.  
Breviarium.

*Temporum notitia ad historiarum notitiam est necessaria. Propositio argumenti tractandi. 1. Patriarchis innotuit ratio temporum, mensium & annorum. Quid Mosi אֲמֹרָה & מִתְּוֵרָה? 2. Falsæ probationes ejus rei ex Josepho & Eliczere rejectæ. 3. Hebræorum sententia de mense & anno Patriarcharum proponitur. 4. Scaligeri sententia de mensibus Solaribus tricenis, anno Solari, Heled Patriarcharum. 5. Ejus argumentum pro mense Patriarcharum Solari 30. dierum ventilatur. 6. Ejusdem argumenta, quibus annum Patriarcharum Solarem fuisse 365 dierum contendit, ad incudem revocata. 7. Scaligeri חֵדֵד Heled seu intercalatio magni mensis post annos 120 examinatur. 8. Vocis חֵדֵד etymon eruitur. Schindlerus & Fullerus ad partes vocati. 9. An חֵדֵד Hebræorum conveniat cum Saris Chaldæorum? De Saris sententia Abydeni, Salmasii, Aniani, Panodori, Scaligeri. Ostenditur fraus Chaldæorum. 10. Tornielli & Saliani opinio de mense & anno Patriarcharum discutitur. 11. Nec non opinio Petavii, & Laurentii. 12. Patriarcharum annum certa demonstratione definiri non posse ostenditur. 13. Conjecturæ promuntur, quod menses Patriarcharum fuerint Lunares, distincti per phases. 14. Veterum Romanorum, Arabum, Germanorum, Gallorum, Græcorum mensem Lunarem fuisse ostenditur. 15. Conjectitur, etiam annum Patriarcharum fuisse Lunarem. 16. 17. Ita tamen, ut per intervalla eum accommodarent Solari. 18. Embolismus Patriarcharum. 19. An præter annum Lunarem fuerit etiam Patriarchis in usu Solaris, disceptatur. 20. An menses proprii*

prius nominibus distinxerint? 21. Caput anni Patriarcharum fuisse in autumnum probatur. Diluuium in autumnum incidit. Soluuntur contraria argumenta Langii. 22. An Patriarchis in usu fuerit certa æra? 23. De cyclo Patriarcharum. Annos Sabbathicos & Jubileos iis incognitos fuisse contra Capellum ostenditur. 24. Anni Patriarcharum mutatio circa exodum. 25.

I **S**ine notitia temporum rerum gestarum cognitionem accuratam non esse, res est omnium consensione clarissima. Pro vero enim dixit Tatianus oratione πρὸς Ἕλληνας: παρ' οἷς ἀουδέτητος ἐστὶν ἡ χρόνων ἀναρχία, καὶ τὰς ἐδὲ τὰ ἱστορίας ἀληθεύειν δύναται: *Apud quos non est rebus concinnata temporum ratio, iis nec veritatis historia ratio constare potest.* Proinde optimo jure olim Hellenicum Thucydides, Fabium Pictorem Dionysius Halicarnassæus, quod rationem temporum neglexissent, reprehenderunt. Nec malè Chrysostomus secunda Homilia in Esaiam comparavit rationem temporum cum limitibus agrorum: quia ut absque his agri, sic absque illa res gestæ confundantur. Quæ ratio etiam divinum scriptorem Mosén movit, ut res tum ante tum post diluuium gestas temporibus quasque suis includeret. Noverat enim sapientissimus Legislator, rebus præsertim antiquis & à notitia nostra remotis fidem haud constare posse, nisi inita & demonstrata temporum ratione. Quare & nobis curæ fuit, ut cum hæctenus pleraque ante diluuium gesta evoluta dederimus, necessarium de annis Patriarcharum argumentum intactum non prætermitteremus. Animus autem est agere tum de anno, seu ratione numerandi tempora ipsis Patriarchis cognita & usitata: tum de annis illis, quibus vitam Patriarcharum ante diluuium Moses Genesæus capite quinto circumscripsit.

II. Patriarchas igitur ante diluuium habuisse compertam rationem temporum, mensium & annorum, non indiget prolixâ probatione. Cum Deus creâset sidera cœli, in primis duo illa luminaria magna, eorum usum quoque distinctionem temporum ostendit his verbis: וַיִּשְׂרָא לְאֹתוֹת וּלְמוֹתוֹת וַיִּשְׂרָא לְאֹתוֹת וּלְמוֹתוֹת וַיִּשְׂרָא לְאֹתוֹת וּלְמוֹתוֹת *Sunt in signa & statuta tempora, & in dies & annos.* Ubi per וַיִּשְׂרָא לְאֹתוֹת וּלְמוֹתוֹת Judæi cometas & eclipses, Scaliger *summaria* mensium perperam intelligunt, cum in genere denotetur omnis significatio, quam Deus astris induit. וַיִּשְׂרָא לְאֹתוֹת וּלְמוֹתוֹת autem sunt quatuor tempestates anni. Hunc igitur luminarium magnorum insignem usum, prout & totius creationis ordinem, Deus Adamo, primum quàm creatus fuit, aperuit. Adamus filiis, hïque

hique posteris fideliter tradiderunt. Mansitque hæc narratio *per* *omnē* *seculū* ad tempora usque Moſis, qui omnia hæcenus à Deo revelata & à sanctis Patribus narrata scripto, fido memoriæ custode consignavit. Cùm igitur sanctis Patribus innotuerit, sidera, ac inprimis Lunam & Solem Dei verbo & sapientissimâ voluntate destinata esse distinctioni temporum, dierum & annorum, rem utilissimam & saluberrimam diligenter investigarunt, & quo ea *Algebra* pacto fieret, inquisiverunt. Hinc & methodum dimittendi tempora per dies, menses & annos, eos feliciter admodum affecutos esse, argumento est non solum, quod Moſes annos Patriarcharum ex antiqua memoria repetitos adnotare potuit: sed etiam historia diluvii, in qua Noë numeravit dies, menses, annum, uti ex *Geneſews*, cap. vi. est manifestum. Præterea in historia sacrificii Caini & Habelis Moſes discretè facit mentionem *היום ופרק* *finis dierum* hoc est *סוף שנתא* *exitus anni*, *Geneſ. iv. 3.* Nam dies eo loco annum notare, suo loco probatum ivimus. Sed & ipsa ratio nullam hic dubitationem relinquit. Non enim fas est opinari, primos homines, qui tam longum vitæ spatium vivendo adæquarunt, eam siderum scientiam hæc assequi non potuisse, quam post diluvium affecuti sunt breviori tempore, & ætatis jam vivendi spatiis Chaldaei, Ægyptii, Græci, alii. Non enim tam stupidi fuerunt, ut res maximè dignas observatione animo complecti non possent, nec tam supini ut earum curam transmittere vellent.

III. Hæc cùm abundè probent, Patriarchas ante diluvium scientia polluisse temporum, meritò omitimus frivolam aliorum probationem petitam ex mathematica adeoque etiam chronologica scientia Sethitarum, quam prædicat Josephus. Is enim Sethitas adfirmat duas columnas, alteram lateritiam, lapideam alteram machinatos esse, iisque arcana *Matheseus* consignasse, quod fidelius tutiusque ad posteros propagarentur. Verùm id totum ego licentiùs crediderim confictum esse, cùm nec Scripturæ nec alius cujusvis idonei authoris fide subnitantur. Nam quod columnam suo adhuc tempore visi *κατὰ τὴν Συριάδα* *in Syria* scribit, ut ita omnino habeat, quis præstare potest eam à Sethitis adornatam esse? Nihil etiam hic utimur Thalmudicorum commentis, fingentium, כור הקבר *myſterium intercalationis* seu embolismi ab ipſo Deo traditum esse Adamo, atque sic ad posteròs datatim translatum. Sanè R. Eliezer capitulo viii. disertè scribit: *Quod anni, menses, dies, noctes, horæ, partes horarum, tecuphæ seu solstitia, cycli vel intercalationes sint coram Sancto Benedicto, qui intercalavit & tradidit postea illa primo homini in Paradiso, inde patet, quia dicitur: hic liber generationum hominis vel Adami: seu calculationis mundi in*

*omnes aetates hominum.* Et addit, arcanum illud ab Adamo Enocho, ab Enocho Noacho, à Noacho Semo, à Semo Abrahamo, ab Abrahamo Isaaco, ab Isaaco Jacobo, à Jacobo Josepho traditum esse; post mortem autem Josephi intercalationes in Ægypto Judæis esse prohibitas. Sed postea Deum apparuisse in Ægypto Mosis, & Aharoni, & eis commendasse arcanum embolismi. Verùm R. Eliezeris probationes ridiculæ & verè Thalmudicæ sunt. Tum & embolismi, qualem quidem Patriarchis in usu fuisse credimus, exiguum fuit mysterium, non indigens divinæ institutionis. Simpliciter annum putârunt secundum tot lunationes, quot duos inter autumno intercesserunt; puta nunc duodecim nunc tredecim. At necessitas exquisitioris embolismi orta est demum ex præcepto celebrandi Paschatis tempore Abib, de qua re suo loco uberius dicemus.

IV. Sed nunc, quales tum menses tum anni fuerint, quibus tempora sua circumscripserunt Patriarchæ, inquirendum est. Id quidem arduum satis & difficile esse, fatentur omnes. Sanè doctissimus Chronologus Dionysius Petavius, vir subactissimi in hoc studio ingenii, fatetur, post longam inquisitionem non potuisse se certò, qualis annus veterum Hebræorum fuerit, comperiri. Ac ut de Hebræis dicam, plerorumque mens est, veteres ante & post diluvium homines usos esse mensibus quidem lunariis non periodicis vel illuminationis, nec etiam accuratis synodicis, sed per *הַרְוֵהוּ פְּלוּנָה* lunarem mensuratis, ita ut cùm phasis esset die tricesimo, vel tricesimo primo eodem die neomenia constitueretur: cùm verò phasis non esset, neomenia inciperet die tricesimo primo. Proinde alios quidem menses fuisse *מלאים* *plenos*, constantes diebus triginta; alios *חסרים* *cavos* seu deficientes dierum viginti novem. Quibus addunt menses *מְעַרְבֵי* *embolismæos* seu *intercalares*, pro ratione phasis etiam vel plenos vel cavos, quibus mensibus solitos esse annos lunares certis temporibus adæquari solaribus. Annos igitur Patriarcharum iudem statuunt fuisse *לְנֵר הַרְוֵהוּ* *lunares* seu ex mensibus lunaribus conflatos. Atque alios quidem annos fuisse *communes*, constantes ex mensibus duodecim lunaribus, diebus trecentis quinquaginta quatuor; alios *embolismæos*, compositos ex mensibus tredecim, diebus verò trecentis octoginta tribus vel quatuor, pro ratione phæos. Ac menses quidem & annos lunares fuisse plerique omnes consentiunt. Dissensus tamen est de mensibus & annis intercalariis, quos alii inde à creatione fuisse in usu pertendunt; alii contra asserunt incognitos fuisse ante tempora Mosis, quibus demum introducta sit necessitas embolismi, tum ut Pascha tempore Abib seu maturefcentium frugum divinitus constituto regulariter celebrari posset; tum alias ob  
cau.

causas, quas indagavit solerter doctissimus Seldenus de Anno civili veterum Hebræorum, cap. 5. •

V. Sententia hæc viguit tum inter Hebræos tum inter Christianos ad nostrum usque seculum. Primus, nisi fallor, eam impugnare cœpit illustris Josephus Scaliger passim; inprimis incomparabili illo opere de Emendatione temporum, lib. II. de *anno priscorum Hebræorum Abrahamæ*, lib. IV. de *Heled veterum Hebræorum*: nec non in Canonum Isagogicorum tum prolegomenis, tum lib. III. de *anno Hebræorum autumnali*. Non sustinuit quidem negare Scaliger, annum lunarem Patriarchis cognitum fuisse: tamen nec id rotundè, sed hariolando tantum adfirmat. Cæterum omnino pertendit, iis in usu fuisse menses solares æquabiles *τριάκονταήμερος* seu triginta dierum sine scrupulis, dictos *שנה ימים* *mensis dierum*; annos pariter Solares dierum trecentorum & sexaginta quinque, dictos *שנה ימים* *annos dierum*: quales olim in usu fuerunt apud Chaldæos & Ægyptios. Quadrantes autem annorum quod attinet, statuit quidem eos diligenter collectos, ita tamen ut non haberent Patriarchæ breviorē aliquē annorum cyclum, in quo insertis epagomenis intercalatio institueretur: sed magnum tantum cyclum annorum 120. post quos intercalatio facta fuerit integri mensis, qualem Persæ vocant magnum, collatis in eum epactis omnium præcedentium annorum centum & viginti, quo sic æquinoctium ad suum primum terminum revocarent. Porro illud spatium annorum 120. censet in Scripturis venire nomine *לך* quod significat longissimum vitæ humanæ spatium. Atqui longissimum vitæ humanæ terminum definitum esse annis 120. Genes. VI. 3. Planè igitur sicut Chaldæi habuerunt Saros, menses magnos annorum centum viginti duo, duodecimam partem anni maximi Salchodai; sic etiam Hebræos, qui communem cum Chaldæis habuerint mensem & annum, inprimis post diluvium suas *לך* adhibuisse, & eas 120 annis definitivisse. Hoc totum est, quod de annis veterum Hebræorum ante Mosis tempora usitatis sentit Chronologorum illustre illud sidus. Ac eum sequuntur præstantissimi quique scientiam temporum professi. Sed rationes Scaligeri omnino producendæ fuerint, ut de sententia illa tantum non communiter recepta tantò rectius & promptius iudicium ferri possit.

VI. Menses igitur quod attinet, eos fuisse Solares *ἰσμελλες* seu æquabiles triginta dierum, argumento ex historia diluvii petito persuadere conatur. *Evenim, inquit, Moses scribit diluvium cœpisse die decimo septimo mensis secundæ: centum quinquaginta dies aquæ invaluisse: & diem proximum à centesimo quinquagesimo, hoc est, centesimum quinquagesimum primum fuisse decimum septi-*

*num mensis. Jam quadraginta sex dies ante diluvii initium fluxerant, & post usque ad decreta aquarum, centum quinquaginta & unus: qui sunt manifesti 197. & per triginta divisi relinquunt menses sex præteritos, & diem 17 mensis septimi. Quid clarius dici potuit? Fateor argumentum hoc esse specie validum, ut eo commotos esse eruditos mirari minimè necessum sit. Cæterum Hebræi qui pro mensibus lunaribus pugnant, argumento huic occurrerent, loci Mosaiici diversa explicatione. Unanimiter enim sic putant dies diluvii incipientis, crescentis & decrescantis. Die decimo septimo mensis secundi Noë ingressum esse arcam. Die decimo septimo mensis septimi quievit arcam; & tum quidem innotuisse Noacho, quòd aquæ imminuantur. Diebus igitur centum quinquaginta prævaluisse aquam, & centesimo quinquagesimo deficere cœpisse. Includendum igitur esse utrumque terminum & 17 mensis secundi & 17 mensis septimi. Proinde si auferatur 17 mensis septimi, residuos fore dies centum quadraginta novem, qui divisi in quinque menses dabunt sanè quatuor mensibus diestriginta, sed quinto viginti novem. Quam inæqualitatem inde ortam esse, quòd ob defectum phaseos quatuor menses pleni constituendi fuerint. Ex eorum igitur calculo diluvium incepit die 17 mensis Marchesvan. Residui erant dies 13 qui cum die 17 quo diluvium incepit, dant 14. Hi additi mensi Kislev pleno dant dies 44. mensi Tebeth cavo 73. mensi pleno Schebath 103. mensi pleno Adar 133. quibus si addantur dies 17 mensis Nisan, erunt junctim dies 150. Atque sic quidem Scaligeri argumentum solvi utcumque possit. Verùm si accuratè rem totam pensitemus, non satisfacit hæc responsio. Scriptura enim difertè satis distinguit inter tempus illud, quo aquæ prævaluerunt super terram, & alterum illud, quo ita decreverunt, ut arca jam quiesceret super montibus Ararat. Pluvia cœpit die decimo septimo mensis secundi seu Marchesvan. Quadraginta dies continuos pluit. Postea interruptæ fuerunt vices pluviz, ita ut multæ fatis pluviz inciderint usque ad finem dierum centum quinquaginta. Dixit enim Moses, Genes. viii. 3. וַיִּסְּחוּ הַמַּיִם מִקֶּדֶר חַמְשִׁים וָאַרְבָּעִים יוֹם *Et defecerunt aquæ in fine centum quinquaginta dierum*, ad eoque post centum quinquaginta dies. Post hos 150 exactos dies quievit arca. Quièvit autem mensis septimi die decimo septimo uti dicitur *י*. sequenti. Igitur inter diem 17 mensis secundi inclusum, usque ad diem 17 mensis septimi exclusum (perperam enim omnino includunt eum Judæi, cum eo jam quieverit arca) fluxerunt dies centum quinquaginta integri, & pleni menses quinque. Atqui 150 per menses quinque distributi singulis dant dies triginta. Adeoque singuli illi menses fuerint *τριάκονταήμεροι* omnino necessum est,*



est, & hæcenus ritè putavit Scaliger. Numquid verò etiam solidè probavit hoc argumento, Patriarcharum mensẽm perpetim fuisse Solarem triginta dierum? Id verò necdum persuaderi possum, quia posita consuetudine incipiendi neomeniam non à synodo sed à phasi, æquè de lunaribus mensibus totum id quod Moses dicit, exponi potest. Qui à phasi auspiciantur menses, si phasis lunæ haberi possit, incipiunt mensẽm die tricesimo à superiori phasi; si ob cælum obductum nubibus aliudve quodvis impedimentum haberi non possit, neomeniam incipiunt die tricesimo primo. Cogitemus igitur, qualis facies fuerit cœli per integros dies centum quinquaginta, quibus וַיִּבְרַח הַיָּם *invaluerunt aquæ*? Necessum est toto illo tempore cælum pluviosum fuerit, horrens perpetuis nubibus. Tali autem cœli facie perspicuum est phasin Noam habere non potuisse. Quod si verum est, non potuit menses quinque utut lunares, non facere plenos seu triginta dierum. Idque fortasse proprium fuit temporì diluvii, quo eam cœli faciem induit, quam aliàs nunquam. Ponamus igitur primum mensẽm fuisse cavum, secundum, tertium, quartum, quintum, sextum omnes plenos. Septimo mense cessantibus pluviis Sol jam liberos radios sparsit, ita ut postliminio phasis haberetur. Hic necessum fuit conspici lunam corniculantem die à neomenia mensis septimi vicesimo septimo. Hoc igitur die à phasi illa sic denominato constituisset neomeniam mensis octavi. Atque sic deinceps menses fecisset modo plenos, modo cavos pro phaseos ratione. Apparet igitur, mensẽm triginta dierum æquabilem ex historia illa diluvii omnino demonstrari non posse.

VII. Sed nunc videamus demonstrationem Scaligeri de anno Solari æquabili dierum trecentorum & sexaginta quinque. *Dies, inquit, 365 ita in descriptione diluvii æquus lector invenire poterit. Die primo mensis decimi, hoc est die 71 à capite anni jugum montium denudata sunt, & ex aquis in emersum prodierunt. Expectavit Noë dies 40 cum jam 311 dies à capite anni fluxissent. Mox emisit corvum, quem liberè ire redire permisit, donec aquæ omnino exsiccatae fuissent. Non designat hoc longum spatium Moses, sed prudenti lectori ex simili loco conjiciendum relinquit, quantum intervallum illud fuerit. Nam eodem modo postquam expectasset septem dies, tunc emisit columbam, & reversam iterum post alteros septem dies emisit. Sic sanè alteri quadraginta dies post illos priores addendi, & sic fient dies 351. Quibus adde 14 posteriores, quibus bis columba emissa. Fient sine dubio dies 365. Post illos quatuordecim dies, ex quo columba emissa non rediit: ab illa inquam vespera putat diem proximum anni sequentis Moses bis verbis statim: Anno uno & sexcentesimo ætatis Noë, prima die primi mensis aquæ desiccatae sunt. Sanè quem annum lu-*

narem isti Metones conficere possint ex mensibus æqualibus & plenis, non video: & quod majus est, ex duodecim mensibus sine intercalari. Annus igitur prisorum Hebræorum merus Chaldaicus, aut quod idem est, Ægyptiacus fuit, eumque Hebræi ipsi vocabant  $\text{כֶּלֶס הַיָּמִים}$  annum dierum, hoc est  $\text{קְוֵאָדָּב}$  æquabilem. Consistebat enim ex æquali tributione dierum sine scrupulis. Similiter mensẽm æquabilem  $\text{כֶּלֶס הַיָּמִים הַקָּטָן}$   $\text{כֶּלֶס הַיָּמִים}$  mensẽm dierum vocabant, utpote qui perpetuo & constanter diebus tricenis distributus esset. Hac sanè interpretatione nihil verius esse poterit. Testimonia & locutio nota illis, qui Scripturæ operam dant. In univẽsum duobus argumentis pugnat, historia diluvii & locutione ac testimonio Scripturæ. Ex historia diluvii conatur elicere numerum dierum 365. pro anno dierum, qualis fuit Chaldaicus & Ægyptiacus. Ego verò fateor, me ritè subductis omnibus tale quid reperire non posse, & peccare in eo calculo non semel Scaligerum. Primum, cùm quadraginta sex dies ante diluvii initium fluxisse statuit. Supponit hinc, primum mensẽm fuisse æquabilem 30. dierum. Atqui unde fidem faciet, non potius eum fuisse lunarem cavum dierum viginti novem? Fortassis, quia secundus, tertius, quartus, quintus, sextus menses fuerunt tricentum dierum. Atqui quo pacto tales esse potuerint sine præjudicio mensium lunarium, jam ostendimus. Secundò, cùm à capite anni ad mensis decimi primum diem numerat dies 270. asseritque, die 271 juga montium nudata esse. Rursum hic liberalis plus æquo est  $\text{כֶּלֶס הַיָּמִים}$ . Sumit enim, mensẽm septimum, octavum, nonum fuisse 30. dierum. Id verò demonstrari non potest ratione solida. Tertiò, cùm bis quadraginta dies post decimum mensẽm numerat, adeoque ex suo liberaliter addit dies integros quadraginta. Scriptura sic habet. Mensis decimi primo die conspecta sunt montium cacumina. Post quadraginta dies aperuit Noè fenestram arcis, & emisit corvum, qui egressus est egrediendo & redeundo, donec siccarentur aquæ super terram. Intercessit hinc aliquod sanè spatium. Id Scaliger facit quadraginta dierum. Sed hoc facit ex liberrimo ingenio, non ratione ulla, non umbrâ rationis ostensâ. Sic sanè licuit ipsi annum facere 365. dierum, licuit æquè quemvis alium facere. Sed si justa est hæc numerandi ratio, cur non alius etiam licebit dicere, spatium illud indeterminatum fuisse dierum viginti novem, ut annum conficiant lunarem 354. dierum? Atqui, inquit, emisit corvum, donec aquæ omnino exiccatae essent. Non designat longum spatium Moyses, sed prudenti lætori ex simili conjiendum relinquit, quantum intervallum illud fuerit. Nam eodem modo, postquam expectasset septem dies tunc emisit columbam, & reversam iterum post alteros septem dies emisit. Verùm rationi tam levi in accurata demonstratione non est locus. Etenim simile illud quàm sit dissimile,

mile, nemo non videt. Septem dies determinantur disertè. At quadraginta dierum numeri in exitu & reditu corvi vestigium nullum est. Non dicitur expectâsse, non expectâsse dies אחרים *alios*, sicut in emissione columbæ, non expectâsse dies quadraginta. *Quartò* cum ait, bis emissam columbam post bis expectatos septem dies, atque sic præcedenti numero addit dies quatuordecim. Rursum hoc Scripturæ repugnat, quæ post corvum emissum disertè ter emissam columbam docet. Cum corvus dimissus esset, emisit columbam, nempe septem diebus post emissum corvum. Manifestè hoc colligitur ex *י. 10.* ubi dicitur Noë expectâsse אחרים שבעת ימים *ad huc septem dies alios*. Ergo præcefferunt septem dies, quos expectando exegit Noë, antequam emissio corvo columbam primam mitteret. Ter igitur emissâ columba post septem dies. Ter septem non 14. sed 21. dies implent. *Quintò* errat Scaliger, quòd ab illa vespera, qua non rediit columba existimat putari diem primum anni sequentis. Atqui verba ista: *Et factis anno 601. primo die mensis primi, terra arefacta est*; non ita explicanda sunt, quasi immediatè columbæ emissionem ultimam secutus sit primus dies anni sequentis: non magis certè quàm ista: *Et emisit corvum & non reversus est, & emisit columbam* de continuis diebus sunt intelligenda, cum intercesserint dies septem, uti palam jam fecimus. Neque enim Scriptura dicit, terram, cum postrema columba rediret, jam aridam fuisse totam. Potuit esse ex parte adhuc tecta aquis. Ipsa verò avis una & altera consistendi locum habere potuit in arboribus vel montium cacuminibus, nec ibidem victum quærere. At die primo mensis sequentis terræ ubique jam apparebant aridæ, cæterum adhuc limosæ & desolatæ. Proinde voluit Deus familiam Noë diutius in arca detinere. Atque ex his argumentis cordatus quisvis intelligere potest, frustra esse Chronologorum cætera facilè principem Scaligerum, qui ex historia diluvii annum Patriarcharum 365. dierum elicere studuerit. Quod locutionem seu testimonium Scripturæ, quæ subinde annum designat per שנת ימים & שנת ימים ex quo conficit, fuisse in usu apud Patriarchas annum dierum, attinet, non est satis firma ratio. Sæpe quidem שנת ימים annum notat, etiam ante tempora Mosis. Confer Genes. iv. 3. & xxiv. 58. Job. xxxviii. 21. At illud non constat præcisè notare annum 365. dierum. Aliunde igitur vel certa aliqua probatione, vel saltem ratione probabili eruendum fuerit, qualis annus & quot dierum fuerit ille שנת ימים *annus dierum*. Hoc quidem liquet ex illa nomenclatura, non fuisse annum Patriarcharum semper merè lunarem. Quamvis enim Jarchius in loco Genes. xxiv. 55. שנת ימים explicet de שנת ימים *tempore duodecim mensium*; tamen oculator Abenezra intellexit, aliud quàm

quàm lunarem annum designari voce ימים. Is enim Levit. xxv. 29. ימים annum dici fatetur שוב שנת השמש ליקסור *quia circumvolutione (tempestatum anni) revertitur sol ad locum suum.*

VIII. Accedamus nunc ad sententiam Scaligeri de חלד Heled veterum Hebræorum. *A Chaldaeis, inquit, lib. 4. de Emendatione temporum, pag. 298. annum habuerunt: ab iisdem intercalationem retinuerunt. Habuerunt igitur ipsi suam magnam periodum, qualis fuit Salchodai Persarum, aut denarius dodecateridum Chaldaicus. Quod sanè vero verius. Nam 120 annis definiebant seculum, ut vitam humanam, Genes. vi. 3. Hoc spatium Hebræi vocant חלד id est durationem vite humanae. Arabes autem אלקמר item אלהרר אלדרה Ac id tempus erat Hebræis ut Romanis seculum.* In canonibus Isagogicis libro III. pag. 264. comparat חלד Hebræorum cum Saris Chaldaeorum, & utrumque definit spatio annorum centum & viginti, adeoque parte duodecima anni maximi Persarum, constantis duodecim Saris periodicis, quem vocant illi Salchodai, quod est ירד-ש-שנה, *annus Dei.* His omnibus quid veri insit, dispiciamus. Patriarchas annum certis temporibus intercalare debuisse, certum est. Etenim ראש השנה seu *principium anni*, quo mundus cœpit, à Patriarchis ante & post diluuium in autumno præter propter custoditum & conservatum fuit. Is enim anni terminus quia facilis observatu arboribus & fructibus & foliis spoliatis, fixus fuit, uti visuri sumus. Verùm hic terminus retineri non potuit nisi per intercalationem justo tempore insertam. Quo verò tempore intercalatio facta sit, infra visuri sumus. Scaliger inserit anno quoque centesimo & vicesimo integrum mensem intercalarem, conflatum ex epactis residui quadrantis, & periodum illorum annorum in Scriptura venire nomine חלד arbitratur. Quique ea de re dubitant, eos habet pro *stellionibus, amulis, καθαρσις.* Atqui ego ejusmodi ψηφισματα scribentem & probra jacentem censeo non admodum causæ suæ confidere. Videamus paucis. *Primò* sumit, mensem Patriarcharum fuisse tricenùm dierum, annum dierum 365. proinde quinque dierum epagomenas cujuslibet anni autumnum antevertere debuisse. Quod si verum est, non restabat singulis annis nisi unus quadrans suo tempore intercalandus. Atqui menses tricenùm dierum & annos 365 dierum non demonstravit. *Secundò* largiamur, ita omnino rem habere, & tales fuisse in usu menses, tales annos, necdum probabile fit, post 120 annos institutam esse additione totius mensis intercalationem. Sic enim oportuisset per integros 120 annos eorum annum vagari. Atqui verisimile est, Patriarchas memores mundi in autumno conditi, ut conservarent illius principii memoriam, operam dedisse, ne tam longo tempore usque ad integri

integri mensis anticipationem annus incerta sede vagaretur. *Tertio* frivola est tota probatio ex Genes. vi. 3. & voce חַי in Scripturis obvia. Etenim Genes. vi. 3. non definitur חַי seu vitæ humanæ spatium, sed præfigitur mundo impio tempus μακροθυμίας longanimitatis Dei, quo expectavit pœnitentiam hominum, 1 Petr. iii. 20. Nullus unquam vitæ humanæ terminus communis spatio centum & viginti annorum definitus fuit. Ante diluvium longissimum vitæ humanæ spatium fuerunt anni octingenti, vel nongenti. Quod si igitur tum quidem intercalatio instituta fuit exacto longissimo vitæ mortalis spatio, tempore mortis Adami vel Mathusalem octo pœne menses principium anni, quo mundus conditus est, anteverterint. Proinde octo menses intercalandi fuerunt. Quod cogitare, nedum dicere insolens & absurdum est. Post diluvium usque ad tempus Abrahami duravit ætas hominum promiscuè annos quingentos, quadringentos, trecentos. Demum fatalis terminus incessit annorum septuaginta vel octoginta. At 120 annorum nullus unquam terminus vitæ humanæ in integra aliqua ætate decretus, vel mandatus executioni est.

IX. Præsidium causæ suæ Scaliger in voce חַי frustra omnino ponit. Ea vox ut plurimum in libris Poëticis, Jobo & Psalmis occurrit. Sunt qui nonnisi breve vitæ tempus signari putent. Proinde & חַי derivatum à חַי *mustelam* notare, quia id animans sit βραχύβιον. Ita Mercerus. Schindlero חַי est *sensim subire, irreperere*. Hinc חַי esse ævum hominis, quia tacitè decurrit, neque ejus sentitur motus. Nam

*Tempora labuntur, tacitisque senescimus annis.*

Fullerus in vetustissimo Codice Latino M. S. vocem חַי ubique conversam reperit per *rubiginem*. Ut ita miserabilem vitæ terrestri statum ob oculos statuat, rubiginosum, tetrum, squalidum, horridum & corruptioni ubique obnoxium. Verùm apparet, hoc à metaphoricis thematis significatu manare, atque idcirco secundarium esse & longius arcessitum. Aquila Ponticus hic Syros, quibus חַי est profunda loca fodere & penetrare, secutus vertit καθύπευθε, *penitus seu in profundum ingredi, in penitiosum recessum se abdere*. Unde καθύπευθε Helychio sunt λατρείαι καὶ βαθεῖς τόποι, *loci occulta & profunda*; item κρυφώδεις, *loci abdita*. Suidæ specialiter & distinctè Φωλεὶ, ὤπνομοι, σπήλαια, *lustra seu latibula, cuniculi, spelunca*. Unde Syrus interpres verba illa, 2 Tim. iii. 6. οἱ ἐνδονοπίαι εἰς τὰς οἰκίας reddidit חַי חַי חַי חַי חַי Et iisdem Syris gangræna quæ est καθύπευθε, venit חַי חַי nomine. Quippe malum illud non ἐπιπλάσιον est, seu hæ-

rens in summa cute, sed *ὑπόνομον*, in profundum penetrans, & altiùs cuniculos agens in corpus. Atque hinc doctiss. Fullerus derivat vocem חור quod hæctenus silvestrem mustelam interpretati sunt. Sed Cl. Bochartus talpam notare demonstrat. Verùm mustelæ quidem vel talpæ etiam apprimè quadrat notio *κατὰδύστος*; & fieri potest ut Syri ex ipsa voce חור conjectaverint חר esse *κατὰδύστος*. Cæterùm qui id conveniat voci חר quatenus significat *αἰῶνα ævum*, non video. Rectè igitur D. Bochartus observavit, verbum חר duo habere significata diversissima, quorum unum apud Syros, alterum apud Arabes invaluit. Syris certè חר est *profunda loca petere & penetrare*. At Arabibus חר planè est aliud, nempe *manere, durare, perennare, vegeta viridique semelæ esse*. Unde חר *semelæ vivor, perennitas* iisdem. Ut igitur ex priore factum est חר *talpa*, sic ex posteriore est חר quod planè est synonymum cum *עו"ל*. Sicut igitur *עו"ל* notat tum seculum tum mundum, ita חר primò significat durationem longam, & ætatem hominis. Ita Psal. xxxix. 6. *נניח חרי כאין נניח duratio mea tanquam nihil est coram me*. Deinde etiam mundum sonat, ut Psal. xl. ix. 2. Nam mundus & quicquid in eo est, certa duratione constat. Nunc igitur, quid in illa voce præsidii est in definiendo Patriarcharum periodico 120 annuorum cyclo, & magno mense intercalari? Nunquam in historia vox illa occurrit. Unde igitur constat, illos tali *Heled* usos esse? Tum חר est indefinitè quælibet longa ætas hominum. Non igitur definitè notat 120 annorum spatium. Sic ætas Davidis venit nomine חר neque tamen illa definita fuit 120 annis. Non fuit etiam Genes. vi. 3. spatium Heled determinatum, uti supra animadvertimus, & prolixè probamus Exerc. xvi. Denique ut largiamur Heled definitum ejusmodi spatium esse, unde probari potest, in eo Heled fuisse institutum magnum illum mensem emblematicum?

X. Quod verò Heled Hebræorum & Saros Chaldæorum tanquam similes comparat, eo argumento ductus, quia Hebræi qui annum habeant à Chaldæis, ab iisdem intercalationem sumpserint, ne id quidem solidum est. Non enim à Chaldæis est annus vetustissimus Patriarcharum. Ipse Scaliger ex historia diluvii nobis conatus est eruere annum Patriarcharum. Atqui nec tempore diluvii, nec retro diluvium Chaldæi fuerunt. Ex quo sequitur, antiquiorem longè esse Patriarcharum quàm Chaldæorum annum; adeoque non à Chaldæis intercalationem Hebræorum veterum fluxisse. Præterea de Saris Chaldæorum quid quæso pro certo asserere possumus? Eusebius lib. i. Chronici ex Abydeno *Satum* annis definit ter mille sexcentis, *Nirum* annis sexcentis, *Sosum* hexaginta. Est enim Saros sextu-

sextuplus ad Niron, Niros decuplus ad Sofum. Porro Chaldæorum regum tempora disposuit Abydenus per Saros. Tribuit enim Aloro Saros decem, Alopato tres; Amillaro tredecim, &c. In univcrsum decem reges ab Aloro usque ad Xifutrum regnâsse dicunt ejusmodi Saris centum & viginti, hoc est annis 432000. Liberaliores adhuc fecit Chaldæos Salmasius in præfat. ad annos Climactericos. Sarum enim descripsit annis sex mille, Nirum sexcentis, Sofum sexaginta. Verùm cum nemo nisi ex-pers sensus credere possit, tot annos regnatum esse à Chaldæis, reperti sunt, qui Saros non annorum sed dierum intelligerent. Hos inter Syncellus numerat Ἀνιάνων καὶ Πανόδαρον ὁμοχρόνους ἐπὶ Θεοφίλου Ἰ' καὶ Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἀκμαίουσιν, Anianum & Panodorum coetaneos, qui vixerunt sub Theophilo xxii Archiepiscopo Alexandriae. Atque ita Sarus Chaldaicus non fuisset nisi dierum 3600. seu annorum, si epagomenas quinque singulorum annorum demas, decem. Sed displicet hæc sententia Scaligero. Is proinde Sarum paucis definit, lib. iiii. Canonum Ifagog. pag. 251. Sarus mensis magnus annorum cxx. id est duodecima pars maximum anni, qui constat annis communibus MCCCCXL. Persis dicitur 𐎎𐎠𐎡𐎢𐎣, μέγιστος μὲν à Chaldæis 𐎎𐎠𐎡 SARA. Nam id Babylonice mensē, & lunam significat: Unde Arabes suum 𐎎𐎠𐎡 fecerunt, quo omnem mensē intelligunt, præsertim civilem. Σάρϙ igitur dierum constat ex diebus triginta. Mensis enim civilis Babylonis totidem dierum est. Inde 𐎎𐎠𐎡 omnis 𐎎𐎠𐎡 Babyloniorum cxx. Σάρϙ ἑσπεδίου est 𐎎𐎠𐎡 lustrorum, annorum cxx. Σάρϙ μέγιστος est 𐎎𐎠𐎡 Σάρων ἑσπεδίων, annorum M M M C C C L X, qui καὶ ἰξοχλῶ Σάρϙ Chaldæis dicebatur, auctore Beroso. Ubi etiam Sarum comparat cum seculo Romanorum, quod ex 11. lustris componebatur, sicut Sarus periodicus constiterit lustris xxx. Verùm quam ille rationem secutus sit in Saro definiendo, non video. Sanè Abydenus Sarum definit annis 3600. Verùm Chaldæos hic fraudem frausos esse, ut Græcis imponerent, nemo tam imperitus est quin intelligat. Quomodo autem fallere potuerint, non planè obscurum est. Faciamus enim in Chaldaicis libris scriptum fuisse 𐎎𐎠𐎡 (quod & dies & annos significare sæpe jam diximus) Chaldæi, qui veram quidem rationem abundè sciverunt, sed quòd Græcos vanis opinionibus inflatos cernerent, ut & eorum arrogantiam retunderent, & summam sibi antiquitatem vindicarent, exponentes vocem 𐎎𐎠𐎡 pro diebus posuerunt annos, Græcòsque persuaferunt, ita vocem hanc in Archivis Chaldaicis exponendam esse. Ex qua fraude manavit illa incredibilis Chaldaicorum annorum multitudo, quæ tum in dimetiendis regum temporibus, tum à primis Babyloniorum observationibus ad

Alexandri in Asiam transitum ac captam Babylonem numerantur. Nam teste Siculo numerabant ἑτῶν ἑπτά καὶ πεταγέκοντα μυριάδας καὶ ἑξῆς ἐπιταύταις χιλιάδας, *quadraginta & septuaginta tria annorum millia ab initio astronomicarum observationum ad transitum Alexandri.* Cæterùm nec dedignati sunt Chaldæi Græcis iis, qui amore veritatis in antiquitates Chaldæorum inquisiverunt, planam veritatem sine fuco aperire. Cujus rei obvium exemplum est in Callistene Philosopho Græco. Is enim rogatu Aristotelis inquisiverat apud Berosum in antiquitates Chaldæorum, & responsum tulit, uti est apud Simplicium in lib. II. Arist. de cœlo, observationes Astrologicas ad Alexandri Macedonis usque tempora servatas fuisse χιλίων ἑτῶν καὶ ἑνναγέκον ἑξῶν, *annorum mille nongentorum trium.* Retineamus igitur ex Aniano & Panodoro, Saros Chaldæorum non fuisse 3600 annorum sed dierum. Fuerit igitur Saros sublatis epactis annorum decem, non ut Scaliger sine ratione opinatur, centum & viginti. Proinde illa comparatio Sari Chaldaici & Heled Hebræici planè fictitia est. Ex quibus omnibus cordati intelligunt, nihil certi de mensibus, annis, mense magno Patriarcharum Scaligerum, cujus hîc autoritas eruditis nimium quantum oculorum aciem præstrinxit, propinare potuisse.

XI. Salianus & Torniellus quantum ad annum Patriarcharum, consentiunt Scaligero fuisse eum Solarem dierum 365. Quantum verò ad mensem, eum lunarem faciunt modo 29. modo 30. dierum. Annum fuisse Solarem dierum 365. ex historia diluvii sic demonstrare conatur Torniellus. *Numerâ, inquit, dies viginti novem primi mensis, & sexdecim secundi, (nam die decimo septimo secundi mensis diluvium capis;) & quadraginta, pluvix; & centum quinquaginta, status aquarum; & centum triginta, decrementi; & efficies memoratam trecentorum sexaginta quinque dierum summam. Item, computa dies quadraginta quinque fluxos ante diluvii initium; & à diluvio menses sex lunares, qui faciunt dies centum septuaginta septem, & dies vincti sex mensis septimi (die enim vigesimo septimo inchoante requièvit arca;) & dies sexaginta tres, qui inde fluxerunt usque ad initium decimi mensis, in quo apparuerunt cacumina montium; quibus adde quadraginta & bis septem, hoc est, quinquaginta quatuor dies, qui ad initium anni sexcentissimi primi decurrerunt, & invenies eandem summam. Denique compendiosius calculare poteris quadraginta quinque dies ante diluvium fluxos, & novem menses, qui continent dies ducentos sexaginta sex, ab initio diluvii, ad montium apparitionem transactos; & quinquaginta quatuor dies, qui inde ad anni finem lapsi sunt; & resultabit eadem summa trecentorum sexaginta quinque dierum.* Verùm multis modis peccat Torniellus. Primò si menses Patriarcharum lunares fuerunt, quomodo



modo duodecim lunationes absolvent numerum 365 dierum? Perspicuum autem est, Mosen annum diluvii metiri secundum menses. Et fateatur alibi Torniellus, annos certis temporibus ad Solis motum accommodatos fuisse. Non potuit igitur salva hac hypothese unus annus qualis fuit diluvianus implere numerum 365 dierum. *Secundò* malè Torniellus dividit dies quadraginta & centum quinquaginta, qui ab initio diluvii fluxerunt: cùm quadraginta priores illi dies includendi sint ipsis centum quinquaginta. Diebus 40 continuavit pluvia. Post illos dies usque ad diem centesimum & quinquagesimum יל הארץ יברו המים *robotârunt se aquæ super terram*, quod factum est non per continuos, sed per interruptos imbres. Quod ipsum satis arguit, nullum fuisse statum aquarum per 150 dies. Si enim aquæ constiterunt per dies 150. quomodo toto eo tempore יברו *robotârunt se*? Sed dies quadraginta esse includendos diebus 150 docet ipse Moses, Genes. VIII. 4. ubi ait, quievit arcam mensis septimi die decimo septimo, adeoque ab initio diluvii ad quietem usque arcæ intercessisse menses quinque. Quod verum non est, si seorsim putentur quadraginta & centum quinquaginta dies. Sic enim plus quàm sex menses inter diluvii initium & quietem arcæ interponendi essent. Respondet quidem Torniellus, quievit arcam mensis septimi die vicésimo septimo, inde ab initio diluvii, non ab initio anni Noëtici. Similiter montium cacumina visa esse die primo mensis decimi ab initio diluvii non anni Noëtici. Atqui id nunquam à quoquam impetraverit, qui historiam diluvii æqua mente perpendet. Clarum est, Mosen & incepisse & desiisse putare menses ab initio anni Noëtici, Genes. VI. 11. & VIII. 13. Deinde si ab initio anni Noëtici putemus, & dies 40 includamus diebus 150. planè perveniemus ad diem decimum septimum mensis septimi, quo quievit arca. At contra putando ab initio diluvii nunquam ad eam mensum ac dierum summam pertingere licebit, inprimis non ex hypothese Tornielli, qui Vulgatum interpretem secutus arcam quievit docet mensis 7. die 27. Denique & in cofallitur calculus Tornielli, quòd columbæ ter emissæ non tribuit nisi quatuordecim dies. Nos autem supra probavimus, adjiciendos esse septem illos, quos expectando transegit Noë post corvi dimissionem.

XII. Dionysius Petavius Rationarii Temporum, pag. 11. lib. 2. cap. 1. de Anno Patriarcharum paucis sic habet. *Quo anni genere usi fuerint tum homines nondum certè comperi. Credibile est, communes saltem adhibuisse tricentorum ac sexaginta dierum, quos itentidem intercalariis auferent.* Eadem sententia fuit Christophori Lauretii, lib. 7. de Doctrina temporum. Hi menses fecerunt tricenarios, Duodecim autem ejusmodi menses absol-

vunt:

vunt dies trecentos & sexaginta. Menses autem tricenarios fuisse, videntur sibi persuasisse eadem ratione, qua ex historia diluvii petita usus fuerat etiam Scaliger. Verùm cum eam thesi quinta examinatam jam dederimus, non libet hic actum agere.

XIII. Paucis igitur ut hæcenus involutam animi notionem explicem, puto nulla certa demonstratione annum Patriarcharum ante tempora Mosis indagari posse. Omnes Chronologi, qui hîc aliquid tentârunt probationem suam ex historia diluvii, uti jam vidimus, accesserunt. Ex ea autem nulla omnino solida demonstratio peti potest, quia apud Mosen non invenitur constans dierum numerus & accurata computatio. Nam primò non liquet, quot dierum fuerit mensis primus anni Noëtici. Secundò incertum est, quot dies fluxerint à mensis septimi die decimo septimo ad diem primum mensis decimi. Tertio duo occurrunt spatia ἀδηλα seu tempora ambiguo laborantia. Prius est illud, quod inter diem à diluvio centesimum quinquagesimum & primum diem mensis decimi fluxit. Alterum quod fluxit inter emissionem tertiam columbæ, quæ non rediit, & inter terræ totius exsiccationem. Qui hæc recta iudicii trutina pensitaverit, facile intelliget, ex historia diluvii nihil pro certo definiri posse.

XIV. Quamvis verò evidenti demonstratione hîc destituamur, tamen probabiliter conjectari potest, menses quidem Patriarcharum æquæ ac annos fuisse lunares, ita tamen ut anni lunares certis temporibus solaribus fuerint adæquati. Ita ut statuam, ratio est, quia talis mensium & annorum observatio est facillima, simplicissima & maxime exposita. Credibile autem est, primos homines ea secutos esse, quæ sensibus obvia sunt, & procedente tempore scrutatos esse accuratiora. Ita enim mens humana comparata est, ut ab iis, quæ sensibus vicina, simplicia & nullis difficultatibus sepe sunt, cognitionem rerum incipiat & deducat. Esse autem talem mensium & annorum observationem simplicem & sensibus obviam liquet. Nam quod menses atinet, facillimum fuit sub cœlo maxime plerunque sereno & non admodum nubibus obducto, observare, quando Luna primò post coitum appareret. Itaque à prima φάσι lunæ numerabant dies usque ad sequentem φάσιν, quæ si daretur, faciebant alternis mensem dierum 29 vel 30. Si nulla daretur, simpliciter mensis distributus diebus triginta. Neque differentia dari poterat nisi unius fere diei: & successu temporum, cum rediret φάσις, facile is error emendatus & sublatus est. Nam si deficiente phasi uni mensi plures iusto dies tribuissent, alteri statim aut tertio, aut quarto dies superfluos, anticipatione lunæ moniti demserunt. Sententiam hanc confirmare videtur ipsa appellatio mensis usitata Hebræis.

bræis. Illis enim mensis est חודש quod à *novando* notat ipsam *renovari*, seu lunam post occultationem denuo se proferentem. Hinc ita David Kimchi in libro Radicum explicat eam vocem: ונקרא החודש בזה ענין החדש ונקראו השלישים זמן בכלל חודש חום הראשון לכר חודש *Et vocatur Hodes sive novus, quia renovatur luna in eo die. Triginta dies junctim vocantur Hodes, & dies primus solus vocatur Hodes.* Quin & חודש Hebræis simul mensē simul lunam notat. Notione mensis occurrit ante legem, Exod. 11. §. 2. ubi Moyses occultatus dicitur à matre ששירה ימים *tres lunas* seu חודשים *tres menses*, uti Græci reddunt. Quin & Job. xxix. vox חודש eodem sensu habetur: מי יתני כרחי קרם *utinam essem juxta menses priorcs.* Atque hæc etiam communis est Hebræorum sententia. Unde Elias Scripturarius in Excerptis Seldeni sic habet: ואת המצות היתה מימים קרשים מכוונות: ואברהם אבינו שיה לקוש היתה *Præceptum sanctificandi* (hoc est observandi menses secundum phasin & quæ inde sequuntur reliqua) *extabat seculis antiquissimis temporibus Noë & Abrahami patris nostri, quibus pax sit.*

XV. Hinc etiam vetustissimi quique populi secuti sunt consuetudinem putandi menses secundum פאסון lunarem. De Romanis priscis sic habet Macrobius Saturnalium, lib. 15. *Priscis ergo temporibus, antequam fasti à Cn. Flario Scriba, invitis Patribus in omnium notitiam proderentur, Pontifici minori hæc provincia delegabatur: ut novæ lunæ primùm observaret aspectum, visamque Regi sacrificulo nuntiaret. Itaque sacrificio à Rege & minore Pontifice celebrato, idem Pontifex calata, id est vocata in Capitolium plebe, juxta Curiam Calabram quæ Casæ Romuli proxima est, quot numero dies à Calendis ad Nonas superessent, pronuntiabat, & quintanos quidem quinghis diebulo verbo סבא septimanas, repetito septies prædicabat.* Ita Arabes à פאסון lunari neomenias incepisse semper notum est, & testatur Abenezra in cap. xii. Exod. his verbis: ושמעלים בעבר שמועיהם תלום בינו חודש הלכנה החדש כלל *Ismaëlitæ quorum festa mensium lunarium diebus illigantur, quippe quibus initium mensis est à vespere visionis lunæ.* Clariùs Ulugbegus de celebrioribus epochis, cap. 1. *Mubammedani menses hujus epochæ à pbase novilunii ad pbasin sequentis novilunii numerant. Atque hoc intervallum nunquam triginta dies excedet, neque minus erit novem & viginti: sita ut quatuor menses alternatim consequentes triginta dierum sint, & tres viginti novem sine ullo utrinque excessu. E duodecim mensibus annum constituunt. Anni itaque & menses secundum eorum usum sunt lunares veri.* Hanc consuetudinem habent Muhammedani ab antiquissimis majoribus suis Ismaëlitis. Ismaëlitæ autem cognati fuerunt Israëlitarum, quippe ab Ismaële Abrahami filio oriundi. Idem fecerunt antiqui Septentrionales. De Germanis Tacitus,

tus, lib. de moribus Germanorum XI. 2. *Coëunt nisi quid fortuitum & subitum inciderit certis diebus, cum aut inchoatur luna aut impletur.* De Gallis Plinius, lib. XVI. *Petitur ante omnia sexta luna, quæ principio mensium annorumque ius facit, & sæculi post tricesimum annum.* Sic & Græcorum menses inceperunt à Φάσει. Testis est Geminus in Isagoge, cap. 6. Τὸ δὲ πρῶτον νόμων καὶ τῶν χρησμῶν ἀρχὴ γινώσκοντο τὸ θύειν κατὰ γ' ἡγνὴν τὰ πάτρια, μήνας, ἡμέρας, ἐνιαυτὸς. Τῶτο διέλαβον πάντες οἱ ἔθνη τὸς μὲν ἐνιαυτὸς συμφώνως ἀγειν τῶ ἡλίῳ τὰς δὲ ἡμέρας καὶ τὸς μήνας τῆ σελήνῃ. *Quod enim à legibus & oraculis præcipiebatur, ut sacrificarent secundum tria, sive patria, menses, dies, annos: hoc ita acceperunt Græci omnes, at annos congruenter agerent juxta solem, dies & menses juxta lunam.*

XVI. Cùm igitur mensis Patriarcharum lunaris fuerit, etiam eorundem annum lunarem fuisse sequitur, non solarem. Et ratio aperta est, quia Moses Genesius septimo in annis Noëticis numerat mensem primum, secundum, septimum, decimum. At in anno solari menses lunares ita numerari, ut cum anno ipso incipiente incipiat etiam mensis lunaris primus, æquè non possunt ac non jungi capræ lupis. Quippe constat, rarissimè annum solarem in neomenia incipere. Et si maximè contigisset, annum sexcentésimum Noë incipere à nova luna, tamen sexcentésimus primus, in quo etiam numerantur menses, non potuit idem à nova luna incipere, si annus præteritus solaris fuit. Nam abundârunt in anno solari dies undecim post inceptam neomeniam, adeoque sequentis anni solaris principium non potuit in novam lunam cadere, sed in duodecimum diem mensis lunaris superiori jam anno ad medietullium suum producti.

XVII. Præterea simplicissimâ ratio fuit, tempora dimetiri per lunares annos. Nam Solis quidem cursus non planè innotuit præcis mortalibus. Quamvis enim sensibus manifestum sit, Solem nunc altiùs incedere, nostròque vertici propiùs imminere, nunc longiùs ab eo remotum, illud tamen assequi non statim potuerunt, quot diebus sol cursum suum per signa Zodiaci absolveret. Ad hoc enim necessaria fuerunt instrumenta accuratissima. Qualia quidem illis in promptu fuisse non est credibile. Præterea multa præcognita fuerunt necessaria, utpote elevatio Poli, declinatio maxima eclipticæ à Zodiaco, aliâque ejusmodi, sine quorum præsidio ne decem dierum differentia in motu Solis deprehendi potest.

XVIII. Cæterùm Solis cursus, ut ut in notitiam distinctam primis hominibus non statim venire potuit, tamen ipso suo in terris effectu annum suum motum monstravit. Nam transiens æquinoctium vernum consti-

constituebat tempus : extremum radens Zodiaci limitem dabat ætatem ;  
 rursum in æquinoctio autumnum : in Tropico opposito hiemem fecit.  
 Quæ tempora manifestas quoque in ipsa terra mutationes dederunt. Igitur  
 annum integrum esse voluerunt , quo quatuor hæc anni tempora orbem  
 suum impleverunt , inchoando annum suum ab eo ferè tempore , quo ar-  
 bores & fructibus & foliis spoliantur , & omnia primis frigoribus exole-  
 cunt. Et quoniam inter duo ejusmodi tempora luna interdum duodecies  
 interdum tredecies decurrit , annum aliquando duodecim , aliquando tre-  
 decim mensium fecerunt. Atque sic per intervalla annum lunarem accom-  
 modârunt solari , dum in id unicè intenti fuerunt , ne principium anni re-  
 motum nimis esset ab eo tempore , quo mundus conditus est , hoc est , au-  
 tumnali. Quo ipso necessum habuerunt annum lunarem accommodare  
 solari , adeoque eum facere modo duodecim modo tredecim mensium. Ne-  
 que enim anxie curârunt mediocrem anticipationem autumnus , dum ne cap-  
 ut anni ab autumnus nimis procul recederet.

XIX. Hactenus igitur distingui etiam potuerunt anni communes &  
 embolimæi. Communes enim fuerunt , qui absoluebantur mensibus duo-  
 decim , embolimæi qui tredecim. Embolimæi hujus causa , quia annum ut-  
 cunque Soli accommodare , & principium anni in autumnus præter propter  
 figere studuerunt. Præter generalem hunc embolimismum fuit & alius spe-  
 cialior , cujus necessitudinem suo tempore imposuit ipsa lunæ nova appa-  
 ritio. Cum luna duodecies decurrens Zodiacum absolvat dies 354 , &  
 minuta quadraginta quatuor , trigesimo quoque præter propter anno dies  
 integer intercalari debuit. Quæ quidem intercalatio non ab ullo instituto  
 hominum , sed à mera φάσις lunæ talem embolimismum flagitante suspensa  
 fuit. Hujus autem diei περὶ ἑσθίαν cum experiundo quidem cognoverint  
 Patres , incertum tamen est , an ejusdem causam investigaverint.

XX. Utrum verò præter hunc annum lunarem , terminatum duode-  
 cim vel tredecim mensibus , fuerit etiam in Patriarcharum usu vel notitia  
 annus aliquis , non mensium sed dierum , nimirum 365. adeoque solaris ,  
 nondum planè compertum habeo. Fateor talem annum in notitiam &  
 usum venire potuisse , æquè ac apud alias gentes posterioribus temporibus  
 innotuit. Quamvis enim Solis cursum non penitus exploratum habuissent ,  
 tamen ipsi anni quadrantes seu tecuphæ illos solaris curriculi utcunque ad-  
 more potuit. Neque enim difficile fuit observatu in primis post longum  
 tempus , quot dierum orbe claudantur quatuor tempestatates anni. Accedit  
 quodd ante Exodum mentio facta sit anni sub notione dierum  $\omega\omega$  dierum ,  
 uti supra non una occasione diximus. Sed neutra ratio prægnans est. Non  
 enim

enim quia annum solarem Patriarchæ in usum deducere potuerunt, sequitur id factum esse. Præterea utut cognoscere potuerint quatuor tempestatum circumvolutione solem spatium suum decurrere, tamen tempestatum illarum finis præcisus & dies terminas admodum obscurus fuit. Nec vox  $\text{שנת ימים}$  evincit formam perpetuam anni solaris. Nam & series illa dierum, quæ necitur à principio anni lunaris ad solarem accommodati ad ejusdem finem, commodè dici potest  $\text{שנת ימים}$  *dies* vel  $\text{שנת ימים}$  *annus dierum*. Si annos solares habuerunt Patriarchæ, credibile est, non in dies tantum sed etiam in menses eos distributos esse. Quod si verum est, nihil impedit, quò minùs annus lunaris accommodatus solari etiam tam  $\text{שנת חרשים}$  *annus mensium* quàm  $\text{שנת ימים}$  *annus dierum* insigniatur.

XXI. Menses Patriarcharum nominibus propriis non videntur distincti fuisse. Nam quod nomina mensium usitata jam olim Judæis attinet, illa à Chaldæis Hebræi arcessiverunt: qualia sunt illa *Nisan, Fiar, Siwan, Tamuz, Ab, Elul, Tisri, Marchesuan, Casleu, Thebet, Sebat, Adar*. Abenezra in caput XII. Exod. וכן ואיר וסין וכל שמות חרשים אנם לשון קיש כי אם לשון כשרים על כן לא תמצא ב כספרא כתוב אחר מהם ולא בכל המקרא רק בנבחרו חגי זכריה ותיאל ועזרה ומגילה אסתר שהו בגולה וככה הפרוש בחדש *Nisan & Fiar, & reliqua mensium vocabula non Hebraica sunt sed Chaldaica. Ideo nullum horum in sacris literis expressum legitur, præterquam in Zacharia, Haggæi prophetia, Daniele, Ezra & volumine Ester, qui libri in deportatione scripti sunt. Et ad hunc modum interpretanda sunt ista: In mense primo qui Chaldæorum lingua Nisan vocatur. Ante captivitatem tamen alia & Hebræis propria nomina mensium fuisse in usu constat. Nam 1 Reg. VI. 1, 37. mensis secundus non *Fiar*, sed *Siv* appellatur. Et mensis septimus 1 Reg. VIII. 2. non venit nomine *Tisri* sed nomine אתנים *Ethanim*. Mensis octavus 1 Reg VI. 37. non vocatur *Marchesuan* sed בול *Bul*. Quæ quidem tria mensium nomina ante captivitatem usitata purè sunt Hebraica, uti liquet attendenti. Quando verò coeperint menses propriis nominibus insigniri, & quo autore, dicere non habemus. Id tamen pro certo affirmamus, ante introductum populum in terram Cananæam menses Hebræorum nominibus caruisse. Ubique enim numerantur, ordine tantum distinguuntur. Nominantur enim ראשון *primus*, seu ראש חרשים *caput mensium*, שני *secundus*, שביעי *septimus*, &c.*

XXII. Principium anni Patriarcharum in autumno fuit, vel eo tempore quod autumno vicinum. Nam quia annus lunaris in usu fuit, non potuit principium anni in ipso æquinoctio autumnali semper figi. Nihil.

hilominus nunquam caput anni autumnum integro mense propter intercalationem mensis 13 antevertit. Cæterùm in autumnno cœpisse annum liquet. Etenim primò mundus in autumnno conditus est, ceu à nobis probatum est in loco. Eo autem tempore, quo mundus conditus est, caput anni constitutum, & imposterum observatum est. Secundò diluvium incidit in mensem secundum, Genes. vi. 11. Atqui mensis secundus, si credimus Josepho Antiq. 1. 5. fuit ille, quem Macedones Diem, Hebræi Μαροβάρην ceu Marchelvan appellant, respondens partim Octobri partim Novembri. Opponit se doctissimus Langius de Annis Christi, lib. 11. cap. 2. *In Scripturis, inquit, mensis primus, secundus, &c. nunquam ab autumnno semper à vere numeratur. Quid ergo sequendum est? Istudne quod ex Scripturis & antiquissimorum hominum antiquissimis* (Berosum Chaldæum & Abydenum ac Polyhistora citaverat) *& ipsi pœne renati mundi cœvis archivis demonstratur, an quod ex recentiorum dissentientibus ac planè sibi contrariis opinionibus proponitur?* Verùm imbelles telum est. Nam quod Scripturam attinet, confundit tempora. Post Exodum enim translatum statui-mus caput anni ex autumnno in tempus vernum. Non mirum igitur est, post ea tempora mensem primum, secundum, &c. numerari à tempore verno non autumnali. Id probè innotuit Jonathani Paraphrastæ. Is enim 1 Reg. viii. 2. ad verba illa: *congregabantur ad Regem Solomonem omnes Israël: & in mense Ethanim*, sic *בִּירוֹת רַעְתִּיקָא רַקִּין יָדֵי יְרֵחָא: בִּירוֹת קִרְבָּאִר* in mense quem antiqui vocarunt primum, nunc autem vocatur septimus. Quod Abydenum & Alexandrum Polyhistora attinet, qui ex Beroso Chaldæo tradunt, diluvium cœpisse *μηνὸς Δαυείδς 15. decimo quinto die mensis Dæsi*; eisdem vidit etiam Josephus. Nec tamen argumentis haud dubiè certioribus edoctus ab se impetrare potuit, ut rem ita habere crederet. Igitur is mensem, quo diluvium cœpit ait esse Macedonum *Diem*, non *Dæsum*. Tum menses Macedonum mutatos esse videtur colligi posse ex literis Philippi Macedonum Regis ad Peloponnesios scriptis, quas citat Demosthenes oratione de corona. In ea enim epistola *Lous* mensis Macedonum confertur cum *Bædromione* Atheniensium. At juxta ordinem sequioribus temporibus receptum *Lous* cum Atheniensium Thargalione non Bædromione convenit. Tertio *תּוֹשַׁבְּתֵי הָאָרֶץ* in festum collectionis erat *בְּעָרָא דְּהַשְׁתַּר* in fine anni nempe antiqui, qui præcessit annum tempore Exodi institutum, Exod. xxiii. 16. Atqui festum collectionis, videlicet *quo fruges colliguntur à terra*, seu festum tabernaculorum erat in autumnno. Igitur finis & principium inciderunt in autumnum. Hoc argumentum quod merito maximi fecit Petavius, attigit quidem Cl. Langius; sed tamen ne

conatus quidem est solvere. Quartò Moses Exod. xii. 2. mensem Nisan facit principium mensium. Ubi novam constitutionem figi hæctenus inusitatam est manifestum : cujus causa fuit memoria liberationis ex Ægyptiaca servitute. Ante hac igitur non verno tempore principium anni fuit. Accedit quodd Orientalia populi antiquissimi, teste etiam Hieronymo, post collectionem frugum & torcularia annum inceperint. Hòsque populos fuisse Chaldæos, Persas, Ægyptios probat Genebrardus. Quibus addendi veteres Hetrusci, qui ut ex Festo Pompejo & Livio colligitur, quotannis clavum annalem hgebant Idibus Septembris, ut per eos clavos numerum annorum designarent. Quæ porro argumenta affert Scaliger, qualia sunt, quodd *Lectionarium* Judæorum vetustissima consuetudine incipiat ab autumno; quodd priscorum Ægyptiorum sententia fuerit, mundi initium fuisse in ultimis partibus libræ; lubens utpote infirma satis omitto.

XXIII. Utrum Patriarchæ æram certam, juxta quam tempora sua putarent, adhibuerint, plenè exploratum non habemus. Hebræos quidem quod attinet, illi omnes æram ordiuntur ab Exodo. Ex authore *Meor Enajim*. Tractatu secundo cap. xxv. ostendit Gulielmus Henricus Vortius in observationibus ad Chronologiam R. D. Ganz. talem fuisse rationem supputandi annos priscis Hebræis, ut nimirum ab Exodo usque ad ædificationem templi primi calculos suos aptaverint ad illustris liberationis memoriam, atque semper in suis contractibus aliisve negotiis secuti fuerint æram Exodi. Deinde ab ædificatione templi usque ad excidium ejus vel potius captivitatem Babylonicam semper in populo viguisse computum exstructi templi. Postmodum sub ipsa captivitate Babylonica vel excidio usque ad restaurationem templi obtinuisse morem numerandi annos ab exordio excidii, vel regum Babyloniæ, Persiæ & Græcorum. Porrò sub templo secundo à Monarchia Alexandri publicè recepta fuit æra contractuum, de qua infra fusius ad annum 3448. Denique post excidium templi secundi à tempore obsignati Thalmudis introducta fuit æra Creationis. Ut hæc sit recens inventum Saburæorum seu illorum Doctorem, qui successerunt Amoræis seu Doctores Gemaricis. At de æra ante Exodum recepta altum apud eos silentium. Et sanè statim post Exodum Moses historiam sacram retulit ad tempus determinatum ipsius Exodi. Quæ æra constanter servata saltem usque ad ædificationem templi, uti colligitur ex 1 Reg. vi. 1. ubi, Solomon dicitur ædificasse domum anno quadringentesimo octogesimo *לאחר בני ישראל מארץ מצרים* post exitum filiorum Israël ex terra Ægypti. Retro autem Exodum æræ talis nullum  
utpam



uspium vestigium est reperire. Quamvis verò aperta æræ Patriarcharum indicia nulla sint, tamen à certo principio, & ante diluvium quidem à creatione, à morte Adami, nativitate Sethi, &c. post verò ab ipso diluvio, dispersione gentium, migratione in terram Canaan vel Ægyptum, &c. rebus videlicet inprimis notabilibus, eos tempora sua deduxisse, non est improbabile. Voluerunt enim haud dubiè cognitionem habere temporum, ac inprimis rerum illustrium conservare memoriam, quòd absque æræ subsidio non ita facere potuerunt.

XXIV. De cyclo Patriarcharum res etiam satis obscura est. Artificialem quidem solis & lunæ cyclum, qualis fuit Græcorum Triæteris Octoëteris, Ennecaidecæteris Metonis, &c. nullum in usu habuerunt. Nam ne ipsis quidem Hebræis post Exodum & procedentibus temporibus artificialis ejusmodi cyclus innotuit. Ex præcepto enim duplicem cyclum, neutrum tamen artificialem observârunt: Prior septenis, posterior septies septenis annis explicabatur: quorum ille simpliciter Sabbathicus ceu Semitah, hic Jobelæus dicebatur. Placet tamen Jacobo Capello utrumque illum cyclum tum septem annorum, tum septies septenorum annorum, post quos Jobelæus succedere solitus, etiam apud Patriarchas obtinuisse. Proinde Mahalaleëlem natum esse putat ineunte octavo post orbem conditum Jubilæo. *Ommino enim*, inquit, *ut Sacrificiorum usus, ut animalium mundorum ab immundis distinctio, sic annorum per hebdomadas, & hebdomadarum hebdomadas distributio aliqua esse potuit inde à primis Adami temporibus*, ad A. M. 392. Sed si esse potuit, numquid etiam fuit? Hac ratione integra lex placitorum ab Adami temporibus arcessi posset. Et disparata ratio est ceremoniarum religionis quales sunt sacrificiorum. Tales enim anticipatæ sunt & anticipari potuerunt. At annus Sabbathicus & Jobelæus pertinebant ad statuta civilia, & quidem non universalia, sed accommodata κατ' ἐκαστον Israëliticæ Reipublicæ in terra Canaan Divina dispositione constitutæ. Voluit enim Deus Israëlitas temporibus certo inhærere, quo terra quiescat, & ad vitandam tribuum confusionem possessiones alienatæ ad priores dominos postliminio redeant.


XXV. Annus Patriarcharum circa Exodum varias mutationes passus est. De quibus circa tempora Exodi locus differendi erit. Nunc igitur argumento intricato satis & perplexo finem imponentes ad ipsa Patriarcharum Antediluvianorum tempora pedem promovemus, alteram videlicet institutæ de Annis Patriarcharum dissertationis partem.

E X E R C I T A T I O XIII  
D E  
ÆTATE PATRIARCHARUM  
A N T E D I L U V I U M.

Breviarium.

*Chronologorum divortia. 1. Lucæ Gaurici de ætate Patrum ante dilu-  
vium opinio rejecta. 2. Eusebii Pamphili de eadem ætate sententia  
& ἀλογία. 3. Julii Africani lectio in anno quo generavit Metu-  
schælachus, contra Syncellum defensa. 4. Authores qui Græcam  
versionem sequuntur recitati. Baronius notatur. 5. Anni genera-  
tionis Patriarcharum juxta LXX. Interpretes. 6. Augustini & Hie-  
ronymi sententia conformis Hebraicæ editioni. 7. Hebraicus com-  
putus. 8. Samaritani codicis calculus. Scaligeri ἀβελία. 9. In an-  
nis Patriarcharum sequendum esse codicem Hebraicum probatur  
primò, quia corruptionis Græcæ versionis ostendi potest causa, non  
item Hebraici textus. 10. 11. Secundò quia in textus Hebraici  
calculo nullæ omnino dantur lectiones variantes: at dantur in ver-  
sione Græca. 12. Tertid quia Græci codices facile corrumpi potue-  
runt, difficulter & vix Hebraici. 13. Quartò, quia pro Hebraicis  
codicibus vigilavit Ecclesia non pro Græcis. 14. Quintò, quia an-  
tiquissimæ versiones conformes sunt editioni Hebraicæ. 15. Sextò  
quia Josephus in iis locis, in quos corruptionis suspicio non cadit, fa-  
cit cum Hebraico textu. 16. Septimò quia pro Hebraico codice  
militat computus Hillelis. 17. Octavò, quia Hebraici codices ab-  
solutè sunt authentici, non Græci. 18. Nonò ad hominem, quia He-  
braico codici consentit Vulgatus. Morini κρησφύγετο. 19. Solvuntur  
contra-*

*contraria argumenta Morini & Waltoni. Primum, quòd Græcæ versioni consentiat Ecclesia catholica. 20. Secundum, quòd Ecclesia etiam vulgata versione declarata authentica nihilominus calculum Græcum sequatur. 21. Tertium, quòd Lucas Evangelista stes pro Interpretibus Græcis. Quartum, quòd cum iisdem Josephi calculus conspiret. 22. Quintum, quòd Historici Josepho antiquiores Græcos numeros confirmet. 23. Sextum, quòd Græcæ versionis calculus melius custodiat proportionem inter annos pubertatis & annos vitæ. 24. Septimum, quòd facilior lapsus sit in omissione quàm additione. 25. An Moses in Chronologia sua accuratè locutus sit, an potius rotundo numero adhibito paucos annos præterierit vel addiderit? 26. An Moysi anni generationis intelligi debeant absoluti, an fracti & inchoati? 27. Summa annorum à condito mundo ad diluuium usque. 28.*

I.  On immeritè queritur sanctus idémque doctissimus Pater Clemens Alexandrinus, Stromatum libro 1. τὸ αὐτὸ ἔχει τῶν ἑβραίων ἀριθμῶν πάλαις ἱερουργεῖται, *ea quæ rationem concernunt temporum, diversimodè à multis narrari.* Non dicam hic de divortiis sententiarum, quibus distrahuntur doctissimorum quorunque animi in putandis temporibus, quæ à condito mundo fluxerunt ad Nativitatem usque Christi, & in figendo natali Salvatoris nostri Domini Jesu Christi. Collegit tum Hebræorum tum Christianorum variantes de ea re sententias Sixtus Senensis Biblioth. 9. lib. 5. annot. 68. ubi diversos calculos numerat viginti sex. Verùm cum discordiæ illius rationes plurimæ reddi possint; id solùm mirandum est, potuisse ipsam illud spatium temporis, quod fluxit à principio mundi diluuium usque, quòdque quia à Mose intentè & dedita opera definitis annis generationis & obitus Patriarcharum explicatum est, extra contentionis aleam poni debuit, à plurimis in controversiam vocari. Quæ quidem res nobis in temporum illorum intervallo hæctenus operam nostram occupantibus necessitatem imposuit de ætate Patriarcharum diligentius veritatem verbo Dei consentaneam inquirendi.

II. Portentosissima omnium Christianorum in annis Patriarcharum antediluvianorum Chronologia est Lucæ Gaurici in Tabulis Alphonisinis, quas A. D. 1524. castigatas dicavit Pompejo Columnæ, quem septennio ante Cardinalem fecerat Leo decimus. Is ab Adamo ad cataclysmum nu-

merat annos ter mille octingentos octoginta duos, dies centum sexaginta septem. Sed is omnium eruditorum consentientibus votis rejectus, dignus non est, in quo refutando operæ multum sumatur. Major hic est auctoritas Patrum quorundam tum Græcorum tum Latinorum, quorum proinde de annis Patriarcharum ante diluvium sententiam producere & ad immos veritatis calculos exigere non pigebit.

III. Eusebius igitur Pamphilus ille seculi sui Phœnix in principio statim *παντοδαπῆς ἰσχυρίας* tres inter se comparat codices, Græcum, Hebræicum & Samariticum. Collationem illam instituit eum potissimum in finem, ut ostenderet, duabus reliquis editionibus anteposendam esse solam codicis Hebræici editionem. Et id quidem cum rectè proposuerit, non tamen secutus est, uti meritò queritur Scaliger. Nam dinumeratio temporum ab Adamo ad diluvium secundum Hebræum codicem colligit annos mille sexcentos quinquaginta sex. Ipse autem putat annos bis mille ducentos quadraginta duos, quæ est summa Interpretum Græcorum juxta lectionem tempore Eusebii repertam. Quo nomine eum Georgius Syncellus partim laudat partim vituperat. Laudat, quia in colligenda annorum summa secutus Seniores septuaginta. Vituperat, quia professus se Judæos sequi, transit in partes Seniorum. *Quæ fuit, loquor cum Scaligero, maxima Eusebii ἀλογία, vitium illi Scriptori solenne.*

IV. De Eusebii sententia ejusmodi est judicium Georgii Tarasii Patriarchæ Syncelli in ecloge Chronographiæ suæ : Ἀπὸ Ἀδάμ ἕως κατέκλυσε τὴν βῆμβ. Οὕτω δὲ καὶ Ἐυσέβιος, καὶ ὁ ἀληθινὸς λόγος, καὶ τὰ παλαιὰ καὶ Μωσαιοῦ ἀντηράφων εὐεχόμενα κατὰ τὸ ἑκδοσιν. ὁ μὲν τοῦ Ἀφελανὸς βεβ. ἐπιλογίσασθε ἐν τῷ ἀντηράφων ἕως εὐεχόμενον οἷς ἂν χρὴ πισθεῖν. *Ab Adamo usque ad diluvium anni sunt MMCCXLII. Ita etiam Eusebius & legitima ratio, & pleraque exemplaria juxta τῶν LXX. computationem. Africanus autem computavit annos MMCCCLXII. ex exemplaribus quæ ita legebant, quibus tamen seduci non oportet.* Eusebii calculum probat, tum quia eum flagitet ratio, tum quia conformis sit cum dinumeratione LXX Seniorum. Rejicit verò Julium Africanum, qui summæ Eusebianæ addit annos viginti. Factum id est in anno, quo Mathusalem generavit Lamechum; quod factum anno ejus 167. Eusebii codex; at anno 187. Africani testatur. Verum ut Africanum reprehenderet ratio nulla fuit, quando lectio Græcorum Interpretum ab eo commendata longè melior fuit. Nam si Eusebium sequamur, statuendum necessariò fuerit, Mathusalem post diluvium vixisse annos quatuordecim, cum tamen disertè testatur Moses, octo tantum homines fuisse in arca servatos. Mathusalem genuit

nuit Lamechum juxta lectionem Græcam, quam sequitur Eusebius anno ætatis 167. Cùm verò vixerit in univèrsum annos 969. consentientibus LXX Senioribus, & tamen à nativitate ejus juxta eosdem, usque ad diluvium reperiantur anni tantùm 955. supersunt anni 14. quos diluvio supervixerit. At difficultatem hanc tollit codex Africani in quo Mathusalaë generanti Lamechum tribuuntur anni centum & octoginta septem: quod cum Hebraïco etiam codice congruit. Igitur summam annorum MMCLXII. colligunt etiam Fasti Siculi Casauboni, Epiphanius in Panario, Honorius Augustodunensis, & Chronicon Nicephori Patriarchæ. Quin & tres illi codices Græci, qui tempore adhuc Augustini extabant, quorùmve is meminit lib. xv. de Civit. Dei, cap. 13. in annis Mathusalaë legere debuerunt annos, 187 non 167. Nam in iis juxta Augustinum inventus est Mathusalem sex annis ante diluvium fuisse defunctus. Quod non aliter fieri potuit, quàm si incepit generare anno 187. Huc faciunt etiam codex Latinus & Syrus ex Græco translatus, quos citat ibidem Augustinus. Proinde non fuit, cur *επίσια πίραφα* vocaret Syncellus, cùm verisimile sit tempore Africani omnia exemplaria ita habuisse, & lectionem Eusebii interpolatam esse. Cur posteriores codicem Græcum ita innovârint, causam omnino nullam comminisci possumus.

V. Baronius in apparatu Annalium Ecclesiasticorum n. 118. grandem coëgit nubem eorum, qui calculum hunc, quem ex Eusebio & Africano posuimus, sectati sunt. Enumerat igitur sequentes: Theophilum Episcopum Antiochenum, Cyprianum, Clementem Alexandrinum, Hippolytum, Origenem, Lactantium, Epiphanium, Philastrium, Orosium, Cyrillum, duos Anastasios, Nicephorum, Suidam. Quibus addere poterat Gregorium Turonensem, Prosperum, Idacium, Marcellinum Comitem, Victorinum, Cassiodorum, Isidorum Hispalensem, Severum Bituricensem. Atque ejusmodi testimoniis succinctus Baronius in Martyrologio Romano monet: *Catholicam Dei Ecclesiam in supputando annorum numero Septuaginta interpretes sequi consuevisse.* Verùm quod id jure dicat, statim liquebit. Et malè omnino consuluit Vulgatæ versionì, quam tamen purpurato Tridentini *αὐθεντία* donarunt. Illa enim non est Interpretès LXX sæcuta. Ne dicam, tot nobiles Papiſtas, quales sunt Pererius, Bellarminus, Torniiellus, Malvenda Petavius, alii, calculo LXX Seniorum suum addere detrectâsse. Et A. Contius qui additis Chronico Nicephori Constantinopolitani notis septuaginta Interpretès in Chronologia, & hac ipsa quæstione studiosiùs quàm par erat, sectatus est, hoc ipso nomine Expurgatorum censuram meruit subiitque.

VI. Verùm illos quidem, qui calculum sequuntur, quem partim ex Eusebio partim ex Africano posuimus, omnes in colligendis Patriarcharum annis niti autoritate septuaginta Seniorum satis constat. Apud illos anni generationis, ex quorum epilogismis summani annorum conficiendam esse consensus est omnium, ita proponuntur. Adam vixit ἐν Ἀλφούσια τριάντη, annos ducentos triginta & genuit Sethum, Genes. v. 3. Seth vixit ἐν Ἀλφούσια πέντε, ducentos quinque & genuit Enoch, v. 6. Enoch vixit annos ἑκατὸν ἐνενήκοντα, centum nonaginta, & genuit Cenan, v. 9. Cenan vixit annos ἑκατὸν ἰσθόμηνοντα, centum septuaginta, & genuit Maleleeh, v. 12. Maleleeh vixit annos ἑκατὸν ἑξήντη πέντε, centum sexaginta quinque & genuit Jared, v. 15. Jared vixit annos ἑκατὸν ἑξήκοντα δύο, centum sexaginta duos & genuit Enoch, v. 18. Enoch vixit annos ἑκατὸν ἑξήντη πέντε, centum sexaginta quinque, & genuit Mathufala, v. 21. Mathufala vixit annos ἑκατὸν ἑξήκοντα πέντε, centum sexaginta quinque & genuit Lamech, v. 25. Ita quidem editio Complutensis. Sed codices Eusebiani habent annos 167. Africani verò 187. uti supra vidimus. Lamech vixit annos ἑκατὸν ὀγδοήκοντα ὀκτώ, centum octuaginta octo & genuit filium Noë, v. 28. Noë anno ἑξακοσίας ἑξοχέσμο μηνὸς ἑξοχέσμο ἡμέρας, sexcentesimo mense secundo die viceesimo septimo incipit diluuium, Genes. vii. 11. Hi anni collecti juxta Complutensem codicem efficiunt summam annorum bis mille ducentorum quadraginta, mensis unius, & dierum viginti septem; juxta lectionem Eusebii quam sequitur etiam editio Fiaminii Nobilii, MCCCXLI; juxta codicem Africanum MCLLXII.

VII. Ab hac annorum antediluvianorum summa juxta Græcam versionem computata discesserunt primi Augustinus & Hieronymus, Patrum doctissimorum par lectissimorum. Augustinus quidem de Civit. Dei, lib. xv. c. 13. proponit hanc quæstionem: *An in dimmeratione annorum Hebræorum magis quam septuaginta Interpretum sit sequenda auctoritas?* Quam quæstionem cum ventilasset prolixè, tandem in scitissima hæc verba clausit: *Quomodo libet istud accipiat, siue credatur ita esse factum, siue non credatur: siue postremo ita, siue non ita sit: rectè fieri nullo modo dubitaverim, ut quum diversum aliquid in utrisque codicibus invenitur, quandoquidem ad fidem rerum gestarum utrumque esse non potest verum, ei linguæ potius credatur, unde est per Interpretes in aliam facta translatio.* Cæterum Hieronymus ea de re agit prolixè in quæstionibus super Genesin, & LXX Interpretum repudiato calculo, simpliciter Hebræicam veritatem sectandam docet.

VIII. Juxta Hebræicum igitur codicem anni Patriarcharum ante diluuium magnâ constantiâ sic traduntur. Adam vixit שנים ומאת שנה  
annos

annos centum & triginta, & genuit Sethum, Genes. v. 3. Sethus vixit ששן שנה וצאן שנה centum & quinque annos, & genuit Enosch, §. 6. Enosch vixit שנה וצאן שנה nonaginta annis, & genuit Cenan, §. 9. Cenan vixit שנה וצאן שנה septuaginta annis, & genuit Mahalaleël, §. 12. Mahalaleël vixit שנה וצאן שנה sexaginta quinque annos, & genuit Jered, §. 15. Jered vixit שנה וצאן שנה centum sexaginta duos annos & genuit Hanoch, §. 18. Hanoch vixit שנה וצאן שנה sexaginta quinque annos & genuit Methuschelach, §. 21. Methuschelach vixit שנה וצאן שנה centum octoginta septem annos & genuit Lamech, §. 25. Lamech vixit שנה וצאן שנה centum & octoginta duos annos & genuit Noë, §. 28. Noë anno שנה וצאן שנה sexcentesimo, mense secundo die decimo cepit diluvium, Genes. vii. 11. Qui anni in unum κσφαλαίωμα redacti efficiunt summam annorum mille sexcentorum quinquaginta sex, mensis unius, dierum septendecim.

IX. Cæterùm ab utroque tam Hebræico quàm Græco codice diversus abit Samariticus. In eo tempore Eusebii sic dispositi fuerunt Patriarcharum anni. Adam genuit Sethum anno 130. Sethus Enoschum anno 105. Enoschus Cainanen anno 90. Cainan Malaleëlem anno 70. Malaleël Jaredum anno 65. Jaredus Enoschum anno 62. Enoschus Mathusalem anno 60. Mathusala Lamechum anno 67. Lamechus Noë anno 53. Anno Noe 600. cepit diluvium. Summa annorum, mille trecenti duo. Sed Scaliger libro de Emendatione temporum produxit χρονογράφιον, quod ipsi Samaritani ei communicârunt. Ex eo numeros Samariticos ab Eusebio recensitos mutat in annis Mahalaleëlis, Enochi & Mathusalæ. Mahalaleëli juxta illud χρονογράφιον tribuit annos σς 75. Enocho ζς 65. Mathusalæ ος 77. Ex qua quidem mutatione Scaliger conficit summam annorum à creatione ad diluvium MDCCLXVII. ac simul hallucinationem arguit Syncelli, qui Samaritarum excessum supra Judæos faciat annorum cccxlix. Verùm mira ἀβυσσὸς viri summi. Nam juxta mutationem posteriorem non colliguntur in Samaritano anno nisi mcccxxvii. In Syncello autem legere debuit τμδ. quomodo sine dubio scripsit. Mens igitur ejus est, Hebræicum codicem Samaritanum superare annis cccxlii. Nam in universum ex Samaritano conficit summam annorum mcccxi. Verùm codicis Samaritani nulla hic omnino est autoritas. Nec quiscquam hætenus, quod sciam, hunc calculum adoptare sustinuit. Proinde cum eo etiam nihil constitutum habebimus.

X. Tota verò contentio in eo cardine versatur: Uter in putandis Patriarcharum annis codex præpollere apud nos debeat, Hebræicus an Græcus

Græcus septuaginta Seniorum? Græcum præferunt ii, quos supra produximus. Hebræicum Augustinus, Hieronymus, Beda, Eucherius & doctissimi quique. Augustini & Hieronymi partes nos tuebimur argumentis uti quidem confido, certissimis, inprimis adversus Criticorum machinationem, qui in censura textus Hebraici tantum sibi licentiæ sumpserunt, quantum vix in Marcialis spurcissimi, Claudiani, Ovidii aliorumque ejusmodi commatis authorum, quoties forte in eos incidunt, emaculandis foliis.

XI. *Primò* igitur is codex haud dubiè corruptus est, cujus depravati causa & consilium probabili conjectura investigari potest. Talis autem est Græcus non Hebræicus. Etenim cur Hebræici codices corrumpentur, ne levissima causa, occasio vel consilium ostendi potest. At cur mutaretur Græcus ab eo, qui primus ex Ptolemæi Bibliotheca versionem Seniorum LXX descripsit, consilium, industria & ratio erui verissimiliter potest. Græcos igitur codices corruptos esse à sciolo, qui Ægyptiis haud dubiè longævitate patrum à Mose memoratam ridentibus vel in dubium revocantibus, persuadere voluit, annos à Mose intelligi *Luna senio* definitos, hoc est, menstruos, quales olim Ægyptios in usu fuisse disertè testantur Plutarchus in Numa, Diodorus Siculus, lib. I. Biblioth. Plinius lib. VII. 44. magna suspitione tenemur. Nam anni generationis primæ, secundæ, tertiæ, quartæ, quintæ & septimæ sunt auctæ integro centenariis; quia absque hoc esset, tot annis, quos Hebræicus codex numerat, menstruis, non constitisset tempus pubertatis seu generationis. Nam Adamus anno centesimo tricesimo menstruo, hoc est, decimo vel undecimo pleno seu Juliano non potuit generare Sethum, & quidem post Cainum & Habelem jam satis confirmatæ ætatis filios. Eadem ratio Sethi, Enoschi, Kenanis, Mahalaleëlis, Enochi, si eorum anni intelligantur menstrui juxta codicem Hebraicum. At in sola generatione sexta, octava & nona nihil mutatum est. Nempe quia iis annis, qui ipsis in Hebræica Scriptura tribuuntur, si maximè menstrui intelligantur, Patriarchæ tempestivi & habiles fuerunt generationi. Jaredi enim annus menstruus centesimus sexagesimus secundus respondet fere anno ejus decimo quarto Juliano; Mathusulæ annus 187. nec non Lamechi 182. menstruus anno 16. Juliano. Iis autem annis generare potuerunt. Qui hæc æqua animi lance pensitaverit, vix dubitabit, quin de industria & quidem hoc ipsum ob consilium mutati sint codices Græci. Cur enim varietas est præcisè in his annis, qui ad tempus generationis non suffecerunt, juxta menstruam supputationem; in cæteris autem, qui ad generationem pares fuerunt, nulla omnino mutatio accidit? Imo cur mutatio contigit tantum



tantum in annis generationis non in annis vitæ, exceptis unius Lamechi annis? In his sanè omnibus regnavit industria & consilium non casus. Reddant nobis causam tam probabilem mutatæ hic lectionis in codice Hebraico. Sine causa Hebræos voluisse corrumpere codices suos, non est omnino probabile. Alienum hoc est à cura S. Scripturæ, quæ omni tempore altissima animis Judæorum infedit. Vel si quam causam habuerunt mutandi lectionem usitatam, quam illam divinare poterimus? An, quia ægrè tulerunt rem hanc dignissimam memoratu propalari, & innotescere gentibus, contraxerunt annorum numerum? Atqui credibile non est, dum aliis invident auctoritatem, sibi abstulisse veritatem. Et hæc ipsa longævitas in codicibus memorata Hebræis salva est, quia in annis vitæ convenerunt cum Græcis.

XII. *Secundò* codicum Græcorum in argumento præsentis variæ dantur lectiones. Hebræici codices sibi constant, nec ulla lectio varia vel à Masorethis vel ab alio quoquam est adnotata. Illi igitur non hi sunt corrupti. Res in LXX Senioribus notissima est. Nam Mathusalæ alii codices, quos Africanus & Augustinus viderunt, tribuunt annos centum octoginta septem. Alii quibus Eusebius usus est, annos centum sexaginta septem: Complutensis denique centum sexaginta quinque. Jam & variæ computationes Græcorum Historicorum, Eupolemi, Alexandri, Polyhistoris, aliorum, recitatæ ab Eusebio & Clemente Alexandrino, satis variantes lectiones Græcæ, qua illi usi sunt, arguunt. At in Hebræois codicibus nulla vel umbra varietatis. Ubi autem ne suspicio quidem incesse potest lectionum variantium; ibi corruptionem cur argueremus? In profanis authoribus pristino restituendis nitore religio est doctis quidquam mutare, ubi omnium codicum constans est & una lectio. Quanta igitur temeritas est, non eandem exhibere æquitatem in hoc tanti momenti negotio? Quanta prævaricatio, credere interpretibus, quorum lectio per omnia non constat; & fidem derogare instrumentis originalibus, quorum per omnia apographa est concertus?

XIII. *Tertiò* Græci codices corrumpi facile potuerunt, difficulter & vix Hebræici. Horum igitur potius quam illorum valeat auctoritas oportet. Unus codex Græcus Bibliothecæ illusterrimæ Ptolemæi Philadelphii fuit illa. Qui primus Hellenista eum descripsit, metuens fortè anositatem Patrum Ægyptiis futuram incredibilem, simulque reputans, etiam Ægyptiorum regibus antiquis, annos mille & plures tributos esse, quos Ægyptii tamen sapientiores menstruos interpretati sunt, quàm facile induci potuit, ut fraudem molirentur? Quod si non industria sed casu  
mutatos

mutatos dicas vel Græcos vel Hebræicos codices, facilis adhuc fuit mutatio Græcorum. Quàm enim proclivis fuit error unius, duorum, trium amanuensium, intra unam Ægyptum manente adhuc codice? Sed tale quid Hebræicis codicibus accidere non potuit. Si enim corrupti sunt, oportet id factum sit post eulam jam LXX Seniorum versionem. Aliàs ne ipsi quidem Interpretes integram veritatem in codicem suum transtulissent. Verterunt enim id, quod in codicibus tum usitatis reppererunt. At post tempora Græcæ translationis non potuit mutatio contingere. Vel enim depravassent Judæi codices suos dedita opera & conspirantibus votis, vel id omne casu factum esset. Non *primo*. Quis enim ab se impetrare potest, ut credat, Judæos qui per omnia mundi climata dispersi fuerunt, adeoque ubique locorum copiam habuerunt Hebræicorum codicum consensisse ad depravandum Mosen? Quæ causa fuisset impii consilii? An gratis mali esse voluerunt? Non *posterius*. Nam ut unus & alter codex intra terram Cananæam mutaretur, casu fieri potuit. At ut omnia exemplaria, quæ in manibus Judæorum fuerunt ubique terrarum, corrumpentur casu, & penitus delerentur vestigia & memoria veræ lectionis, tantum non impossibile fuit. Antiquissima quæque exemplaria solita sunt conservari in Synagogis tanquam publica instrumenta, quæ singulis diebus Sabbathi prælecta sunt. Si igitur in describendis codicibus errarunt casu amanuenses, facili negotio & per solam comparisonem cum exemplaribus publicis tolli error potuit. Aded fieri non potuit, ut unius & alterius culpa ceu pestilenti quodam sidere adflarentur tot libri publici, sacrosancti, tanto in pretio, tanta in veneratione omnium habiti.

XIV. *Quarto* is codex, cui custodiendo & à nævis ac maligno contactu vindicando seridè & omni ævo invigilavit incredibilis cura, fides, industria eorum, penes quos depositus est; integrius & sincerius continet illud tempus de quo controversimus, eo, pro cujus integritate nemo mortaliū majori aliqua diligentia & fide excubasse legitur. Est autem hic Hebræicus non Græcus. Nemo tam duri oris est, quin id profiteri velit; nemo aded vel hospes historiæ vel hostis, qui inficias ire ausit. Pro Hebræo codice vigilavit illud alpha Criticorum Esdras, viri congregationis magnæ, Sapientes Tiberienses. Hi præcipuam curam habuerunt, ne quid detrimenti caperet sacrum illud *κειμήλιον*. Compararunt exemplaria vetustissima, nitidissima, publica autoritate probata, perspicua certaque successione commendata. Ubi variarent codices, meliorum, antiquorum, potiorum lectionem delegerunt sub nomine ἵπ εάμque diligenter adnotarunt. Hic quid animi est aduersariis? Tiberienses compararunt proba-

probatissimæ fidei codices. An putant, ex omnibus codicibus, quos nacti sunt, ne unum quidem pristinæ & veræ lectionis vestigia impressa retinuisse? Qui hoc sustinuerit, manifestæ impudentiæ & temeritatis se alligaverit. Si unus vel alter conservavit ex vetustis exemplaribus genuinos Patriarcharum annos, an omiserunt Masorethæ adnotare differentiam? Si quis id adseveret, quæro, an putet id factum studio an imprudentiâ? Si studio, quæ causa? Cur hic à solita diligentia in obliquum abrepti? Imprudens fortassis unus & alter omisisset differentiam illam annorum observare. At tot viri sapientes à scopo suo, cui diligentissimè intenti fuerunt, abluere non potuerunt. Jam ut de Græcis codicibus dicamus, quinam unquam comperti sunt pro ejus integritate ea vel contentione vel fide laborasse? Novimus quidem tum ex epistolis Origenis ad Julium Africanum, tum ex aliis monumentis veterum, loca quædam variantia Græcorum codicum ab antiquis notata esse. Id autem factum non est cum cura quadam transmittendi ad posteros varietatis illius notitiam. Proinde fructus illius sollicitudinis ad nos exiguus fluxit. Novimus etiam, ob Origene LXX Interpretes Hexaplis insertos esse. At nec ille Synopsin aliquam edidit diversarum in vetustis codicibus lectionum. Nuper etiam in editione Romana LXX Seniorum per integros novem annos desudatum est. Nihilominus viri doctissimi eam ipsam editionem clamitant uno ore imperfectam esse & pumice critico indigere. Proinde Romano exemplari Alexandrinum, quod Cyrillus Lucaris Alexandriâ attulit, & Angliæ Regi donavit, ab ipsa S. Thecla, uti quidem Alexandrini persuasi erant, scriptum multis nominibus à Briano Waltono præfertur. Sed nec huic acquiescit vir doctissimus, qui novam LXX Seniorum editionem eamque cæteris omnibus emendatiorem, quam magno desiderio expectamus, muginatur. Quando verò priores non eam susceperunt curam, ut versionem illam puram ad posteros propagarent, quam quidem in custodienda veritate Hebræica subiverunt Masorethæ, frustra expectabimus ejusmodi editionem, quæ cum Hebræico codice tanta & tam intenta veterum vigilantia præservato paria facere possit.

XV. *Quin:* non inutile erit, ubi cum Hebræico codice contendimus Græcos, comparare versiones antiquissimas, & ex iis, utra lectio melior sit, judicare. Quod si igitur vetustissimæ quæque versiones stant pro Hebræico codice, & ejus calculum absolvunt, nemo, quem æquus amat genius, dubitabit, quin vera sit lectio textus Hebræici. Vetustissima, quæ ad manus nostras pervenit, est, nisi fallor, Onkelosi versio seu potiùs Paraphrasis. Illius antiquitas inter eruditos non est dubia, etsi nonnulli eam deprimere

conantur, argumentis, ut verum dicam, ψυχροτέρους χροσίστους συλλογισμοῖς. Coætaneus fuit vel Hillelis, qui ante Christum vixit, vel Gamalielior præceptoris Pauli, vel Vespasiani, cujus in libro Juchasin nonnulli Sororium faciunt. Infra horum ætatem nemo paulò doctior eum collocavit. Et antiquitatem ejus arguunt tot loca, quæ de Messia ipse explicat, quæque ita explicari Judæi sequiori tempore, quo Christianorum disputationibus exerciti fuerunt, non permisissent. Et ex duobus exemplaribus, altero Westmonasterienfi altero Gattakeriano, in quibus textus Hebræicus cum Paraphrasi Chaldaica non per distinctas columnas, nec per lineas à se invicem separatas, sed post unum versiculum Hebræicum continuò sine ulla lineæ abruptione repetitur idem Chaldaicè; judicat doctissimus Waltonus, Paraphrasin illam omnino antiquissimam esse. Jam Onkelosus ille sic putat annos Patriarcharum. Adam vixit שש ושלשים מאה *centum & triginta annos*; Seth שש וחסה מאה *centum quinque annos*; Enosch שש ונשה *nonaginta annos*; Cenan שבעים *septuaginta*; Mehallalel ששה ושלשים *sexaginta quinque*; Jared ששה ושלשים מאה *centum sexaginta duos*; Enoch ששה ושלשים *sexaginta quinque*; Methuschælach שש ושלשים מאה *centum octoginta septem*; Lamech ששה ושלשים מאה *centum octoginta duos*, cùm singuli generarent. Exactè convenit antiquissimus Paraphrastes cum Hebræico codice. Eodem modo codex Samaritanus correctior, Interpretatio Syriaca, Arabica, Latina. Cùm igitur vetustissimæ quæque versiones secundas faciant Hebræico codici, meritò illum præ Græco suspicimus.

XVI. Sextò Josephus Historicus, quem quidem constat in multis Græcos Interpretes sectatum, in numerò tamen annorum Patriarcharum in quibusdam locis, in quos corruptionis suspicio non cadit, cum iis non convenit. Is enim sic putat. De anno nativitatis Abrahami loquitur Antiquit. lib. I. c. 7. Ὁς δὲ καὶ μὴ ἐστὶν νόχος, δάπτει δ' ἐπι καὶ ἐνενηκῶσι πέντε Ἀχρῶσις μετὰ τῆ ἐπιμβελίαν γένετο. *Qui decimus à Noacho, natus est post diluviium anno super ducentessimum nonagesimum secundum.* Capite sequenti eum deseruisse Chaldæam natum annos ἐβδομήκοντα καὶ πέντε, *septuaginta quinque.* A vocatione Abrahami ad exitum ex Ægypto, & ab exitu ab fabricam Templi nec non ab Adamo ad fabricam Templi colligit idem annorum summam lib. VIII. cap. 2. Τῆς δ' οὐκοδομίας τῆ ναῦ Σολομῶν ἤρξατο μετὰ ἑτη πεντακῶσια καὶ ἐνενηκῶσιτα καὶ δύο τῆς αἰπ' Αἰγυπτῆ τ' Ἰσραηλιῶν ἐξόδου. μετὰ τῆ χίλια καὶ εἴκοσι ἑτη τῆ Ἀβραάμου εἰς τῆ χαναναίαν ἐκ τῆ Μεσσοποταμίας ἀφίξεως. Σὺν τῆ τῆ ἐπιμβελίαν μετὰ χίλια καὶ πετρακῶσια καὶ πασαρέκοντα. Σὺν τῆ τῆ πρώτης γληνηθῆναι Ἀδάμου ἕως ἔ τ ναὸν οὐκοδομήσεν ὁ Σολομῶν, διεληλύθει τὰ πάντα ἑτη τετρακίλια καὶ ἑκατὸν καὶ δύο. *Edificatio-  
nem*

nem Templi Solomon capitis exactis annis post exitum Israelitarum ex Ægypto quingentis nonaginta duobus : post Abrahami migrationem ex Mesopotamia in Canaanæam mille & viginti ; à diluvio mille quadringentis quadraginta. Ab Adamo usque ad tempus, quo ædificavit Solomon Templum, in univèrsum effluxerunt anni ter mille centum & duo. Si igitur annis 3102. qui in univèrsum juxta Josephum lapsi sunt à conditu mundi ad ædificationem usque Templi, subducantur anni illi 1440, qui inter diluvium & Templi fabricam fluxerunt, residui erunt à mundi initio diluvium usque anni mille sexcenti sexaginta duo. Qui quidem calculus minimè omnium convenit cum LXX Senioribus, proximè autem accedit ad fontes Hebræos, quippe quorum summam superat annis sex tantùm. Cæterùm Josephus in summa rei concors Hebræicis codicibus, errorem tamen duplicem commisit. Unus, quòd à diluvio ad fabricam Templi numerat annos 1440. cùm ex ipsius Josephi epilogismis, quos passim habet non fluxerint nisi anni 1389. Alter ex priori secutus, quòd generalem summam perperam definivit annis 3102. cùm summam facere debuerit 3045. annorum. Josephus, uti supra ostendimus, colligit à diluvio ad nativitatem Abrahami annos 292. hinc ad migrationem Abrahami 75. à migratione ad Exodum 430. ab Exodo ad fabricam Templi 592 (debebat 480.) Hi annorum epilogismi faciunt unum κεφαλαίωμα 1389. annorum. His additi anni 1656. qui fluxerunt ab initio mundi ad diluvium, consiunt ἐπι τριαχίλια ποσά ἐκχρητα πέντε, ter mille quadraginta quinque. Quomodo Josephus si proprium calculum sequi voluit scribere debuit, non ἐπι τριαχίλια εκαὶ δύο. Sed quicquid de illo errore Josephi, qui forte irrepit, fiat, supputatio illa planè veritatem Hebræici & falsitatem Græci codicis convincit. Addamus alium ex Josepho locum, qui extat libro decimo Antiquitatum, c.xi. ubi dinumerat annos, qui fluxerunt à conditu mundi usque ad combustionem Templi factam per Nebucadnezarem. Ἐνεπίσθη, inquit, ὁ ναὸς μετὰ πετραῖα ἐπι καὶ ἑβδομήκοντα καὶ μῆνας ἕξ καὶ δέκα ἡμέρας, αὐτὸς καὶ κατεσκευάσθη. Τῇ δ' ἕξ ἑξήκοντα μετὰ τῆς αὐτοῦ λαῶ, τότε ἦν ἐπι χίλια ἑξήκοντα δύο μῆνες ἕξ, ἡμέρας δέκα. Τῶν δὲ κατεκλυσμένων μέχρη τὸ ναὸς περὶ θύσας, χροῖον ἦν ὁ πᾶς ἢ ὁ πᾶς ἐτῶν χιλίων ἑνακοσίων πενήκοντα, μῆνες ἕξ, ἡμερῶν δέκα. ἕξ δὲ ἡμερῶν ἑξ ἑξήκοντα μέχρη τῶν ναῶν συμβαίνων ἐπι ἐπι τριαχίλια πεντακῶσια δέκα τετρακῶσια μῆνες ἕξ ἡμέρας δέκα. Incensum est Templum annis ex quo exstructum est, elapsis quadringentis septuaginta, mensibus sex, diebus decem : exactis post transmigrationem populi ex Ægypto annis mille sexaginta duobus, mensibus sex, diebus decem. A diluvio usque ad Templi devastationem intercesserunt anni mille noningenti quinquaginta, menses sex, dies decem. Ab Adamo condito

usque ad casum Templi anni sunt ter mille quingenti tredecim, menses sex, dies decem. Ex hoc loco corrigendus est is, quem ante ex libro VIII. cap. 2. protulimus. Nam subductis à summa annorum 3513. annis quadringentis septuaginta, qui lapsi sunt inter fabricam & destructionem Templi, residui sunt ab initio mundi ad structuram Templi anni ter mille quadraginta tres, quæ summa duobus tantum annis deficit ab ea quam supra posuimus. Cæterum vitiosa tantum hic est collectio annorum à diluvio ad Templum. Si enim juxta ipsius Josephi epilogismos, qui passim occurrunt, summam exsculpere lubet, non conficietur anni mille noningenti quinquaginta, sed mille octingenti quinquaginta novem. His si addideris annos 1656. quos juxta Hebræos codices usque ad diluvium fluxerunt, jam surget summa annorum 3515. duobus tantum annis superans eam, quam Josephus in loco allegato fixit. Hæc igitur luculenter confirmant Josephi antiqui sanè Historici consensum cum Hebræica veritate. Quem illi vel antiquitate vel autoritate parem patronum LXX Interpretum deproment? Nec me movet, quod alibi mutatus est apud Josephum calculus, & Græcæ versioni adaptatus. Nam foenum sit oportet, qui non intelligat, Græculos qui Josephum juxta & LXX Interpretum versionem manibus quotidie triverunt, & fraudem facilè moliri potuisse, adjectis tantum suis locis centenariis, & certissimè fraudem executos esse. Dicunt, Judaïstas seu Hebræos corrupisse Josephum. At reor ego, majorem curam Josephi cum Græca versione componendi suscepisse Hellenistas, quàm quidem ejus cum Hebræico codice conciliandi susceperint Judaïstæ Hebræi. Nam Hebræorum, qui plerumque ignari fuerunt Græcarum literarum, non multum intererat, quam rationem numerandi iniussit Josephus. At Hellenistæ sanè, quorum creberrimo in usu fuerunt libri Josephi, vix perferre potuerunt tantam inter LXX Interpretes & Josephum in annis differentiam. Proinde major in Hellenistas quàm Hebræos suspicio cadit.

XVII. *Septimè* Hebræicam veritatem confirmat celeberrimus Hillelis מנשה filii R. Judæ, pronepotis R. Judæ Sancti computus. Floruit is Anno Christi 340 & author fertur embolismorum seu Calendarii Judaïci juxta Tecuphas Raf Ada. Ejus computum tanquam accuratissimum, absolutissimum & ex longa majorum traditione acceptum; his enim nominibus commendatur in Schalschæleth pag. 34. omnes Judæi longissimo jam tempore sequuntur, & eo se innixuros promittunt usque ad Messîæ sui adventum, uti videre est in Zæmach David sub annum 5118. Is igitur annos antediluvianos in summam talem collegit: מארם ער הכבאל אלף ויש: סארם וחסים ויש שנים *Ab Adamo usque ad diluvium sunt anni mille sexcenti quinqua-*

*quingenta sex.* Hunc computum non finxit sanè, nec ex novis exemplaribus, sed vetustissimis haud dubiè quibusque, quæ ad manum esse poterunt, exscriptis.

XVIII. *Ὀρθὸν* Hebraïci codices sunt originales, authentici adeoque summæ & eminentissimæ autoritatis; Græci ex adverso rivuli ex fontibus traducti, scripti ab authoribus deceptioni obnoxii; proinde fallibiles & ἀνομιῶν autoritate destituti. Illorum igitur potius quàm horum autoritate standum fuerit. Fatentur οἱ ἐξ ἐναντίας, talem esse Hebraïcum codicem ἀνὸς γραφῶν Moïsi & Prophetarum. Cæterùm negant ὁμοίγραφα ejusdem autoritatis esse, quia descripta ab amanuensibus, hominibus qui & fallere & falli potuerint: adeoque à pristina sinceritate & integritate multum degenerantia. Codices igitur Hebraïcos à Judæis depravatos, & inprimis à Masorethis incrustatos multum à vetustis illis exemplaribus, quibus usi Israëlites, Prophetæ, Judæi Alexandrini Græcæ versionis authores, Josephus, denique omnes Hebræi usque ad excidium Hierosolymitanum, distare. Contra Græcos codices solos integram & sinceram lectionem ex vetustis Hebraïcis exemplaribus necdum corruptis expressam complecti. Hi ac similes flosculi ex horto Morini infensissimi hostis Evangelicæ veritatis delibati sunt, quibus hodie fontes Hebraïcos conspergunt homines, quæ in eo tantum stare consilia videntur, ut nobis Dei verbum & testamentum faciant incertum, abstrusum, & investigatu difficile, quò ad arbitrium perversum & inquietam nostræ rationis vel Ecclesiasticæ traditionis auctoritatem totum istud negocium devolvatur. Neque enim, quicquid reclamant & protestentur, efficiunt, ne, si per eos staret, res ed omnino reditura sit. In hac quidem quæstione quantam modestiam exhibuit S. Augustinus, qui conclusit, rectè fieri, ut cùm diversum aliquid in utrisque codicibus invenitur, ei linguæ potius credatur, unde est in aliam per interpretes facta translatio. Quam modestiam S. Patris ita commendat adnotator gravissimus Ludovicus Vives, ut multum indignetur aliorum audaciæ: *Hoc ipsum, inquit, Hieronymus clamat, hoc ipsa docet ratio: & nullus est saniore judicio, qui repugnet: sed frustra consensus bonorum ingeniorum hoc censet, nam rigidus stupor velut molis oppositur: non quia isti inscis sunt earum linguarum, nam nec Hebraicè sciebat Augustinus, & Græcè minus quàm mediocriter, sed non est in his ea modestia animi, quæ in Augustino. Hic undecunq; paratus erat doceri, isti nusquam volunt doceri, ubique docere quod ignorant.* Cæterùm non est hic locus quæstionem illam de Hebraïci codicis ἀνθενῶν discutendi. Eam hætenus, ubi se occasio obtulit, vindicavimus; vindicabimus etiam deinceps, ubi Deus cœptis nostris

nostris gratiosè adspiraverit. De LXX verò Senioribus, nihil melius solidiusve quod dicam habeo; quàm quæ post alios dixit summus Theologus Johannes Coccejus, cujus rationibus magni quamvis & excelsi ingenii antagonista, cujus sanè Pergama dextrâ si defendi possent, defensa fuissent; satisfacere hæcenus minimè potuit.

XIX. *Nomò* calculus LXX Seniorum adversatur etiam Vulgatæ versioni. Hunc arietem opponendum duco Morino, homini Papistæ, cui ex decreto Concilii Tridentini Vulgata versio sacrosancta esse debuit. Ipse quidem lib.1. Exercit.vii. cap.4. cum hoc argumento sollicitè confligit, & vix quomodo se expediat, reperire potest. Concilii Tridentini canon sanxit, *ut vetus & vulgata editio, in publicis lectionibus, disputationibus, prædicationibus aut expositionibus pro authentica habeatur, ut eam nemo rejicere quovis prætextu audeat vel præsumat.* Cum hoc canone quibus Φιλαρσις, qua suadæ medulla in gratiam redit Morinus, qui in annis Patriarcharum prætextu (cùm tamen omnem prætextum Tridentini Patres damnaverint) Græcæ versionis & Ecclesiasticæ traditionis vulgatæ versionis calculum negligit? Primò producit sententiam Andree Vegæ, confirmatam testimonio Cardinalis S. Crucis, Præsidis Concilii, & Jacobi Laines Societatis Jesu Præpositi generalis: *Vulgatam versionem eatenus tantum approbatam, quatenus fidem spectat bonisque mores, atque etiam ut certum esset, nullo eam sædatam errore, ex quo perniciosum aliquod dogma in fide & moribus colligi possit.* Verùm hæc assertio nimis luxa & liberalis ei videtur, reputanti, vulgatam versionem esse *θεῖον & ἁγίον*, proinde quicquid demonstratur ad vulgatam versionem pertinere, illud necessariò sanum & verum esse. Secundò profert sententiam Cani approbatam à Mariana. Hi dicunt: *cùm duæ lectiones apud Ecclesiæ Doctores celebres sunt, & neutra ab iis improbat, ad neutram recipiendam nos cogi, sed alterutrius sequendæ optionem dari, tàmque disputari posse, utrum in hac hypothesis vulgata editio Græcis aut Hebræis textibus sit præferenda, an vulgatæ textus Græci & Hebræi?* Sed nec id placet Blefensi Monacho. *Cùm enim, inquit, utramque editionem Spiritus Sanctus significaverit, uterque verus, cùm utrunque constet genuinum esse alterutrius editionis membrum, necessariò nobis videtur admittendus. Utrumque enim verum esse non modo Deus novit, sed nos etiam Ecclesia declarante novimus.* Post solutionem laudat S. Antonini, qui censuit, rei hujus determinationem relinquendam esse Spiritui S. qui non sine mysterio sic disposuerit ad majus meritum fidei & humiliationem nostri. Neque tamen omnino id ei satisfacit. Ipse igitur rapiens obtorto collo dictum Augustini statuit, *si quis alius interpres Scripturarum LXX Interpretibus congruere non videatur, altitudi-*



*altitudinem ibi prophetica credendam esse.* Ita igitur sentit, utrumque calculum, nempe Vulgati codicis & LXX Seniorum, etiamsi non congruat, tamen verum esse & credendum id esse *ex altitudine* nempe *prophetica*. Igitur literalem & verè Mosaicum annorum à mundo condito computum illum esse, qui est secundum LXX Interpretes. Alterum qui secundum Hebræos dici solet, quémque Vulgata interpretatio retinet, computum esse mysticum, cujus epocha mystica sit aut in mysterio fundata. Quid quæso non audent hi homines? Quibus idem numerus est, v. g. annorum generationis Adami centum & triginta & ducentorum triginta. Is enim cum generâset anno centesimo trigésimo Sethum, eundem etiam anno ducentesimo trigésimo generavit. Atque credendum est *ex altitudine Prophetica*, illud quidem verum esse ex sensu mystico, hoc ex sensu literali; cum tamen nec mysterium ejusmodi Scripturæ uspiam prodant, nec quale id sit, omnino explicari queat, & in sensu falso ac impossibili nemo unquam sapiens mysterium fundaverit. Sic profectò omnes versiones, licet contrarios sensus habeant, tanquam *Jedno & Gori* defendi poterunt. Neque quidquam tam absurdum erit, quin mystico aliquo sensu verum esse possit. Augustinum quod attinet, nunquam is tantæ insanix reum se fecit. Is enim non dicit, altitudinem Prophetica credendam esse, si quid non congruat LXX Senioribus, sed, *si quid non congruere videatur*. Atqui computus Hebræi & Vulgati codicis non videtur Græco non congruere, sed omnino non congruit. Juxta Græcum enim ante diluvium mundus plus sexcentis annis antiquior fuit, quàm juxta Hebræicum & Vulgatum. Proinde hi computi nulla arte uniri & conglomerari possunt. Quæ verus esse uterque potest, nisi dicamus, Deum qui prima veritas est, se ipsum, hoc est, intellectum, voluntatem & veritatem suam abnegare.

XX. Atque his quidem argumentis Hebræicæ veritatis computum æquis & modestis ingeniis me approbasse confido. Restat, ut argumentis contrariis pro facultate virium nostrarum satisfaciamus. Ea nemo studiosius collegit Morino, Hebræicæ veritatis juratissimo hoste, cujus vitulâ plerique, qui heic in alia omnia ab Ecclesiarum Reformatarum communi sententia discessionem fecerunt, arant. Primum est: *Is computus probabilior est, atque ad veritatem magis accedit, cui Ecclesia Catholica magis assentiri videtur.* Græco autem computo magis eam assentiri probat, *quia universi Ecclesiæ scriptores tam Græci quàm Latini annis à Christo septingentis aliter nunquam putarint, quàm juxta LXX Interpretum numeros; Latini autem posteriores, nedum Græci antiquum computandi morem retinuerint, & Judaico, licet vulgata versione niteretur, prætulerint.* Verùm id telum quo ceu fortissimo

fortissimo pugnat, non admodum nos ferit. Fatemur enim, Ecclesiam etiam veram & ut talem implicari posse erroribus, qui in fundamentum salutis nec directè nec indirectè arctant, qualis est hic in extenso annorum computo. Neque potuit non Ecclesia tum Græca tum Latina hunc errorem errare, quia non habuit copiam nisi versionis Græcæ longè latèque diffusæ, vel aliarum versionum ex Græca cusarum, qualis erat illa vetus Itala. Atque hæc quidem versio studiosius & constantius retenta est, quia constabat, antiquissimam esse factam ab iis, qui callentissimi fuerunt idiomatis Hebræici, adeoque fideliter expressam, ab ipso Christo & Apostolis usitatam. Quæ quidem omnia magnam venerationem versioni illi conciliârunt, adeo ut religioni ducerent ab illa discedere, inprimis in tali argumento, in quo salutis cardo minimè volutaretur. Accedebat linguæ Sanctæ ignorantia passiva. Quotusquisque enim Patrum Græcorum vel Latinorum in Sancta lingua paulò versatior fuit? Proinde & errare heic sancti Patres ita potuerunt, & error ejusmodi haud magna animadversione dignus est. At nostris temporibus, quibus Deus notitiam linguarum velut propriam & eximiam indulxit, adeoque per industriam tot excellentium ingeniorum viam munivit in adyta ipsorum fontium, non ejusdem culpæ est, retinere errorem, quem datur agnoscere & deponere. Deinde ex Patrum numero eximere debuit Morinus Augustinum & Hieronymum, qui duo soli ob summam nominis celebritatem, modestiam & eruditionem, digni sunt, qui toti reliquorum phalangi opponantur. Quòd verò ante seculum septimum pauciores Latini saniorē sententiam amplexi sunt, causa unica est, quia nimis tenaciter adhæserunt Italæ versioni, & Hieronymianam ob illius communem usum & antiquitatem ægerimè admiserunt. Postquam verò Hieronymiana versio recepta est, Ecclesia simul recepisse calculum Hebræicum censerī debet.

XXI. Secundum Morinus argumentum inde promit, quòd Ecclesia, *quamquam vulgatam versionem authenticam declaraverit, parsque scriptorum major ab annis centum & aliquot Judæos hac in causa sequatur, non interrupto tamen assensu ab ipsa infantia in hunc usque diem LXX Interpretum calculos Judaicus prætulit.* Idque probat ex martyrologio Romano, quod in Ecclesia quotidie publicè decantetur. Octavo enim Kal. Januarii sic de tabulis Ecclesiasticis natiuitatem Domini populo quotannis annuntiari: *Anno a creatione mundi, quando in principio creavit Deus cælum & terram, quinquies millesimo centesimo nonagesimo nono: A diluvio verò anno bis millesimo nonagesimo quinquagesimo septimo, &c.* Præterea ailegat de Ecclesiastica denominatione testimonia Anastasii Sinaitæ Antiocheni Patriarchæ, Juliani Toletani

Toletani Archiepiscopi, Nicephori Patriarchæ Constantinopolitani. Verùm nec eo argumento nos multum moveri necessum est. Operam modo det Morinus, ut martyrologium Romanum reconciliet Tridentino Concilio, cui ut vulgata versio, sic & Judaicus computus authenticus declaratus est *in lectionibus, prædicationibus, disputationibus, expositionibus*. Prodit Monachus sanctæ Matris suæ ulcera, quæ tam pudendam contradictionem publicè tolerat. Quantò rectiùs ex Hebræico codice & vulgata versione martyrologium Romanum erroris manifestum corrigent?

XII. Tertium argumentum pro autoritate Lxx Interpretum in temporum computo arcessit Morinus *ab insitione generationis unius post diluvium, Cainanis scilicet filii Arphaxad, quem omittunt Hebræi codices, inserunt Lxx, quos S. Lucas sequitur*. Verùm de eo argumento videbimus, ubi ætatis Patriarcharum post diluvium inquirendæ locus dabitur. Quarto loco opponitur Josephi autoritas. *Is, verba sunt Morini, libro primo contra Apionem ferè ab initio multa differit de Judæorum diligentia in conservandis libris suis, deinde enumeratis libris illis quid contineant docet, postea gentis suæ antiquitatem ex libris sacris adversus Apionem & Græcos ostentat. Quod ut faciat, ait solos libros Moysi historiam annorum paulò minùs trium millium complecti, ἐστὶν ὁ χροῖος ἀπὸ τῆς γενέσεως τῶν ἀρχαίων ὀλίγω ἔτιον*. Annos ter mille ex Josephi libro 1. Antiquitatum, cap 4. & 7. postea colligit. Nam ex capite 4. ab Adamo usque ad diluvium annorum summam conficit 2253. Ex capite 7 à diluvio ad Exodum usque 797. In univèrsum fit summa annorum 3050. quam Josephum innuere in libris contra Apionem hariolatur Morinus. Sed primùm largiamur, hæc omnia ita habere, nondum salva est Græci codicis lectio. Potuit Josephus hanc summam colligere ex ipsis Interpretibus Græcis jam tum depravatis. Ita omnino Augustinus sentit, primos illos, qui Alexandrinum codicem descripserunt, annos Patriarcharum corrupisse. Deinde si calculus ille antediluvianus Josephi confirmat veritatem Græcorum codicum, certè anni Patriarcharum post diluvium ad Exodum usque, qui quatenus à Josepho pertextuntur, multum differunt à lectione Græci codicis, Græcorum codicum corruptionem in postdiluviano calculo arguent? Cur enim consensus Josephi cum Græca lectione argumentum veritatis, consensus verò cum Hebræica lectione argumentum falsitatis & mendacii habebitur? Illi autem, qui in Græci codicis autoritate stupent, non minùs admittunt calculum Græcum in annis Patriarcharum post diluvium, quàm ante diluvium descriptum. Denique locum capit 4. lib. 1. Antiquitatum & eum qui extat libro primo contra Apionem, in mendo cubare utrumque apparet ex iis, quæ supra de Josepho dicta sunt.

XXIII. Quintò Morinus Græcum computum suadet ex Græcis historiciis, qui Christum aliquot seculis præcesserint, quales Demetrius Phalereus, senior Philo, Eupolemus, Alexander Polyhistor, quorum epochas diligenter persecutus sit Clemens Alexandrinus, Stromatum libro primo, & Eusebius lib. ix. de Præp. Euangel. c. 4. Ac Demetrium Phalereum quod attinet, eum putare ab Adamo ad diluuium annos 2148 dies 4. ex Clemente probat Morinus: Alexandrum ab Adamo usque in transmigracionem Jacobi in Ægyptum 3624. à diluuiò verò annos 1340. numerare probat ex Eusebio: Eupolemum denique ab Adamo ad consulatum Cn. Domitiani & Cassiani colligere annos 5269. ex Clemente recitat idem. Verùm nec hoc argumentum cassa nuce dignum est. Primò enim authores illi, qui Hebraicum codicem nec viderunt nec intellexerunt, fidem facere nequeunt, quòd antiquitas alia fuerit Hebraïci codicis lectio. Hoc tantùm ex iis constare posset, jam eorum ætate Græcos codices alium computum, quàm qui hodie in Hebraïcis comparat sectatos esse. Hoc autem non tam Hebraïcæ veritati derogat, quàm arguit, antiquitas Græcam versionem in annis Patriarcharum corruptam esse. Secundò quò fit, quòd ne unus quidem Græcorum testium, qui allegantur, consentiat cum Græco vel Africani vel Eusebii codice? Clarum hoc est indicium, olim aliter lectum fuisse in Græca versione. Denique Clemens Alexandrinus nusquam testis est, Demetrium Phalereum & Philonem senioreni talem epocham posuisse, qualem ei tribuit Morinus. Appello ipsum Clementem, & eum quidem locum, quem ciebat Morinus. Inducit ibi Demetrium & Philonem loquentes de Regibus Judæorum, & eorundem temporibus. Quæ præcesserunt, ex mente Demetrii intelligenda esse minimè constat.

XXIV. Hactenus Morinum argumentantem audivimus. Qui ipsum in hac quæstione secuti sunt, ex proprio ingenio aliquid sibi addendum duxerunt. Objiciunt igitur sexto loco, rationem ipsam cogere, ut Græcæ potiùs quàm Hebraïcæ editioni fides habeatur. Nam Hebræos codices pro ratione ætatis nimis brevem statuere pueritiam, cum longam vitam necessariò longa pueritia præcedat. Tempus pubertatis ut plurimum tertiam aut quartam partem esse vitæ humanæ, rarò quintam, rarissimè sextam. Hæc ratio est quam ad probandam corruptionem Hebraïci codicis illi sine modo & sine ostentant. Verùm alibi huic argumento nervos incidimus. Vide sis Exercitationem XIV de Longævitate Patrum, sect. 10. & 11. Summa huc redit. Primò Patriarchas, qui memorantur, non fuisse primogenitos: id quod loco laudato validè satis probatum tum ex Augustini autoritate tum certis argumentis confido. Proinde dici non potest, illos

illos ea demum ætate pubertatem ingressos esse, qua generâsse statuuntur vel in Græco vel in Hebræico codice. Secundò Patriarchas postdiluvianos, quorum multò contractiora fuerunt vivendi spatia, tamen haud multum diverso tempore in primis in Græco codice generâsse statui, Quod certissimum est argumentum non servatæ proportionis annorum vitæ & annorum pubertatis. Patebit id, si conferantur pædagoniæ Patriarcharum ante & postdiluvianorum. Tertio nullam rationem esse, cur primis temporibus pubertas seriùs contigisse statuatur: in primis cum & natura si non potentior & validior, certè æquè potens & valida fuerit ad accelerandam pubertatem, & civilis ratio eam accelerari æquè postulaverit. Quarto perperam & sine ulla necessitate argui à proportione quadrupla, quintupla vel sextupla, quæ hodie visitur in annis vitæ & pubertatis, ad eam, quæ primis temporibus necessaria fuit inter annos vitæ & pubertatis. Quodd enim hodie proportio apparet dicam, v. g. quintupla, inde est, quia natura tam potis non est, ut ante annum decimum quartum pubertatem acceleret. Atqui cum olim natura iisdem ad minimum viribus polluerit, & vitæ spatia longiora fuerint, similis proportio observari minimè potest. Quintò denique cur viri docti in proportione annorum pubertatis & vitæ ejusmodi latitudinem admittunt, ut possit esse tripla, quadrupla, quintupla, sextupla, non dupla, septupla, octupla? Vel enim respicitur, in hac proportione communis in hac vel illa ætate vitæ humanæ terminus, vel singularis harum illarumve personarum. Si communis, non est nisi unica proportio. Sic hodie communis vitæ humanæ terminus incidit in annum vitæ humanæ septuagesimum; pubertatis verò initium in annum decimum quartum. Proportio non est nisi unica, nempe quintupla. Si singularis, nihil impedit quò minus proportio statuatur sextupla, dupla, septupla, octupla, nonupla, decupla. Palam enim est, aliis vitæ suæ metam extendi haud multum ultra pubertatem: aliis etiam ultra communem terminum, puta proximè annum octogesimum, nonagesimum, centesimum decimum, viciesimum, tricesimum, &c. Cujus longævitatatis exempla alibi protulimus. Sed nisi fallor illa latitudo proportionis de industria delecta est, ut in Patriarcharum ante & postdiluvianorum diversa proportione quoad annos *παιδογονίας* & vitæ, quæ obijci poterat, promptior elabendi via detur.

. XXV. Septimò obijcitur, procliviorẽ fuisse lapsum in omissione quàm in additione. Quin numeros ab Hebræis olim expressos per notis vel singulares literas in caractere minimo secundum Hieronymum, quos scribæ etiam fidi faciliè omittere potuerint. Sic Waltonus, vir cætera eruditissi-

mus & præclare de re sacra meritis. Is cogitare debuit, ubi ex consilio & industria mutatio accidit, æquè proclivem in additione quàm in omissione lapsum esse. Mutationem autem hanc ex consilio tentatam esse videri supra Augustinus nos docuit. An numeri apud Hebræos antiquitus integris vocibus an singularibus literis descripti sint, adhuc sub iudice lis est. Judæi illius, quo præceptore usus est Hieronymus, manuale exemplar non arguit, cætera illa publica exemplaria in Synagogis extantia singularibus literis numerâsse. Sed de eo quicquid sit, id constat ex Eusebii Chronico, Græcos olim numeros non integris vocibus, sed singularibus literis expressos esse. Proinde utrobique æquè proclivis lapsus fuit. Quin proclivior in Græco quàm Hebræico codice. Non enim tam facilè Hebræici characteres quadrati, multo minùs Samaritani, quales supponuntur à dissentientibus, mutantur & depravantur, quàm Græci, etiam unciales.

XXVI. Hactenus igitur Hebræici codicis lectio in annis Patriarcharum antediluvianorum fati, uti confido adserta est. Antequam verò de hac statione decedimus, inquirendum videtur, an Moses in annis tum generationis tum vitæ definiendis accuratè locutus sit, an potiùs numerosus fuerit rotundo, non habita unius & alterius anni ratione? Posterius multi non ineruditi viri tuentur. Prævit iis ipse S. Augustinus. Is enim libro xv. de Civitate Dei, cap. 24. quod ex Genesi colligi videtur, Noè quingentos annos natum fuisse, cum arcam moliri iussus esset, revera quadringentos octoginta duntaxat egisse putat, *quos more, ita inquit, suo Scriptura quingentos vocat, nomine totius maximam partem plerumque significans.* Inter recentiores Chronologos eadem sententia est Jacobi Capelli, cujus hæc sunt verba ad A.M. 392. *Maximè autem id fit in numeris rotundatis, quales ii sunt, qui in denarium vel quinarium desinunt. Hinc, cum plerique partus vitales nascantur ineunte decimo mense, non post decem mensium gestationem, tamen scriptores sæpius decem quàm novem menses puerperio tribuunt. Virgilius Eclogis: Matri longa decem tulerunt fastidia menses. Ambrosius: Ergone & pater corporali utero portavit filium, decem mensium curricula onus vexit. Quin & Petavio Rationarii partis secundæ lib. 2. cap. 1. Stolidè pervicax est, quisquis inficiari sustinet, pauciores annos ut plurimum neglectos esse. Sed quod bona tantorum virorum pace dixerim, non videtur admitenda ea hypothesis, quia scopo Mosis annos denumerantis contrariatur, Eum nempe in finem hæc à Mose perscripta sunt, ut temporum ad historix certitudinem necessaria ratio manifestiùs constaret. At quomodo constabit, si consultò solo studio rotundi numeri additi vel omitti sunt integri aliquot*

aliquot anni. Deinde putamúsne, eum rotundo numero uti instituisse, qui nunc 105. nunc 65. nunc 62. nunc 87. nunc 82. ponit? Qui ita scripsit, eúmne credimus unius aut duúm annorum rationem nullam habuisse? Præterea quo jure Capellus numerum quinarium rotundum fecerit, non video.

XXVII. Minoris verò momenti est quæstio: Utrum anni quibus patres generâsse Moses narrat absoluti & perfecti, an fracti & inchoati intelligi debeant? Absolutos intelligi oportere negant plerique, ac temporum inde accuratam rationem haberi posse ob menses ac dies excurrentes à Scriptura præteritos simul inficiantur. Nota proinde est querela Theophili Antiocheni scriptoris antiqui, libro ad Autolycom: *ὡς περ ἡμεῖς τὸ ἀκριβὲς ἴσως ἀγνοοῦμεν ἀπάντων τῶν ἐθνῶν τὸν ἀριθμὸν, διὸ τὸ μὴ ἀναγεγεῖσθαι ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις τὰς ἐπιτεκνωτέρας μῆνας καὶ ἡμέρας*: *Ignoramus non accuratum omnium annorum numerum, quia in sacra Scriptura non inveniuntur descripti excurrentes menses & dies*. Verùm nec anni quibus generârunt Patres, absoluti & perfecti fuerunt, quia aliàs sequeretur, omnes eodem anni tempore Patriarchas genitos esse, quod verisimile non est; nec propterea vacillat Chronologiæ sacræ certitudo. Observandum enim est, Mosén non ab ipso nativitatís puncto annos suos auspiciari, sed ab anni civilis initio, hoc est, autumno eo, qui natalem proximè sequebatur. \*Certissimum ejus rei argumentum est in Noacho. Anno, quo diluvium finitum est, in eunte, primo die primi mensis statim incipit annus sexcentésimus primus Noachi, cùm tamen minimè certum sit, isto die aut tempore Noachum natum fuisse. Quæ Noachi, eadem haud dubiè cæterorum Patrum ratio à Mose observata est.

XXVIII. Nunc igitur præternavigatis scopulis omnibus, ad quos abacus noster obhærescere poterat, summa annorum, qui à conditu mundi ad diluvium usque fluxerunt, facili negotio colligi poterit. Moses enim accuratè descripsit tum tempus generationis tum annos vitæ cujusque Patriarchæ. Ex annis autem generationis concatenata quasi serie ætas mundi antediluviana optimè colligitur. Adamus enim juxta authenticam lectionem generavit Sethum anno 130. Sethus Enofschum an. 105. Enofschus Kenanem an. 90. Kenan Malaleïeman. 70. Malaleïel Jaredum an. 65. Jared Enochum an. 162. Enochus Methuschælachum an. 65. Methuschælachus Lamechum an. 187. Lamechus Noachum an. 182. Noachi anno sexcentésimo, ejusque anni mense secundo die decimo septimo diluvium cœptum est. Ex his annorum infallibilibus epilogismis liquet, à mundi exordio ad initium usque diluvii effluxisse annos mille sexcentos quinquaginta sex, mensem unum & dies sedecim.


EXERCITATIO XIV  
DE  
LONGÆVITATE  
PATRIARCHARUM.

Breviarium.

*Macrobiorum exempla adducta ex Plinio, Valerio, Gassendo, Scaligero. 1. Comparantur cum iis macrobii primæ ætatis à Mose recensiti. 2. Exoticorum testimonia longævitatem primorum hominum confirmanzia. Josephus ex Eusebio emendatus. 3. Augustini querelæ, quod longævitas primorum hominum documentis nullis probari possit, occurritur. 4. Error veterum, qui annos primorum hominum menstruos fecere, producitur ex Augustinò, Abarbanele, R. David Ganz. 5. Errori illi implicium fuisse inter Gentiles Varonem; Inter Christianos illum, qui Græcam versionem LXX Interpretum in annis Patriarcharum corruptit. 6. Annos, quibus Moses descripsit vitam longam priorum hominum fuisse lunares duodecim mensium; certisque temporibus adæquatos solaribus. 7. Annos vitæ primorum hominum non fuisse menstruos probatur primò, quia sic non responderet principium generandi. Secundò, ex historia diluvii. Diluitur instantia. 8. Tertid, ex genealogia posterorum Semi. Quartò, quia sic curtiozem vitam, quàm nos exegissent. Quintò, ex querela Jacobi. Sextò, ex peritia siderum quam primi homines habuere. 9. Solvitur objectio: si lunares vel solares anni intelliguntur, cur igitur tam serò generasse primi homines dicantur? An necessaria fuerit proportio pubertatis & annorum vitæ?*



vitæ ? 10. Patriarchas, quorum longævitatē Moses narrat, non fuisse primogenitos ostenditur. 11. An longævitas communis fuerit toti speciei humanæ, an personis tantum singularibus, quarum Moses meminuit ? Maimonides, Abarbanel, Burgenfis refutati. 12. 13. Conjectura quorundam, cur nemo millesimum annum vivendo attigerit, examinatur. 14. Disputatur de causis longævitatis Patriarcharum. An res ad miraculum referenda ? Poëtarum & Cypriani error, naturæ vergentis defectionem accusantium rejicitur. 15. Josephi causæ longævitatis, quod primi homines Deo cari essent : quod iidem manu Dei sati : quod uterentur cibis adhuc vim integram retinentibus : quod id requisiverit necessitas inveniendæ astronomiæ discutiuntur. De anno magno sententiæ Solini, Mamili, Censorini, Salmasii. 16. Abarbanelus & Nachmanidæ causæ longævitatis petitiæ à constitutione prima corporum, ab aëris antediluvianæ puritate, à temperantia in victu ad partes vocatæ. 17. Rationes longævitatis Lyrani arcessitæ à scientia plantarum, ex bono adpectu siderum, à necessitate multiplicandi generis humani, fiderals scientiæ ad incudem revocantur. 18. Pererit ratio ab inventione artium rejicitur. 19. Necnon causa longævitatis, quam Beverovicus ab usu ciborum non coctorum affert. Consilius Cardani & Scaligeri de usu carniū crudarum. 20. Veræ causæ longævitatis edisseruntur. Homini mortalitatem acceleratam esse per peccatum. 21. Post peccatum vitam prorogari propter solam promissionem seminis & insinuationem sponsoris. 22. Deum longam vitam primis hominibus concessisse, ut homines ejus beneficio cognoscant promissionem sibi factam, mysterium salutis penetrent & facilius propagent. 23. Terminum vitæ contractum esse ob doctrinam fidei jam propagatam, imprimis ob eam per Mosē scripto mandatam. 24. Causæ ob quas sancti Patres breviorē vitam pœnæ loco habuerunt. 25. Naturale medium, quo Deus primis hominibus vitam produxit, investigatur. 26.

- I.  Xempla hominum, qui ad longos fati conditionis humanæ terminos vitam produxere, passim profana historia commemorat. Magnus naturæ consultus Plinius lib. VII. 48. uno fasce multos coarctavit ; Arganthonium Thartessianorum Regem, cui Ana-

Anacreon tribuit annos CL. Epimenidem Gnossium, cui Theopompus annos CLVII. Epiorum gentis in Ætolia quosdam, quibus ultra ducentos Hellenicus, ac imprimis Pictorem cui Damastus ccc. Arcadam Reges, quibus Ephorus ccc. Dandonem quendam in Illyrico, cui Alexander Cornelius ccccc. Insulæ Lachmiorum Regem, cui Xenophon in Periplo octingentos annos adscribit. Verùm omnia hæc inscitia temporum accidisse idem Plinius fatetur. Annum enim alios ætate unum determinasse, & alterum hyeme: alios quadripartitis temporibus, sicut Arcades, quorum anni trimestres fuerint; quosdam Lunæ senio, ut Ægyptios, apud quos aliqui & singula millia annorum vixisse prodantur. Cæterùm inter confessa Macrobiorum exempla recentet multos, Arganthonium, Masanissam, Gorgiam Siculum, Q. Fabium Max. M. Perpennam, L. Volusium Saturninum, M. Valerium Corvinum. Fæminas etiam longævitas producit Liviam Rutilii, Statiliam Terentiam Ciceronis, Clodiam Ofilii (*Aufilii* legit Valerius,) Lucejam Mimam, Galeriam Copiolam. Ex his omnibus alii proximè ad centum annos pertigerunt, alii scanderunt supra.

• Sed in Tmolimontis cacumine, quod vocant Tempsin, CL vivere homines, Mutiano auctore prodit idem Plinius. Frachmanum etiam veterum, & totius illius gentis religiosissimæ, in Oceani insula habitantis, longævitas testibus multis confirmata est. Inter quos Suidas in voce Βερεχμαῖνες ita habet: ἐν ἡ νῆσῳ κατοικῶσι οἱ μακρόβιοι· ζῶσι δ' ἐν ἑτῇ, Ἀφ' ἧ περὶ τὴν κατὰ πόσιν (ἢ καὶ) ἐν κενόσταν ἔσπερον. *In ea insula habitant homines longævi. Vivunt enim centum & quinquaginta annos, propter insignem aëris puritatem & temperiem.* Ac ne plura robustæ senectutis exempla vetera ex Phlegonte, Liberto Hadriani ἐπὶ μακροβίων, Valerio, Cenforino, Sabellico, Guidone excerptam; etiam ex recentiori memoria macrobii plurimi produci possent. Non fabulosum neque ambiguum est, ante triginta & duos annos vixisse hominem in Anglia, qui annis duobus atque quinquaginta centesimum excederet, neque defecisse senecta existimatus sit, sed cum pro miraculo in Regiam advocatus esset, victus & cœli mutationem non tulisse. Sanè etiam Johannes de Tempore Caroli Magni armiger trecentos annos vivendo implevit. Et ante triginta & duos annos Nicolaus Peireskius, commemorante in ejus vita Gassendo, Alepo à Petro & Johanne Constantinis per literas edoctus est, hominem esse in Perfide annos jam natum quadringentos. Nihil jam dicam, quantam Brasiliæ & Mexici incolis senectutem relationes eorum qui viderunt, tribuant. Illustrius Josephus Scaliger in Elencho orationis Chronologicæ, pag. 65. 66. de macrobiis proximæ abhinc ætatis ita loquitur: *In partibus Marroci, Fessæ, & tractibus*

*montis*

montis *Atlantis* hodie crebrius est homines *CXX* annorum videri, quam hic mulierem gemellos parere. *Ludovicus Vartomannus* in *Arabia* se multos vidisse dicit, qui post *CXXV* annum adhuc vivebant, lib. II. c. VIII. In *Insula Hispaniola* homines indigenæ *CXX* annos ut plurimum excedebant, quando illas regiones *Hispans* armis subegerunt. Superioribus annis *Hollandis* nostri *Argonautæ* Regem viderunt annorum *CL*. in partibus *Favæ*, qui pugnando periit. Nos *Theobaldum Nistiobrigem* *CXX* annorum vidimus, cuius pater me puero obiit anno *CXXX* ætatis. Proavunculus matris nostræ *CXX* annos sine ullo morbo transegit. Neque abludunt, quæ idem in elencho primæ orationis *Chronologicæ* recitat lit. E. 3. Quid diceret, si sciret ante bos sex septem annos *Regulum* paganum ad *Favam* majorem pugnantem perüsse annos natum *CL*? quem si bellis furor non abfuisse, is videbatur potuisse adhuc ad *CLX* annos ætatem extendere potuisse, quod alius Rex & ipse quoque paganus paulo ante fecerat, qui major *CLX* annorum obiit. Quæro: utrum majorem fidem meret, hominem posse *CXXX* annos vivere, aut undecimo ætatis suæ anno generare? Nos possumus producere, quos *CXX*, *CXXV*, *CXXX* annos vitæ explese scimus, vidimus, meminimus. Unus etiam senex amicis nostris miraculo suis *Lusetiæ* anno *Christi MDLXXXIV*, qui miles pugne montis *Leherii* interfuerat sub *Ludovico XI*. Is major annorum *CXL* omnibus membrorum officiis integris *Lusetiæ* sese contulerat *litticulæ* cuiusdam persequendæ causæ.

II. Hæc tamen omnia nervosæ vivacitatis exempla sive ficta sive confessa vincit historia primorum hominum sacra, quam *Moses* capite quinto, nono & undecimo *Geneseos* posteris noscendam & admirandam unicè reliquit. Ex ea enim constat, *Protoplastum Adam* *et* *וְשֵׁשׁ וְשֵׁשׁ כָּאֵר* *noningentorum & triginta*; *Sethum* *וְשֵׁשׁ וְשֵׁשׁ כָּאֵר* *noningentorum & duodecim*; *Enochum* *וְשֵׁשׁ וְשֵׁשׁ כָּאֵר* *noningentorum & quinque*; *Cenanem* *וְשֵׁשׁ וְשֵׁשׁ כָּאֵר* *noningentorum & decem*; *Mahallalelem* *וְשֵׁשׁ וְשֵׁשׁ כָּאֵר* *noningentorum & quinque* *atque octingentorum*; *Jaredum* *וְשֵׁשׁ וְשֵׁשׁ כָּאֵר* *noningentorum & sexaginta* *atque noningentorum*; *Hanochum* *וְשֵׁשׁ וְשֵׁשׁ כָּאֵר* *noningentorum & sexaginta* *atque trecentorum*; *Methuschælachum* *וְשֵׁשׁ וְשֵׁשׁ כָּאֵר* *noningentorum & sexaginta* *atque noningentorum*; *Lamechum* *וְשֵׁשׁ וְשֵׁשׁ כָּאֵר* *noningentorum & septem* *atque septuaginta* *atque septingentorum*; *Noë* *וְשֵׁשׁ וְשֵׁשׁ כָּאֵר* *noningentorum & quinquaginta*; *Semum* *וְשֵׁשׁ וְשֵׁשׁ כָּאֵר* *sexcentorum* *annorum spatium adæquasse*. Nullum simile in sequioris ævi macrobiis, à fabulosis ubi discesseris, est reperire.

III. Post locupletissimum testimonium *Mosis* de primorum illorum hominum longævitæ, etiam exoticorum testimonia eam confirmant. *Joseph. Antiquit. l. 4.* introducitur consentientes longævitati illius auctores

Berosum in Chaldaicis, Manethonem in Ægyptiacis, Hieronymum in Phœnicis, Heliæum, Hecatæum, Hellanicum in Græcicis, Acusilaum, Ephorum, Nicolaum Damascenum; quorum plerumque libri tempore adhuc Josephi superstites fuerunt. Integrum Josephi locum non tam ex ipso Josepho, quàm ex Eusebio, apud quem Præparat. Euang. ix. c. 13. extat incorruptior adscribemus. Ita autem Eusebius: *Præterea, quoddam hominum qui principes nati sunt, diuturni ævi fuisse Moses asseverat, ejus quoque rei testes Gentilium Scriptores à Josepho laudantur, his verbis: Nemo, priscurum hominum vitam, cum nostræ annorumque nostrorum brevitate componens, quæ de ipsis memorantur falsa esse putet; dum ex longè brevioribus vitæ nostræ spatiis, ne veteres quidem illos tantum vivendo temporum conficere potuisse conjiciet. Nam illi sanè, partim quoddam Deo cariore, ipsaque illius manu sati essent, partim quoddam vim suam diutius integritatèque retinentibus uterentur, vitam in tot annos propagare commode poterant. Adde verum etiam fuisse, ut partim in virtutis suæ præmium, partim ad accuratiorè ac certiorè cùm Astrologiæ, tum Geometriæ, quas ipsi Artes invenerant, usum & experientiam, longiorè eis Deus vitam indulgeret; quippe qui nisi sexcentos minimùm annos, quot videlicet magnus Annus absolvitur, vivendo complevisset, certi nihil unquam eis de rebus posteris tradidissent. Cujus equidem rei testes habeo, quosquos Græcos inter Barbarisque rerum antiquarum monumenta reliquere. Nam & Manethus qui Ægyptiacam, & Berosus qui Chaldaicam scripsit historiam, & Molus, & Heliæus, & Hieronymus Ægyptius, quique res Phœnicum sequuti sunt, uno mihi omnes ore suffragantur. Imò etiam Hesiodus, Hecatæus, Hellanicus, Acusilaus, Ephorus item & Nicolaus, veteres mille annos vixisse tradunt. Quem Josephus apud Eusebium vocat Μωλον Molon, eum vulgata hodie editio Josephi insignit Μωχον, Mochum. Et Mochum quendam Phœnicios inter scriptores retulit Tatianus apud eundem Eusebium, lib. x. 11. ubi cum Theodoro & Hypsicrate conjungitur, quorum libros Græcè vertit Aritus. Mochum etiam cum Sanchoniathone Phœnicio scriptore conjungit Athenæus sub finem lib. 3. Proinde Mochum non Molon Josephum scripsisse contendit Franciscus Vigerius. Cæterùm id mihi non fit probabile, quia Josephus disertè illum scriptorem separat ab illis qui τὰ Φοινικὰ συγγράμματα, res Phœnicum persecuti sunt. Constat autem, Mochum rerum Phœniciarum scriptorem fuisse. Malo igitur ex Eusebio legere Μολον, vel Μελων. Meminit enim Josephus lib. 2. contra Apionem passim Molonis Apollonii, à quo aliquid de rebus Judaicis perperam scriptum fuerit.*

IV. Dolet sanctissimo Patri Augustino de Civ. Dei, lib. xv. 9. annorum

rum

rum numerositatem cujusque hominis, quæ temporibus primis fuit, non posse nunc in experimentum venire talibus documentis, qualibus probari possit antiquorum corporum magnitudines. Has enim idoneè probare putabat inventa ossa, quæ quoniam diuturna sunt, etiam multò posterioribus seculis proceram corporum priorum magnitudinem prodant. Nullis autem similibus documentis longævitatem primorum hominum confirmari posse. De documentis procerorum olim corporum responderunt multi. Quamvis autem longævitatis ejusmodi documenta alia adduci non possint, *non tamen ideo*, uti ibidem loquitur S. Pater, *fides sacræ huic historiæ deroganda est, cujus tantò impudentius narrata non credimus, quantò impleri certius prænuntiata conspicimus.* Neque infideles id in dubium revocare possunt, quando præter rationem Augustini conservata sunt testimonia scriptorum antiquissimorum, quæ ex Josepho supra notavimus, & in mundo adhuc est testimonium Hesiodi, & res ipsa ita comparata est, ut possibilis sit Deo, & planè *Ἰουθενῆς*, sicut infra visuri sumus. Non fuerit ἀπὸ *Ἀδρόνυ* hic adscribere locum Sabellici ex Ennead. i. lib. i. ubi incredulitati multorum occurrit his verbis: *Scio ego tam longo hominis (Noë) ævo, historiæ fidem abrogari, si quis ad hanc vitam, quæ hodie vivitur, respexerit. Sed fide non parva opus est ad divina opera credenda. Quanquam non video, quid magis ineptum fieri possit, quàm cælum & omnia, quæ cælo continentur, mira & ineffabili ratione, à Deo condita affirmare, hominem, animal nobilissimum, rationis cælestiumque rerum capax, quod summus ille universi Autor è terra suscitavit, non potuisse, aut si potuit, non debuisse, quàm diutissimè in vita retineri: præsertim mundo adhuc recenti, cum in tanta solitudine humano genere aucto imprimis opus esset. Et si sub ipsum mundi exordium, cælo & elementis minus noxiis longior (ut quidam suspicantur) potuit homini vita contingere, quod in hac senescentis seculi fece evenire non possit. Adjiciunt, qui sacram scribunt historiæ, aliam adhuc causam, quod idcirco tam longa sit vita homini à principio data, ut is simul multos procrearet commodiusque opera nature longa exploraret experientia, diligentiusque explorata posteris traderet quod eorum plerique fecisse existimantur. Sed utcumque res excipienda est, Berosus, Hellenicus, & alii vetustissimi rerum scriptores longissima hæc humanæ vitæ spatia, pro confesso tradidisse dicuntur. Adstipulatur huic fidei, quod in aperto hoc rerum declinio, Macrobii Æthiopes, Seres & Hyperborei centenis quadragenis annis vivere creduntur, Pandoræque gens Indica ducentis, ut Gnidius Ctesias prodidit.*

V. Non defuerunt tamen homines deploratæ fidei, qui cùm Moïsi auctoritatem deprimere non possent, ejus tamen narrationem in gratiam

*ἀμνηστῶν* ita interpretari laborarent, ne quidquam inusitatum, & humana opinione insolens continere videatur. Tales jam suo tempore notavit Augustinus eodem libro cap. 12. ubi prolixè refellit illos, qui putant, aliter annos illis temporibus computatos, id est, tantæ brevitatis ut unus annus noster decem illos habuisse credatur. Quapropter, inquit, cùm audieris quisque vel legerit nongentos annos quenquam vixisse, debet intelligere nonaginta. Decem quippe illi anni, unus est noster & decem nostri, centum illi fuerunt. Ac per hoc, ut putant, viginti trium annorum fuit Adam quando genuit Seth, & ipse Seth viginti habebat annos & sex menses, quando ex illo natus est Enos, quos appellat Scriptura ducentos & quinque annos. Horum igitur opinione annus Patriarcharum illorum, quos commemoravimus, absolutus fuerit spatio dierum circiter triginta sex. Qua anni mensuri mensura quondam Ægyptios usos esse supra Plinius adfirmavit, & disertius etiam tradit Diodorus Siculus. Eandem sententiam quibusdam חכמי ניצרים *sapientibus Christianorum* tribuit Don Abarbanel ad Genes. cap. v. Quidam, inquit, ex *sapientibus Christianorum existimant, annos illorum temporum non fuisse שנה annos solares, sed חרשי לבנה menses lunares. Luna autem circulum suum absolvit per 12 signa Zodiaci, viginti octo dierum spatio circiter. Et hic ejus cursus quoque vocatur שנה Annus שנה כולו ab iterando & recurrendo; quia שנה secundo redit ad locum è quo exire incepit. Eodem modo R. David Ganz in Zemach David ad A. 1656. Erronei quidam spiritus (טעויות) vel hæretici existimant, primævos illos homines ad eos dies suos prolongasse, quia non habuerint mensuram annorum juxta dimensionem annorum nostrorum, ut forte mensem unum vocaverint annum, aut revolutionem quadrimestrem, vel tempus aliquod determinatum: quia sicut invenimus in Fosippo & Cabala seu traditione R. Abraham filii David, Græcos divisisse annum in octo menses, ita fieri posuerit, ut primævis alia fuerit anni determinatio, neque repugnare hoc sanctæ nostræ legi, nec effatius sapientium nostrorum b. m.*

VI. Non constat planè, quinam fuerint illi, qui ante tempora Augustini errori huic impliciti fuère. Nisi quòd ex Gentilibus Lactantius lib. II. cap. 12. Varronem allegat, erroris illius compertum. Verba Lactantii: *Sic facta hominis vita est temporaria, sed tamen longa, quæ in mille annos propagaretur, quòd divinis literis proditum & per omnium scientiam publicatum cum Varro non ignoraret; argumentari nixus est, cur putarentur antiqui mille annos vixisse, At enim apud Ægyptios pro annis menses haberi, ut non Solis per XII signa circuitus faciat annum, sed Luna, quæ orbem illum signiferum xxx. dierum spatio illustrat. Interim nec caret ratione Augustini conjectura, qui lib. xv. de Civ. Dei, cap. 13. putat, in ea sententia de mensuris annis fuisse eum ipsum,*

ipsum, qui in LXX Interpretum editione mutavit & pervertit numeros; qui cum vellet persuadere ideo numerosissimos annos vixisse antiquos, eos brevissimos nuncupabant; & hoc de maturitate pubertatis, qua idonea filii gignerentur, conaretur ostendere: atque ideo in illis centum annis decem nostros insinuandos putares incredulus, ne homines tamdiu vixisse recipere in fidem nollent, addidit centum, ubi gignendis habilem non invenit ætatem, eosdemque postea genitos filios, ut congrueret summa, detraxit. Sic quippe voluit credibiles facere idonearum generandæ proliis convenientias ætatum; ut tamen numero non fraudaret universas ætates viventium singulorum. Conjecturæ hujus non contemnendum adfert ibidem argumentum à sexta generatione, in cujus annis consentiunt tum Græci tum Hebræi codices. Etenim Hebræus codex Jaredo generanti Enochum tribuit שנה ומאה שנים ושישים *sexaginta duos & centum annos*. Græcus qui hæctenus Patriarchis generantibus addidit centum, hîc convenit cum Hebræo, tribuens Jaredo ἐκατὸν ἑξήκοντα δύο, *centum & septuaginta duos*. Addo ego, etiam in octava & nona generatione Lamechi Hebræicos & Græcos codices congruere. Utrique Mathusalæ generanti Lamechum annos centum sexaginta septem, & Lamecho generanti Noë centum & octoginta duos annos adsignant; quod an Augustinus non viderit, an potius tum temporis codices non congruerint, dicere non habeo. Nunc igitur, ita magna ratione conjectamus cum Augustino. Græculus qui LXX Interpretum editionem corrupit, numeros priorum generationum auxit uno centenariis, ut juxta annos illos menstruos idoneam faceret ætatem gignendi. Si quis enim Enoscho v. g. generanti Kenanem, cum Hebræis codicibus tribuat annos nonaginta, eosque breves illos, nempe menstruis diebus paucis majores intelligat, is Enoschum faciet anno nono generantem. Notum autem est, non consistere hanc ætatem gignendi. Igitur sciolus ille centum videtur addidisse, quò sic Enoscho generanti ætas annorum novendecim congruat. At in sexta, octava & nona generatione centenarius non est oppositus. Nempe in sexta generatione anni 162 breves facerent annos nostrates sedecim; totidem fere anni 167 in octava; in nona iterum anni 182 breves facerent octodecim longos. Hæc generationum ætas quia apta fuit ad generationem, nullo auctario indiguit. Ac proinde numeros earum homo ille mutare superfedid.

VII. Jam varias fuisse apud diversas gentes annum numerandi rationes, minimè dubium est, cum ejus *tot periodi sint aut constriui possint*, ut notat Scaliger lib. I. de Emend. temporum, *quot sunt siderum errantium*. Cæterum non tam laborandum hic est, quales anni usitati fuerint Ægyptiis

vel Græcis (quanquam quòd R. David Ganz ex Josipo & Calaba affert, Græcos divisisse annum in octo menses, commentum merum est non veri Josephi sed Josipi illius Hebræi, cùm talis annus nunquam inter Græcos obtinuerit) aliique, quàm quales fuerint anni Hebræorum, quibus Moses in describenda historia sacra usus est. Illos autem fuisse lunares non dierum 36. sed mensium duodecim, quorum quidem illi qui כוללם *pleni* dicti continerent dies triginta: qui כסון viginti novem adeoque in universum dierum 354, atque eosdem annos lunares certis temporibus necessariam ob causam adæquatos fuisse nostris solaribus, loco suo certissimis argumentis probatum confido. Atque hoc quidem convellendæ opinioni contrariæ sufficere poterat. Moses enim nisi vel ubique de annis conformiter talibus locutus esset, vel differentiam annorum, si quæ omnino esset, annotâisset, ejus profectò obscuritatis, amphibologiæ, & neglectus accusari posset, qualis ne quidem in vulgarem quempiam historicum cadit. Sed alia argumenta multa suppetunt, quibus vetustus ille error penitus elidi valeat.

V III. Etenim *primò*, si anni illi Patriarcharum fuissent menstrui, vel 35 dierum, concedendum foret, quosdam liberis operam dedisse jam anno sexto & septimo ætatis. Kenan cùm genuisset Mahallalelem, fuit annorum septuaginta; Mahallalel & Hanochus sexaginta quinque uterque implevit, cùm illi Jaredus ederetur, huic Mathufelachus. Si igitur Moses annos menstruos indigitâisset, sequeretur, Hanochum & Mahallalelem statim post annum quintum, Kenanem post annum sextum pubertatis tempora ingressos operam liberis dedisse. Quod locum habere nullo modo potest. Neque LXX Interpretes expediunt difficultatem, qui Kenani 170, Hanocho 165 annos adscribunt. Hoc enim & Hebræico codici, de cujus ארבעים ושישה ut dubitemus, ratio nulla est, & vetustissimis quibusque codicibus adversatur. Et corruptos esse hic Græcos codices à temerario critico, qui eidem sententiæ de menstruis annis adhæsit, jam dicere & probare occupavimus. *Secundò* annos longos lunares vel solares nostris similes intellexisse Mosen, ipsa diluvii historia irrefragabiliter demonstrat. Aqua diluvii dicitur terram inundavisse anno sexcentesimo vitæ Noë כחדש השני לחודש בשבעה עשר יום לחודש *menfe secundo die decimo septimo mensis*, Genes. VII. 4. A tempore, quo diluvium cœpit, nempe secundi mensis die decima septima, usque ad tempus, quo cœperunt decrefcere aquæ, quod factum ante mensis septimi diem decimum septimum, numerantur כמשים ומאתר יום *centum & quinquaginta dies*, Genes. VII. 3. Ex quibus necessariò colligendum, Mosen ulum esse annis longis minimum lunaribus. Quomodo enim

annus



annus brevis 36 dierum continere posset varietatem mensium primi, septimi, decimi; & in eodem mense dierum septendecim? Si brevis ejusmodi annus maximè distribui in menses potuisset, tamen citra maximam inæqualitatem nullus mensis unus septendecim dies habere potuisset. Et à secundi mensis die 17. ad septimi mensis diem decimo septimo anteriorem dies centum & quinquaginta fluentes manifestè arguit mensium seu interrarum minimùm lunationum mensuram à Mose adhibitam fuisse. Argumentum hoc etiam Augustini verbis exornari lubet. Is l. i. ita scribit: *Sexcentesimo nempe anno vitæ Noë, scriptum est factum esse diluvium. Cur ergo ibi legitur: Et aqua diluvii facta est super terram sexcentesimo anno vitæ Noë, secundi mensis, septima & vicesima mensis: si annus ille minimus quales decem faciunt unum nostrum triginta sex dies habebat? Tantillus quippe annus si antiquo more hoc nomen accepit, aut non habet menses, aut mensis ejus est triduum, ut habeat duodecim menses. Quomodo igitur hic dictum est, sexcentesimo anno, secundi mensis, septima & vicesima mensis, nisi quia tales quales nunc sunt etiam tunc erant menses? Nam quo pacto aliter vicesimo & septimo die secundi mensis diceretur captum esse diluvium? Deinde postea in fine diluvii ita legitur: Et sedisti in arca mense septimo, septima & vicesima mensis super montes Ararath. Aqua autem minuebatur usque ad undecimum mensem. In undecimo autem mense prima die mensis apparuerunt capita montium. Si igitur tales menses erant, tales profectò & anni erant quales nunc habemus. Menses quippe illi triduani, viginti & septem dies habere non poterant. Aut si pars tricesima tridui tunc appellabatur dies, ut omnia proportione minuantur: ergo nec toto quadriduo nostro factum est illud tam grande diluvium, quod memoratur factum quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Quis banc absurditatem & vanitatem ferat? Proinde removeatur hic error, qui conjectura falsa ita vult astruere Scripturarum nostrarum fidem, ut alibi destruat. Profsus tantus etiam tunc dies fuit, quantus & nunc est: quem viginti & quatuor horæ diurno curriculo nocturnoque determinant. Tantus mensis, quantus & nunc est: quem luna capta & finita concludit. Tantus annus quantus & nunc est: quem duodecim menses lunares additis propter cursum solarem quinque diebus & quadrante consummant. Tantus anni sexcentissimi vitæ Noë secundus erat mensis, ejusque mensis vicesimus & septimus dies, quando cæpit esse diluvium: in quo dies quadraginta continuatæ ingentes plurimæ memorantur, qui dies non binas ac paulò amplius horas habebant, sed vicesimas & quaternas die noctique transactas. Neque hic obduci potest, Moten aliter numerasse diluvii menses & dies, nimirum juxta morem Judæorum quem ab Ægyptiis hauserant; aliter annos Patriarcharum retro diluvium*

receptum,

receptum. Etenim satis indicatur, à mense secundo anni quo diluuium ingruit, ad mensem secundum anni sequentis quo terra exsiccata est, non nisi unum annum vitæ Noë fuisse transactum; cum cap. VII. 11. dicatur, anno sexcentesimo vitæ Noë mense secundo coeptas esse pluuias; capite verò octavo §. 23. anno sexcentesimo primo vitæ Noë, primo mense, &c. imminutas esse aquas, & paulò post mense secundo arefactam esse terram, & Noë ex arca esse egressum.

IX. *Tertio* ex genealogia posterorum Semi quam Moses exponit Genes. XI. 9, 10, &c. contrariæ sententiæ vanitas manifestè etiam deprehendi potest. Etenim in ea genealogia dubitari nequit, ejusdem mensuræ annos Mosen intellexisse. Quid enim absurdius excogitari potest, quàm in eodem loco, ubi continua serie contextus recitantur anni posterorum unius Semi, mensuram anni immutatam esse. Nunc Semus dicitur vixisse sexcentos annos; Arphaxad trecentos triginta octo; Schælach quadringentos triginta tres; Heber quadringentos sexaginta quatuor; Phaleg ducentos triginta novem; Reu ducentos triginta septem; Sarug ducentos & triginta; Nachor centum & quadraginta octo; Thare ducentos quinque; Abraham centum septuaginta quinque. Hic si juxta annos illos fictitios putes, exiguum admodum vitæ spatium circumegerint illi qui secuti Heberum. Phaleg enim implèsset non ultra viginti quatuor; Reu, Sarug totidem ferè; Nachor quindecim; Thærachus viginti, Abrahamus septendecim. Et tamen Abrahamum Scriptura dicit obiisse כִּשְׁרָא פֶּתַח וְקֵץ in bona senectute, senem & dierum saturum, Genes. xxv. 7. Quin imò cum ibidem Nachor dicatur genuisse Thærachum anno vigesimo nono, ex hypothesi, quam oppugnamus, generare incepisset nondum exacto tertio vitæ anno. Quod omnes absurditatis numeros implet. *Quarto* ipsi illi primi Patriarchæ vita fructi essent angustis nimis terminis inclusa & limitata. Non attingisset sanè annum centesimum Methuschælachus, cui Moses nongentos novem & sexaginta vendicat. Cæteri autem minore intervallo constrictam vitam habuissent. Ex aduerso sequioribus temporibus non pauci supergressi sunt centesimum, quorum exempla supra citavimus. Et tamen certum est, primos homines posteriores longinquitate vitæ superâsse. *Quinto* Jacobus ad Pharaonem regem introductus de ætate sua ita queritur: *Dies peregrinationis meæ centum & triginta annorum sunt parvi & mali; & non pervenerunt usque ad dies Patrum meorum, quibus peregrinati sunt*, Genes. XLVII. 9. Ubi per annos intelligi lunares longos, reductos ad solares nostros, puto minimè ambiguum esse. Si primorum Patriarcharum anni tales sunt, quales illi pertendunt, nulla fides est hujus oratio-

orationis. Etenim ipsum Metuschælachum, qui inter Patres longissimam vitam transegit dicitur, antevisset integros triginta tres annos. Sed nec probable est, primos illos Patres ad imperitiosum fuisse siderum, ut annum ad Solis cursum ordinare non possent. Cognoverunt sanè, luminaria cœlestia esse creata, ut sint *למנוחה ולסיוע* *in signa & tempestates & dies & annos*, Genes. i. 14. Pro sua autem ἀρχινοία si penetrare non potuerunt, anni constituendi nullam certiore & æquabiliorē mensuram esse, quàm proprium motum Solis qui spatio dierum 365. circumdat totum ambitum duodecim signorum Zodiaci; at certè, tot lunationes, quot sunt inter duos autumnos, annum spatium absolvere nullo pacto dubitare potuerunt. Jam Sethi posteros siderali scientia imbutos fuisse scribit etiam Josephus Antiquit. i. 2. Nullus autem astrorum notior effectus est, quàm discretio temporum.

X. Hæc cum ita se omnino habeant, relinquunt tamen difficilis & intricata quæstio de principio gignendi, quod Patriarchis à Mose tribuitur. Si enim anni quos Patriarchæ illi vivendo exegisse memorantur solares vel lunares magni fuerunt, an credibile est, tam serò incepisse generare prolem? Sethus Enoschum generavit anno centesimo quinto; Enosch Kenanem anno nonagesimo; Jared Henochum centesimo & sexagesimo secundo; Methuschælachus Lamechum centesimo & octogesimo septimo. *Itane credendum, hominem filios generaturum, nec habentem propositum continentia centum & amplius annos (solares vel lunares magnos) à concubendi opere vacavisse; aut si non vacaret, nihil prolis gignere potuisse?* quærit Augustinus l. i. cap. 15. Respondet autem duobus potissimum modis. *Aut tantò, inquit, serior fuit proportione pubertas, quantò vitæ totius major annositas: aut, quod magis video esse credibile, non hic primogeniti filii commemorati sunt, sed quos successionis ordo poscebat; ut perveniretur ad Noè, à quo rursus ad Abraham videmus esse perventum; ac deinde usque ad certum articulum temporis, quantum oportebat signari etiam generationibus commemoratis cursum gloriosissimæ civitatis in hoc mundo peregrinantis & supernam patriam requirentis.* Quod priorem attinet modum, quo serior statuitur proportione pubertas, quantò vitæ totius major annositas, non est ille satis idoneus ad dubitationem hanc tollendam. Etenim si necessaria foret proportio inter vitæ & pubertatis annos, sequeretur, apud quos conveniunt vel non nimum differunt anni ætatis, apud eosdem convenire pubertatem & principium generandi; vel certè non plurimum distare debere. Hoc autem non ita se habere manifestum est. Mahalalel & Jaredus quoad annos ætatis distinguuntur solis sexaginta septem annis. Et tamen

ille anno sexagesimo quinto Jaredum, hic anno centesimo sexagesimo secundo Henochum genuit. Deinde post mutatam hominum ætatem & terminum vitæ communem anno octogesimo conclusum videmus ejusmodi ferè esse proportionem pubertatis & vitæ, ut pubertas incipiat quarta vel ad extremum quinta ætatis parte transacta. Justinianus Imperator Ss.1. Instit. quib. mod. tutel. finit. *Masculorum pubertatem, inquit, post decimum quartum completum annum illico initium accipere disposuimus: antiquitatis normam in feminis bene positam suo ordine relinquentes, ut post duodecimum annum completum viripotentes esse credantur.* Macrobius lib.1. cap.6. *Post annos bis septem ipsa ætas necessitate pubescit.* Constituamus igitur talem proportionem annorum & vitæ Patriarcharum, ut quinta parte ætatis illorum pubertas initium sumpserit. Comperiemus in plerisque generationibus, si ratio hæc obtineat, Patriarchas generasse ante pubertatem, quod maxime absurdum est. Etenim juxta hunc calculum Adamo, Setho, Ênocho, Kenani, Jaredo, Metuschælaho pubertas obvenit anno circiter centesimo octogesimo. Et tamen Adamus ante trigessimum & centesimum; Sethus centesimo quinto, Enoschus nonagesimo, Kenan septuagesimo, &c. jam anno generasse prolem commemorantur. Quid dicam de posteris Semi prioribus, Arphaxado, Schælaho, Hebere; qui cum generarint post trigessimum annum ætatis, tamen quadringentos annos vivendo vel proximè artigerunt, vel exceßerunt. Ubi hîc proportio annorum vitæ & pubertatis? An verò Græca versio proportionem hanc rectius per omnia tueatur, alibi inquiritur. Præterea nulla ratio est, ob quam primis illis hominibus macrobiis senior pubertas obtingere debuerit. Natura viridis, omnibus necessariis instructa subsidiis æquè illis ac sequioris ætatis hominibus acceleravit pubertatem. Etiam *μακρόβιοι* inter nos & præcedentibus seculis puberes fuerunt iisdem annis quibus *μικρόβιοι*. Nec rectè colligitur quia hodie quinta parte ætatis peracta succedit pubertas, similem proportionem etiam in illorum annis obtinere debuisse. Quodd enim pubertas hac potissimum ætate invalescit, causa est corporis talis constitutio, ut homo aptus & potens reddatur ad generandum. Atque eadem corporis constitutio & perfectio primis hominibus si non citius, certè nec ferius obvenire debuit. Naturam quippe in illis divina dispensatione si non plus, at certè non minus polluisse quàm in nobis, vel ipsa illa longævitas validè arguit.

XI. Inclino igitur magis in posteriorem illam Augustini responsionem, non esse credibile quod Patriarchæ eo demum anno, quo singuli dicuntur filium genuisse, uxores duxerint, ac filios procreare cœperint. Neque enim

enim ulla ratio est, cur ii, qui geniti memorantur, primogeniti fuisse stantur. Sicut manifestum est, quòd Sethus non fuerit primogenitus Adami, ita fieri potuit, ut nec Enofch esset primogenitus Sethi, nec Cainan Enofchi, atque sic deinceps. Consilium fuit Mosi, uti cui libet conjectu proclive est, Noë & Abrahami genealogiam pertexere, tum quia illi duo inter cæteros fide & pietate eminebant, & uterque divinitus in ligni donatus est prærogativa: quandoquidem Noë universalis diluvio appetente humanum genus ab interitu in arca servavit; Abraham autem cultum veri Dei in sua familia retinuit, & singularibus promissis de gentium benedictione per semen ejus mactatus est: tum quia inde postmodum erat duccenda genealogia Salvatoris ab Adamo usque. Non contemnendum ejus rei argumentum est in Arphaxado, filio Semi, à quo naturalis successio ad Abrahamum usque ducitur, Genes. xi. capite. Eum autem primogenitum Semi non fuisse, luculenter colligitur ex Genes. x. 22. ubi primogenitus ejus ponitur Elam. Dignissima in hanc rem notatu sunt verba Augustini l. 1. *Cum sacræ scriptoræ historiæ ad ortum vitæque Noë cujus tempore diluvium factum est, per successiones generationum notatu temporibus intenderet pervenire, eas utique commemoravit, non quæ primæ sui parentibus fuerint, sed quæ in propagationis ordinem venerint. Exempli gratia quo id fiat apertius, aliquid interponam, unde nullus ambigat fieri potuisse quod dico. Evangelista Matthæus generationem Dominicæ carnis per seriem parentum volens commendare memoriæ, ordiens à Patre Abraham atque ad David primitus ut perveniret intendens, Abraham, inquit, genuit Isaac: cur non dixit Ismabel, quem primitus genuit? Isaac autem, inquit, genuit Jacob: cur non dixit Esau, qui ejus primogenitus fuit? Quia scilicet per illos ad David pervenire non posset, deinde sequitur: Jacob autem genuit Judam & fratres ejus: numquid Judas primogenitus fuit? Judas, inquit, genuit Phares & Zaram, nec istorum geminorum aliquis fuit primogenitus Judæ, sed ante illos jam tres genuerat. Eos itaque tenuit in ordine generationum per quos ad David, atque inde quò contenderat, perveniret. Ex quo intelligi potest, veteres quoque homines ante diluvium non primogenitos, sed eos fuisse commemoratos, per quos succedentium ordo generationum ad Noë Patriarcham duceretur, ne seræ pubertatis illorum obscura & non necessaria quæstio nos fatiget.*

XII. Atque sic asserta plenitudine & integritate annorum, quos implevisse Patriarchas scribit Moses, longævitas Patriarcharum illorum in aperto collocatur. Est tamen inter Hebræos non levis contentio: an longævitas illa fuerit communis omnibus hominibus ad tempora usque contracti vitæ humanæ termini, an singularis illorum tantùm Patriarcha-

rum, quos Moses disertè expressit? Posterius tuetur Maimonides in libro More, parte II. cap. 47. ubi scribit; *longævitasem hanc non fuisse nisi quorundam singularium commemoratorum in lege; reliquos illorum secularum annos attingisse non plures, quam hodie adhuc communiter fieri solet.* Maimonidi subscribit etiam Don Abarbanel ad Genes. c. v. ubi singulares illos homines ad longam illam ætatem protractos per miraculum docet duplicem potissimum ob finem. Primum *ad multiplicanda individua speciei;* ut illis tantò citius mundus habitabilis redderetur & terra impleretur. Secundò *ad perficiendam speciem humanam in scientiis, artibus & disciplinis,* quæ sint perfectio hominis & finis ejus. Hanc verò perfectionem adipisci non potuisse nisi per experimenta. Quòd si ætas illorum hominum fuisset eadem quæ nostra est, futurum fuisse ut morte absumerentur, antequam naturam entium intellexissent, quorum principia desumuntur ex sensu, & nonnisi longo tem; ore acquiruntur. Ideo Deum speciei humanæ providè prospexisse, cum homines illos singulares tam longæ ætate miraculosè donavit. Ac in eandem sententiam citat R. Abarbanel locum ex Bereſchit Rabba, in quo R. Chanina filius R. Simeon ben Lakifch בני אלהים *filius Dei,* quorum meminit Moses, interpretatur singulares illos longævos, quos Scriptura enumerat & nominibus suis recenset, eosque ita nuncupari, quòd productione existentis & longævitatis suæ ratione similes fuerint filiis Dei. Maimonidem consensione sua dignatur etiam Paulus Burgenſis Episcopus.

XIII. Verùm hanc Maimonidis & Abarbanelis opinionem seridè oppugnat Nachmanides. *Cur enim,* inquit ille, *miraculum factum esset illis, qui neque Prophetæ, neque justi neque boni erant, ut continuè aliquot seculis miraculum ipsis fieret?* Et sanè non videtur longævitas illa fuisse paucorum tantùm & singularium illorum Patriarcharum munus, sed commune omnium qui ante fatalem terminum tum temporis consuetum singulari casu non obiverunt. Etenim non Sethitas tantùm, quorum anni à Mose numerantur, sed etiam Caïnitas impios, quorum anni non numerantur, longævos fuisse probatur, quia nonnisi septem fuerunt individua expletia totum illud spatium quòd est inter cædem Habelis & diluvium: cum Sethitæ longævi enumerentur decem. Tum manifestum est, non fuisse Mosis propositum exempla tantùm longævitatis proferre singularia, sed genealogiam potiùs pertexere tum Noæ tum Abrahami voluit. Huic autem instituto annexa commemoratio longævitatis illorum, à quibus per naturalem successionem duo sancti illi viri descenderunt, planè accidentaria non probat solis illis privilegium obtigisse. Nam quod multiplicationem  
attinet

attinet individuorum ejusdem speciei, quàm leve fuisset auctarium illud sex septemve macrobiorum ? Præterea terminus vitæ paulatim decrefcens & contractior factus argumento est, terminum illum longiorem antehac propter communes causas fuisse communem & ordinarium. Si quorundam duntaxat fuisset, cur præcisè illorum, & quidem omnium, ex quibus Noë & Abraham descenderunt ? Certè id non meruit illorum spectata sanctitas, cum quidam majores Abrahami idololatriæ fuerint dediti. Perfectio scientiarum & artium tanquam causa longævitatatis illius obtenditur. Hæc autem perfectio non tantùm in Noë & Abrahami, sed in cæterorum etiam filiorum Adæ & Noë, qui seorsim habitaverunt, nec facilè cum Noë & Abrahami majoribus coaluerunt, familia acquiri debuit. Explicatio autem בן אלהים *filiorum Dei*, quam ex R. Chanina vidimus, sua se futilitate prodit.

XIV. Cùm inter Patriarchas, quos Moses commemorat, nemo unus annum millesimum vivendo attigerit, mysterio quidam singulari locum fecerunt. Irenæus sub finem lib. 5. adversus hæreticos notat, quosdam dixisse, id quod dictum fuit Adamo: *In quocunque die comederis morte morieris*, hic impletum esse. Nam mille annos coram Deo esse ut diem unum. Ut ergo veritas divinæ comminationis locum habere posset, detractos fuisse de illo die mille annorum annos aliquot: atque sic Adamum eodem die quo peccavit, hoc est, chiliade annorum nondum plenè transacta defunctum esse. Id quidem planè dilutum & frivolum est, nec refutatione proluxa indiget. Hoc enim quid aliud est, quàm ex Mose historico qui per diem jam mille annos, jam horas 24. citra ullam differentiam notam indigitet, facere flexiloquum Apollinem? Apud Deum quidem mille anni sunt non *dies unus* sed בן יומא כן אמתא *sicut dies hesternus qui transit*. Sicut dies hesternus qui transit, in oculis nostris nihil est, vel exiguum saltem spatium temporis, ita apud Deum mille anni minimæ durationis rationem habent. Licebat Mofi etiam multas myriadas annorum comparare cum hesternis diebus qui transit. Quid enim sunt multæ annorum myriades, si cum æternitate conferantur? Qui tales similitudines consuetantur, non multum abducent à Judæorum illa temeritate, qua pro singulis diebus creationis singulos millenarios durationi mundi describunt. Plus probabilitatis habet, quod alii dicunt, Deum ostendere voluisse, etiam hominis longævam vitam Dei ipsius respectu esse brevissimam, quæ ne quidem attingat spatium, quod apud Deum æternitatis respectu unum diem non absolvit. Quomodo Cicero i. quæst. Tuscul. cap. 39. longissimam hominis vitam ceu unum diem æstimans sic ait: *Apud Hypanim fluvium, qui ab*

*Europæ parte in Pontum influit, Aristoteles inquit bestiolas quasdam nasci, quæ unum diem vivunt. Ex his igitur hora octava quæ mortua est, proventi ætate mortua est; quæ verò occidente Sole, jam decrepita: ed magis si etiam solstitialis dies fuerit. Confer nostram longissimam ætatem cum æternitate, in eadem propemodum ætate, qua illæ bestiolæ reperiemur. Singula tamen reputando, quæstio hæc de mysterio inutilis videtur, quia probari nequit, neminem primorum hominum annum millesimum attingisse. Inter eos quidem qui à Mose recitantur, Abrahami & Noæ majores nemo unus per mille annos ætatem prorogavit. At inter cæteros Adami & Noæ posteros ad tantæ senectutis robur neminem pervenisse quis affirmare audeat? Jam supra animadvertimus, Mosen non instituisse longævitatæ seræ exempla promere, sed per occasionem genealogiæ, cui soli intentus hæsit, etiam annos numeravit Patriarcharum.*

XV. Porro de causis longævitatæ primorum hominum disputatio admodum torsit eruditorum ingenia. Causas autem hoc loco intelligimus partim conservantes longæ illius ætatis, partim finales, ob quas Deus sapientissimus longævitatæ tantam primis hominibus concessit. Ac primò quidem Maimonides longævitatæ illam miraculo productam arbitratur l. i. Et R. Levi eam facit opus simpliciter providentiæ non naturæ. Jam specialem Dei providentiam id ita dispensasse ob causas gravissimas, minimè dubium est. Nihilominus cum fuerit tum ordinaria, non est opus ad miracula confugere. Non est superius virtute rerum creaturarum, quam eis Deus creator largitus est, ut homini vitam prorogent ad seram ætatem, si Deus illarum actionem & efficaciam non infringat sapienti voluntate & consilio. Alii in diversum nituntur & providentiæ Dei speciali locum nullum concedentes, naturæ hoc beneficium in solidum referunt acceptum. Ajunt enim, mundum proximum adhuc suæ origini majoribus in universum viribus polluisse; procedente autem tempore senescentem pristinum robur & vigorem illum amittere. Non mirum proinde esse, quòd primis temporibus longior ætas, proceriora corpora, majus robur hominibus obtigerit; posterioribus autem temporibus, mundo ad senectam præcipitante deficient hæc omnia, & notoriis decrementis minuuntur. Cyprianus hæretico Christianis calamitatum publicarum causas imputanti inter alia in hanc sententiam respondet: *Illud primo loco scire debes, senuisse jam mundum; non illis viribus stare, quibus priùs steterat, nec vigore & robore eo prævalere, quòd antea prævalebat. Non hyeme nutriendis seminibus tanta imbrium copia est, non frugibus æstate torrendis solis tanta fragrantia est, nec sic verna de temperie sua læta sata sunt, nec adeò arboris fructibus autumnus fecundus sunt.*

*Mimis*



*Minus de effossis & fatigatis montibus marmorum eruuntur crustæ; minus argenti, & auri opes suggerunt exhausta jam metalla, & pauperes venæ tenuantur in dies singulos, & decrescunt. Deficit in agris agricola, in amicitiiis concordia, in artibus peritia, in mari nauta, miles in castris, innocentia in foro, justitia in judicio, in moribus disciplina. Putásne tu tantam posse substantiam rei senescentis existere, quanta prius potuit novella adhuc & vegeta juventa pollere? Minuatur necesse est, quicquid sine jam proximo in occidua & in extrema devertit. Sic sol in occasu suo radios minus claro & igneo splendore jaculatur: sic declinante jam cursu exoletis cornibus luna tenuatur, &c. Hoc (subdit) nobis tacentibus mundus ipse jam loquitur, & occasum sui rerum latentium probatione testatur. Hæc sententia mundo data est: hæc Dei lex est, ut omnia orta occidant, aucta senescant, fortia infirmentur, & magna minuantur. Atque hæc sententia à posterioribus etiam per imprudentiam excepta & ante Cyprianum Poëtici schematibus Homeri, Juvenalis, Horatii, Lucretii jactata est. Cypriano quidem error is facile condonari potest, qui cum incidisset in tempora dura, bello, fame, peste sævientia, quorum culpam in Christianos Idololatriæ publicæ professos hostes derivabant; ut profano Gentili os quocunque modo obturaret, naturæ defectum velut lenta tabe laborantis causari maluit, quod adversarium à tam sacrilega criminatione depelleret. At hodieque qui hoc errore tenentur, parum naturam exploratam habent. Si longævitas est à primo vigore naturæ, & brevior vita incessit quotidie ex naturæ effœtæ senectute invalescente, cum natura non faciat saltum, cur à termino noningentorum annorum processit subitò ad quadringentos, à quadringentis ad ducentos, centum, hinc ad septuaginta vel octoginta? Imò cur à tempore Moïsi ad nostram usque ætatem per tractum triginta duorum seculorum idem terminus vitæ immobilis permanet, si cum mundo senescente decrescit ætas hominum? Necessum profectò foret decrepita hac mundi senecta non jam annos, sed ne mensem quidem unum vivendi spatio à nobis adæquare. Verùm fabulam illam de natura fatifcente eruditi communi suffragio hodie explodunt, ac certissimis argumentis adversus incauta quorundam judicia convicit Johannes Frenshemius vir summus, & studiorum quondam nostrorum fidus formator, oratione septima & nona, quam utramque in Suecia dixit.*

XVI. Flavius Josephus de causis longævitatis ita loquitur Antiquit. lib. 1. cap. 4. *Οἱ μὲν γὰρ θεοφιλεῖς ὄντες καὶ τῶν αὐτῶν ἔτη γυμνάριοι καὶ ἀφ' ἑαυτῶν τῶν ἀποφάσεων ἐπιτηθευότερας πλείονα χρόνον εἶναι, ἐκείτους ἔχων πλείονα τῶν αὐτῶν ἔτων, &c. Hi enim partim quòd Deo cariores, ipsâque illius manu sati essent, partim quòd cibis suis vim suam diutius integritatēque retinentibus*  
*uteren-*

uterentur, in tot annos vitam commodè propagare poterant. Adde verum fuisse, ut partim in virtutis suæ præmium, partim ad accuratorem ac certiorum tum Astrologiæ tum Geometriæ, quas ipsi artes invenerant, usum & experientiam, longiorem eis vitam Deus indulgeret: quippe qui nisi sexcentos minimùm annos, quot videlicet Magni annus absolvitur, vivendo complevisset, certi nihil unquam iis de rebus posteris tradidissent. Quibus verbis quatuor causas facit longævitatæ, quas paucis excutiemus. Prima est, quia Deo fuerint cariores, longiorem vitam vixisse. Primos Patres plerosque Deo fuisse charos, lubens largior. Attamen nec omnes Deo cari fuerunt, nec hæc causa est idonea longævitatæ. Probavimus supra, longævitatem fuisse non tantùm singularium personarum, quas Moses nominibus suis ciet, sed communem omnium. At à majoribus Noë singulari pietate præstantibus si discesseris, fuerunt etiam alii, puta in posteritate Caini, quin & ipsius Sethi sub extrema in primis tempora ob flagitia minimè cari Deo. Tales in primis fuerunt Nephilim illi, homines compertæ nequitæ. Jam etiam inter majores Abrahami nonnullorum, qui teste Josua Idololatræ fuerunt, ætas ultra ducentos annos promotæ fuit. Tum post longævitatem desitam inter mortales vixerunt Deo carissimi, Moses vix cuiquam majorum suorum inferior, David, Solomon, B. Virgo Maria, Apostoli, aliique quorum pietas luculentum in Scripturis testimonium habet. Non igitur pietas idonea est causa longævitatæ. Secundo loco allegat Josephus, quòd macrobii illi Dei manu sati essent. Atqui hoc non competit nisi in Adamum & Evam. Cæteri enim geniti sunt vulgari modo nascendi. Neque ipse Adam longævus fuit, quia *θεογενής*. Non enim credibile est, eum qui ex luto productus est, aliàs fuisse conditionis, quàm cujus sunt illi, quos Deus etiam manu sua format & coagulat in utero parentis. Quamvis igitur Dei manu satus fuerit, tamen non aliam causam habuit vitæ suæ conservantem quàm cæteri; & molestiis ac ærumnis, quibus propter peccatum conflctamur, perinde obnoxius fuit, ac cæteri homines. Tertia causa Josephi est: quòd uterentur cibis diutius vim & integritatem suam resistentibus. Verùm nec id solidum est. Utebantur herbis & fructibus arborum, ac si adlubesceret, etiam carnibus se oblectare licitum fuit. Unde verò constat, cibos illos vim & integritatem suam diutius tum retinuisse? Æquè benigna & propitia tellus hodie est, quàm fuerit olim, quia natura non fatigatur nec deficit. Aliàs pridem nullas vires alimentum hominis obtinisset. Et tamen idem alimentis robur est, eadem ad conservandum nos facultas per annos plus quàm ter mille, à tempore usque Mosis, quo hodiernus vitæ terminus decretus fuit. Si alimentum hominis vim suam integram

tegram non retinuit, oportet sanè Solis & astrorum influxum à quo alimenti robur præcipuè pendet, circa tempora Mosis languidiorem redditum esse. Quarta Josephi ratio petita à necessitate eruendæ Astronomiæ & Geometriæ, haud multùm efficacior est. Non dicam, quòd μέγαν ἐνιαυτὸν *magnum annum* definit ἐνιαυτοῖς ἰσαριθμοῖς *annis sexcentis* præter omnem fermè sententiam. Cum Phœnicis *vita*, inquit Solinus, cap. 33. *magni anni fieri conversionem, rata est fides inter auctores.* Phœnicem autem durare 540 annis idem Solinus scribit ex Mamilio. Tacitus tamen Phœnici quingentorum annorum spatium tribuit, vulgatum maximè, l. 6. §. 5. *Sunt qui adseverent*, inquit idem Tacitus, *mille quadringentos sexaginta unum in terris vivere.* Juxta quam ætatem Cenforinus de anno magno Ægyptiorum scribit: *Eoque fit, ut anno millesimo quadringentesimo sexagesimo primo ad idem revolvatur principium.* Sed Claudius Salmasius in Exercitationibus Plinianis, pag. 552. 553. ostendit, sicut Ægyptiorum annus, quem ἡλιακὸν & ἑὸς ἐνιαυτὸν, & κυρικὸν & τίτλων vocabant, trecentis sexaginta quinque diebus & diei quadrante constituebatur; ita *magnum annum* eorundem tot annis constituisse, quot ille constitit diebus, trecentis scilicet sexaginta quinque & anni quadrante sive tribus mensibus. Et quemadmodum rursus periodum è minoribus annis solidis & absolutis quadriennem sive tetraëteridà componebant, ita etiam ex quatuor istis majoribus circuitum constarunt, quæ totidem annos haberet, quot in illa minore dies reperiuntur, hoc est, mille quadringentos sexaginta unum. Hic annus maximus erat, constans annis magnis quatuor, cujus periodo ἀνακρίσιον omnium planetarum fieri vulgò tum Ægyptii tum Græci existimârunt. Quòd si igitur primis hominibus longævitas concessa fuit propter necessitatem perficiendæ Astronomiæ, uti Josephus arbitratur, necessum fuisset homines primos annum illum maximum, quo magnam illam conversionem planetarum fieri creditum est, vivendo adæquare, ut experimentum caperent periodi planetarum. Quo pacto quindecim secula superanda fuerunt. Imò plura, si rectè calculus ponatur. Vanissima igitur hæc causa est. Artes & scientiæ non ab uno inveniri debuerunt, nec ab uno inventæ sunt simul, sed ab initio quidem scientia rudior successu temporum & hominum locupletata est & incrementis latentibus paulatim aucta. Inventis priorum addiderunt posteriores donec ad perfectionem perventum esset. Cursum coeli & siderum tempore Græcorum declaravit Ptolomæus. Et tamen idem profretur, non se incepisse indagationem rerum cœlestium, sed ante annos trecentos ab alio eam inchoatam fuisse.

XVII. Abarbanel contraxit causas longævitatatis, quas Maimonides & Moses Nachmanides reddiderunt. Tres igitur ex eorum mente causas facit & approbat: *prima*, quia origini mundi propiores fuerint, adeoque majori corporis robore instructi: *secunda*, quia ante diluuium aër purus fuerit, qui post diluuium corruptus nocuerit hominum vitæ: *tertia*, quia cibus & alimentis temperantiùs usi fuerint, quàm homines frequentium temporum. Ex aduerso igitur causas contrarias brevioris vitæ his verbis Abarbanel enumerat: *Ex quibus vides, tres concurrere causas brevioris vitæ, iuxta hanc sententiam: Prima est elongatio à scaturigine prima; quia enim Adamus perfectus fuit in creatione roboris & virtutis magnæ, pro gratiæ portione à Creatore accepta, inde etiam filii ejus & secula illi propiora, perfectiora erant: cum verò multiplicarentur generationes, tum, prout elongati fuerunt ab illa prima scaturigine, ed longiùs etiam absuerunt à vitæ longitudine: Secunda est ab aquis diluuii, quod licet per modum pænæ venisset, iuxta Rabbenu Nissim, & postquam desuit, par fuisset, ut aër iterum purus esset; non tamen poterit negare, quin simul maledicta fuerit terra, & multum de sua virtute pristina perdidisset; hincque consequutum sit, ut cibi & germinantia à terra, non remanserint in virtute sua prima. Neque ulla fuit hic peruersio iudicii (hoc est quicquam iniqui:) sufficiebat Noacho, ut liberaretur à diluuiio. Fortassis ita voluit Deus abbreviare dies hominum, & terminum vitæ ponere homini, dicendo; Hucusque peruenies, & non ulterius, sicut postea explicabo. Sic ergo etiam ex natura terræ post diluuium, brevior est vita. Tertia causa est intemperantior usus ciborum & alimentorum, qui tum inter homines ortus est: nam, præter minorem virtutem terræ crescentium post diluuium, & quòd non ita salutare, ut antea, nutrimentum præberent, esus quoque carnis abbreviauit dies eorum, sanguisque abundantior generabatur, & potus vini defluxiones atque morbos multos produxit. Hinc dicit Solomon; Ne sis cum potatoribus vini, neque cum voratoribus carnis, Prov. xxiii. 20. Ad hæc quoque accessit nimia hominum libido, quæ fiebat, ut homo antequam vigesimum annum attingeret, filios & filias gigneret. Sine dubio autem hæc abbreviat vitam hominis, consumit humores, & extinguit calorem naturalem. Sic legimus Davidem, cum nonnisi septuaginta annorum esset, opus habuisse, ut vestibus tegetetur, neque ullum amplius calorem habuisse: quod sanè non fuit ex senectute; quot enim reperiuntur seniores illo, qui vegeti sunt adhuc, robusti, & liberos gignunt? sed calor ejus naturalis extinctus, & refrigeratus fuit, quia in iuuentute seclabatur mulieres, atque inde contigit, ut in ea frigiditatis extremitate fuerit. Sic Salomon filius ejus, qui parentem hac in parte imitatus fuit, imò cum superauit, breviorẽ assequutus est ætatem, ut moreretur anno ætatis 52. Qui enim mala*

*utiitur*

utitur diæta, is corrumpit suum temperamentum, & filius ex illo malo temperamento natus, fit corruptus, eaque corruptio augetur, si natiuis vitiis ipsemet plura superaddat. Hujus rei causa vita hominum decrevit subinde in illis generationibus, usque dum natura in certo vitæ termino subsistisset, sicut dicitur: Omnes dies nostri declinaverunt propter iram tuam: consumpsimus annos nostros tanquam sermonem: dies annorum nostrorum sunt 70 anni, &c. Psalm xc. 9. De seculis enim primis, quibus vita hominum paulatim decrevit, dicitur: Quia omnes dies nostri declinaverunt propter iram tuam, consumpsimus annos nostros tanquam sermonem: De natura jam in certo termino constituto dicit: Dies annorum sunt 70 anni, &c. Ex quibus omnibus patet, verba istorum duorum Rabbiorum, Nachmanidis & Maimonidis, simul esse bona, observatis iis, quæ ego illis ad ulteriorem expositionem addidi. Verùm & hæc causæ et si eas adoptaverit Lyranus, momentum omnino exiguum habent. Nam primam quod attinet, quæ ratio est, cur propiores primæ mundi scaturigini longiorem vitam exigere potuerint? Natura æquabilis semper mansit, & virtute Dei concurrente similes effectus ubique producit. Non defatigatur longo labore vel temporis tractu, neque est, ut scitè Scaliger, ut *asinus ad molam*. Et macrobiorum, qui à prima mundi origine remotissimi abierunt, exempla ex Plinio, Valerio, aliisque etiam recentioribus supra produximus. Si ratio hæc valerèt, oporteret tantò curtiores vitam hominibus obtingere, quantò quisque à prima mundi origine longius discedit. Adami corpus fuisse robustius & majoris *invigoris* quàm nostra hodie sint, non iverim inficias. Sed causa illius roboris non est inde arcessenda, quòd origini mundi proximus fuerit. Nam per peccatum effectum est, ut *invigoria* illa multùm labefactaretur, & causæ dissolutionis jam grassari inciperent. Et si Deo cordi esset hodièque tantum robur nobis largiri, non obstante longissimo discessu ab ortu mundi æquè facilè nos fortes redderet. Secunda causa petita ab aëris antediluviani puritate, quam in primis operosè urget Nachmanides, ita impugnatur à R. Nissim. *Diluvium*, inquit, non fuit accidens naturale, sed habuit rationem pænæ. Cum igitur homines sustinuisent pænâ suam, & Deus reduxisset ventum super terram ad exsiccandam eam, debuit mundum redire ad naturam suam priorem: eò quòd omnia facta sint secundum justitiam & judicium, non per accidens. Quòd si aliquid ex his attribucendum sit naturæ, potius evenire debuit contrarium. Nam post vehementem pluviam purificatur & serenus magis fit aër. Et post corruptionem insignem aëris fit aër magis purus & salubris, prout experientia teste fieri solet post pestem, idque ex causis naturalibus. Quæ sanè responsio non est contemnenda. Nec

eam tollit exceptio Abarbanelis, non tantum diluuium habuisse rationem pænæ, qua cessante aër debuerit fieri purior; sed terram simul fuisse maledictam & multum de pristina sua virtute perdidisse. Nam terra non solum fuit maledicta per diluuium, sed propter peccatum Adami, statim à mundo condito admissi. Igitur maledictio terræ jam tum irrogata statim longævitatatem impedire debuisset. Accedit non minus valida hæc ratio. Si mundatio aquarum diluvii causa fuisset longævitatatis impeditæ & abruptæ, tum homines diluvio exacto proximi breviorẽ vitam explevissent, quàm ii, qui à temporibus diluvii abierunt longiùs. Cùm enim aquæ diluvii impuritatem aëris credantur in vexisse, cessantibus aquis maximè impurus fuerit aër, & paulatim ad pristinam puritatem reductus. Et tamen contra evenisse videmus. Nam quò magis à tempore diluvii remoti fuerunt homines, eò majores ad angustias ipsis vivendi terminus est redactus. Denique nec tertia causa, quæ Maimonidis est, satisfacit. Ponamus enim alimentis & voluptatibus etiam licitis temperantiùs usos esse quosdam, quorum præ cæteris pietas emicuit. At multi fuerunt etiam *ασουτοι*, de quibus testatissima est querela Christi, quòd edendo, bibendo pœnam diluvii provocaverint. Et tamen non obstante ejusmodi nepotum *αουτων* communis fuit longævitas omnibus. Temperantiæ leges probè custoditæ faciunt sanè ad vitam nonnihil productiorem. At tot seculis termino, qui hodie vulgaris est, superstruendis minimè sufficit. Hinc hodièque homines præ cæteris temperantes & sobrii, alios quidem ætate vincunt, sed intervallo non magno. Nempè temperantia causa quidem esse potest, ut vivendo attingatur meta illa, quam ætati humanæ divina Providentia præfixit. At ipsius longævitatatis causa non est, sicut in animalibus apparet, quæ cùm plerunque homines moderatione victus antecellant, tamen consuetum moriendi limitem ægerrimè vitant.

XVII. Lyranus tribus his Hebræorum, quas adoptavit, causis adjungit alias, quas ipse recitabo verbis: *Quarta*, inquit, *exscientia Adæ, quia formatus fuit in perfectione scientiæ, ut supra dictum est, cap. 2. Et idè cognovit virtutes fructuum, herbarum & lapidum, quæ faciunt ad conservandam sanitatem & vitam prolongandam: Et de hoc docuit homines ad vitam prolongandam. Quinta ex bono aspectu siderum super illam regionem, in qua manebant, qui aspectus multum facit ad longitudinem vitæ: sed per motum calis continuum mutatus est tempore procedente. Sexta ex divina dispositione hoc ordinante, ut per longam vitam hominum citò multiplicaretur genus humanum. Item ut homines illius temporis per longam vitam possent habere experientias de cursu calis & effectibus siderum & aliarum rerum: quæ experientiæ sunt principia*

*cipia artis & scientiæ, ut habetur 1. Metaphysic. Item videmus magnam latitudinem in quantitate molis in natura humana: quia aliqui sunt parvi sicut pygmæi: qui dicuntur homines in longitudine unius cubiti tantum: alii autem sunt valde magni sicut gigantes. Unde Deuteronom. 3. cap. dicitur de Og rege Basan: Monstratur lectus ejus ferreus qui est in Rabbath filiorum Ammon habens novem cubitos longitudinis & quatuor latitudinis, &c. Unde & Augustinus dicit xv. de civit. Dei, cap. 8. quod vidit dentem gigantis, qui si divideretur minutatim faceret centum dentes hominum communis staturæ. Si igitur est tanta latitudo & excessus unius ad alterum in quantitate molis, non videtur irrationabile quod fuerit tantus excessus in quantitate durationis hominum primorum ad illos, qui nunc sunt, sicut Scriptura determinat. Item in quantitate durationis videtur etiam magna latitudo; quia etiam de Pygmæis dicitur, quod quinto anno generant, & octavo anno senescunt. Et ideo si homines alii tantum excedunt eos in quantitate durationis, qui vivunt communiter LXX vel LXXX annis, non est mirandum si homines primæ ætatis tantum excedebant modernos in quantitate durationis. Ego autem tot rationes induxi ad propositum ostendendum: quia si una per se non sufficit plures simul sumptæ videntur propositum suadere. Nulla ex his rationibus idonea est quæstioni expediendæ. Non quarta. Adamum multiplici rerum scientia imbutum fuisse certum est. Proinde quæ vires sint plantarum, quæ alimenti præstantissimi salubritas, planè exploratum habuit, & posteris etiam suis tradidit. Atque hæc scientia & usus alimenti optimi longævitatatis haud dubiè adminiculum fuit destinatum divinitus. Cæterum tantum longævitatatis causa alimentum non fuit. Quis enim dubitet, quin eam scientiam habuerit etiam Noë, & cum posteris suis fideliter communicaverit? Et tamen manifestis decrementis paulatim vita hominum defecit ad angustissimos, quibus hodie circumscribimur cancellos. Non deest etiam nostris temporibus per longam tot seculorum experientiam hausta arborum, fructuum, lapidum notitia exactissima, qua fortasse non cedimus hominum illorum primorum experientiæ. Neque tamen scientia illa facit ad prolongandam ultra communem & brevissimum illum terminum vitam. Quinta ratio petita ex bono adpectu siderum super illam regionem, in qua manebant, inepta admodum est. Quomodo enim qualiscunque illa siderum mutatio tantam differentiam annorum inducere potis fuit? Cùm ne hodie quidem mutato adpectu siderum crebris revolutionibus cœli ipse vitæ humanæ terminus ubique terrarum idem mutationem ullam recipiat. Quid quòd sub eodem haud dubiè siderum positu hodièque homines vivunt, qui tamen ad longævitatatem Patriarcharum minimè accedunt.*

Quod sextam Lyrani causam attinet, agnosco divinam dispositionem ita ordinantem causam fuisse longævitatæ illius. Sed dispositionis illius rationes allegatæ non satisfaciunt. Etenim citra illam longævitatæ genus humanum multiplicari potuit : sicut Israëlita in Ægyptum tranſveſti exiguo numero brevi in immensum creverunt, qui tamen intra contractionem illum vitæ terminum constiterunt. Unde Moses Deuteron. x. 22. *Cum septuaginta animabus descenderunt Patres tui in Ægyptum. Nunc autem posuisti te Jehova Deus tuus sicut stellas cæli in multitudinem.* De necessitate fideralis scientiæ eruendæ supra Josepho respondimus. Quodd verò de inæqualitate corporeæ molis, ex qua etiam durationis humanæ vitæ inæqualitatem collegit Lyranus, & post eum Grotius de verit. Relig. Christ. pag. 45. ea non tam ἰσοδία quàm ἰσοπία longævitatæ concernit. Cùm igitur singulæ hæc rationes Hebræorum & Lyrani exiguum, vel nullum pondus habeant, non possunt etiam conjunctæ, seu, ut Lyranus loquitur, *simul sumptæ propositum suadere.* Quemadmodum si quatuor pluresve ad cœnam accedant ἀσμβολοι, omnes æquè esurire necessum est.

XIX. Benedictus Pererius sex illis rationibus hæctenus ventilatis addit septimam, nimirum inventionem artium. *Septima causa fuit, inquit, ut diu viventes homines possent reperire artes & scientias ad necessitates, utilitatesque vitæ humanæ, & ad perfectionem intellectus humani plurimum conferentes, quæ tamen non nisi longissimi temporis experimentis & observationibus reperiri possunt. Rectè enim dictum est ab Aristotele, tempus esse inventorem & promotorem artium & scientiarum. Præsertim autem longinquitas vitæ necessaria erat ad inventionem Astronomiæ, & Geometriæ, quarum disciplinarum certitudinem assequi non poterant, auctore Joseph. c. 3. lib. 1. de Antiquit. si minus sexcentis annis vixissent, ex tot enim magnus annus constat.* Causa hæc Pererio quodammodo cum Josepho est communis. Proinde ex iis quæ supra dicta sunt, de ea judicari potest. Verum est, longa vita multiplicem rerum experientiam comparari. Cæterum & breviori vivendi spatio primi homines sagacitate ingenii sui facilè cum in scientiis processum nancisci potuerunt, qui ad felicitatem eorum necessarius fuit. Quamvis igitur longævitas Patriarcharum ad perfectionem artium multum contulerit, tamen non persuadeor, Dei consilium fuisse propter secularis ejusmodi sapientiæ fastigium ad tam sera tempora primorum hominum vitam protrahere.

XX. Johannes Beverovicus, nostræ ætatis Medicus non è multis Theſauri sanitatis cap. 3. ex Petro Mexa Hispano multas longævitatæ primorum hominum causas edisserit ; communes tamen omnes cum iis, quas hæcte-



hactenus ventilavimus, excepta unica, petita ab usu ciborum crudorum, beneficio ignis non coctorum & maceratorum. Cùm enim ignis vi sua partes alimenti præstantissimas auferat, necessum omnino esse, ut cocta per ignem multò efficaciam minùs obtineant, adeoque naturalis vitæ stamina abrumpat citiùs; & contra quæ cruda & ignis furore nondum delibata vorantur, homini vitam longiorem præsent. Vereor autem, ne causa hæc in eundem cum cæteris censum vocari mereatur. Unde enim constat, cibis crudis primos homines usos esse? An ignis copiam nullam habuerunt, vel ignorârunt usum? Et si usi omnino sunt, dubitari meritò possit, an ad longævitatem quidquam id contulerit. Certè nec animalia carnivora, quæ carnis crudis vescuntur, nec quæ herbis non excoctis se oblectant, longiorem vitam exigunt quàm homines, qui alia omnia faciunt. Necessum enim est, cibis crudis stomacho ingestis, coquendis, dissolvendis, & ad usum corporis instruendis ita debilitari calorem hominis interiorum, ut magnam noxam inde contrahat. Adde ipsam cruditatem plus corpori nocere, quàm sublata vi ignis particulæ alimenti salubriores eidem prodesse valeant. In eadem, quam impugnamus sententia fuit etiam Cardanus, asserens, ad vitæ diuturnitatem crudas quàm coctas carnes plus esse conducibiles, & coqui eas non ex necessitate, sed ex consuetudine. Quamobrem acriter eum castigat Scaliger Exercit. xxii. *Quare, inquit, odiosus es cum ista tua religione qui nobis carnes crudas apponi jubet? Nam homo cùm sit in medio constitutus: qui cibi terræ multum, aut contumacis aliqui substantiæ continent in se ipsis, ventriculi viribus infestum: si vi ignis domiti rediguntur ad caloris nostri proportionem. Ac mox acutè admodum & subtiliter: Ac propterea quod aus, ad vitæ diuturnitatem crudas quam coctas carnes plus esse conducibiles, operæ precium erit respicere ad crudi voras bestias: quarum pusillus vitæ tractus te insolentis opinionis admonebit. Fuit igitur ars, non fortuita consuetudo. Cum ventriculi vi non posse crudas confici comperissent, culinarum inierunt rationem. Etenim quæ proportio est maturi fructus cum acerbo: ea est coctæ carnis cum cruda, si ad coctricem nostram conferas facultatem. Demonstratiois constructio hæc est. Cibis significat simul & substantiam ejus quod est: & substantiam ejus, cujus aliquid futurum est. Refertur enim ad hominem, uti dicebamus. Igitur & ad facultatem transmutantem. Quæ cum inferior esset, arte subventum est. Præterea ne ipsi quidem Canibali crudas vorant. Es barbari maris accolæ, Sole, aut cremato simo torrent. Restat objectio, fructus & lactucas, quæ sint frigidiora, cruda esitari. Respondeo. Carnes esse sub forma valde resistente concoctioni. Itaque vel ipso igne serius coquuntur. At fructus statim. Lactucæ vel solo aëris afflatu marcescunt. Postridie sanè ejus dicit,*

*diei, qua collectæ sunt, flaccidæ fiunt. Tum quod ais, carnes igne corrumpi: calumnioſo verbo uſus es. Afficiuntur enim, ut in ventriculo conficiantur. Et hoc ignis ventriculo, quod eſt ventriculus jecori. Corruptuntur ergo ſibi, ſed inchoantur nobis. Sane hoc quoque modo à ventriculo corruptuntur. Verum igitur eſt, quod aiſ Præceptor ſapientiæ: Pauca reſpicientes facile pronunciant. Tutius in divini Hippocratis ſententia conqueſces: Is in ſecundo de vitæ ratione: τὰ πρῶμα, καὶ τὰ φερόμενα ἁπλοῦς ἐστὶ μακρὸν ἤ ὀμῶν. Et mox: τὰ ἔνωμα προφώδεα, καὶ ἐραγμώδεα ἐστὶ. διὸ δεῖ τῶν πρὸς καταπραΰνησαι. ταῦτα ἢ κοιλίῃ διασπένουσαι ἀδενεστέρα ὄσπ' ἢ ἐσιόντων. Porrò Cardano objicienti, quòd ignis tenue à crasso ſeparet, ejus autem abitu deterius reddatur alimentum, veriùs quàm modèſtius eodem loco ita reſpondet. Annon hæc inſignis calumnia eſt. Crasso enim etiam ad alendum indigemus, non tenui ſolo. Neque enim carniùm ſolo ſucco alimur ad eundem modum: Abest enim longius à carnis noſtræ conſiſtentia, quam caro. Ac propterea quam plurimo tenui ſucco eſſet opus nobis: multo ſane pluri, quàm quantum ventriculo capi poſſet. Quocirca toto ipſo uſcimus. Quod quia crassius, atque contumacius erat, attenuandum fuit: atque quo fieri modo poterat, æquandum. Itaque quantum ab it tenuis, tantum reponitur attenuationis opera: imò verò plus. Quamobrem crassum illud plus attulisset noxæ, quam tuum iſtud tenue utilitatù. Sanè ut probum ſit hoc, quod exhalat: major eſt utilitas in majore copia attenuati, quam jaclura tenuium. Plura eam in rem ibidem eruditè diſputat.*

XXI. Expenſis igitur cauſis longævitatù, quas vulgò reddunt, paucis depromendæ ſunt veræ. Satis conſtat, hominem primum, ſi in rectitudine ſua perfeverâſſet, perennaturum fuiſſe in ea vita, in qua conditus fuit, procul omni periculo mortis ſeu interitus. Non convenit enim Dei ſapientiæ & conſtanti bonitati, ut opus manuum ſuarum ſpernat & deſtruat, Job. x. 3. vel annihilat eum, qui purus, innocens, ſanctus eſt, & cui animam dedit immortalẽ & ſui imaginẽ, denique in quo nullæ cauſæ exiſtunt, quæ neceſſariò efficiant diſſolutionẽ animæ à corpore. Si ſanctus fuiſſet homo, quæſiviſſet Deum, ejùſque amicitiam ambiviſſet. At Deus non quæritur fruſtra, nec fruſtratur eos qui ſe quærunť, ſed remuneratur, tantum abeſt ut pœnam mortis à tali depoſcat. Atque hinc eſt quòd Deus pœnam mortis non minatus eſt niſi peccatori. Et ipſæ Sibyllæ citatæ Laetantio Firmiano, lib. II. 12. fatentur, ad fatum mortis acceſſiſſe hominẽ propter ſeductionẽm Serpentis:

Ἀνθρώπων πεπλάσθη θεῶν παλάμαις ἐν ἀνθρώποις

Ὅτι πεπλάνησεν ὄφιν δολίως ἐπὶ μοῖραν ἀνθρώπων

Τῷ θανάτῳ γινώσιν τε λαβεῖν ἀγαθῶ τε κακῶ τε.

*Hominem*

*Hominem formatum esse Dei ipsis manibus,  
Quem seduxit serpens dolose, ut ad fatum accederet  
Mortis, & notitiam acciperet boni & mali.*

Peccatorem igitur secuta mors est, tanquam *ὁψώνιον ἀμαρτίας* stipendium peccati, Rom. vi. 23. Et per unum hominem peccatum venit in mundum, & per peccatum mors, Rom. v. 12.

XXII. Naturalis sequela mortis ad peccatum cùm pendeat à *θεοπέπνια* seu decentia illa Dei, qua Deus iustitiam & sanctitatem suam manifestat, perspicuum inde est, eam non excludere declarationem illius *πλειότητος* seu perfectionis Dei, quæ in longævitate & misericordia est conspicua. Utrumque enim Deo naturale est, & sanctitatem suam demonstrare, & misericordiam exercere posse. Hinc est, quod post peccatum admissum Deus non statim ad exequendam vindictam & infligendam peccatori mortem processit; sed homini in Paradiso adhuc commoranti proposuit *ιδασθησον propitiatorium*, benedictum semen mulieris, quod pro eo, siquidem ad illud confugeret, sponderet, & in plenitudine temporum fieret maledictio, ut nos à maledictione legis liberaret. Hæc igitur promissio feminis, & insinuatio sponforis genuina causa est, cur Deus vitam etiam temporalem prorogaret homini. Absque ea fuisset, nec vita Adamo ad momentum continuata fuisset, nec posteritas ulla ei succedere potuisset. Ut verè dicere possimus cum Esaia, c. vii. 13. *כרתי כרתי זרעו* *semen sanctum* statio est hominis.

XXIII. Quod verè terminus vitæ aliis acceleratur, aliis prolongatur, ita quidem liberrimæ Dei spontis est, ut sapientissima tamen ratio, quæ liberæ Dei voluntati subest, indagari facile possit. Cùm enim ipsa vita peccatori donetur non alio fine, quàm ut illud *χρησόν*, benefica illa voluntas & longanimitas Dei nos ducat ad salutarem cognitionem Christi Mediatoris, ad fidem, pœnitentiam, atque ita vel viam salutis aperiat credentibus, vel incredulos reddat planè *ἀναπλογήτους*; manifestum est, longam illam vitam primis hominibus singulari munere Dei concessam esse, ut promissio facta in Paradiso penitiùs cognosci, & longa accurataque contemplatione penetrari, liberis & seris nepotibus ab iis qui eam à Deo & maioribus suis, quibus ea credita fuit, exceperunt, inculcari, propagari, integra & inviolata conservari, & à corruptelis variisque Sathanæ machinationibus vindicari possit. Severitatis quodammodo divinæ fuit, quod revelatio mysterii primis temporibus parcè admodum dispensata fuerit, secus quàm factum est succedentium temporum tractu, & in œconomia illa plenitudinis temporum. Rursum bonitatis Dei *περιέριον* fuit, quòd

hominibus ætas diutissimè conservata est. Sic enim duce Spiritu Sancto potuerunt ex principio illo revelationis consecraria plurima eaque tum ad salutem, tum ad ubertatem notitiæ mysterii utilissima per spirituales σύγκλητον, προσεχὴν, σύνεσιν, συμβίβασιν elicere, & longâ memoriâ conservata constanter retinere. Itaque per sex continuas ætates, cùm jam familia Sethi in magnum populum crevisset, quotidie vox Adæ resonare potuit ad renovandam creationis, lapsus & pœnæ memoriâ, ad testandam spem salutis, quæ post castigationem relicta fuerat, & ad recitanda Dei judicia, quibus omnes erudirentur. Poterant sanè Adamo mortuo etiam liberi ejus nepotibus quasi per manus tradere quod didicissent. Sed pondus majus habuit doctrina prolata ex ejus ore, qui αὐτῆς ὁ καὶ αὐτότης fuit. Quod verò Patres tanto præsidio longævitatatis instructi conservandæ & à corruptione & maleficio hominum vitæ vitandæ traditionis, tamen vitare nequiverunt, ne illa corrumperetur, & falso Dei cultu ipsaque ad eò idololatriâ, quæ in ipsa etiam familia Eberi invaluit, incestaretur, documentum certum est, quam lubrica res sit traditio ore tenus propagata & ad posteros traducta.

XXI V. Atque hinc etiam intelligi potest, quæ causa sit mutatae longævitatatis, & contracti vitæ humanæ termini. Nempe traditione hæctenus in mundo vigente & in animis sanioris hominum partis corroborata etiam breviori vitæ spatio mysterium fidei comprehendere & doceri potuit. Tandemque ne doctrinæ cœlestis vis ulla nocere posset, illa literis, fidissimæ custodiæ rerum mandata est per Mosen. Proinde ipsius Mosis tempore vitæ humanæ spatium ad eam annorum mensuram redacta est, intra quam per tot secula constitit. Quamvis enim ipse Moses centesimum & vicesimum annum ætatis attigerit, tamen communem sui & secutorum temporum ordinem his verbis describit: ימי שנותנו בהם שבעים שנה ויום Dies annorum nostrorum partim sunt septuaginta anni, & si in robore, octoginta anni, Psal. xc. 10. Nempe cùm in Scriptura Mosis divino jussu exarata promptius jam extaret subsidium discendi ea, quæ ad salutarem notitiâ mysterii pertinent, brevior vita minus damnum attulit hominibus. Apparet tamen, rectam esse eam causam longævitatatis, quam reddidimus. Cur enim præcisè tempore Mosis ad extremum coarctata est ratio vivendi, nisi quia thesaurus divinæ traditionis Scripturæ mandatus ad omnium faciliorem intelligentiam expositus non jam corrumpi amplius potuit. Ex quo planè sequitur, rerum divinarum comprehensionem & mysterii conservationem ac propagationem, Scripturæ ministerio hæctenus destitutam, divino consilio adjuvari & promoveri longioris vitæ usu debuisse.

XXV. Quam-

XXV. Quamvis autem in defectum longævitatatis illius successerit verbi divini per Moſen ſcripti inſtitutio, ejuſque jaſturam non medio-criter ſolaretur: tamen mutatio illius *πλὴν μέρους* ſanctis Patribus gran-dem moleſtiam & ægri tudinem attulit. Hinc acerba querela eſt tum Ja-cobi tum Moſis. Quorum ille Genef. XLV. 11. 9. *Dies annorum peregrinatio-nis meæ ſunt triginta & centum anni. Pauci & mali: & non attingerunt dies annorum vitæ Patrum meorum.* Hic loco allegato oratione querula deplo-rat, quòd homini vita ad tam arctum ſpatium redierit. Ut latis appareat, eos diminutionem vitæ habuiſſe loco pœnæ. Hujus rei cauſa eſt, quòd divina promiſſio iſtis facta eos anxia expectatione ſolicitos habuit. Unde Chriſtus Diſcipulis ſuis dicit: *πολλοὶ δίκαιοι ἐπιθυμοῦσιν ἰδεῖν ἃ βλέπει:* *Multi juſti deſiderarunt videre quæ vos videtis,* Matth. XIII. 17. Præcoci igitur fato *οὐκ ἐκοιμήσαντο ἢ ἐπαγγελίαν, non ſunt aſſicuti promiſſionem.* Hebr. XI. 39. Tum verbi ſcripti inſtitutio tutum quidem & expeditum fuit remedium proficiendi in ſapientia ſpirituali, & notitia acquirenda re-rum futurarum. At longiore ætate quis dubitet majorem proſectum com-parari poſſe? Denique Abrahamo & poſteritati ejus promiſſa eſt hæredi-tas terræ Canaan, quæ, quia in ea Deus loqui impoſterum Iſraëli, in ea ap-parere, *σκηῶν habitare* conſtituit, ſancta fuit, habitaculum Dei, hæreditas populi, pignus & ſymbolum futuri Salvatoris. Itaque ſancti Patres quo-dammodo ſuſpirabant ad longam poſſeſſionem terræ ſanctæ, tanquam pi-gnoris & ſymboli ſui, & ejus charitate generoſo & libero voto ad vitam æternam ſe extendere non potuerunt. Quin etiam inter promiſſiones po-puli Iſraëlitici erat longævitas. Atque hæ ſunt cauſæ, ob quas ſancti Pa-tres ſe ad majorum ſuorum ætatem non attingere graviter & meritò dolebant. Nobis autem, quibus τὸ κρείττον melius Deus providit, licet ala-criori animo mortem quocunque tempore inſtantem obire; ſicut & Si-meoni, Luc. II. 26, 29. Quippe & promiſſio ſeminis repræſentata eſt, & *πλοῦτις καὶ ἡ σοφία* ac myſterium voluntatis ſecundum beneplacitum quod eſt in Chriſto, locupletiffimè notificatum. Præterea cùm *πολίτευμα* noſtrum ſit in cælo, nec ullum terreſtre pignus nobis commendatum ſit, quod amemus vel amplectamur, non convenit, ut rebus hujus ſæculi ſubji-ciamur, vel earum deſiderio ita torqueamur, ut longiorem vitam, quàm quæ nobis voluntate Dei deſtinata eſt, concupiſcamus. Sive enim mul-tum ſive parum vivamus in hoc ſæculo, plus vidimus, plus cognovimus, majori cum fructu lætitiæ facti ſumus compotes eorum, quæ Deus nobis in Chriſto donavit, quàm qui mille annos primis temporibus in ſæculo hoc contriverunt. Hinc etiam de fidelibus ultimi temporis extat prophætia

Esai. LXV. 20. *לֹא יִהְיֶה שָׂמֶשׁ יוֹם עֹלָם יָמִים וְקוֹן אֲשֶׁר לֹא יִשְׁלַח אֶרֶץ יִשְׂרָאֵל כִּי רִנְיָהּ*  
*לֹא יִהְיֶה שָׂמֶשׁ יוֹם עֹלָם יָמִים וְקוֹן אֲשֶׁר לֹא יִשְׁלַח אֶרֶץ יִשְׂרָאֵל כִּי רִנְיָהּ*  
*Non existet inde amplius infans*  
*diebus sive ætate, neque senex qui non implebit dies suos : sed puer centenarius*  
*morietur, & peccator centenarius maledicetur.* Innuit Propheta, tantam fide-  
 lium, licet pueri sint, futuram notitiam ac lætitiã, quanta fuit eorum,  
 qui centum annos vixerunt sub veteri œconomia : quique nihilominus  
 puer erit scientia & stultitia animi, eum tam futurum inexcusabilem ac si  
 vixisset centum annos.

XXV I. Atque sic clarissimè constare puto, quæ sapientissimo Deo ra-  
 tio fuerit producendæ hominum vitæ vel coarctandæ. Porro quo medio  
 Deus usus fuerit naturali ad prolongandã primorum hominum vitam,  
 investigari exiguo negotio poterit. Vitam animalis consistere in ὑγρῷ καὶ  
 θερμῷ ἑμφύτῳ humido & calido immato, inter omnes convenit. Calidum  
 innatum est ignis, particulis pinguibus & oleaginosi in ipso generatio-  
 nis principio mixtus, cujus ope etiam succus alimenti ad conservationem  
 corporis præparatur, per illud distribuitur, eique agglutinatur. Humi-  
 dem radicale sunt ipsæ particulæ pingues & oleaginosæ, quibus calidum  
 innatum insinuatum est & immistum. Quamdiu igitur & ignis potens est  
 ad consumendam humiditatem, & humidæ copia igni devoranda suppet-  
 it, necessum est ut vivat animal. Hinc causam longioris vitæ scrutatus est  
 Philosophus ἐπὶ μακροβιότητι καὶ βραχυβιότητι, cap 3. Si nimirum  
 humidum radicale iis conditionibus sit instructum, ut insito igni diutissi-  
 mè idoneum fomitem seu alimentum præbere possit. Verba ejus, quibus  
 conditiones humidæ radicalis describit, sic habent : Διὸ καὶ μὴ ἐυξέροντων  
 δεῖ εἶναι τὸ ὑγρὸν. Καὶ ἀφ' ἑῶ τοῦ τὰ λιπώδη, ἀσπία αἰλίου δ' ὅτι αἰρῶ. ὁ δ' ἀήρ  
 πῦρ δ' ἂν γίνεται σαπρόν καὶ δ' αὐτὸ λίγον δεῖ εἶναι τὸ ὑγρὸν ἐυξέρον-  
 των γὰρ καὶ τὸ ὀλίγον. διὸ καὶ τὰ μεγάλα καὶ ζῶα, καὶ φυτὰ, ὡς ὅλως εἶπεῖν, μα-  
 κροβιώπερα, καθάπερ ἐλήχηθη σάπρον. ἕυλορον γὰρ τὰ μείζω πλείον ἔχειν ὑγρὸν  
 καὶ μόνον ἢ ἀφ' ἑῶ τοῦ μακροβιώπερα. δύο γὰρ τὰ αἶμα, τὸ, τε πρῶτον, καὶ τὸ  
 πῶτον. ὥστε δεῖ μὴ μόνον πλείον εἶναι ὑγρῶ, ἀλλὰ τῶτο καὶ θερμῶ, ἵνα μήτε σ-  
 πικρῶτον, μήτε ἐυξέροντων ἦ. Καὶ ἀφ' ἑῶ τῆτο ἀνθρωπῶ, μακροβίον μαῖλλον εἶναι  
 μείζονων μακροβιώπερα γὰρ τὰ λεπτόμυρα τῶ πλείονι ἢ ὑγρῶ, εἰάν πλείονι λόγῳ  
 ὑπερέχη καὶ τὸ πῶτον, ἢ λεπτότερι καὶ τὸ πρῶτον. ἔστι ἢ ἐνίοις μὲν τὸ θερμὸν, τὸ λιπαρόν.  
 ὁ αἶμα πῶτον, τὸ, τε μὴ ἐυξέροντων, καὶ τὸ μὴ ἐνψυχόν. ἐνίοις δ' αἶλλον ἔχει  
 χυμόν. Quocirca & humidum esse tale conveni, ut non facile succescat. Et ob id  
 putrescere non solent. Cujus rei causa est, quod ea sunt aeris, aer autem  
 ad reliqua ignis est, qui bandquaquam putris reddi potest. Rursum non paucum  
 esse humidum oportet. Quod enim paucum est facile exarescit. Ideoque magna &  
 animan-

animantes planta, ut in univcrsum dixerim, plus temporis vivere consueverunt, quemadmodum dictum est antea. Nam ratione optima evenit, ut qua majora sunt plus habeant humiditatis. At non solum propter hoc videntur longiore. Dux enim causa quantitas & qualitas, id modum & genus. Promde non solum oportet humidum esse multum, sed etiam calidum, ut ne facile aut congelascas, aut resiccetur. Hac de causa dicitur homo, quam majuscula quedam animalia, vivit. Nam qua humiditatis copia vincuntur, si majore proportione per qualitatem superent, quam per quantitatem vincantur, easane vivaciora sum. Calidum autem ipsum, in nonnullis pingue habetur, qua res simul efficit, ut neque facile inarescat neque facile refrigeretur. In nonnullis alio succo pradium est Humidum radicale in univcrsum ita comparatum esse oportere docet, ut sit pingue, adeoque non facile siccescat: ut non sit paucum, ne facile exarescat: denique ut sit calidum, ne temere vel congelascas vel resiccetur. Hanc igitur causam longæ vitæ Aristoteles perhibet, quem in primis experientia duce Physicorum & Medicorum Schola unanimi voto probat. Quamobrem non multum nobis laborandum erit in naturali causa longævitatis primorum hominum laboranda. Quid enim vetat dicere, quæ in univcrsum causa longioris vitæ & seræ senectutis esse experiundo & certa ratione cognoscitur, eandem certissimam esse longævitatis primorum hominum causam? Deus igitur Adamo in prima creatione internum innati calidi alimentum, seu humidum illud primigenium omnibus numeris consummatissimum suppediavit, ita ut corpus ejus mortalitatis expertum esse potuerit. Per peccatum infractæ sunt vires internæ illius constitutionis, & contracta est necessitas moriendi. Primis tamen temporibus propter sapientissimam, quam supra evolvimus rationem, Deus ita naturam hominis confirmavit, præparando insito illi calori nutrimentum humiditatis & pinguisimum & copiosum & calidum, quale ad longam vitam unice est necessarium; ut ad seram senectutem illam facile pertingere potuerit. Externa verò vitæ conservandæ remedia quod attinet, non alia fuisse videntur, quam quæ etiam brevem vitam sustentant. Quamdiu enim naturalis ille calor ob defectum radicalis humiditatis non redditus est languidior, adeoque naturalem suam potentiam retinuit, non necessum fuit, ut vel alimentum primorum hominum, vel influxus siderum, vel τὸ αἰθέριον seu ær ambiens, vel denique ulla causa externa sustentandæ vitæ majores vires obtineat, quam quas hodiè que constanter natura servat. Quippe in his omnibus non causa propriè sed comes tantum & instrumentum est longæ vitæ. Tantum rectus, prudens & moderatus rerum naturalium usus apud eos vigere debuit, ut ordinariam illam vitæ metam, Dei singulari nutu eis prælitam contingere valerent.

EXERCITATIO XV  
DE  
ESU CARNIUM RETRO  
DILUVIUM LICITO


*Apologetica.*

Breviarium.

*Quæstionis occasio. 1. Eiusdem status. 2. De ea inquiritur sententia Hebræorum. 3. Patrum & Pontificiorum. 4. Evangelicorum. 5. Argumentum contrarium ex Genes. 1. 29, 30 proponitur. Viri docti geminus error & palpabilis contradictio notata. 6. Quomodo differant עשב & ירשׁוּ? Quid ירשׁוּ? Quid עץ פרי? Hebræorum distinctio inter עץ עשׂוה פרי & עץ פרי rejecta. Quid ירק עשב? 7. 8. Repetitur solutio argumenti Curcellæo opposita. 9. Lamed in וכלו v. 30. sumendum esse inclusivè probatur septem argumentis. 10. Secunda responsio Curcellæo perhibita vindicatur ab instantiis & sophismatis viri docti. 11. Tertia responsio vindicatur. 12. Viri docti gloriatio retunditur, & Curcellæi Socinianismus ostenditur. 13. Argumentum pro esu carniū retro diluvium licitū ex universali dominio in animalia homini concessō petitum asseritur contra viri docti responsiones. Dominium Dei in animalia qua in re constiterit? Quatuor viri docti circa eam quæstionem errores detecti. An κτηνοφασία pertinuerit ad meliorem conditionem hominis primi? 14. Causæ ob quas primi mortales à carnibus abstinuisse censeari possunt, defenduntur. 15. Urgetur vir doctus ex confessione propria de animalibus natura carnivoris. 16. Progressus ad secundam quæstionem de licito carniū esu à lapsu ad diluvium usque. Distinctio viri*



*viri docti inter factum & jus edendi carnes excutitur. 17. Respondetur ad argumentum Amici petiitum ex Genes. 111. 17. Cur post lapsum esus herbarum inter maledictionis genera à Deo numeretur? 18. Argumentum primum pro libero esu animalium post lapsum, quia peccando conditionem meliorem reddidisset, proponitur. 19. Vindicatur ab exceptione viri docti 20. Argumentum secundum petiitum à sacrificiis antediluvianorum defenditur. Eruitur ratio, ob quam sacrificantes partem victimæ absumere debuerunt. Locus I Cor. 11. 13. vindicatus. An ante diluuium certi & definiti Sacerdotes fuerint? 21. Antiquitas moris decerpenti partem victimæ probata. Decimationis origo. Quale fuerit convivium Jacobi, Genes. xxxi. 54. disceptatur. An Laban conversus fuerit ad verum Dei cultum? An Jethro verus veri Dei Sacerdos? 22. Habelis sacrificium discutitur. Quid pinguedo ovium? Viri docti argumentationes elisæ. An sola holocausta ignis cælestis absumpserit? 23. Tertium argumentum à tunicis pelliceis petiitum defenditur. De vestitu Antediluvianorum plusscula. Locus Hebr. xi. 37. explicatur. 24. Argumentum quartum à discrimine animalium mundorum & immundorum ab instantiis viri docti liberatum. 25. Argumentum quintum sumptum ab exundatura & infestatura animalium multitudine vindicatur. 26.*

I.  Um nuper mihi cum Curcellæo contentio esset *de sanguine & suffocato*, necessitatem is mihi imposuerat explicandi involutam animi mei notionem de problemate sic satis dubio: *Utrum retro diluuium animalia maculare & ad esum destinare fas fuerit?* Et si verò me non fugeret, reperiri permultos eòsque eruditissimos viros, qui prægnantes ob rationes simpliciter negandum id existiment; mihi tamen melioribus argumentis provisum omnino credidi. Proinde non omisi in medium proponere, quæ de ea re dicere habui. Sed graviter id tulit vir doctus, qui pro Curcellæo homine Sociniano in quæstione, uti plerique fatentur difficili & ambigua, cæterùm in causa salutis exiguum vel nullum momentum obtinente serias, & adversum me acerbas ac hostiles vindicias scripsit. Quam is habuerit iræ suæ causam, me ignorare hætenus fateor. Nec fortasse eam cognoscere multum vel mea vel veritatis refert. Viderit modo

modo ipse, an optimos quosque & nulla sibi injuria cognitos sine modo & sine insectando, existimationi & conscientia suæ consulere possit. Sed de eo quicquid fiat, ingenuè profiteor, non videri mihi ea, quæ pro Curcellæo adversum me dicta sunt tanti, ut penulam, quod ajunt, ego scindere debeam. Quamobrem ad argumentum illud rursus accedo, tametsi invitus planè. Abhorret enim mihi animus à consuetudine hodiernorum *σφῶν καὶ συζητητῶν ἕκαστος*, qui contentionem & dicacitatem unum eruditionis genus ducunt, ac inprimis mutuam charitatem nil pensi moderatique habent. Et memor sum, plerunque in ejusmodi certaminibus cum hominibus, qui sibi placent, contingere id, quod apud Comicum extat :

*Bacchæ bacchanti si velis adversarier,*

*Ex insano insaniorem facies, feriet sæpius.*

Debeo tamen hoc veritati pensum, quam à viro docto premi penitus persuadeor : & ipsa argumenti adfinitas me ad scribendas hoc loco vindicias invitat.

II. Duo potissimum in quæstionem vocat vir doctus. Primum : *An ante lapsum jure divino fuerit licitum mactare animalia & ad esum destinare?* Posterius : *An idem licitum fuerit post lapsum, ante diluviū?* Atque sic quæsierat etiam Curcellæus. Quantum judicare ego possum, unica quæstio est : *An retro diluviū licuerit mactare animalia & ad esum destinare?* Qui negativam tuentur, non allegant nisi unum interdictum, Genes. I. 29, 30. Illud autem si adversariorum sensu omnino capiendum est, jus mactandi animalia æquè ante ac post lapsum ad relaxationem usque prohibitionis tollit. Tamdiu enim lex obligat, quamdiu à superiori autoritate non rescinditur. Quia tamen viro docto placuit Curcellæi vestigia lambere, & quæstionem dividere, non intercedo. Prius igitur problema quod attinet, argumentum ejusmodi Curcellæus instruxerat : *Si in statu innocentia non licuit comedere carnes, multò igitur minus sanguine vesci integrum fuit.* Ostendi ego, si id maximè adversario detur, parum tamen momenti habere ad institutam quæstionem. Potuit nempe Protoplastis *δόγμα* aliquod imponi, quod nos Evangelii libertate donatos nullo nexu adstringat. Tum nullam esse argumenti sequelam. Denique Protoplastos jus habuisse mactandi animalia, & carnes eorum, si ita adlubesceret, esitandi. Hyperaspistes Curcellæi Protoplastis licuisse mactare, & me Curcellæo satisfecisse negat. Ac magna fiducia præfatur, Jure meritò se hanc sententiam, quòd homini integro mensa concessa fuerit ex solis terræ fructibus *sine succo & sanguine*, vocare posse *communem*, quòd eam amplectantur *Rabbini & antiqui Ecclesiæ Doctores omnes, Pontificis sine numero, atque ex Orthodoxis Theologis*.

*Theologis plerique.* Si communis sententia est, cui plures numero adhærent, adeoque numeranda suffragia sunt more pauperum, qui pecudes suas numerant, *communis* dici queat adversarii opinio. Ego verò sententiam *communem* non ausim dicere, à qua multi gravesque viri diverſi abeunt. Etſi igitur ab hominibus testimonium accipere non convenit, expediet tamen paucis eorum adversantes in quæſtione hac opiniones scrutari.

III. Rabbinos igitur quod attinet, quos primore loco vir doctus ostentat, non sunt illi Ecclesiæ Christianæ & Orthodoxæ doctores. Proinde nulli merentur, qui in numerum perveniant. Cæterum recentiores inclinare in partes adversas largior. R. Abenezræ Paraphrasis in Genes. I. 29, 30. hæc est: שש כו נפש הרה לכל ארם ולכל שיש בו נפש הרה לאכל כל עשב וכל פרי עץ מותר לאדם והעשב הרק לחיות ולכל רמש ועד כה לא אכל לאדם. הרה הבשר עי אחר חמבול: *Ecce dedi vobis: Permisit his verbis filius Adam & omni animam vivam habenti comedere. Omnis quidem herba & omnis fructus arboris concessus est homini. At omnis herba viridis data est bestiis & omni reptili. Et hæcenus non concessit Deus carnem nisi post diluvium.* Gemella his sunt, quæ Solomon Jarchius in eundem locum adnotavit. Verba ejus describam: לכה יהיה לאכלה ולכל חית הארץ השוה להם בהמדת וחיות למאכל ויהיה להם לאדם ולאשתו להמית ברדה ולאכול בשר אך כל ירק עשב יאכלו יחד כלם וכשבא בני נוח הרה להם בשר כנאמר כל רמש אשר הוא חי ונו בירק עשב שהתתתי לאדם הכאשון: *Dedi vobis in cibum & omni animanti terræ. Conducibilis vobis, bestiis & animantibus hic cibis eris. Neque enim permissum est Adamo & mulieri ejus occidere ullam creaturam & carnem ejus comedere. Omnem verò herbam virentem animalia comedent. Postquam verò venerunt filii Noë, permisit eis Deus carnem, sicut scriptum est: Omne reptile quod vivit, &c. Sicut herbam virentem permisit homini primo, vobis permitto omnia.* Ac similia reperire est in Parafcha 34. apud Josephum Albo lib. עקרים parte III. cap. 14, 15. Ut interim silentio eos præteream, quos pro se allegavit R. Menasse ben Israël in Conciliatore, q. 10. in Geneſin. Ac videntur hi omnes ad eam sententiam esse inducti à Rabbi Jochanan & Rab, qui in Gemara Sanhedrim, cap. 7. eam opinionem ferè primi tutati sunt. Cæterum utrum sententia hæc sit omnium Hebræorum communibus suffragiis munita & conclusa, non omnino liquet.

IV. Christiani patres plerique à diluvio repetunt originem juris edendi carnes. Pererius tamen eruditus commentator Chryſostomo & Theodoro medio sententiam tribuere sustinet, nimirum esum carniū fuisse quidem licitum homini ante diluvium, cæterum pios & pro-

bos Sethitas ultro abstinuisse, atque adedò originem esus demum post diluuium incessisse. Quam quidem citationem ego suo loco relinquo. At Salianus allegatæ authoritati Patrum respondet: *Si qui fortè Patrum dicant, eum cibum tum non fuisse permissum, explicari possunt, non fuisse assignatum à Deo, quod verum quidem est, sed nihil facit contra nos.* Posteriorum autem temporum Theologi nec omnes nec plerique sunt mihi discordes. Ut enim à Pontificiis exordiar, etsi multi negent, licuisse ante diluuium edere carnes, nec aliam ob causam, quàm ut stabilimentum aliquod sui de delectu ciborum erroris habeant, (quod dissimulare non debuit, qui Pontificiorum Doctorum consensum iactavit) non defuerunt tamen, qui alia omnia sentiant. Pererius certè non ausus est Curcellæi sententiam vocare communem Pontificiorum Doctorum. Tres circa quæstionem nostram opiniones recitat. Primam eorum, qui negant, esum carniùm ante diluuium fuisse vel in usu vel licitum. Quam sententiam tribuit Lyrano, Toftato & Carthusiano in suis Commentariis. Secundam eorum, qui contrariam sententiam tuentur, nimirum fuisse ante diluuium esum carniùm & licitum & usitatum. Authorem opinionis hujus citat virum gravem satis ac celebrem Cajetanum, qui etiam Berosi testimonio usus. Huic consentientes inducuntur Franciscus de S. Victoria, Dominicus de Soto. Quibus nunc addo Vatablum longè doctissimum interpretem, qui non obscurè noster est in Nota ad Genes. ix. 3. necnon Salianum eruditum Chronologum, qui in Annalibus ad A. M. 1657. sententiam hanc fusè propugnat. Tertiam sententiam eamque mediam facit Pererius eorum, qui sentiunt, licitum quidem fuisse esum carniùm ante diluuium, abstinuisse tamen pios Sethitas. Eam sententiam Thomæ Aquinati placuisse scribit, quin & suo suffragio ornat. Hactenus igitur contrariæ sententiæ eximendi inter Pontificios Doctores oppidò magni, Cajetanus, Franciscus de Victoria, Dominicus Soto, Thomas Aquinas, Vatablus, Benedictus Pererius, Salianus. Quibus accedit Joachinus Cluten in Fasciculo juris Canonici, parte 9.

V. Nostri post Reformationem Theologi liberè etiam hinc variant. Zwinglius quidem, Lutherus, Musculus, Martyr, Franciscus Junius aliique nonnulli à partibus adversis militant. Non defunt tamen gravissimi Theologi, qui liberum solumque hominibus primis fuisse quemcunque victum sive ex herbis, sive ex carnibus pertendant, vel certè id omne propter probabiles; quæ utrimque adducuntur rationes in medio relinquant. Calvinus judiciosissimus interpres omnino adfirmat, infirmas esse rationes eorum, qui ex Genes. i. 29. 30. & Genes. ix. 3. colligunt,

gunt, ante diluuium homini nefas fuisse carne vesci, ac iudicii sui non contemnendas rationes adfert. Quem sequuntur Paræus, Jacobus Capellus & Rivetus, ac inter Medicos Beverovicus. Nec pauci hodiè que spirant, quorum mihi consensus exploratus est. D. Johannes Coccejus Theologus summus in summa Theologiæ, cap. xx. 17. *Inter ea, inquit, quæ Deus homini dedit in cibum, sunt etiam animalia.* Id quod ex loco Genes. i. 29. 30. firmissimè probat. Illud Galliæ immortale decus Samuel Bochartus in stupendo opere, cui titulus est *Hierozoicon*, lib. i. pag. 11. *Hic sacrificiorum, inquit, usus cum diluuiio sit antiquior, idem de pecudum esu nobis persuasum, contra quàm multi sentiunt, &c.* Nescio an liceat mihi allegare etiam consensum Theologi, cujus prima mentio viro docto bilem in nares concire, & aduersum me flagrantiorè iram commovere posset. Faciam tamen, quando semel *κέλευσα* non timere aduersarii mei inuidiam & indignationem. Est is Theologus summus *Gibertus Voetius*, cujus erga Ecclesiam fides & zelus, necnon eruditio & candor notior & bonis omnibus acceptior est, quàm ut aduersarii nostri machinationibus & insidiis, hæctenus obscurari nedum suppressi potuerit. Ejus de hoc argumento disputationem, postquam harum vindiciarum jam metas strinxissem, videre licuit pereruditam, cujus consensum mihi gratulor. Videantur etiam *ὁμολογητοὶ* C. L. D. Hottingerus in *κλήσι ἐξαρμήρου*, quæst. 95. Schotanus in Heptaëmeri diatriba 11. Willetus in *Genesew* cap. ix. Danhawerus, Sebizius. Ne aliorum jam lucubrationes persequamur. Viderit igitur vir doctus, quàm solida & recta sit omnis illa gloriatio. Ego verò dum causa valeam, vinci me auctoritate hominum lubens etiam patior.

VI. Accedamus igitur ad argumentum unicum, quo in statu integritatis interdictam fuisse mactationem & esum animalium colligunt. Petitur illud ex Genes. i. 29. 30. וַאֲמַר אֱלֹהִים הִנֵּה נָתַתִּי לָכֶם אֶת כָּל עֵשֶׂב רֹעֵי וְרֵעַ וְרֵעַ וְרֵעַ אֶת כָּל הָעֵץ אֲשֶׁר בּוֹ פֵרִי עֵץ וְרֵעַ וְרֵעַ לָכֶם וְיִהְיֶה לָאֲכֹלָהּ וְלֹכֵל הָאָרֶץ וְלֹכֵל עַף הַשָּׁמַיִם וְלֹכֵל הָאָרֶץ אֲשֶׁר בּוֹ נֶפֶשׁ חַיָּה אֶת כָּל יֶרֶק עֵשֶׂב לְאֲכֹלָהּ וְיִהְיֶה כֵן. Vulgatus sic reddit: *Dixitque Deus, Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & universa ligna quæ habent in semetipsis seminem generis sui, ut sint vobis in escam, & cunctis animalibus terræ omnique volucris cæli & universis quæ moventur in terra, & in quibus est anima vivens, ut habeant ad vescendum, & factum est ita.* Multus est vir doctus in instruendo ex eo textu argumento. Lubens autem transmitto pleraque quæ is prænotanda putavit, cum cuilibet primum & secundum *Genesew* caput volventi obvia sint, & parum admodum causæ inserviant. Duo

tamen sunt, quæ propiùs contingere videntur causam propositam. Primum quidem, quòd verba Mosis facit præceptum positivum mutabile, quod duntaxat respexit hominem in statu integritatis, cum inquilinus adhuc esset Paradisi. Rectè quidem præceptum hoc statuitur positivum, si supponatur dominium universale & illimitatum, potestatem faciens omnium rerum creaturarum, adeoque animalium ad cibum. Absque hoc est, non putem à jure positivo obligari hominem ad abstinendum à re aliena, sed à morali, quod prohibet omni conscientiæ contrectationem rei alienæ, hoc est furtum. Inprimis à vero remotum est, verba Mosis, si præceptiva sunt, respexisse duntaxat hominem in statu integritatis, cum inquilinus adhuc esset Paradisi. Etenim nunquam vir doctus vel quisquam alius demonstraverit, legem illam, uti præsumitur, prohibitive esse usque ad tempus lapsus & status peccati: aded ut per peccatum interdicti vel nova repetitio vel relaxatio & extensio juris ac dominii in mundum intraverit. Et ipse vir doctus, vi veritatis subactus sibi manifestè & palpabiliter contradicit pag. 581. ubi hæc verba lego: *Cùm lege post diluvium lata Genes. 9. carniùm usus demum legatur à Deo sancitus esse, eadèmq; lege prohibeantur, quæ facti erant inordinati, videtur valde probabiliter concludi, tum demum facta fuisse licita, quæ illicite antea non modò fiebant, verùm etiam inordinatè & irregulariter. Quamquam verò judico cum Riveto, parum referre, an statuatur, fas fuisse ante diluvium quoque vesci carnibus, negativa tamen sententia potior mihi videtur tum ob illa, quæ jam dicta sunt, tum etiam quòd argumentis, quibus affirmativa sententia nititur, tantum momentum non insit, atque vulgò jacèatur. Si ante diluvium propterea, quæ jam dicta sunt, (dixerat autem de sola lege Genes. 1. 29. 30.) illicite, inordinatè & irregulariter carniùm esus usurpatus fuit, non igitur ea lex duntaxat respexit hominem in statu integritatis, cum inquilinus adhuc Paradisi esset. Et clariùs adhuc sibi contradicit pag. 583. ubi ex eo, quòd ante diluvium integra adhuc manserit altera lex, de comedendis solummodo illis, quæ terra suppeditat, concludit ante diluvium nefas fuisse animalia mactare. Secundum animadversione dignum est, quod divisit vir doctus versum 29. in prologum & præceptum. Prologum facit hæc verba. *Ecce dedi vobis omnem herbam sementantem semen, quæ est in superficie totius terræ, & arborem omnem, in qua est fructus arboris sementantem semen.* Præceptum: *vestræ ad comedendum erunt.* Quæ quidem observatio multum vereor, ne frivola & aliena sit. In oratione Dei occurrit subjectum & prædicatum. Subjectum: *Herbam sementantem semen, quæ est in superficie totius terræ, & arborem omnem, in qua est fructus arboris sementantem**

*tantem semen.* Prædicatum: *dedi vobis*, videlicet, *ut sint vobis in cibum*. Si tamen dividere propositionem in duas placet, ex discernendæ erunt. Prior: *Omniem herbam sementantem semen, &c. dedi vobis.* Posterior: *Omnia herba sementans semen, &c. erit vobis in cibum.* Prior complectetur jus, non usum liberissimum barbarum, ut malè vir doctus. Declarabitur enim, hæc omnia divini Numinis voluntate dono data humano generi esse. In quo conspicuum est jus in ea omnia. Posterior interpretabitur usum, qui in eo consistit, quòd in escam dentur.

VII. Rectius omnino fecerat V. D. si ad loci illius intelligentiam nos docuisset, quid Deus Creator insigniverit העץ אשר בו פרי עשב מוריע ורע עץ פרי עשה פרי לסמו אשר ורועה? De quibus obiter, ut textui illi lucem fœneremur dicturi sumus.

VIII. Igitur Genesius primo §. II. dicitur terram tertia die germinasse ורועה ורע עץ פרי עשה פרי לסמו אשר ורועה V. D. *Germinet terra herbam virentem & facientem semen & lignum pomiferum faciens fructum juxta genus suum cujus semen in semetipso sit.* Hic quia רשא עשב sine conjunctione intermedia positæ sunt, Septuaginta reddidère βοτάνων γόνυ καὶ δύο pro æquipollentibus posuit Suidas. Distinguunt tamen plerique inter רשא עשב & רשא Kimchius quidem in Radicibus רשא facit herbam teneriorem, quæ superficiem & summam terræ cutem viriditate sua vestit. At רשא herbam adolescentem, efferentem culmum seu caulescentem. Quem sequuntur Franciscus Junius nostras & Merfennus. At Abarbanel רשא vocat עשב הבלתי תבליתי נורע ולא נתישה על ידי בני אדם אבל הוא כינעמו זרר כארץ סבלתי תבליתי *herbam neque sativam, neque hominum industria sed sponte à terra productam*; *herbam sativam*; ut sunt triticum, hordeum, omnesque species olerum. Quam distinctionem genuinam esse inde colligitur; quod Deus Creator רשא vocat ורע ורע ורע *sementantem semen.* Proinde rectissime רשא ad ἀνίσφυον, & רשא ad τὰ σπόγγα refertur. Neque verò obest, quod Genes. I. II. σοκ הרשא usurpetur, de productione tum sponte nascentium, tum sativarum herbarum, tum arborum. Quia enim in primigenia creatione terra hæc omnia produxit sine præjacente semine, optimè quadravit verbum רשא quod de eis quæ germinant & in altum surgunt sua sponte sine præjacente semine intelligitur. Atque herbæ huic רשא seu *sativæ* tribuit Deus potentiam ורע ורע ורע *sementandi semen*, hoc est ex se ipsa proferendi, quicquid necessarium est ad propagandam speciem per individua, ut sunt semina, radices, talæ, stolones. Est enim hoc loco Deo Creatori ורע omnis illa vis insita herbis, qua se multiplicant. Atque id eruditè admodum observatum Basilio M. Cùm enim Genes. I. II. terra dicitur

produxisse herbas sementantes semen, non aliùs feminis significatus esse potest. Aliàs cunctis herbis non inesse semen propriè dictum satis constat. עץ פרי Lxx. reddunt ξύλον κάρπιμον, *lignum fructiferum*. Significat autem arborem quamlibet tum grandio rem tum humilio rem, qualis est arbutum. Quòd autem distingui videmus עץ פרי אשר בו *arborem, cui inest fructus* ועץ פרי ועץ פרי *arborem semen sementante*, convenit cum ea distinctione, quæ extat י. 11. inter עץ פרי ועץ פרי *arborem fructiferam facientem fructum*, & עץ פרי ועץ פרי *arborem semen suum habentem in se*. Frustra hîc sunt Hebræi, quotquot illa duo עץ פרי ועץ פרי & עץ פרי ועץ פרי *arborem fructiferam & arborem facientem fructum* ita distinguunt, ut illâ quidem designentur arbores Paradisi, quæ tantum fructum non semen habuerint; hac arbores extra Paradisum, quæ & fructum & semen habuerint. Jarchii putidissimam circa hanc distinctionem fabulam meritò exposuit doctissimus vir D. Ludovicus de Dieu ad Genes. 1. Revera non alia est distinctio, quàm potentia & actus. Nam עץ פרי ועץ פרי *arbor fructifera* significat potentiam creaturarum arborum nempe ferendi fructum. At עץ פרי ועץ פרי *arbor faciens fructum* significat actum. Arbores enim creatæ sunt non potentes tantum ferendi fructum, sed actu ferentes fructum necessarium ad victum hominis. Eadem arbor creata dicitur ועץ פרי ועץ פרי *sementans semen*, & עץ פרי ועץ פרי *quæ semen suum secum habet*. Ubi rursus semen arboris analogicè est omnis arborum vis, qua illæ se multiplicant. Ostendit Deus homini quanta erga eum benignitas sit. Donavit ei arborem, non tantum actu fructum ferentem, sed etiam fructiferam, adeoque etiam imposterum læto proventu exuberaturam. Neque tantum fructiferam sed etiam semen sementantem. Quia enim individuum per se non erat constitutum diu, Deus ter Optimus mediante femine homini de futuris consimilibus individuis prospexit. Restat explicatio vocis עץ פרי quam Vulgatus quidem omisit, at Græci reddiderunt χλόρον χλωρόν *herbam viridem*. Videtur propriè פרי significare *olus*, seu quicquid sativæ herbæ crescit, cujus foliis & caule in cibum utimur; quomodo etiam olus explicavit Valla, lib. III. cap. 9.

IX. His in antecessum delibatis accedimus ad argumentum viri docti, quod ex allegato & explicato jam textu necit his verbis, pag. 570. *Quum ergo occurrat hic distinctum præceptum, & juxta illud certum cibi genus homini in domicilio quod incolebat, præscribatur, non potest non inde colligi interdictum juxta regulam, quam Theologi moment observandam esse in explicatione Decalogi: In affirmatione negatio & in negatione opposita affirmatio comprehenditur. Cujus hoc est principium, quòd Deus non solum ab-*  
stinens



*stinentiam à malo, verum etiam efficientiam boni postulet.* Ad hoc argumentum, quod Curcellæus verbis paulò aliis obduxerat, respondi potissimum tria : 1. Sub universali dominio Protoplastis concessio jam ante me evicisse animalium mactationem & esum. Quod autem Deus semel concessit, illud stricto ejusmodi mandato eum haud dubiè non fuisse statim interdicturum. 2. Cùm carnibus vesci sua natura nec bonum nec malum sit, adeoque adiaphorum, valere hìc canonem tritum Logicorum, quodd testimonium negativum Scripturæ in adiaphoris, quæ ad fidem & pietatem non faciunt, sit nullum. Proinde non stringere argumentum : *Deus non expressit in hoc versu jus vescendarum carniùm : Ergo interdixit.* Aliàs Deus Creator nullibi disertis verbis concessit vini aliùsve potus usum, nec determinavit alium usum bestiarum. Quis verò inde potus & animalium usum interdictum arguerit? Causam, ob quam in assignatione alimenti non facta videtur exserta carniùm mentio, strinxi geminam; priorem, quodd cùm in Paradiso fuerit plantarum procul dubio tanta & varietas, & ex suavitate delectatio, & salubritas, & præparandarum facilitas, conveniens fuerit homini consulere & determinare cibum præ cæteris salubriorem; posteriorem, quodd cùm probabiliter & ex sensu etiam Justinii Martyris dici possit, bruta animantia non esse creata nisi par in qualibet specie; Deus noluerit sub exordium mundi mactanda præbere, cùm esset abundè ciborum copia & satietas. Frustra autem futurum, quisquis inde religiosum aliquid interdictum conficere sataget. Atque in eum quidem modum Curcellæo respondi. Addo nunc *δευτερας φρωτιδας*. Quodd si igitur accurato judicio expenderit textum, clarum erit, aded non excludi animantium mactationem & esum, ut magis etiam includatur. Idque perspicuè patebit, si præpositio  $\eta$  in voce  $\eta\eta$   $\eta$ . 29. ter repetita sumatur inclusivè *cum omni*, adeoque verba illa : *Erunt vobis in escam*, referantur non tantum ad plantas, sed etiam ad animalia  $\eta$ . 29. expressa. Atque sic accipiunt viri Hebraicæ linguæ callentissimi & judicio summo præditi; Jacobus Capellus, Histor. S. pag. 14. D. Johannes Coccejus in summa Theologiæ, cap. 20. Samuel Bochartus l. c. Quo pacto textum ita interpretari liceret : *Ecce do vobis omnem herbam semen facientem, quæ est in tota terra, & omnem arborem, quæ habet fructum arboreum semen facientem (vobis erit ad comedendum,) imò etiam omnem bestiam agri, & omnem alitem cæli, & omne quod se movet in terra, in quo est anima viva, cum omni olere herbaceo in cibum.*

X. Interpretationem hanc probabilem faciunt non pœnitendæ rationes. Etenim insolens non est, ut præpositio  $\eta$  notet inclusionem adedque

que copulativæ æquipolleat. Et nôrunt hoc ἰσοβαρῶν παῖδες. Adscribere tamen unum & alterum locum lubet. Deut. xxxiv. 5. כִּי יִקַח אִישׁ אִשָּׁה חֵרֶשֶׁת. Cum vir quispiam accipit uxorem novam, non egredietur ad bellum, neque transibit super eum ullum negotium, & erit in domo sua immunis per unum annum. Ubi ל in לכר includivum seu אֲחֵרֵי אֲחֵרֵי esse, adnotavit etiam Ludovicus de Dieu. 2. Sam. xvii. 16. Ne moreris noctu in campestribus deserti, sed etiam mox trajice cum eo est. Qui locus particulam ל bis manifestè usurpat in sensu inclusivo. 2. Paralip. xxiii. 6. Neque quisquam ingrediatur domum Jehovæ nisi sacerdotes cum Levitis ministrantibus. Esaj. xxxii. 1. הֵן לְצֶדֶק יִכְלֹךְ מֶלֶךְ וְלִשְׁפָּט יִשְׁפָּט. Et Principes (לְשִׁימָה) rectè judicabunt. Psal. Lxix. 23. יְהִי שְׁלוֹמִים לְפָנֶיךָ לְפָנֶיךָ. Fiat illis mensa eorum in laqueum, & cum universis pacificis (vel simpliciter universis) in muscipulam. Confer Genes. ix. 11. Psal. Lxix. 6. Esr. i. 5. Cùm igitur Scriptores sacri hoc sensu loqui soleant, & ratio nulla evidens sit, quæ sententiæ adversetur, quidni mihi integrum erit illam interpretationem adoptare? 2. Si sub verbo נחתי seu sub datione illa non includuntur ea, quæ γ. 30. exprimuntur, durior æquo erit illa ellipsis verbi dedi, quòd ἀποδοῦναι debet repeti. 3. Si in versu 30. brutis animantibus proprius cibus collocatur, cur omissi pisces? Tametsi enim in aquis natant, adeoque ipsemet natus locus ipsos alimenti sui admonere potuit, tamen non dissimilis est ratio cæterarum bestiarum, quibus in terris præter sœnum & viriditatem ex terra pullulantem nihil ferè ad esum paratum est. Tum etiam ipsi sibi pisces in alimentum cedere poterant, sicut in nonnullis experientia hodie docet, vel limus terræ & similia in victum poterant deputari. Si Deo Creatori placuit animantibus victum præscribere, patet profectò specificari debuisse etiam cibum piscium. Quid de insectis dicam, quæ non vescuntur אֵשֶׁת קִיץ viriditate herbæ? Quid de aliis animantibus, quæ v. g. nonnisi aëris haustu tolerant vitam? Nota sunt, quæ de chamæleonte scribit Plinius, lib. viii. 33. Ipse celsus, bianti semper ore, solus animalium nec cibo nec potu alitur; nec alio quàm aëris alimento. Ac similia habet Solinus cap. XLIII. Etsi verò non ignorem, utrique & Plinio & Solino contradixisse Jul. Cæsarem Scaligerum, Exercit. cxcvi. 4. Johannem Brodæum Miscell. vi. 21. Bellonium Observat. ii. 24. tamen convenit inter omnes, virides herbas, quas animantibus in præsentī textu adsignatas arbitratur, ipsi pro cibo non cessasse. Quæ de Salamandra scribunt alii, & de Pyraustis in Cypri insulæ ærariis

ærariis fornacibus nascentibus Aristoteles lib. 5. de Hist. Animalium, & Plinius lib. xi. 36. necnon Augustinus de civitate Dei; lib. xxi. 4. lubens prætereo. Nec planè abludunt, quæ in Artaxerxe scripsit Plutarchus de avicula Persis nota, quam Rhyntacen vocat, eam nullis intus focculentis retrimentitiis, sed pinguedine tantùm refertam: unde conjectatio fit, vento eam ali & rore. 4. Sed ut validiorem admoveam arietem, constat, animantia quædam natura esse carnivora, quæ non *viriditate herbarum*, sed carnibus duntaxat vescuntur, qualia sunt lupi, leones, vultures, falcones. De his autem Thomas Aquinas parte i. quæst. 96. artic. 1. *Irrationabile est*, inquit, *opinari, naturam horum animalium fuisse immutatam, ita ut quæ nunc naturaliter carnibus vescuntur, prius herbis naturaliter vescerentur*. Variè luctantur cum hoc argumento eruditi. Videatur doctissimus Annalista Augustinus Torriellus pag. 41. ubi Thomæ Aquinati respondet, esum carnium in brutis ejusmodi esse proprietatem, quæ non fluat ex principiis naturalibus brutorum, sed ex corporum temperamento seu habitudine, vel etiam ex longa consuetudine jam introducta. Has autem proprietates non esse simpliciter naturales, sed largo quodam modo. Potuisse igitur mutato post diluvium temperamento; & quia herbæ ac fructus jam facti sunt deterioris succi, quin etiam ex longo usu jam per plures ætates & successiones obfirmato exui primigeniam illam proprietatem, & carnivoram indui. Quomodo etiam Curcellæus pag. 11. asserit, proprietatem illam carnivoram esse animantibus illis præter naturam, quam in principio Deus illis indiderat. Atqui omnia hæc temerè adfirmantur. Si enim Deus omnibus animantibus tam quadrupedibus quàm volatilibus post creationem statim exserta tali lege dedit non alium cibum quàm ex oleribus herbarum, & legem illam post ea tempora nunquam relaxavit, cur hodie sunt carnivora, & primæ legi non obediunt? Quid lex animantibus data sonat aliud quàm arcanum Dei instinctum, quo ferrebantur ad persequendum eum victum, quem lex expressit? An Deus illum instinctum cohibuit? In iis creaturis, quæ intellectu & voluntate non sunt præditæ, omnes obediunt primæ legi, & feruntur illa naturali *ὄρεσι* seu *impetu* divinitus indito. Si à prima lege defecerunt ea animantia, vel Deus Legislatores probat mutationem vel improbat. Si probat, ostendatur relaxatio à lege prima post diluvium talis, qualem in homine ex Genef. ix. 3. 4. demonstrare conantur. Quippe citra talem relaxationem non potest probare Deus contrectationem rei alienæ. Si improbat, cur primum illum instinctum animantibus non continuavit? Cur cum cæteræ creaturæ imperata Dei faciant, sola animalia carnivora sibi permittantur?

Ecc

man-

mandata Dei Creatoris exuerunt? Non jam dicam, mutationem temperamenti & corporeæ constitutionis animalium carnivororum frustra supponi, non probari. Quis etiam nos docuit, post diluuium cœpisse naturam in deterius vergere, & herbarum necnon fructuum cæterorum terræ succos insipidiore factos? Et si ita omnino res habet, expediant adhuc, cur cæteris animantibus herbæ satis placuerint, at sola hæc carnivora carniū rabida stimularit orexis? Procul dubio etiam viro docto illa Tornielii & Curcellæi responsio parum se probavit. Is enim Curcellæum suum deferens concedit, animalia quædam à prima sui origine agnoscenda esse fera; *alioquin*, inquit, repetens Aquinatis argumentum, *natura eorum debuisset immutata fuisse*. Putat igitur verosimile, divinâ virtute aliquandiu cohibitam fuisse efferentem hanc naturam, quò minus se in actum exeret, ne infirmiora animalia juxta totam speciem præda fierent rapacium ferarum. Hæc non sunt Curcellæanis rectora. Si feritas animalibus ex prima sui origine fuit insita, ergo naturalis fuit iis appetitus & cupiditas carniū. A quo fuit appetitus ille nisi à Deo Creatore, qui ea cum tali natura & proprietate formavit? Quomodo verò idem Deus Creator animantibus appetitum indidit talis cibi, idemque cohibuit eum appetitum sine fontica ratione, & quidem aperta ejusmodi lege? Certè quem appetitum Deus creatæ naturæ implantavit, is frustra non est implantatus, cùm facultatum proprius finis sit actio, si contrarium impedimentum non obstet. Quæ de carnivoris animantibus dixi, æquè valent in iis quæ vescuntur fructibus arborum, qualia tum in quadrupedibus tum in volatilibus sunt plurima. Paucis igitur ut dicam, si lex cibaria, *ψ. 30.* lata obstringit animantia, non alio cibo hodiè quæ vesci Deus eis permitteret, quàm herbarum oleribus in lege illa expressis. Hoc autem non ita habere, experientia clarissimè demonstrat. 5. Videor jure etiam urgere posse, quòd propriè loquendo עֵשֶׂב רִק *olus herbarum* non animantium sit nativum & proprium alimentum. Et si enim nonnunquam etiam עֵשֶׂב de animalium alimento usurpetur, id tamen minùs propriè fit. Notum autem est, in ejusmodi legibus proprias adhiberi solere locutiones & accuratas, ut tantò facillor intelligentia oriatur. Animalium saltem plerorumque cibus est הַצֶּרֶךְ *gramen*, pro quo alicubi in oppositione aliarum specierum ponitur רֶשֶׁת. At עֵשֶׂב ipsorum hominum est. Perspicua est hic differentia ex Psal. CIV. 14. לְכַהֵן הָעֵשֶׂב לְעֹבֵד הָאֲדָמָה *faciens germinare gramen pecudi & herbam ad culturam hominis educendo panem ex terra*. Atque hinc etiam est, quòd Hebræi nonnulli עֵשֶׂב dicunt im putent quasi עֵשֶׂב אֲדָמָה facientem seu efferentem culmum. 6. Sed interpretem habemus omni excep-

ceptione majorem ipsum Mosen. Is enim Genes. ix. 4. repetens formulam cibi à Deo Creatore indulti ait, Deum dedisse homini, non bestiis *עֵשֶׂב רִק* *olera herbarum*. Si Deus distincta lege homini dedit *herbam sementantem semen & fructus arborum*: bestiis autem *olera herbarum*, cur in repetitione formulæ cibariæ homini constitutæ non retinetur prior oratio *עֵשֶׂב רִק* *herbam sementantem semen, & omnem arborem in qua est fructus sementans semen?* Cur repetitur formula *עֵשֶׂב רִק* quam patet in cibo animalium adhibitam? Ut enim detur, quod tamen falsum est, idem esse *עֵשֶׂב רִק* & *עֵשֶׂב רִק* cur non potius servata à Mose in repetitione eadem formula? Cur altera pars de fructibus arborum omissa? Luculentum profectò hoc indicium est, in *ÿ. 30.* continuari adhuc alimentum locatum hominibus, non explicari animalium cibum. 7. Cùm verba, prout in textu jacent, eo quo accipimus sensu accipi possint, & contrarium nihil omnino allegari possit, licebit utique mihi hoc sensu abundare. Ponamus enim verba illa *ÿ. 30.* per se omnino esse ambigua, & explicari posse tam de animalibus quàm de hominibus, ut illud *ל* sit nota vel Dativi vel Accusativi casus; profectò sensus ille specificandus erit ex circumstantiis vel analogia Scripturarum, & deligendus is erit, quem plures eadèmq; prægnantiores rationes postulant. At ut de hominum cibo accipiantur, & *ל* ponatur nota Accusativi non Dativi casus, flagitant tum ea argumenta omnia, quæ hætenus attuli, tum reliqua, quæ contra Curcellæum arcessita sunt ex dominio universali, ex sacrificiis Antediluvianorum, ex distinctione animantium mundorum & immundorum & similibus. Contra ut accipiantur de animalibus, & *ל* sit nota Dativi, quibus rationibus effici poterit? Excutiant dissentientes omnes judicii sui areolas, nihil vel in speciem allegari poterit, si discesseris à loco Genes. ix. 3. 4. ubi post diluvium animantia dicuntur hominibus data in cibum *כִּרְקָעַשׁ* *sicut olera herbarum*. Jam primum hoc repetitum est ex formula cibi, qui *ÿ. 30.* præscribitur. Quo indicio arguimus ante versum *30.* potius de hominum quàm de animalium cibo intelligi oportere. Tum quæ sequela est. *Omne reptile vivens post diluvium dedit Deus homini sicut olera herbarum: Ergo Genes. i. 29. 30. homini concessus non nisi herbarum usus? Quis non videt, quàm obscura sit illa *רְקָעַשׁ* particulæ *א* ad cibum in creatione permissum? Cur *רְקָעַשׁ* illa non potius erit ad proximè præcedens subiectum, nempe omne reptile vivens concessum ad victum, hoc sensu: Omne reptile vivens vobis erit in cibum, sicut & olera herbarum æquè vobis ad esum permitto. Atque sic illud *Capb* erit eodem modo inclusivum, quo etiam *Lamed* in *לל* Genes. i. 30. Et*

homini ut Medicus consulit, sub peccato conscientiam obligat. Dixit Deus Genes. 1. 27. *fructificate & crescite*, & Genes. 11. 17. *Non bonum est ut homo solus sit*. Suavit igitur, consuluit, probavit conjugium, tanquam utile & necessarium humano generi. Neque tamen singulorum hominum conscientia sub peccato ad conjugium est obligata. Aliàs enim in certo casu Paulus asserit *bonum esse homini ut mulierem non tangat*, 1. Cor. VII. 1. Quæ ad fidem, pietatem, religionem faciunt, nunquam omittere licet, & committendum semper, quod circa ea vel suadet vel imperatur. In iis autem, quæ per se Deo nos non commendant, & quæ nos Deo non reddunt similes, non quodvis Dei consilium, quævis determinatio sub peccato conscientiam obligat, nisi ostendi possit, eam habere vim legis, placiti, decreti. 2. *Adiaphora*, inquit, *hactenus sunt talia, & agnoscenda debent tamdiu, quam de illis lex non fuerit lata aut à Deo, aut à Magistratu, Dei in hoc mundo vicario. Si Theologus ita argumentans oculos reflexisset ad animalia munda ab immundis distincta, omisso κρησφυγίῳ τῷ ἀδιφωρίας legem Dei antea excussam melius intellexisset.* 3. Mi bone vir, Theologus ille, quem aggressus es, tam abnormis & stupidus non fuit, ut ignorare potuerit, ea quæ in se adiaphora sunt, si intercedat aliquod δέγμα seu placitum Dei, reddi illicita vel necessaria. Sed tu in ipso statim limine prodisti, quo animo, qua fide, quibus artibus conflagere tecum paraveris. Mens mea fuit, testimonium Scripturarum negativum in rebus, quæ per se sunt adiaphoræ, non valere. Tu, ut oblectamenti tui causa mihi promptius inludas, duplicem fraudem fraus es. Primò pervertisti meum argumentum, tanquam mens mihi fuisset, licuisse Protoplastis comedere carnes, quia esus ciborum est res adiaphora. Quæ argumentatio verè plumbea mihi ne per somnum quidem in mentem venit. Deinde, cum ego dixissem, *carnibus vesci sua natura neque bonum neque malum esse, sed in genere illorum, quæ adiaphora vocamus*, ut nimirum inde evincam, testimonium Curcellæi negativum nihil valere; tu simpliciter agis, ac si locutus essem de esu ciborum, non qualis in se est, sed qualis est in hac vel illa circumstantia. Ediffere mihi quæso, carnibus vesci sua natura bonum est an malum? Si bonum, ergo cibus nos Deo commendat, non amplius βρώματι τῆ κριλίας; in esu & potu erit regnum Dei, familiares Deo nos reddet cibus & potus. Si malum est, nunquam igitur carnibus vesci licebit. Si nec bonum nec malum est per se vesci carnibus, numquid igitur non per se adiaphorum est? Hoc solum est, quod ego dixi. Et sufficiebat quidem id ad fulcimentum termini mei medii, qui erat propositio integra: *In adiaphoris per se testimonium negativum Scripturarum non valet.* Un-

de concluderem, nullum esse Curcellæi argumentum. 3. *Testimonium*, inquit, *Scripturæ negativum simpliciter non esse admittendum nullus Christianus nedum Theologus dixerit. Illi siquidem sua stat ratio in illis quæ ad salutem sunt necessaria: quomodo rectè inferatur, nullum esse purgatorium, itémque Sanctos non esse invocandos ideo, quòd in Scriptura nullibi hoc dicatur aut præcipiatur.*

¶ An ego Christianus, ego Theologus dixi, in omnibus simpliciter adeoque etiã in his, quæ sunt ad salutem necessaria testimonium negativum Scripturæ nullum esse? Annon contrarium simpliciter & clarè scriptum, nimirum *in his tantum, quæ per se nec bona nec mala sunt, adeoque in genere suo adiaphora*, negativum Scripturæ testimonium allegari non posse? Adeoque clarissimè innui, valere & allègari posse negativum testimonium in rebus quæ pro necessariis ad salutem venditantur, & quæ inter articulos fidei numerantur. Apparet libidinem me exagitandi homini huic oculorum aciem ita præstrinxisse, ut ne apertissima quidem videre potuerit.

4. *Miror*, pergit, *Theologiæ Doctorem putare Curcellæum fuisse negativè argumentatum. Tyrone Logici hic fortè notarent defectum non modò Logicæ artificialis, sed & naturalis. Deus, ut antea patuit, per legem positivam affirmativè se habentem, definitivè victum homini, in statu innocentie Paradisum incolenti: adeoque homo ut Dei filius illi præcepto præcisè obedire tenebatur, & quicquid sub cibo concessio non continebatur, eo animo abstinere debebat. Quòd si Medicus ægro suo præscribat victum tenuem, an æger inde collegerit, sibi non licere (sibi licere, scribere debuit) vesci pernis, brassica salita, similibusque, eò quòd definitè talia Medicus non interdixerit. Lex positiva, juxta quam homini pro primævò suo statu definita fuit certa victus ratio, præcisè ab illo æquè observanda fuit, atque abstinere debuit fructu tum arboris exploratoriam tum sacramentalis.*

¶ Vehementer & majori jure ego miror, potuisse hoc Philosophiæ Doctori, qui argumentandi methodum callere rectiùs debuit videri mirum, & tyrones ipsius tam imperitos esse *ἄμαρτυρομένους*, ut ei Logicæ artificialis & naturalis defectum imputaturi sint. Curcellæus allegato textu controverso sic argumentatur: *Hic nullam prorsus facit mentionem carnis animantium sive volucrum, sive quadrupedum sive reptilium sive piscium, ut sine dubio facturus erat, si eam hominibus in alimentum concedere intendisset.* Dicam igitur quod res est. Vir doctus nec Curcellæum rectè intellexit, nec adversarium ejus. Si Curcellæus hodiè spiraret, diceret se argumentatum esse à testimonio negativo: *Deus cibum homini adsignans non fecit mentionem carnis animantium: Ergo caro animantium non fuit cibus hominis.* Quomodo omnes Orthodoxi & ipse V. D. argumentum hoc planè simile pro negativo habent: Scriptum est:

Deum

*Deum tuum adorabis: Christus suscepit purgationem peccatorum nostrorum: nusquam autem scriptum est, juxta Deum etiam sanctos adorandos, juxta Christum aliud dari purgatorium: Ergo sancti non sunt invocandi, purgatorium nullum est.* Cæterùm respondisset mihi Curcellæus, testimonium hoc negativum esse necessarium & validum propterea, quia carnes nondum factas sibi proprias comedere ante concessionem disertam non habeat pro re adia-phora sed pro re per se mala & illicita. Unde statim subjecit Curcellæus: *Ipsis autem non licuit usurpare nisi quæ à Deo sibi donatæ fuerunt; alioqui se furti reos reddidissent. Nam furtum est ablatio rei alienæ invito ejus domino.* Verùm huic exceptioni satis à me provisum erat, quippe qui ex generali Dei dominio adseruerim animantia tum quoad *κτῆσις* tum quoad *χρῆσις* homini esse facta propria; proinde eorum carnibus vesci per se non esse malum, sed indifferens. Quicquid igitur declamet cum magno strepitu, non poterit efficere, ut Curcellæus non negativè sit argumentatus. Esto, Deus per legem positivam affirmativè se habentem homini victum defini-verit: non ideo cessat testimonium hoc esse negativum. Sicut non ideo cessat testimonium hoc: *Nusquam scriptum est, sanctos esse invocandos*; esse negativum, quia habemus positivam legem affirmativè se habentem: *Deum tuum adorabis & ei soli inservies.* Et sanè genuina ratio, cur testi-monium negativum aliquando sit validum, non alia est, quàm quia in Scriptura reperitur lex vel verbum positivum affirmans rem errori con-trariam, adeoque implicite & virtualiter contrarium excludens. Deinde, qui versum 30. cap. 1. Genesew non accipiunt de hominum sed de ani-malium cibo, illi verba Dei *ψ. 24.* non habent pro lege *positiva affirmati-vè se habente*, sed pro determinatione & benignissima explicatione cibi inter multos saluberrimi, & imprimis circumstantiæ temporis & loci il-lius convenientis. Et sanè Hyperaspistes Curcellæi nudè asserit, non probat, habere se verba Dei instar legis positivæ. Ipsa Dei verba possunt esse indulgentiæ non imperii. Et si illis verbis legem tradidisset, quidnî clarè ita dixisset. *Herbas tantum comedetis, non comedetis animalia.* Sicut claræ & rotundis verbis conceptæ fuerunt primæ illæ cibariæ leges: *Ex arbore scientiæ boni & mali non comedes: non extendes manum suam ut com-edat de arbore vitæ: Carnem cum sanguine, in quo ejus vita est, ne comedas.* Medici comparatio est ἀποσπιδύνοος. Etenim is ægrotanti nullam dicit legem, sed simpliciter consulit cibum judicio suo competentem ægrotan-ti. Æger autem non tenetur obedire, nisi quatenus cognoscit rectitudi-nem consilii. Nec tenetur obedire propter verbum Medici, sed aliam ob rationem, quia nempe Deus summus corporis & animæ nostræ Do-minus



minus ipsi corporis adaptati curam mandavit. Peccat igitur, si à medici determinatione, quam agnovit rectam esse, discedat. At Deus homini integro, qui ante peccatum nec ægritudinis nec mortis adire periculum potuit, ex hypothefi explicavit cibum salubrem, simplicem, tempori & loco convenientem, ita tamen ut non expressus carniū moderatus cibus sanitati ejus detrimentum nullum fuerit allaturus: ac, quod palmarium est, ita cibum hunc determinavit, ut eum etiam omnium simul rerum dominum fecerit. §. *Illatio quasi absurda* (ita instat) *ed quodd homo, si valeat argumentum Curcellæi, inconcussum hætenus, pariter abstinere debuerit potu, speciatim vini, absurditatem arguentis manifestissimè arguit. Quis enim ita in scriptura rudis, ut ignoret, juxta stylum Spiritus Sancti, sub pane comprehendendi ordinariè illa omnia, quæ homini ad vitæ hujus sustentationem sint necessaria? Adeoque Deus destinando victum, potum in Paradiso quoque, qui irrigabatur à quatuor fluviiis destinasse videtur. Ne dicam, fructus arbores per succos suos, qui mundo recenter creato in Paradiso erant elegantissimi, & fami & siti (naturaliter hætenus pro statu primigenio considerari debent) sedandæ abundè sufficere: atque dubio procul existimandum, reliquis arboribus Paradisi sociatam fuisse vitem, cujus fructu certè scienter primævis parentes uti frui scivissent, nisi primigenia felicitate excidissent.* ¶. Usitatum quidem est Spiritui S. sub pane per synecdochen comprehendere omnia, quæ faciunt *πρὸς τὰ βιωτικά*. At in lege cibaria, in qua victus determinatur & specificatur; qualem legem hic adversarius supponit, ejusmodi synecdoche non habet locum. Sicut in formula aliqua donationis distinctè enumerantur & specificantur donativa; nulla adhibita tali synecdoche, quippe quæ formulam redderet obscuram & ambiguam. Quod si tamen synecdoche aliqua usurparetur, non posset poni species una pro specie ei opposita. Quomodo species sunt oppositæ *שׁוֹן* & *אכילא*. Deinde ab usitatis ad inusitata perperam arguitur. Ubi enim Scripturæ sub *אכילא cibo* intelligunt etiam *שׁוֹן potum*? Et ut omnino largiar, tale quid reperiri, cum multa sint potus æquè ac ciborum genera, non potuit sufficere generalis isthæc notio, sed determinari debuit, quæ potus species indulgeretur, æquè ac stricta lege determinatam putant speciem cibi. Præterea herbarum succis toleratam esse sitim asseritur non probatur. Et ut hoc factum fuerit, an igitur nefas fuit aquas, hordaceum potum, uvarum meracum liquorem adhibere *שׁוֹן ad potum*? Cumque lex hæc saltem ante diluivium, fatentibus adversariis non sit relaxata, & intra eam ex mente eorum steterit *τὸ στωματικόν*, expediant mihi, an nefarius fuerit omnis puri & meraci liquoris potus? Si licitus fuerit, ubi disertè concessus? Christus

flus quidem bibisse antediluvianos commemorat. Neque tamen reprehendit nisi immoderatum usum. Fuerunt etiam, qui vini usum ante dilu-  
vium illicitum fuisse pertenderent. Quomodo id Hieronymus pro certo sumit tum alibi, tum lib. 1. adversus Jovinianum, ubi sic concludit: *Vinum igitur cum carnibus post dilu-  
vium dedicatum est.* Et plerique Patres Noë ebrietatem excusant hac ratione, quod cum primus vineam plantaverit, & vini usum invexerit, ejus hæcenus vim compertam non habuerit. Unde etiam Janus fuisse Noë colligunt eo argumento, quod Janus dictus sit à *p<sup>ro</sup> vino*, cujus Noë repertor fuerit. Quicquid autem de hac re fiat, nemo unus ex primorum ante dilu-  
vium hominum conviviis, potum omnem sustulit.

XII. Tertio loco respondi Curcellæo, quodammodo divinari posse cur in concessione illa mentio facta animalium non videatur. Nam in Paradiso, in quo soli agitabant Protoplasti, suaviores, salubriores, faciliores fuisse plantas, ita ut præ his foetere deberent carnes. Tum ex sensu etiam Justini Martyris non fuisse creata nisi par animalium in eadem specie. Noluisse igitur Deum necdum multiplicata animalia comedi. Multa hæc obducit vir doctus, quæ certo numero illigabimus. Primò præmittit talem sarcasmum: *Curcellæi adversarius amplius se gerit pro vate, aded ut & divinam auct. Ordine omnia examinabimus, quod pateat quam temerè se quidem ausing gerere pro vatis, cum non sint vatum filii.* &c. Curcellæi adversarius nec pro vate se gessit, nec sibi illam omniscientiam arrogavit, quam hæcenus vir doctus sibi cum omnium sapientum ludibrio arrogat. Quo sensu vox *divinandi* mihi delecta sit, boni intelligunt. Interim & hoc conveniebat, ut scurrilibus facetiis me mactaturus verba Spiritus S. non mutaretur & κωβ in vanum usurparet, cum apud Plautum & alios Comicos ejusmodi flosculorum pudenda fatis copia inveniatur, 2. Argumentum meum καλὰ βίαιον sic retorquet: *Quoniam Deus domicilium Protoplastis destinatum omnigenis plantis & ad necessarios usus & ad honestam & voluptatem abundè sufficientibus, instruxit, eosdem iis non minus contentos voluit esse, quam ipsi quoque non concupiscendo τὰ ἑταρα contenti esse debuerunt: quod Deus positiva amplius lege sanciverit, hæc (nulla mentione facta aliorum eduliorum) iis à se in alimentum assignata esse.* &c. Retorsio imbellis est & in falsum jacta. Immensæ hoc fuit liberalitatis Dei, quod hominem non tantum fecerit rerum omnium dominum, sed ei etiam demonstraverit, quid maximè omnium ipsi expediat. Plura facere licet, quam conducatur & expediatur. Et in iis quæ conducunt, alia magis alia minus conducunt. Quomodo etiam concupiscere potuit τὰ ἑταρα, quem Deus

rerum omnium dominum fecit? Denique legem positivam à Deo datam supponit, quam nunquam tamen probavit. 3. *Ut graviter*, ait, *deliquerunt Israëlita, præter Mannam, qua tamdiu pasti fuerunt, concupiscendo carnes*, Num. xi. *etsi Deus non expressè edixerat, eos sola Manna debere contentos esse: ita Protoplasti offendissent Deum, si carnes in Paradiso comedissent, maxime, quòd Deus speciatim illis commendasset fructus Paradisi, non tantùm varios, sed etiam suaves, salubres, & præparatu faciles.* 3. Committitur elenchus parium. Deus Israëlitis per desertum vagantibus & variarum hætenus rerum inopia laborantibus destinavit Mannam, *וְנָתַן שֶׁמֶן וְחָלֵב* frumentum cælorum, panem divinum, Psal. LXXVIII. 24, 25. Cibum hic fuit *βρωμα πνευματικόν*, cibum spiritualis, 1. Cor. x. 2. videlicet propter *δήλωσιν πνευματικὴν*, spirituale significationem. Significat autem ex ipsius Christi interpretatione, eum qui est vita Israëlitis & mundi, de cælo venturum, concorporandum cum hominibus fide, ut ipsis sit vita. Tum etiam destinavit Deus Israëlitis uniformem hunc cibum ad tentandum eos, sicut ipse Deus loquitur *וְאֵלֶי אֶמְנָתְךָ וְהָיָה בְּתוֹךְ אֶמְנָתְךָ* ut tentem eum, an ambulaturus sis in lege mea necne, Exod. xvi. 4. Fuit igitur lex illa cibaria tum sacramentalis tum *δοκιμασικὴ*. Et concupiscens carnes tum sacramentum sibi datum profanavit, excutiens animo suo illum cibum mundi, qui ex cælo venturus erat ad expiandum reatum mundi: tum inobedientiæ suæ adversus legem Dei certissimum indicium edidit. At determinatio illa circa *τὸ κρεῖττον* in cibus, de qua controvertimus, nec sacramentalis fuit, nec *δοκιμασικὴ*: adeoque cum priori iudicio nullo comparatur. 4. Pergit: *Deus non potest hic simpliciter considerari ut Medicus, sed ut legislator, qui cum Adami esset dominus ei pro potestate sua præscripsit dietam. Tum Medicus, cui serium est per dietam curare ægrum, non debet solum ab ægro agnosci ut consiliarius, sed pro domino qui & jus habeas cogendi.* 3. Nec probatum viro docto, verba Dei habere rationem legis in qualibet circumstantia obligantis: & constat non minùs, jam antea Deum dominii sui in omnes creaturas hominem reddidisse consortem & participem. Ingentem verò haud dubiè gratiam V. D. inivit apud Medicorum familiam, quos dignatus est hominum in cura valetudinis dominos constituere, ita ut etiam cogere possint. Habebunt igitur impostero potestatem quandam eminentem; atque ita præter dominium divinum, politicum, herile, aliâque, debet agnosci dominium etiam *ιατρικόν*, quod hætenus Politici ignorarunt. Quid verò fiet de illis, quibus adversante scævâ contingit incidere in medicum artificem crassiusculum, & valetudinis æquè ac remediorum imperitum? Væ ipsis, si domini iussa adspe-

Etare

stare & ἀβαστανίσις recipere coguntur, non ministri consilia ratione pensitata vel abnuere vel admittere possunt! Medicus quā medicus non est ægrotantis dominus, sed ei datur valetudinis minister. Consilium verò ejus recipitur, si absurdum non sit, non necessitate dominii è medico promanantis, sed necessitate naturalis obligationis, qua homo tenetur corpus sibi à Deo donatum, quantum in ipso est, servare illibatum & integrum. Rem ita habere quilibet, cui sanum sinciput est, colligere poterit. Tametsi alia etiam ratio est medici ægrotanti consulentis, alia sano *πρεσβυτέρων* præscribentis: & minor est obligatio quoad posteriorem. Deus autem in cibi determinatione consuluit sano non ægrotanti. 5. *Apud Justinum Martyrem de Adami abstinencia ne γυνὴ quidem occurrat. Qui solummodo existimat in unaquaque animalium specie unum par creatum fuisse.* & Ne quidem ego Justino plus tribui; neque aliud V. D. ex verbis meis extundet. Nempe opinione Justinus Martyris usus sum ad conjecturam meam statuminandam. Justino visum, Deum uniuscujusque generis non fecisse nisi par unum maris & foeminæ. Hoc quia etiam mihi visum est probabile, collegi inde non ex Justinus sensu uti fingit adversarius, sed ex proprio judicio, noluisse Deum sub exordium mundi, nondum multiplicatis animalibus, ut Protoplasti abutantur suo jure cum detrimento specierum à Deo creatarum. Hanc Justinus meamque sententiam de unico animalium pari creatum ut convellat Hyperaspistes, magnopere laborat. Pergit igitur 6. *Aquarum solummodo quas pisces nacti sunt, habeatur ratio. De hoc effectivum verbum fuit Genes. 1. 20. Abundè progignunto aquæ, reptilia, animalia. An verò existimandum, Dei omnipotentis voluntatem executivam in aquis fuisse largiorem quàm in terra?* & Insignis argumentatio, si Musis placet. Ex qua sequetur, ne quidem humanam speciem in uno pari creatam esse. Vetamur enim credere, Dei omnipotentis voluntatem executivam in aquis fuisse largiorem quàm in terra, ex qua sumptus est homo. Sed verò, cur non existimabimus largiorem fuisse in aqua quàm in terra voluntatem Dei omnipotentis executivam? Ducunt nos huc verba Moysis, quibus communi sensu explicatis admodum diversis utitur in productione natabilium ac volatibilium ex aquis & quadrupedum ex terra Nam de natabilibus ex aqua sic loquitur: ישרו הכים שרץ נפש חיה *Abundè gignunt aquæ reptile, animam viventem.* Vocem שרץ LXX reddunt per ἐκζέειν ebullire, ἀπλαθύνειν multiplicare, ἐξερπύσειν eructare. Chaldaeus παραφράζει וישן כיה רחש *Ebulliant ex aquis reptilia.* Atque eo modo Syrus. Hactenus igitur voluerit Moses significare talem productionem, qua res effunduntur cum summa quadam fertilitate & quadam

quasi cum copia ebulliant. Quomodo Merfennus Monachus eruditus existimat, Deum voluisse dicere, *ut ad modum formicarum ex alveis suis, ut aquæ ex scaturigine, vel etiam herbarum tempore veris è terra sine numero exeuntium divino jussu reptilia producant aquæ.* At in animalium creatione nil tale reperimus insinuatum. Simpliciter enim Moses ait: *וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים הוֹצֵא אֶת הָאָרֶץ מִן־פֶּשֶׁת חַי לְבֶשֶׂת* *Et dixit Deus: Producat terra animam viventem secundum speciem suam.* Produxisse Deum animalia secundum suam speciem intelligimus. At produxisse cum tanta copia, quanta *וַיִּרְצוּ* non dicitur. Non jam dicam, si *ἀκριβολογεῖν* lubeat, copiosam illam productionem piscium ex aqua nullo certo argumento probari posse. Nam propriè loquendo *וַיִּרְצוּ* significat producere vel gignere *וַיִּרְצוּ*. Est autem *וַיִּרְצוּ* interprete Jarchio *שׂוֹאֵי גִבּוֹת כֵּן הָאָרֶץ נִבְרָא כִּל דְּבַר חַי* *omnis res vivens non admodum altè surgens supra terram.* Quia tamen in natura constituta reptilia plerunque magno proventu pullulant, ideo impropiè etiam *וַיִּרְצוּ* significat *abundè progignere.* An verbè eadem ratio fuerit naturæ constituendæ, quæ nunc est constitutæ, hoc est, an sicut hodie reptilia majori foecunditate quàm animalia proveniunt, etiam in creatione nabilia tanta copia sint producta, quia vox *וַיִּרְצוּ* præcisè, necessariò & propriè id non arguit, putem certo argumento probari minimè posse. 7. *Sed quid tum, pergit, responderimus ad hoc argumentum? Si animalia terrestria, bina secundum speciem à Deo solummodo producta fuerint, illa pro domicilio acceperunt aut tantum Paradisum, aut extra Paradisum suam quoque mansionem. Si posterius conjectura prior evanescit, & frustra spontanea Adami, absumpturi aliàs intras animalium species, abstinentia commendatur. Si prius, necessum fuerit longè majorem terræ partem ante hominis lapsum caruisse inquilinis animatis.* 8. Dicam cum Mose, *terram produxisse animam viventem, jumenta & reptilia.* Non igitur in Paradiso tantum, qui pars terræ non tota terra fuit, videntur producta. Fuerint alia in Paradiso, extra Paradisum alia sortita eum locum, ex quo in Paradisum post se contulerunt, nomina sua ab Adamo repetitura. Hoc igitur supposito viri docti argumentatio nullam vim, ne speciem quidem aliquam habet. An enim si alia extra Paradisum, alia intra eum creata sunt, non potuit Adamus saltem ea, quæ intra eum sunt producta, concupiscere? An si omnia extra Paradisum stationem suam habuerunt, ex iis nulla Paradisum intrare potuerunt, futura hominis efurialis victima, ut cum Comico loquar? An si in Paradiso omnia creata fuerunt, & primam ibidem mansionem acceperunt, necessum fuit ea Paradiso velut ineluctabili quodam carcere attineri, ut non nisi expulsa cum Adamo per Angelos potuerint in cæteras mundi plagas se pro-

propriè? Quomodo pari ratione concludendum fuerit, cùm post diluuium tum homines tum animalia in montibus Gordæis Armeniæ exirent arcâ, nec ex arca in cæteras terras animalia nisi ab Angelis abacta penetrare potuisse, & eadem statim à principio per replicationem quandam & in montibus Ararat extitisse, quod ex historia certum, & in cæteris terræ partibus, quia viro docto nefas est concedere, majorem terræ partem aliquot dierum spatio inquilinis animatis carere posse. Quamcunque in partem flectam miserum hoc disputatoris argumentum, ne micam quidem sobrii falis reperio.

XIII. Adeoque hæcenus, vir bone, qui cavillatus es meas conjecturas non valere titivillitio, intelliges credo, quàm absurdæ & elumbes sint tuæ provocatoris & importuni aggressoris responsiones. Quod minus etiam mihi exprobrare debuisti, quod Curcellæum aded acriter sim aggressus. Etenim me causam semel susceptam, ut debui, serid egisse, & more meæ gentis, à qua non abeo diversus, scapham & ligonem appellasse, lubens profiteor. Inprimis ad pudendam illam adulationem delapsus non sum, ut dicerem: Curcellæum virum illum doctissimum & egregium *ALICUBI* ab Orthodoxi consensu lineis recessisse. Quippe eum, quem in sua Academia à Theologo ἐρθοδοξοτατα & celeberrimo clara consensione omnium, quibus doctrinæ puritas cordi est, vir doctus ignorare non potuit convictum Socinianismi & abnegatæ fundamentalis veritatis de SS. Trinitate, peccato originali, salute per Christum & justificatione. *ALICUBI* tantùm à lineis Orthodoxi consensus recedere, tam in religione mollis & tepidus non sum ut dicere sustineam. Cæterùm etiam de eo persuasus sum, si æquus & à studiis gratiæ & livoris remotus lector dignetur viri docti exercitationem mihi oppositam cum meis Anti-Curcellæanis contendere, palam futurum, me non tantùm adversarium, quàm maximè potui habuisse reverenter, sed etiam non convitiatorum sed rationum præsidio cum ipso ubique decertasse; ex adverso virum doctum non tantùm vehementer & lividè mecum transigere, sed etiam nulla argumentorum probabilitate, inanibus duntaxat officiis & sophisticis ratiunculis non conari ab arce veritatis deturbare.

XIV. Hæcenus textum Mosis ἡ χεῖρα λεγόμενον demonstravimus parum dissentientibus patrocinari. Restat nunc, ut argumentum meum Curcellæo oppositum & à dominio Dei universali arcessitum ab exceptionibus Hyperaspistæ Curcellæi liberem. Verba Mosis sunt Genes. 1.26. Et dixit Deus: *Faciamus hominem secundum imaginem & similitudinem nostram, qui dominetur in mari pisces & volucres cæli, & in omnes bestias su-*

*pra terram reptantes.* Hinc probavi contra Curcellæum, pag. 18. 19. 20. jus datum primo homini mactandi & ad esum destinandi animalia. Adhibui autem varia, nec contemnenda argumenta. Vir doctus levi saltu transvolans, & cæteris in compendium missis, unum argumentum delibat, inde depromptum, quòd non aliud dominium sit homini integro concessum, quàm quod à diluvio repetitum, saltem non angustius. Aliàs Deum offendendo meliorem suam conditionem reddidissent, quàm ante lapsum fuerit, quod ipsi etiam Curcellæo visum absurdum. At in repetito jure dominii Genes. ix. 2, 3, 4. ejus partem manifestè collocavi in esu concessio reptilium & omnis carnis. Ergo etiam in statu innocentiae eam partem concessi dominii fuisse, ut, si adlubesceret, carnibus vescerentur. Viri docti responsiones nunc expendam. 1. *Vetus verbum est:* Mendacem oportet esse memorem. *Paulò ante Curcellæi adversarius metuebat animalium secundum species interitum, si homo in statu innocentiae illa comedisset. At securus hujus incommodi contendit jus primo homini concessum fuisse quæcumque animalia occidendi. Hoc certè est ex eodem ore calidum & frigidum esse.* R. Non ego me mendacii alligavi, sed vir doctus tam imperitus fuit, ut non potuerit inter *jus* alicui datum, & ejus juris exercitium distinguere. Jure salvo potest exercitium juris restringi, si charitas, titubans conscientia, valetudinis periculum aliæque ejusmodi circumstantiæ cohibeant. Frequenter hoc inculcatum est ab Apostolo Paulo in usu rerum adiaphorarum. Confule 1. Cor. vii. 9, 13. ex quo patebit eum, qui habet *ἐξουσίαν* seu potestatem aliquid faciendi, alicubi tamen in potestatis suæ exercitio circumscribi & coerceri posse. Ne levissima igitur est contradictio, si quis asserat, primos homines vi universalis dominii potestatem habuisse mactandi animalia ad esum, & eisdem in certa circumstantia usque ad multiplicationem generis animalium, abstinentiam fuisse necessariam. Si Protoplastis multiplicato animalium genere in statu adhuc integritatis agitare licuisset, potestatis illius usus æquè fuisset liber, ac iisdem jam lapsis post multiplicationem liber & solutus fuit. 2. Clamat V. D. me supponere τὸ κρινόμενον: nempe, quòd eadem ratione dominium homini contingerit in animalia post diluvium, æquemodum hoc illi concessum erat in statu innocentiae. *Dominium, inquit, quod in primævo statu concessum homini, in eo constitit potissimum, quòd animalia naturaliter debentia homini imaginem Dei circumferenti ad illum ultro accesserint, atque proprium suum nomen acceperint. Ac quanquam post diluvium hoc dominium iterum est delatum homini, non tamen respondit priori, cum diminutum admodum sit quoad usum & executionem.* R. Si hæc omnia utraque vola largiar, nihil proficit

cit adversarius. Quin potius mihi inde messem facere licebit. Si enim ita esse mutatum dominium, ut post diluvium admodum sit quoad usum & executionem diminutum, sequetur plus ei concessum esse in creatione quàm post diluvium. Quomodo igitur post diluvium dici potest datum esse homini in animalia jus vitæ & necis, quod in creatione ei fuerit negatum? Tum profectò mira est hæc tota Philosophia viri docti. In creatione contendit dominium hominis in eo constituisse, quòd animalia ad hominem ultro accesserint, & ab eo nomina acceperint; at idem illud dominium post diluvium homini delatum quoad modum & executionem esse admodum diminutum. Quatuor hic sunt perquam digna animadversione errata. Primum quòd in creatione dominium in eo duntaxat constitit, quòd animalia homini dominium debentia ad Adamum accesserint, nomina ab eo acceptura. Quæ est tam cruda & insolens assertio, quàm quæ maximè. Etenim iustus est Adam dominari non tantum bestiis terræ, sed etiam *דגים ים* *piscibus maris*, Genes. 1. 25. Ubi legitur, etiam illos accessisse ad Adamum, & nomina sibi requisivisse? Deinde ut maximè concedam, accessum animantium ad Adamum esse recognitionem Domini sibi recens dati, adeoque etiam illam nominum impositionem fuisse insignem actum exerciti dominii, (alii tamen dicerent, animalia accessu suo probasse obedientiam erga Deum suum creatorem, qui eos vel arcano instinctu, vel ministerio Angelico excivit, & impositionem nominum esse actum sapientiæ, non potestatis & excellentiæ) quo jure, qua verisimilitudine audebimus adseverare, in eo potissimum primò dominium constituisse? Certum est, Mosen recensere dominium indultum homini, ut ostendat, non frustra sed sapienter Deum omnia condidisse. Atqui frustra, non sapienter Deus omnia creasset, si non fecisset hominem, cui illa inservirent, & à quo regerentur. In eo igitur dominium constitit, quòd omnes creaturæ hominis arbitrio subessent, ipsi servirent, subjicerentur, & si ipsis habeat opus ad auxilium vel sustentationem, in ejus potestatem licitè redigerentur. Ac illius servitutis creaturarum & subjectionis Chrysostomus Symbolum vocat accessum animalium ad dominum suum & nominum impositionem. At ipsum dominium vel in accessu illo spontaneo potissimum consistere, vel in eo terminari nemo sanus dixerit. Disparata sunt signum seu Symbolum potestatis & ipsa potestas; adeoque in signo potestatis ipsa potestas plenaria non consistit. Solebant homines emptis servis mutare nomina. Etiam Deus Abrahamo, Christus Apostolis mutavit nomina. Neque tamen potestatem domini in servos, Dei in Abrahamum, Christi in Petrum in eo potissimum



simùm actū constituisse quisquam dixit. Et si in eo potissimùm dominium constitit usque ad diluvium, cujus potissimùm tempore diminutum illud asserit, profectò Eva & omnes Antediluvianii dominio illo sunt defraudati. Quippe ad eos animalia nec ultro accesserunt, nec ab eis nomina sua quippe semel jam imposta repeterunt. Et dicat mihi, in eo actū totum constitit dominium, an ejus præcipua pars? Si totum, & scripturis & sibi ipsi contradicit. Si pars, hæctenus igitur non excluditur potestas mactandorum animalium: adeoque frustra mihi hæc omnia oggerit. Secundus error in eo consistit, quòd dominium quoad usum & executionem diminutum asseritur demum post diluvium, quasi videlicet tum demum grandia animalia coepissent homini esse terribilia, & homini incommoda multa ex feris, muscis, pulcibus, &c. provenissent. Peccatum esse domini diminuti causam est ἀναμψιλεκτον. Hoc verum usque adeò, ut peccator impoenitens agnosci debeat non justus dominus rerum creatarum, sed merus usurpator, qui rerum usurpatione se ipsum inquinat & reum constituit. Et statim post peccatum quamvis fideles & poenitentes tamen terræ fructus cum maximo labore & sudore debuerunt præparare. Quod argumento est, res creatas obsequium post peccatum non ita præstitisse homini, sicut fecissent ante lapsum. Porro peccatum non demum post diluvium incessisse, æquè est manifestum. Tertius error admittitur in eo est quòd cum jus mactandi animalia pertendat V. D. post diluvium concessum esse, tamen asserit hoc loco, dominium post diluvium homini tributum non respondisse priori propterea, *quia diminutum sit admodum quoad usum & executionem.* Non refricabo hic turpem illam contradictionem, quam supra notavi. Hoc tantùm dico, ex hypothesi adversarii dominium debuisset dici mutatum non tantùm quoad usum & executionem domini, sed etiam quoad ipsum dominium, ut notat non tantùm usum rerum, sed etiam jus & potestatem in res creatas. Quartus denique error est, quòd, cum dominium primò datum ex mente viri docti constiterit potissimùm in spontaneo illo accessu ad repetendum nomina, *idem dominium post diluvium homini delatum* adseverat, sed diminutum quoad usum & executionem. Dicendum igitur fuerit, post diluvium denuo homini delatum esse dominium, ut videlicet animalia illa ultro accederent ad Noë & nomina repeterent; cæterùm illud dominium fuisse diminutum quoad usum & executionem. Quæ omnia quàm sint absurda, rancida & involuta, palam est omnibus, qui mediocri judicio præditi talia legunt.

3. Arguit me V. D. quòd fide minùs bona ex Curcellæo citaverim, ipsi videri, homines post peccatum meliorem reddidisse suam conditionem, si

statua-

statuatur per lapsum ipsum acquisivisse usum animalium in cibum. Curcellæum tamen addidisse hæc verba : *Si tamen hæc carnes edendi licentia melior conditio dici potest, quæ cupiditatem quidem explet, sed primæ væ hominis excellentiæ repugnat.* Ex mente igitur Curcellæi non oportere *κρεσφαγίαν* referri ad meliorem hominis conditionem. &c. Non ignoraveram Curcellæum usum esse epanorthosi. Cæterum aliquo modo Curcellæo effatum suum : *Absurdum foret existimare ipsos Deum offendendo conditionem suam meliorem quàm ante lapsum fuerit reddidisse;* etiam non correctum videri debuit verum. Quippe post lapsum hominem non esse consecutum jus cupiditatem suam carne & sanguine explendi, probare instituit hac ratione, quia *absurdum foret existimare, ipsos Deum offendendo conditionem suam meliorem quàm ante lapsum fuisset, reddidisse.* Quæ ratio si falsa est ex mente Curcellæi, nihil igitur probavit, sed simpliciter refixit & mutavit dictum. Tum Curcellæi argumentum, quo priorem sententiam correxerat, est mera *λιψις τῷ ἐν ἀρχῇ* adeoque ipsa epanorthosis nulla. Recta igitur & vera fuit sententia prior. Anxiè hic laborat V. D. ut det veritati, *κρεσφαγίαν* ad meliorem hominis conditionem non debere referri. Dixeris meritò, virum illum in plerisque omnibus, quæ dicit, nulla ratione, nullo iudicio, cæco tantum impetu duci. Qui auctius & locupletius habent dominium, in meliori conditione sunt, quàm qui restrictius. At cui datum est jus non tantum vescendi herbis, sed etiam animalibus, auctius & locupletius dominium habent, quàm illi, qui coguntur non alio cibo quàm herbis se oblectare. Relinquitur igitur, ut in meliori sit conditio. Deinde omnis creatura cum gratiarum actione usitata est bona, quia sanctificatur per verbum Dei & preces, 1. Tim. iv. 4, 5. Talis creatura est etiam carniùm cibus, quippe qui cum gratiarum actione sumi potest. Animalium igitur cibus bonus est. Unde etiam *qui edit, Domino edit, gratias enim agit Deo,* Rom. xiv. 6. Et carnes quondam legaliter immundas Deus purificavit. Cibus bonus, qui Christo potest edi, purus non immundus additus cibo etiam bono, mundo conditionem hominis quoad jus & dominium in res creatas, inprimis *τὰ βιωτικά* reddit meliorem. Nec quicquam promovent argumenta contraria. Primo, *mensa*, inquit, *quàm exornant arborei fructus paratu facilis est, adeoque meritò cenferi beata debet, & præferri illi quæ laboriosè fructa est.* Ad testimonium citantur Horatius, Claudianus, Martialis, Hesiodus. Sed quid hæc *πρὸς θεόν*? Probare voluisti, *κρεσφαγίαν* non pertinere ad meliorem conditionem hominis: Adfers, præstare victum arboreum cibo animalium, quia facilior paratu. Quia igitur simplicior & præstantior est tolerum fructus carnibus animalium,

idcirco κρεοφαγία non reddit meliorem conditionem hominis. Quis feret ita παραλογιζόμενον? Inter ipsas herbas sunt aliæ aliis salubriores, præstantiores, parabiliore. Quæ igitur minùs præstantes, parabiles sunt, si maximè cæteris accumularentur, non reddent meliorem conditionem βιωτικὴν? Omitto inquirere, quod momentum habeat proposita ratio ad probandam ἐξοχὴν herbarum. Canon ille nisi multis conditionibus circumvallatur, vim nullam habet. Rerum usus ostendit, & ipse Philosophus me docuit: *Difficiliora paratu & magis laboriosa esse plerunque præstantiora & chariora.* Et arborum ac terræ fructus cum nonnulla molestia & sudore vultus parari oportere, post peccatum Deus ipse sanxit. Secundò, *carnium esus, ita pergit, non arguit hominis felicitatem, sed potius imbecillitatem.* Cùm enim initio sufficeret ipsi alendo ea, quæ terra suppeditat, mundo magis consenscente, validiores cibi concedi debuerunt. Esto, arguat imbecillitatem carniū esus; at arguit non ut ejus causa, sed ut potens ac prævalidum imbecillitatis remedium, non triste quidem illud, quale est ure, seca, sed generosum, uti sciscunt Medicorum filii. Unde causam meam efficacius ago. Si enim carniū esus tam salutaris est, ut etiam imbecillitati & morbis, quibus herbarum cibus invalidus erat, averruncandis sufficiat, igitur & præstantior est olerum cibo & concessus hominis conditionem reddit meliorem. Sic sua viro docto ratio contra vertit. Inter herbas & radices hodie sunt infinitæ quarum in medicina usus supponit morbos & imbecillitatem humanam. Neque tamen id impedit, quòd minùs in statu innocentiae omnium promiscuè herbarum concessio ad felicitatem ac amplitudinem dominiū Protoplastorum pertineret. Præterea, si concessæ carnis causa fuit humani corporis per lapsum labefactati imbecillitas, cur non statim post lapsum, qui in valetudinis humanæ causa fuit, prompta fuit Dei indulgentia? Cur per mille sexcentos annos humanum genus herbarum succis oblectandum fuit? Non jam dicam, tantam non esse humani generis imbecillitatem, quin herbarum & arborum fructibus sit medicabilis. Testatur simplex victus & moderatio plurimorum hominum, qui mortale suum & fragile corpus frugalissimo victu remotis carniibus sustentant. Tertid, *ex esu, inquit, carniū, maximè si immoderatè sumantur, multi morbi proveniunt; atque omnis generis carnes ab omnibus æquè commodè digeri non possunt. Exemplo sit vel sola caro suilla, quæ hominibus urbanis otiosisque quàm noxia est.* &c. De immoderato usu carniū non sumus solliciti. Apud Laërtium Diogenes narratur Platoni obvius edisse caricas, eique offerens dixisse: *Licet participem esse.* At Platoni cùm eas cupidius edisset, scitè à Diogene dictum est: μετασχὲν ἔπινε καὶ καλαφαγῶν:

Par-

*Participem esse dixi non devorare.* Ubique moderationi & temperantiæ leges sunt custodiendæ. Aliàs rerum etiam generosissimarum abusus pestilentissimus esse potest. Ut meritò παροιμία ζώντες Hebræi dicere soleant: חסר בן כן *Acetum filius vini.* Nihil pane περιποίησις vita humana habet præstantius. Et tamen si eo fruarè ultra modum, nocentissimum esse & plurimorum morborum fœcundam causam, periti valetudinis pronuntiant. Quod si de moderato carniùm usu disputat V. D. consentiens Medicorum Schola ipsum confundit. Quorum rationes pro præstantia & salubritate carniùm facilè produci possent. Inspiciantur veteres omnes, & inter recentiores unus Beverovicus Medicus insignis, in Thesaurò sanitatis lib. III. cap. 10. Neque verò obstat, quòd carnes quædam, inter quas suilla, hominibus quibusdam esse noxia comperitur. Etenim ratio hæc est planè μερίκη. Tum etiam herbas inter reperiuntur minùs salubres, & vix ulla est quæ omnibus hominibus æquè conducatur. Præterea ciborum omnium bonitas est ἁλιότης *relativa.* Adeòque quod uni salubre & conducibile est, idem alteri præsentissimam affert noxam. Inhæreamus suillæ, quam V. D. in causæ suæ subsidium advocavit. Etenim illa hominibus, quos duri labores exercent, uti hinc inde sueta ita utilis & salubris est. Ipse Hyperaspistes Curcellæi, pag. 590. Hippocratis & Galeni iudicio stipatus concedit absolutè: *Suillam homini alimentum commodissimum conferre.* Romanis priusquam ad mollitiem mensæ eorum flecterent, suilla lauta habebatur, teste Juvenali, Satyra II. Hodièque in Italia & Gallia pernas nulli aspernantur. Et Arcadicam coenam describens Hecateus ex Athenæi monumentis, fuisse *mazan* dicit, & ὕστα κρέα *suillas carnes.* Et sanè non dubitavit Medicorum Alpha Galenus pronuntiare, suillam cæteris omnibus carnibus esse præferendam, propter miram cum humana carne cognationem. Unde etiam factum, memorante ex Galeno Cœlio Rhodigino Lect. Antiq. lib. XXVI. 26. ut impurius quidam pro suilla humanam distrahere licentiùs sibi homines permiserint: quod facinus eò usque impune perrexit, donec digiti hominis intermixti forte conspecti ad supplicii diritatem auctores protraxère. Et gemellam historiam de cupedinario Heusdano narravit Beverovicus. Liqueat igitur, nullum esse carniùm vitium per se, & quòd uni infalubre est propter singularem aliquam vitæ rationem, vel corporis habitum ac complexum & consuetudinem, idem remotis ejusmodi causis aliis conducere. Aliam igitur, vir doctus quercum excutere necessum habebit, si quidem meam illam assertionem, quam à Johanne Calvino Interprete δεισιδαιμονία non planè refragante, uti vidimus, Curcellæo sum mutuatus, erroris convincere vo-

luerit. 4. *Gratis dicitur, pergit ita, quòd Deus post diluuium repetierit dominium, prout concessum fuerat in statu integritatis. In iterata legis promulgatione aliquid antea concessum repetitur, simul ut mentio fiat rei alterius, quæ ut concessa non tam arguere possit hominis felicitatem quàm potius miseriam.* Res illa altera quam concessam iuxta cum aliquo antea concessio dicit, nunquam ante diluuium fuit prohibita. Fuit igitur instaurata non nova concessio. Consulantur, quæ suprà eam in rem diximus.

XV. Dixeram, primis hominibus jus competiisse macandæ animalia: cæterùm sponte fortassis abstinuisse, tum quòd plantarum suauitas & salubritas ita prævaleret, ut quodammodo carnes fœtere debuerint: tum quòd probabiliter in unaquaque specie par unicum creatum fuerit. Jam suprà eam assertionem infestam habuit aduersarius, ac denuo eam exagitat, haud dubiè, quòd ea quæ mihi opposuit, nimis esse elumbia sponte animadverteret. *Quare, inquit, fœtuerunt animalium carnes? non certè ratione gulæ quæ in homine primigenio non potuit non fuisse ordinatissima, quia in illo ipso, ratione status, nihil dumerat irregulare sive anomalum, sed quòd gnarus esset diuinæ legis sibi propositæ, abstinuit.* Legisti, quare existimaverim, potuisse animalium carnes Protoplastis fœtere; quia in Paradiso cibi salubrioris, parabilioris, simplicioris copia fuit. Non igitur vel irregularitas gulæ & appetitus vel interdictum religiosum causa fuit. Maximè regulari & incorruptissimo appetitui fœtere possunt non tantùm mala, sed bona etiam, cùm meliorum facultas suppetit. Planum est quid dicere voluerim. Ipsa verò verba, ut apud Curtium est, prudens nemo appendit, nedum iniquè flagellat. At fortassis conjectura mea est *irrationabilis*. Ita rationabilis noster Philosophus arguit, inductus ea ratione, quòd illi aduersetur descriptio Paradisi à Mose proposita Genes. 11. 8. *quo cum dicitur Deus ornasse hortum plantis, nulla omnino mentione facta animalium, rectè insuleris, plantas ex Dei pariter præcepto pro animalibus homini in cibum concessas fuisse: aded ut hic frustra fingatur abstinentia ultronea.* Primùm si abstinentia coacta non ultronea fuit, quia nulla horto animalia conclusa, non igitur propter legis tenorem, sed propter necessitatem sibi temperare Protoplasti debuerunt. Deinde quæ consecutio est: *Deus ornauit hortum plantis, nulla facta mentione animalium: Ergo ex Dei præcepto plantæ tantùm concessæ in cibum.* Si simili argumentatione meam ego Disputationem collutulâsssem, haud dubiè integra tyronum Logicorum agmina mihi forent immissa. Hortorum decus sunt plantæ, non animalia. Paradisi igitur amœnitatem & ornamenta delineaturus Moses mentionem fecit *אֲרְבֹּנֹתַי* desiderabilem arborum, non animalium. Inprimis cùm Mosis

instituta-

institutum esset utramque arborem Sacramentalem in Paradiso existentem describere, quarum altera vitæ significationem habens homini concessa, altera exploratoria obedientiæ prohibita fuit. Deinde ne quidem herbarum in Paradiso satarum mentionem inuenio. An igitur ne illæ quidem collocatæ in cibum? Et nimio pere fallitur, si animalia Paradiso defuisse statuit. Nam serpens in Paradiso seduxit mulierem. Tum animantia, quibus Adam nomina imposuit, prope ex Paradiso fuga aliò omnia statim penetrâsse quis credat? Et absentibus animalibus quo pacto Adam fuit dominaturus? Denique cogitandum, quid eventurum fuerit, si homines notabili aliquo temporis tractu in statu innocentiae mansissent. Neque enim succrescens fœcunda posteritas stationem in Paradiso perpetuam habuisset. Denique quicquid somniet V. D. ubique primi homines in animalia omnino incidere potuissent. Nunc etiam *doſſala* impingit mihi aduersarius, quamdiu non conciliauerim ista: *Juxta leges creationis à Deo potenter executioni mandatas mundum in statu innocentiae animalium abunde habuisse pro nutriendo homine: atque hunc tamen animalibus debuisse abstinere, quòd in unaquaque specie bina solummodo occurrerent.* Sed opponens fingit sibi spectrum, quod eò faciliùs debellet. Neque enim ego dixi, in primo momento creationis in statu innocentiae mundum habuisse abundè animalium pro nutriendo homine; adeoque Deum sibi dixisse legem aliquam statim executioni mandandam, secundum quam terra debuerit producere animalia tam copiosa, ut non expectata multiplicatione eorum ferculis stomachum farcire liceret. Hoc ipsum est quod oppugnavi. Adeoque non potest propositio illa ex meo sensu statui, & alteri contradictoni opponi. Ex hypothefi viri docti nulla fuit aperta concessio animalium; ex mea, quam hætenus vindicatum eo, nulla etiam aperta prohibitio. Omnis igitur indulgentia foret non absoluta sed hypothetica, supponens animalium multiplicationem. Quomodo ipse etiam aduersarius quoad animalia carnivora, quæ talia à prima sui origine fuisse agnoscit, tenet sententiam Abulenſis: *Divina providentia factum, ut aliquanto tempore ab usu carniùm fera carnivora abstinerent; ne alioqui faciliè nondum per generationem sufficienter multiplicatis animalibus species aliqua interiret.*

XVI. De carnivoris animalibus debet nobis V. D. scrupulum nostrum paulò certius expedit. Etenim is dubitationem nostram non sustulit, sed vehementer etiam auxit, adseverans, animalia à prima sui origine fera agnosci debere; *alioqui, inquit, natura illorum debuisset immutata fuisse.* Tantùm ipsi videtur, tum tempore diluvii in arca Noë, tum tempore à diluvio proximo, tum in statu innocentiae *cohibitam fuisse hanc na-*

*turam efferantem, quò minus se in actum exeret, ne infirmiora animalia juxta totam speciem præda fierent rapacium ferarum.* Quod nos lubentissimè concedimus. Sed extra illos casus multiplicatis animalibus ex mente adversarii animalia sua natura fuerunt carnivora. Hic mihi palmam concedere debet, quicquid contra declamaverit. Vel enim fateri debet, Genes. 1. 30. continuari cibum hominis, non animalium determinari victum; adeoque animalia homini apertè concessa fuisse; vel agnoscere cogitur, verbis illis v. 29. *Dedi vobis omnem herbam sementantem semen, & omnem arborem: vobis futura est cibo;* non latam esse legem positivam, qua homo præcisè ad eam victus formulam fuerit adstrictus, ita ut ne latum quidem ab ea unguem discedere fas fuerit. Si enim animalia à prima sui origine fuerunt carnivora, ita ut illa proprietas ex eorum natura fluxerit; ergo præscripta cibi formula, in qua expressa mentio non est nisi *ovium præter ceterum herbarum* non habet vim legis positivæ, definitivæ affirmativè victum licitum, & omnem cibum non expressum prohibentis. Quo pacto etiam prior illa lex non habebit vim legis positivæ, definitivæ affirmativè victum homini licitum, & omnem cibum non expressum prohibentis, in qua quidem assertione arcem suæ causæ V. D. constituerat. Similis enim ubique concipienda ratio erit, quia similis verborum tenor, si omnino de bestiarum cibo explicari posterius membrum debet. Utrinque est formula *כל הבהמה אשר תאכל עשב* in cibum esto, quam ex Menasse Ben Israël fecit præceptivam Curcellæi Hyperaspistes.

XV II. Ad posterius nunc quæsitum progredimur: *An videlicet in statu lapsus ante diluvium licitum quoque fuerit carnibus vesci?* Supervacaneam esse hanc quætionem statim à principio judicavi. Nec nunc digitum transversum à meo judicio discedo. Tota enim disceptatio est de textu Genes. 1. 29. 30. an eo, quo adversarii pertendunt, sensu accipi debeat. Si vincunt illi, res ad liquidum perducta est, & nefas fuit carnibus uti, non tantùm in statu innocentis, sed etiam usque ad eum temporis articulum, quo lex semel lata rescissa est, & contraria libertas introducta. Si interpretatio nostra præferenda est, uti præpollere eam confidimus, jam nec in integritatis, nec in peccati statu illicitus fuit animalium esus. Certum enim est, ab uno illo textu, si discesserimus, nullam omnino probabilem rationem prohibitionis ostendi posse. Quia tamen in secundo hoc quæsitò ventilantur rationes, quibus pro jure mactandi à creatione usque ad diluvium pugnamus, intererit causæ nostræ ut & eas vindicemus. Distinguit V. D. inter jus & factum. De facto illos haud dubiè carnes comedis; idque rectè probat ex barbarie Nephilim, quorum historia

Genes.

Genes. vi. describitur. Quod verò jus attinet, primò quidem existimat, *parum interesse, an statuatur, fas fuisse ante diluvium quoque vesci carnibus.* Ego verò certus sum, plurimum referre. Si enim fas fuit ante diluvium carnibus vesci, non igitur Genes. i. 29. 30. occurrit lex prohibitiva carniùm. Si talis foret, cùm nunquam post lapsum exertis verbis sit abolita, semper fuisset nefarium. Deinde vel licitus fuit carniùm esus vel illicitus. Si licitus, utique multum refert hoc & cognoscere & statuere, ne furti suspicio primis illis hominibus, qui fortè carnes comederunt, præfigatur. Si illicitus, æquè interest, ut statuatur, nefas hoc fuisse. Non enim illos à furto, quod est omnis atrectatio rei alienæ, quamdiu ea non est concessa, absolverè integrum esset. Inclinat tamen V. D. in negativam sententiam, quam sibi potiore esse asserit, *tum ob illa quæ jam dicta sunt, tum etiam quoddam argumentis, quibus affirmativa sententia nititur, tantum momentum non insit, atque vulgò quidem jaclatur.* Ex iis quæ jam dicta sunt, Sole meridiano clarius est, nullam prohibitionem ab exordio mundi intercessisse.

XVIIII. In antecessum non dissimulabo argumentum, quod pro negativa mihi objecit vir doctissimus & amicus, quem ob summam eruditionem veneror impensè; quòdque viri docti emissitios oculos fugit. Depromptum illud est ex Genes. iii. 16, 17. *Et Adamo dixit, quia obedisti voci mulieris tuæ, & comedisti ex arbore, de qua præcepi tibi dicendo: non comedes ex ea: maledicta erit terra propter te; cum dolore comedes ex ea omnes dies vitæ. Spinæ & tribulus germinabis tibi* וְאָכַלְתָּ אֶת עֵשֶׂב הָאָרֶץ & comedes herbas terræ. Hic ait post lapsum denuo præscriptum homini alimentum וְאָכַלְתָּ אֶת עֵשֶׂב הָאָרֶץ herbas terræ. Non licuisse igitur mactare animalia ad esum. In textu allegato continetur sententia Dei propriè & directè in Adamum, conjunctè etiam in Evam pronunciata. In qua sententia est tum causa, tum modus suppliciorum. Causa, quia obedivit voci mulieris & comedit ex arbore vetita. Supplicium repræsentatur geminum; alterum in maledictione rebus omnibus creatis, quæ quidem inferiores sunt, per peccatum importata; alterum in hominis ipsius toto hujus vitæ curriculo difficultatibus: quas inter aliæ foris infestant, aliæ affligunt intra. Doloris, qui foris advenit, genera ponuntur duo. Prius, quòd cùm ante creationem terra ad usum hominis fructus bonos & commodos fuisset productura, deinceps malos & incommodos homini sit allatura. Quam denuntiationem Moses Synecdochicè nominata una atque altera specie incommodorum protulit his verbis: *Spinam & tribulum producet tibi.* Alterum genus molestiæ foris adventitiæ continetur sequentibus verbis: וְאָכַלְתָּ אֶת



עשב השרה *Et comedes herbas terræ*. Subeat mirari, cur inter maledictionis genera numeretur necessitas comedendi herbam, cum à creationis principio Genes. 1. 29. inter Dei erga hominem creatum beneficia sit relatum? Moveret hunc scrupulum & feliciter solvit R. Solomon Jarchi: Verba ejus sunt ואכלתה עשב השרה ומה קללה היא זו והלא בכרבה נאמר לו הני נתתי לכם את כל עשב ורעי ורעי ונו אלא מה אמור כאן בראש הענין ארורה הארסה כעבורך בעצבון תוכלנה ואחר העצבון וקין ודרור תצמיח לך כשת מינה כשת או יקות ננה היא תצמיח לך קוצים ורודים ושאר עשבי שרה ויכרתך תאכלם *Et comedes herbam terræ: Et quare hæc maledictio reputatur? nonne in benedictione dictum est ei: Ecce dedi vobis omnem herbam sementantem semen? Sed quid verè dictum est à principio hujus rei: Maledicta esto terra propter te, in dolore comedes eam; & post dolorem: Et spinas & tribulos tibi germinabit: Cum conserveris eam legumine vel oleribus pejus quid tibi germinabit, spinas & tribulos, & reliquum erunt herbe terræ, & has edere cogeris.* Manifestum igitur est, non hic sanciri legem cibariam, nec determinari formulam victus, ad quam præcisè homo adstringatur imposteriorum; sed qualitatem & molestam difficilemque impetrationem specialis alicujus cibi, germinantis ex ea terra, cui Deus maledixerat: Illis igitur verbis: *comedes herbas terræ*, denunciat Dominus duaeque gravissima incommoda superventura. Unum, quod deinceps non sit usus fructibus Paradisi, quem Deus consererat ad hominis stationem amœnissimam. Unde vocat השרה עשב *herbas terræ*, non horti illius amœnissimi, in quo domicilium hæctenus metati fuerant. Alterum, quod ne in ea quidem terra, ubi hospes futurus est, fructus commodos & gratos ad victum sit habiturus: sed omnes fructus voluntarios & infativos, quippe ex maledicta terra, inter spinas & tribulos agrestes pullulatos, adeoque ingratos & acerbos fore, cum prius omnes homini grati & boni futuri essent. Non minus solida est ex hoc textu adversus jus mactandorum animalium argumentatio, quàm adversus jus edendi fructus arborum, quod ei hac formula præcisum esse minimè omnium est probabile. Cui enim bono natura benedicente Deo arbores fœcundâset? Præclare in eam rem Calvinus nostras. *Solum, inquit, intelligit Deus, tantum prioribus lautitiis detractum iri, ut herbas brutis solummodo animalibus destinatas miscere in subsidium cogatur. Longè enim erat delicatior victus in itinere oppositum in beata illa & tam delectabili copia, quàm postea fuerit. Partem igitur inopie exprimit Deus sub nomine herbarum: quemadmodum si Rex ex suis quempiam à primaria mensa ad plebèjam & sordidam ablegat: vel Pater filium à quo fuerit offensus, pasciat cibario servorum pane: non quod illi interdicit cibis aliis omnibus, sed quod ex solita liberalitate multum abducat.*

XIX. Nunc igitur nostra argumenta pro jure etiam post lapsum ma-  
ctandi animalia & ad esum destinandi in medium proferamus, & ab ad-  
versarii exceptionibus liberemus. Primum inde accessiverat Rivetus: *Si  
post diluvium demum concessæ carnes, plus igitur accepit potestatis in animalia,  
ratione usus, quàm ab initio mundi, quo plena ei dominatio concessa fuit.* Ar-  
gumentum hoc innixum est ei principio, quod suprà abundè discussum  
est: nimirum *peccando hominem, non fecisse hominem conditionem suam melio-  
rem.* Confirmatur hæc ratio etiam inde, quòd supra fidem sit, voluisse  
Deum homini auctiorem conferre potestatem, se extendentem ad occa-  
sionem animalium & delibationem carniùm hæctenus, uti præsumunt illi-  
citam, eo ipso tempore, quo omnia humanæ crudelitatis, quæ mundo ex-  
cidii causa fuit, incentiva validè sublata voluit. Grassabantur ante dilu-  
vium  $\square\text{Υ}\text{Ρ}\text{Ω}\text{Σ}$  *Nephilim, ἐμπύπλοντες, ἰολυψαί,* homines violenti & in alio-  
rum pernicious nati, qui palmarium facinus habebant, hominum se ne-  
fariis cædibus polluere. Videmus igitur, post diluvium Deum  $\phi\iota\lambda\acute{\alpha}\nu\theta\rho\omega\pi\omicron\nu$   
omnibus modis humanæ securitati prospexisse. Inde lex illa de pœna ho-  
micidii severissima; esus sanguinis, qui crudos & feroces reddit, stricta  
prohibitio, non aliam ob causam intercedens, quàm quia Deo enixissi-  
ma cura fuit hominem procul arcere à placito ante diluvium flagitio.  
Quod si igitur nunc demum animalium maectationem & esum carniùm  
permittit, viderint adversarii, annon consilio Dei vehementer hoc repu-  
gnet. Etenim maectationem animalium promiscuam & carniùm cibum ad  
ferociam hominum mores inclinare scitissimum est. Argumento sunt po-  
puli ante alios venationibus sueti, venatores, lanii, quos præ cæteris  
consuetudo figendi feras & maectandi feroces reddit.

XX. Nihil huic argumento reposuit V. D. præter recoctas suas hy-  
potheses, quas non est ut denuo attingamus. Causam tantùm reddit, cur  
homines post diluvium carniibus vesci debeant: nimirum, *quòd succurrere-  
tur hac ratione imbecillitati corporis magis atque magis fatiscentis.* At si hæc  
causa valet, debuit Deus carnes permittere non post diluvium, sed post  
lapsum Adami, per quem mortalitas, & mille ærumnæ, morbi, ac alia vi-  
tæ incommoda inceserunt. Neque enim tam per diluvium, quàm per lap-  
sum maledictio terræ ingruit. Post lapsum autem res in eodem statu per-  
manserunt: neque vel post diluvium vel hodiè que terra minus virium  
habet; vel plus periculi humana vita. Non enim natura, quæ Dei quo-  
dammodo genius, est *ut asinus ad molam* (utor identidem Scaligeri ele-  
ganti sententia) ut longo labore defetisci credi debeat. Cedo mihi um-  
bram rationis, quæ demonstret majorem humani corporis post quàm ante

diluvium imbecillitatem. Nam quoad μακροβιότητα Patriarcharum, cujus nonnulli causam quærun in præstantia & salubritate fructuum terræ, illa nec post diluvium statim cessavit, nec procedente tempore per carnes, quas in cibi prioris subsidium vocare viro docto lubet, compensata est, nec ejus alia certior ratio inveniri potest quàm sola Dei voluntas sapientissima. Jam si de imbecillitate agatur corporis, an plantæ non suffecerint vel averruncandæ ei, vel corpori ab ea custodiendo, ut necessarium fuerit ex carnibus demum post diluvium remedium, quæri adhuc possit. Omni ævo celebris & ad sanitatem corporis protegendam maximè conducibilis habita est Platoniorum cœna, à qua tamen exulavère carnes. Et compertum est multos, qui vel superstitione, vel consilio vel necessitate carnibus abstinerunt, æquè validam ad senectam vitam suam produxisse quàm alios. Quid quòd ipse suprà adversarius statuit, ex esu carniùm morbos multos generari? Quomodo igitur verum est, in remedium imbecillitatis post diluvium demum concedi eas debuisse.

XXI. Secundum argumentum movi à sacrificiis Antediluvianorum. Sacrificia obtulisse Deo Antediluvianos constat exemplo Caini & Habelis. De Adamo etiam sacrificante conjecturas nonnullas prompsi. In sacrificiis autem perpetua hæc consuetudo fuit, ut residuæ carnes epulis *ἑσθίμους* consumerentur. Ac id quidem de veteri Testamento clarè docuit Paulus 1. Cor. ix. 13. *Ignoratis quòd ii, qui sacris operantur, ex sacrario edant? & qui altari adsident, altaris participes fiant?* Ac eundem morem obtinuisse non tantùm post, sed etiam ante datam legem, adeoque etiam retro diluvium, quæ ratio dubitare sinit? At secus visum Curcellæo, qui argumentum hoc solvere variis modis conatus est. Etenim 1. respondit, *malè consequentiam duci à seculis diluvium consecutus ad ea, quæ antecesserunt; cum mores perpetuis sint obnoxii vicissitudinibus, & quæ nunc atque hic observantur, olim & alibi fuisse incognita.* Hanc quidem observationem fateor esse admodum eruditam. Interim existimavi argumento meo eum non satisfacere, duabus potissimùm rationibus inductus. Prior, quia Apostolus in textu allegato non quid hoc vel illo tempore gestum sit, respicere videatur, sed ἵδ' ἐμεικτες καὶ πρέπον, quod justum & æquum fuit. Quippe sacerdos circa sacrificium variis modis occupabatur: jugulabat, excoriabat, secabat. Quod quia operosum fuit æquum fuisse, ut mercedem & operæ pretium sibi decerneret. Addo jam, si in sacrificiis Antediluvianorum sacerdos vel dominus victimæ partem non comedit victimæ, statuendum esse, quòd à sacrificiis illorum maximum mysterium abfuerit. Id quidem mysterium explicat nobis idem Paulus 1. Cor. x. 18. ubi Israëlitæ comed-

medentes victimas dicuntur facti κοινωνοὶ τῆ θυσιασθησῆς, *participes altaris*. Lex permittebat sacerdotibus comedere de victimis peccati & reatus, Lev. VII. 6. necnon de כֹּהֵנִים Eucharisticis sive *Pacificis*, Levit. VII. 31, 32, 33, 34. Reliquum comedebant offerentes, Levit. VII. 16. & x. 13, 14, 15. Sacerdos comedens victimas erat כֹּהֵן לֹכֵם הַיְדֵם אֶת־עֹלֹתֵי־פְעֻלָּתוֹ *ferens peccatum cætus ad expiandum eum*, Levit. x. 17. Hæc igitur ratio fuit comedentis victimam sacerdotis, ut pro fratribus suis constitutus apud Deum peccata populi sibi imputata quodammodo expiaret. Hoc autem facere aliter non potuit, quàm si veniret *in communionem altaris*, ut videlicet id, quod ipse adolebat, tanquam de substantia ejus sublatum reputaretur. Figuravit igitur Christum, qui peccata nostra portans corpus suum obtulit. Quod quis comedit, naturaliter in substantiam corporis convertit. Igitur ejus, quod corpori humano destinatum est nutriendo, oblatio & partim combustio, partim comestio, corporis sui traditionem in sacrificium aptissimè significat. Jam qui כֹּהֵן עִשְׂרִינְיָא, *σωτήριος*, pacifica offerrebat, ipsi quoque de victimis suis comedere soliti: nimirum, ut expiati per sacerdotem etiam ipsi in communionem venirent altaris; hoc est, certiores fierent de oblationis corporis sui in cultum rationalem acceptatione. Manifestum igitur est totum mysterium, ob quod & sacerdotes in victimis nonnullis etiam offerentes de victimis comederunt; obsignatio nimirum communionis cum altari, tanquam figura ejus naturæ in Christo, quæ dignitatem addidit oblationi ejus; & cum sacerdote ejusdem ut fratris Ecclesiæ peccata ferentis. Hoc quidem mysterium si ab Antediluvianorum sacrificiis abfuit, confidenter dixero, omnem illorum sacrificandi rationem fuisse admodum jejunam & quoad πνευματικὴν δόλωσιν sterilem. Nihilominus, quoad locum Apostoli I. Cor. IX. 13. viro docto dolet, oculo fugiente *Apostolum mihi esse inspectum*. Quid ita? *Apostolo*, inquit, *propositum esse probare, non inferiorem esse conditionem ministrorum Evangelis quam V. T. quævis videt. Ministris verò V. T. non κατὰ ἐπιεικὲς subsidia vitæ concessa fuisse; sed juxta expressum Dei mandatum, innuit idem Apostolus, manifestè respiciens legem Deut. XVIII. 1. ubi ita Deus præcepit ratione Levitarum: Ex igne absumendis Jehovæ & de possessione ejus comedunto. Quam legem non esse referendam ad jus naturale, sed merè positivam esse habendam, innuit ratio ibidem ad modum præfationis addita: Ne esto sacerdotibus Leviticis, toti tribui Leviticæ pars & possessio cum aliquo Israël. Quam legem considerans Franciscus Junius, responderet institutum ceremoniale fuisse. Nequaquam igitur urgeri potest circa tempus antediluvianum: quo cum non essent certi & definiti sacerdotes instituti, ita neque opus fuit, ut sacrifican-*

tes aliquas partes ex viclimis sibi reservarent. *ꝛ.* Apparebit nostrum adversarium etiam tum, quando non fugiente sed curiolo, sed intento & sagaci oculo Scripturâ inspicit, & videri vult solus ὀρθολογῶν, infeliciter tamen hæc sacra tractare. Primò propositum esse Apostolo in his verbis hoc solum probare, non inferiorem esse conditionem ministrorum Evangelii, quàm sacerdotum V. T. non quivis videt. Non vidit sanè D. Ambrosius oculatus aliàs interpres, qui per ἑργαζομένους τὰ ἱερά intelligit Gentilium hierophantas, quos vicitare ex sacrificiis æquè consuêsse ac ipsos Leviticos sacerdotes non est obscurum. Et qui Ambrosium sequeretur, eum ratio nec oculus fugeret. Etenim Paulo negotium est cum Corinthiis, qui cum Gentiles fuerint, & hæctenus quidem νόμοι ἐν Χριστῷ pueri in Christo, rectiùs Gentilium quàm Judæorum consuetudinem novoverunt. Atque sic omnino erit argumentum ex jure gentium & naturæ: quodd ipsa naturalis ratio hoc habeat, ut quis inde vivat ubi laborat. Sed esto sanè per utrosque & ἑργαζομένους τὰ ἱερά & πρεσβυτέρους τῶν Ἰουδαίων non alii intelliguntur quàm Levitici sacerdotes. Illis jure debebatur pro labore sua merces, cùm operarium mercede sua dignum esse Christus ipse pronuntiaverit, & ex eo pronuntiato Apostolus διαταγήν Κυρίου ordinationem Domini, ut qui Evangelium annunciant, ex eodem vivant, intulerit. Quæ autem æquior minúsque gravis ratio remunerandi sacerdotem inveniri potuit, quàm ut suo jure retineret residuas carnes, & in usum suum converteret? Quomodo idem Apostolus tanquam æquitati consentaneum allegat, ut qui vineam plantat ex fructu ejus comedat & qui gregem pascit ex lacte gregis comedat. Parùm verò refert, an antediluvium certi & definiti sacerdotes fuerint instituti necne; dum id constet, quod diffiteri nemo potest, ante diluvium sacrificatum esse. Quicumque igitur sacerdotem egit, is laboris sui pretium tulerit necessum est. Neque tamen cum viro docto categoricè asserere ausim, ante diluvium certos & definitos sacerdotes non fuisse. Si maximè Scripturæ silerent, tamen nihil asserendum esset categoricè, quia historia antediluviana admodum parcè est à Mose delineata, adeòque necessum est, ut multa scitu non planè necessaria præterieret. A diluvio ad legem usque fuerunt certi & definiti sacerdotes, qui כהנים vocantur, Exod. xix. 22. Quos fuisse כהנים primogenitos omnes fatentur Hebræi, & dubitare non sinit historia Patriarcharum. Si in breviori illo temporis intervallo nondum lata lege sacerdotes fuerunt ordinarii, cur definiti non potuerunt esse retro etiam diluvium, in intervallo plus quàm seculorum sedecim? Unde primi illi post diluvium Patriarchæ & primogeniti didicerunt, penes se esse officium Pontificis.

Pontificatus, si à perpetua traditione & usu etiam ab Antediluvianis repetito non manavit? Si non revelatio divina, certè ipsa ratio primos homines docuit, non alios rectè sibi illud munus arrogare quàm eos ipsos, ad quos ex conscientiae præscripto pertinuit curatio subjectarum sibi familiarum. Cainum quidem & Habelem sacrificia sua omnes ferè prisci Hebræi putant attulisse ad Adamum tanquam sacerdotem, idque colligunt ex eo, quod Genes. iv. 3, 4. de Caino & Habele dicitur, *הביא בנא adduxit*. Quò nisi ad parentem in locum sacrificio destinatum? Denique largiamur viro docto, nullam omnino æquitatis rationem respicere Apostolum, certè ipsa ratio mysterii superiùs explicati, quæ potissima fuit ritus sacrificandi pars, evincit, Deum qui author fuit Patriarchis sacrificandi, iisdem revelasse utilem illam & tantùm non necessariam ad plenitudinem significationis circumstantiam.

XXII. Ante legem cæremonialem morem hunc, de quo disceptamus, in sacrificiis usitatum fuisse, præcisè vir doctus inficiatur. Jam ut exempla obvia essent nulla, non idcirco ex sacrificiis primorum hominum tantum mysterium temerè foret eliminandum. Et constat cæteras ferè cæremonias ante legem à Patribus anticipatas non diverso ritu fuisse administratas ante quàm post legem. Deinde videtur eadem ratio fuisse carniæ ex sacrificiis decerpendarum, quæ fuit accipiendarum decimarum. Atqui decimas ante legem à sacerdotibus fuisse acceptas, puto extra controversiæ aleam positum esse. Maimonides quidem *T. Melakim*, cap. 9. scribit *ויצחק הבריש מעשר* *Isaacus instituit decimationem decimarum*. Sed meritò ipsi Abraham Ben David objicit exemplum Abrahami, qui Melchisede cho decimas dedit. Et sanè quicquid etiam de Abrahamo, qui à Melchisede cho *δεδεδωμένος decimatus est*, videatur aliis, ac nominatim Josepho Karo in Ceseph Misnah, eum Melchisede cho dedisse decimas *לאברהם מעשר* *non per legem aliquam decimandi*, sed quoniam honorarat eum Melchisedechus proferendo ei panem & vinum; non dubitandum tamen videtur, quin ab antiquiori consuetudine ritum hunc decimandi hauserit; adèoque ipse Deus aliquando Patribus hoc faciendum revelaverit. Tum non absurdè multi doctissimi sanè viri arbitrantur, fuisse anticipatam & in ipso Adamo primo sacerdote, qui ex primo sacrificio videtur retinuisse eas pelles, ex quibus Protoplastis Deus fecit tunicas, impletam illam legem Levit. viii. 8. ubi sacerdoti holocausti victimam offerenti decernitur *וי פלל*. At si ejusmodi beneficium in holocausti victima conformiter legi post longum tempus latè adiit sacerdos, quid vetat credere, etiam in reliquis sacrificiis, qualia *שלמים* pacifica, ritum legis, secundum quem re-

fiduæ carnes cedebant sacerdoti, custoditum esse? Præterea etiam Curcellæo opposui Patriarchæ Jacobi exemplum Genes. xxxi. 54. ubi sic legitur: וזבח יעקב זבח בהר וקרא לאחז לאכל לחם ואכרו לחם וילנו בהר *Et macellavit (obtulit) victimam Jacob in monte, & vocavit fratres suos ad comedendum panem.* Nolim quidem morosè hic contendere cum iis, qui hæc non de religioso & *βυσίμω* convivio, sed vulgari & *συνοδωτικῶ* accipiunt. Interim eos, quos inter etiam Calvinus est, qui de religioso interpretantur, non plane destituit ratio. Inprimis si æqua animi lance perpendas macellationem illam factam esse post fœdus Labanicum. At perpetuus fere in vetustis fœderibus ritus obtinuit, ut sacrificio intercedente rata firmâque haberentur. Consule sis Genes. xv. 8, 9, 10. Exod. xxiv. Jerem. xxxiv. 18, 19, 20. Unde ab eo ritu כריא succidendi, macellandi vocem כריא accessivit Grotius. Deinde ipsa phrasis זבח זבח videtur sacrificium, victimam arguere. Etsi enim vocem זבח generalem esse nemo ignoret, tamen quando cum *זבח* construitur, vix aliud significari potest quàm macellationem hostiæ, victimæ. Aliàs cur non potius dixisset Moyses, macellatum esse bovem, vitulum? Quoddam verò admissi sunt ad epulum illud Laban & cognati, factum videtur ob fœderis idæi religionem. Nam quoddam Chrylostomus censuit Labanum cum suis jam conversum fuisse, minimè recipiendum est. Quamvis autem pudendis erroribus Labanis familia jam esset infecta, nec vel Grassei vel Moncei Fridevaliani improbatæ sententiæ subscribam, statuentium, Teraphim Labanis, quas ille figuras Talismanicas vocat, fuisse divinitus permissas, & ejus generis, cujus etiam fuerunt Cherubim & Seraphim Templi; tamen ad eam impietatem & apertam crassamque idololatriam hæctenus delapsi nondum videntur, ut ad ejusmodi epulum ex sacrificio fœderis adstringendi gratia confecto (nam alia cæterorum fuit ratio) admitti non possent. Sed ut Jacobi exemplum in medio relinquam, quid videtur viro docto de Jethrone Madianitarum sacerdote? Is ante datam in monte Sinai legem Mosen in castris inviens obtulit holocausta & hostias: *veneruntque Abaron & omnes seniores Israël, ut panem cum eo comederent coram Domino, Exod. xviii. 12.* Non ignoro, eum tum Hebræis, tum Christianis nonnullis idololatricum sacerdotem censer. Cæterum proclive probatu esset, rem non ita habere. Et eo saltem tempore, quo sacrificia illa obtulit, veri Dei sacerdotem adgnitum esse satis arguit quoddam Aaron & cuncti cum eo Israëlitici seniores ad religiosam seu *βυσίμω* ejus mensam non solum promiserunt, sed etiam sacrificialis epuli participes sunt facti. Nec dubitari potest, quin eam consuetudinem haberit ab antiqua traditione, petita à sanctis Patriarchis; quæ quidem

tum

tum temporis, Gentilibus necdum finali Dei iudicio sub inobedientiam inclusis, passim adhuc in mundo sincera & incorrupta viguit. Quid quoddam communiter censetur ab Abrahamo ex Cethura oriundus? Quomodo etiam Demetrius Historicus apud Eusebium de Præparat. Euangelii, lib. ix. 4. ipsum quintum ab Abrahamo per Jexanem numerat.

XXIII. Ex Habelis sacrificio, quod factum narratur Genes. iv. 4. כבכרות צאנו וסחלבהו *ex primogenitis ovium, & ex pinguedinibus eorum*, conclusi carniū esum. Metaphoricè per adipem primogenitorum nonnulli intelligunt primogenita præstantissima, quomodo חלב תירוש חלב שכן *adepts olei, musti* per hypallagen notat oleum, mustum pinguisimum. Ego tamen cur à proprietate literæ recedamus, rationem nullam reperio. Quando constructur vox חלב cum re, cujus pinguedinem notat, pinguisimum significare potest. At hoc loco, ubi disjunguntur, durum est verba חלב וסחלבהו interpretari improprie de pinguisimis, non autem proprie de adipe, qualis in lege nominatum בקרבן *in sacrificio capræ* adoleri debet. Adde hic sermonem esse Mosi de sacrificio: in quo quid significet offerre *de adipe ovium*, iudicari debet ex stylo Mosi, quo in sacrificiis utitur. Unde non malè LXX. vertunt, ἀπὸ τῶν σπῆτων. Et autem σπῆς talis adeps, quæ fragilis est, & admota ad ignem non facillè liquefcit, & cum refrixit, denud concrefcit. Quod adipi ovis apprimè convenit. Sed ad summam rei, non multum refert, utro sensu hæc accipias. Si enim pinguisimas oves sacrificavit, nulla laus Habelis fuit nisi carniū esus fuit in usu. Nam differentia pinguium & gracilium quoad nullam est, si nec pingua nec gracilia ad esum destinare licet, adcoque hæc tænus in sacrificantem par gloria redundabit, se pingua seu gracilia adhibeat. Si adipem tantum sacrificavit ovium, itaque sacrificium tale oportet fuerit *ἐυχαιεσιάνον*, in quo more à sacerdotibus usitato reliquæ carnes ad convivium sunt repositæ. Multa hîc vir doctus obducit, quæ pleraque levia sunt, & recodæ crambes. Duo tamen, quæ imprimis jactantur, ad examen vocare lubet. 1. *quæ consequentia*, inquit, *si Abelus immolavit pinguioribus pecudes, graciliores servavit in victum? Potuit enim servasse eum in finem, ut ex illis lac & lanam perciperent, vel ut sacrificarent.* &c. Argumenti mei vis non attenditur. Sic equidem arbitrabar, Habeli non potuisse dari laudi, quod pinguisima gregis sui obtulit, si nullus omnino carniū usus obtinuit; quia absque carniū usu exigua est pinguium & gracilium possessori ac domino differentia. Certum est, voluisse Habeli sanctum tale quid in sacrificio suo Deo devovere, quod æstimatione, pretio, usu foret longè præstantissimum in suo grege. Atqui



qui pinguiſſimæ oves tale quid non fuerunt, ſi carniſum eſus planè fuit illicitus. Facigitur, lac & lanam ex cæteris percepſſe (eſſi nobis oſtendere debet vir doctus, qui ſuprà nobis excogitavit legem cibariam, omnem cibum diſparatum non expreſſum prohibentem, ubi conceſſum fuerit lacte veſci?) hic tamen uſus ad differentiam pinguium & gracilium parum facit: inprimis cùm etiam pinguium ſacrificatarum lanæ potuerint ſeponi: cùmque nec in holocaultis nec in cæteris victimis comburi pellis debuerit. Quod in uſu non eſt, non eſt ſacrificio idoneum. Quomodo nec Judæis fas fuit ſacrificare porcos, aliâque animantia, quæ ob interdictum expreſſum nefas fuit comedere. Fruſtra regerit, *ſacrificantes ex utilitate Deum non probaſſe, qua ſe mulctabant, ſed ex obſequio; quin potius ne viſiſimæ cederent damno eas offerentium, Deum voluiſſe ſuccurrere pauperibus ſpeciali ad hoc lata lege*, Levit. xii. 6, 8. Etenim non quaeritur hic, an Deus ſacrificantes probaverit obſequio, an ex utilitate, qua ſe in gratiam Dei mulctabant; eſſi hæc duo non oppoſita ſint ſed ſubordinata; ſed an Habeli pinguiſſima ſacrificanti potuerit id in laudem cedere, ſi nec pinguium nec gracilium ullus fuit ad victum uſus. Certum eſt, & prolixè prædicat Ambroſius, ſi de pinguiſſimis locutus eſt Moſes, commemoratum id eſſe propter gloriam Habelis, qui præter fidem in Chriſtum teſtificatus eſt luculento iſto ſpecimine pium & liberalem erga Deum fideliffimum Patrem adfectum. In caſu paupertatis Deus quidem pauperibus ſuccurrit, tenuioris & minùs pretioſioris ſacrificii offerendi facultate conceſſa. Nihil tamen iis offerre licuit, quin in uſu eſſet. Nec ſpecialis hæc lex quidquam ad rem facit. De ea enim re contendimus, an præſtantiffimum ſacrificium quoad materiam externam non debeat eſſe res aliqua præſtantiffima, & quidem talis quæ in uſu hominum verſetur? Hic Rhodus, hic ſaltus! Rectè Porphyrius lib. 2. de abſtinentia animalium: *ὄλως δ' εἰδὲ τὸ θυσίας ἀπ' ἀρχῆς ἔχει ἀξίαν καὶ ἰσχυρασίαν, ὡν ἀρχὴ θεῶν ἔχουσαν εἰς τὰς χεῖρας, ἀλογώτατον ἀν εἶν αὐτοῦ ἀπεχομένου τῶν ἐμύλων, τοῖς θεοῖς τῶν ἀπάρχεσθ: ἢ τὸ πρὸ χεῖρας ἡμῶν οἱ θεοὶ: ἵνα τῶν αὐτῶν δεδῶνται, ἡμῶν, μὴ δεομένων: ἢ τὸ ὅτι οἱ ἀπαρχὰς δίδουσι, ἢ ἡμεῖς ἀπεχομεθα, τροφοῦς.* In ſumma, ſi ſacrificium ex iis, quæ à Diis in viſitæ uſus accipimus, aliquam habet à principio dignitatem & gratiam, valde alienum eſt à ratione putamus, ex animatiſ, quibus abſtinemus, Diis primitias ſolvere. Non enim Diſ ſunt nobis natura deſeriores, ut rebus indigeant, quibus carere poſſumus: neque honeſtum eſſet ex iis alimentis primitias ſolvere, quibus abſtinemus. 2. Probabile eſt, inquit, igne cœliſ delapſo victimas Abelis abſumptas fuiſſe. Quod ſi amiſeris, probabile eſt Abelis ſacrificium holocauſtum æquè fuiſſe ac Solomonis, de quo 2. Paralip.

VII. I. Cúmque absolvisset Solomon orare, illico ignis descendens de cœlo absumpsit holocaustum & sacrificia. *q.* Habelis sacrificium visibili *ἔμπρησμον* inflammatum esse jam olim visum Hieronymo. Et ante Hieronymum Theodotion illud *ἔπευξε* reddidit *ἐπέξευσε*. Quibus ego quidem lubens secundas facio. Cumque idem *θελαιος* ignis etiam in Templo Solomonico sacrificia consumpsit, inde concludo, admodum similes ritus fuisse sacrificiorum veterum & legalium, quod hæctenus in meam rem est. Cæterùm V. D. ignoravit, ignem cœlestem non sola holocausta consumpsisse, sed quæcunque sacrificia altari illata. Ipse locus 2. Paralip. VII. 1. quem calamo at non animo subjecit adversarius, luculenter id probat. Etenim ignis ille cœlitus descendens *תאכל העולה והזבח* *consumpsit holocausta & victimas*. Sic in prima etiam Aharonica oblatione descendens cœlitus ignis consumpsit non tantùm *העולה* *holocausta*, sed etiam *החלב* *adipes*, Levit. IX. 24. Atqui sacrificium *חלב* *adipum* non fuit strictè dictum *הולה* *holocaustum*, sed fuit *זבח שלמים* *sacrificium pacificum*, uti ex toto Levit. III. capite liquet. Vocatur quidem ejusdem capituli *ז*. 5. etiam pacificum sacrificium *הולה* *holocaustum*, sed in lata notione, quomodo quælibet victima in altare ascendens ut comburatur, rectè *הולה* *holocaustum*, quia tota illa victima cremata nuncupatur. Antea quàm de hujus argumenti vindictis decedo, lubet & illud monere de sacrificiis Antediluvianorum, non ex solo Caini & Habelis sacrificio judicium esse faciendum. Quin enim sacrificatum creberrimè sit, non licet ambigere. Pona mus igitur maximè, Habelis sacrificium holocaustum fuisse. An quisquam sustinebit asserere nulla usque ad diluvium fuisse sacrificia non holocausta, qualia fuerunt victimæ pacificæ? Nulla ratio est, cur potius vigere deberent holocaustum, *minchah*, quàm pacifica. Maximè si spectetur diversitas rationum quas in diversis sacrificiis reddere solent interpretes. Præterea cùm de sacrificio Habelis loquamur, meminerimus, eundem ut pastorem sacrificium ex ovibus obtulisse. Cui autem bono suscepta est ab Habeli ars pastoritia, si pecora mactare & comedere non licuit?

XXIV. Tertium argumentum sequitur, suppeditatum à *למנוח* *tunicis* consutis ex *pellibus*, Genes. III. 21. Ac eo exemplo Deus docuit, imposterum etiam homines eodem modo ex ferarum pellibus vestiri posse. Reliquæ igitur carnes videntur ad esum sejunctæ. Cur enim abjicerentur cùm essent creaturæ Dei bona non *ἀπόβλητοι*? Quod enim abjiciendas fuisse sciscit adversarius quia hæctenus nondum concessæ, est mera revolutio ad principium. Curcellæo quidem visum, potuisse fati suo defunctorum

exuvias adhiberi in usum vestium. Respondi, id Curcellæum asserere non probare. Tum indignum fuisse Deo & hominibus, ex *νεκρῶν* inducere vestes. Præterea cùm primæ vestes conficerentur, hæcenus vix ullum animal fato suo defunctum credi potest. Ad extremum tertius vel quartus dies ab origine animalium fluxit, cùm peccaret Adamus. Hæc nisi fallor modestè satis dicta. At Curcellæi Hyperaspistes indignationis atrox totus adversus me in fermento jacet. 1. *Per iniquitatem summam*, ita stomachatur, *Curcellæo objicitur deficiencia probationis: cùm hic ipse adversarius plura in toto hoc discursu assumat quàm aut probet aut probare possit. Homo Christianus maximè Theologiæ Orthodoxæ Professor & Doctor debet esse ἐμεικτός: hæc verò ipsa ἐμείκτια suadet, ne plus ab adversario sententiæ nostræ exigamus, quàm aut ipsi præstare possimus, aut à nobis exigi velimus.* R. Bone vir, in qua re judicas alterum, te ipsum condemnas, quia judicans facis idem. An cum Curcellæo ea iniquitate egi qua tu hæcenus mecum, & cum omnibus ferè doctis, erga quos eam tibi legem odii dixisse videris, ut nullius famæ parcere decrèris? *Εμείκτια* non tantùm Theologum professum, sed etiam confessum, qualem tu passim te jactas, quin omnem hominem probum decet. Quæ igitur summa iniquitas, quod flagitium est, cujus me alligaverim, dicens: Curcellæum assertionem suam non probâsse? vel calculum addere debui Curcellæo vel negare. Si prius, probare debuit, vel certè aliunde mihi ratio constare debuit. Si posterius, rationem debui reddere: nec aliam potui, quàm quòd assertionem non probaverit. De mea probatione te judicem non toleto, quia expertus sum, te non veritatis studio mea ad partes vocasse, sed quia adversum me tibi dentes livent. 2. *Nescio, cur pronuntietur indignum esse non minùs homine quàm Deo, ut homo vestiatur morticino animali: Ergo meus homo nunquam inducet vestes laneas, certus siquidem sit lanæ à vivis ovibus detonsæ, non minùs in Belgio & Germania quàm in Anglia & Scotia admisceri consuevisse lanam ovium fato suo defunctorum.* R. Tuus homo, quem tibi sumpstisti probrosis facetiis deludendum, locutus est de *tunicis pelliceis*, quibus nulla intervenit cura & industria hominum, quales illæ quibus Protoplastis Deus vestivit. Atque eas quidem ex morticino Deum Protoplastis aptâsse neminem hæcenus legi qui assereret, etsi variè in eo loco se torqueant Interpretes; & indignum videtur eam ob causam, quia à morticinis, hoc est animalibus solo defectu naturæ nulla externa vi defunctis natura nostra abhorret. Notum est illud Pythagoræ, cujus meminit Laërtius *Ἐπιπορευόντων ἀπέχεσθαι, abstinendum esse à morticinis.* An procedente tempore conficiendis primorum hominum vestimentis intercesserit diligentior cura, ita ut lanarum vellera

vellera ad molliorem habitum variis artibus præpararentur; an potius vestium pellicearum modus sit retentus; quomodo etiam cultioribus seculis severioris & sanctioris vitæ homines tum apud Romanos milites & ex disciplina Pelasgi vetustioris Græci, ac hodiè que in Italia tenuioris fortunæ pulli in primis pastores sub *pellibus*, utar verbis Taciti, *durant*; nemo nos docere poterit. Et qualiscunque vestitus obtinuerit, ejus materiam non desumptam esse nisi ex animalibus *κεκριμαίσις* fato suo defunctis, ne mihi nec cuiquam prudentiori persuaserit hic Curcellæi Hyperaspistes. Nam mortalitas nostra non est ut repræsentetur à pellibus morticinorum corpori nostro adaptatis: cum tot alia remedia illius adumbrandæ & altius infingendæ superfint. 3. *Attendatur*, inquit, *locus* Apostoli Hebr. xi. 37. *περιήλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑπερέμμενοι*, defecti oberrârunt cum ovillis & caprinis pellibus. *Quibus verbis non obscure innuit, quosdam ex Dei filiis per desertum & silvas oberrâsse & ovillis & caprinis pellibus fortuito ibi inventis atque derelictis à feris, quæ oves quidem & capras non verò pellium excuvias comedere solent. Quare & Josephi fratres patri suo miserunt tunicam versicoloream hirci sanguine tinctam, quâ visa ita secum Jacob à filiis suis circumventis: Tunica filii mei est, bestia mala devoravit eum: omnino discerptus est Joseph. & Apostolus quos intellexerit per περιεβρόντας ἐν μηλωταῖς docet historia vetustior. Elias 2. Reg. i. 8. vocatur ἄψ ὡς LXX. δασύς: V. V. pilosus, quia pilosam vestem indutus. Quamobrem illius pallium ἡρῆα vocatur à LXX. μηλωτή, 1. Reg. xix. 13. Probabile est, non defuisse etiam alios Prophetas, qui singulari ejusmodi habitu, qui austeritatem vitæ præ se fert, ab omnibus vitæ hujus illecebris & oblectamentis procul remotæ, se à cæteris hominibus discernent. Etiam Johannes Baptista indutus legitur ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφύν αὐτοῦ, Matth. iii. 4. Hos autem ac ejusmodi similes ascetas vel casu hinc inde palantes vestitos fuisse pellibus fortuito inventis & à feris derelictis, pro certo asseri non potest. Sed largiar utraque vola, omnia hæc vera esse & aliter habere non posse; nulla tamen connexio est inter ejusmodi casus, qui ob intervenientem necessitatem legi non sunt obnoxii, & inter tot millia hominum, qui vixerunt in tractu sedecim seculorum, & ad similem necessitatem non sunt adacti, quos proinde omnes exuviis animantium fato defunctorum vestitos esse, necdum mihi fit probabile.*

XXV. Nunc ad argumenti quarti vindicias procedimus, quod nestendum mihi putavi ex discrimine ἡν ἄψ ἢ ἄψ ἡν ἄψ ἡν ἄψ *animantium mundorum & immundorum*, Genes. vii. 2, 3. Variæ sunt de hoc discrimine tum Hebræorum tum Christianorum opiniones, quas proinde non omisi

ad limam revocare. Mihi quidem visum, munda animantia Mofi appellata, quorum creber & quotidianus usus in alimento, ac proinde etiam in sacrificiis, quippe quorum materies ex usitato alimento erat; immunda contra. A qua sententia non planè diversus abit Hugo Grotius in Annotationis ad librum 5. de veritate Religionis Christianæ, cujus verba lubet adscribere: *Obstare videtur mentio animalium mundorum & immundorum in diluvii historia. Sed aut id κατὰ πρόληψιν dictum est ad eos quibus nota lex: aut immunda intelligi debent ea, quæ hominum victus naturaliter defugit; quæ profana dixit Tacitus Histor. lib. vi. nisi malis munda accipere, quæ herbis aluntur, immunda quæ aliis pascuntur animantibus.* Ex quibus Grotium, qui in summa quæstionis discors est, non arduum esset secum ipso collidere. Cæterum viri eruditissimi discrimen illud non explicant nisi ratione sacrificiorum, quorum vestigiis etiam Curcellæus insistit. Ego inhæreo meo principio, ea tantum animantia fuisse ad sacrificium idonea, quæ in victu usitata, quod quidem Hyperaspistes Curcellæi necdum labefactare potuit. Cùm præcessisset revelatio, quæ Patriarchas docuit usum sacrificiorum, ipsa secuta ratio dictavit, potius ea esse sacrificanda animantia, quæ habemus pro optimis & præstantissimis, adeoque non tam ea, quæ in victu averfamur, quàm ea, quibus ad alimentum utimur. Et ratione utriusque hujus *ἁγίως* Moses munda vocavit animantia & immunda non *subiectivè* sed *affectivè* & quidem ex instituto ob causas tum naturales tum figurales. Hyperaspistes Curcellæi intactis plerisque iis, quæ Curcellæo opposui, unicum argumentum profert contra eam, quam jam posui, explicationem. *Quòd si ita foret, inquit, desinitè non constaret, quænam munda, quæ verò immunda animalia forent.* Chrysost. homil. 24. in Genesim: *Considera, inquit, quomodo in nonnullis locis ab aliquibus abstinent aliqui, ut immundis & non probatis, aliqui illis ipsis vescuntur, consuetudine se ad hoc inducente. Vel circa solam suillam carnem hoc patet, qua Judæos, ut abominabili abstinuisse gnarum quoque Tacito. Neque tamen physicè sus persinet sive ad ζωὴν ἀνδρα sive ad τὰ ἀνάσπαια cùm alimentum commodissimum homini conferat.* Et si apud diversas gentes non eadem animantia in victu sint usitata, tamen in una eademque gente fieri potest, ut eadem adhibeantur ad victum et si non ab omnibus, tamen à plerisque, adeoque hæcenus habeantur pro mundis. Potuit igitur Noè definitè cognoscere, quæ in familia Sethitarum, ex qua oriundus ipse fuit, potissimum in cibo pro mundis adhiberi consueverent, quæ contra. Deus sapientissimi Noachi judicio totum hoc negotium mundorum ab immundis separandorum reliquit. At cùm animantia illa dicta sint munda vel immunda tantum ex instituto &

æstima-

æstimatione hominum, respectu unius ejusdemque Noachi diversum aliquod judicium non potuit formari, adeoque non eadem censeri munda & immunda. Malè consuluit lectori Hyperaspistes Curcellæi, qui locum Chrysofolomi non integrum ei repræsentaverit. Nam is quidem ad hanc ipsam objectionem adversarii eruditè & planè ad mentem meam respondet: vel scientiam à Deo inditam Noacho fuisse hujus discriminis magistræ & doctricem; vel Deum quæ præceperat, eadem etiam manifestè scire fecisse. Non pigebit notabilem locum, qui extat homilia 24. in Genesin adscribere. *Operæ pretium fuerit, inquit, hoc loco inquirere, unde justus ille noverit, quæ animalia essent pura & quæ impura: nondum enim distinctio hæc facta erat, quam postea Moses in suis legibus statuit: unde ergo sciebat? non à se ipso & ab insita naturæ suæ doctrina? Nihil autem per se immundum est ex his quæ fecit Deus: quo pacto enim immundam vocemus creaturam ullam, cum omnis semel à Deo approbata sit? dicente Mose: vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona? Verum deinde natura à se ipsa hæc distinctio. Quod autem id sit verum considero, quemadmodum nonnullis locis quidam abstinent ab aliquibus ut immundis, alii verò illis ipsis vescuntur, tanta est vis consuetudinis apud homines in utramque partem. Sic etiam fuit tempore Noë. Ipsa verò scientia ei viro insita docebat eum, quæ essent ad cibum commoda, & quæ immunda: non quod talia per se essent, sed quia pro immundis habebantur. Qua de causa, discoro, asinum immundum censemus, ejusque esum avertamus, quamvis leguminibus pascatur: alia verò quadrupedia, licet rebus immundis pascantur, cibo tamen convenientia putamus? Itaque scientia à Deo nobis indita horum est magistra & doctrix. Posset autem & aliter dici, quia Deus quæ præceperat idem & scire ea manifestè fecit. Hactenus Chrysofolomus.*

XXV I. Ultimam restat argumentum inde repetitum, quod multiplicatis animalibus, si mactare ea nefas fuisset, periculum non exiguum ab eorum incurfione in ipsos homines, ubi alius cibus promptior non esset, & vastatione segetum imminuisset. Repoluit quidem Curcellæus, domestica animalia, si hominum cura desit non admodum multiplicari. Fugacia autem, si nemo persequatur, ne in iis quidem locis, ubi nemo illa persequitur, multiplicari. Atqui ob stare dixi legem in creatione latam: *Crescite & multiplicamini*; quod astutè dissimulavit adversarius. Et sanè, ut nulla vel domesticis cura accesserit, vel fugacibus persecutio imminuerit, in tot seculorum intervallo in immensum haud dubiè fuissent multiplicata, imprimis illa ferocia & rapacia, quibus imbecilliora in prædam cedere solent. Neque verò nullam curam animalibus educandis intercessisse statui potest. Nam Habel quidem fuit *pastor ovium*, Genes.

**IV. 3.** Et innocuum illud vitæ genus sanctos Patriarchas imitatos esse verisimile est. Jam de Jabale Moses Genes. IV. 20. הוא היה אבי ישבאל וסקנה  
*Is Pater fuit eorum, qui habitant in tentoriis & pecuariae.* Quod ipsum etiam intelligendum videtur conjunctim non divisim. Cum enim jam ante etiam Habel fuerit pastor ovium, non potest Jabal pecuariae parens statui. Hic sensus Mosis est, fuisse Jabalem auctorem & inventorem pascendi gregis pastoribus in tentoriis pellibus confectis degentibus, quæ ratio pascendi deinceps in Orientalibus regionibus passim à pastoribus, maxime ab Arabibus usurpata fuit. De qua re alibi egimus. Objicit Hyperapistes Curcellæi 1. *Juxta nostra principia at præter legem Dei in animalia grassati quoque fuerunt dubio procul illi, qui vocantur Nephilim: sed inde non licet argumentari à facto quorundam hominum ad jus eis à Deo concessum.* *æ.* Quid fecerint Nephilim non quæritur; sed an bestię multiplicatæ, si eas mactare piaculum esset, vel in homines vel in segetes non fuerint incuraturæ? Et an putandum sit, id cum providentia Dei erga humanum genus congruere, si facultatem præcideret rerum, quæ cum utilitatem hominiconferre possent, contra in præsentissimam ei noxam vertunt.

2. *Multa animalia non sanctificare nisi accedente hominum industria certissimum est, adeoque ea multiplicata quoque nullam aut saltem exiguam noxam inferre potuerunt filiis Dei, cum hi memores mandati divini præcaverint facile, ne multiplicarentur.* *æ.* Ubi illud mandatum Dei? Ubi præcavisse legis? Annon potius pastores fuerunt, pecuariam exercuerunt? An etiam præcavere potuerunt, ne ea quæ hominum educationi non subijci solent, saltem in tantam multitudinem non excreverent, quæ hominibus interitum minarentur? 3. *Pauca ex feris animalibus (de cervis, apris, leporibus patet) satis & segetis incommodare solent: atque timidiora & imbecilliora ex illis cedere solent in prædam robustiorum.* *æ.* Pauca illæ animantium multiplicatorum species ad homines juxta & segetes infestandos sufficere potuerunt. Ubi nemo est, qui feras ex cubilibus suis eliciat, proturbet, configat, quod periculum immineat, experientia docet, quam nemo aspernatur sapiens. 4. *Nec segeti semper à cervis & similibus animalibus, ubi quoque admodum multiplicata sunt, incommodum grande imminere poterat, quod mundus animalibus per partes & successivè complendus longè latèque pateret: simul animalibus abundè spatii superesset, in quod citra singularem hominum noxam excurrerent.* *æ.* Et si hominibus necdum latè diffusis totus orbis occupatus non fuerit, tamen extra periculi aleam, qui tum spirant homines & segetes non jacuissent, si bestias quod sustinere videtur adversarius, trucidare piaculare fuit. Quippe compertum est, animalia multa non

non solere oberrare in plagis mundi, quas homines non incolunt. Nam intenta ad pabulum eas potissimum silvas sectantur, quæ si non vicinæ locis cultis, saltem ab iis non planè sunt remotæ. Duplex est potissimum genus animalium, quæ ex victu sapienter ita distinxit Aristoteles Polit. l. 1. 5. Alia sunt ἀγελῆαι, gregalia, quæ animantibus non vescuntur, sed frugibus, & necessum habent gregatim incedere, ut agmine factò carnivoris animalibus terrori sint, ne ab iis invadantur. Alia sunt σπερδινα, solivaga, carnivora omnia, quæ solitaria vagantur, quia si gregatim incederent, primum caperentur facilius, deinde non suppeteret illis quod quærunt alimentum. Gregalia, quia natura suapte delectantur frugibus, loca cultiora appetunt magis, quàm deserta & arida. Cætera cum nata sint in perniciem gregalium, eadem loca sectari habent necessum, in quibus prædam habeant facilem & expositam.

XXVII. Nunc igitur vir doctus lauream sumit his verbis: *Et hæc quidem dicta sunt non tam pro vindictis Curcellæi, quàm ad argumenta, quæ vulgo solent ut Gorgones ostentari. Curcellæi adversarius verborum licet abundè profuderit, parum tamen roboris & nervorum iis conciliare quivis. Quæ argumenta pro esu carniùm à Curcellæi instantiis ego in loco modestè vindicavi, pleraque sunt Calvinii, Paræi, Riveti, Bocharti, eminentissimorum inter Orthodoxos Theologorum. Quod illi ea argumenta, ut Gorgones ostentaverint, non animadverti. Ab ejusmodi factu & impotentia animi illorum abhorruisse mores constat satis superque. Neque ego ea argumenta ostentavi ut Gorgonea. Quippe problema hoc esse difficile & ambiguum, ut verè Paræus & Bonfrerius vocant, & quod disceptari in utramque partem argumentis probabilibus, qualia fere in ejusmodi quæstionibus depromuntur debeat, confiteor. Adeoque à terribili Gorgonum crudelitate proferenda longissimè abfui. De cætero penes bonos & sapientes viros, in quorum communi theatro & comitio uterque versamur, judicium erit, utrius rationes præpollent. Vir doctus nisi certiora attulerit, & in primis illam suam ἀδολειαν ac quæsitissima sophismata omiserit, sua uti confido autoritate nemini imponet sedentariam necessitatem assentiendi.*




EXERCITATIO XVI  
DE  
LINGUA ET LITERIS  
PATRIARCHARUM.

Breviarum.

*Institutum auctoris. 1. Homini sermonem naturalem esse. 2. Verba non significare naturaliter probatur, & arguitur Socrates ac Pythagoræi. 3. Adamus unde verborum suorum, quæ protulit, copiam habuerit? Sententia Hebræorum, qui Adami linguam immediate à Deo creatam asserunt. 4. Sententiam illam nec ridiculam nec blasphemam esse, ostenditur contra Gregorium Nyssenum. 5. Eiusdem Nysseni rationes, quòd Deus nullius linguæ auctor esse possit, ventilatæ. 6. 7. Quo sensu linguam primò à Deo profectam, dici possit? Nec radices omnes, nec literas omnes immediate à Deo creatas esse ostenditur quatuor argumentis. 8. Hebræorum objectiones diluuntur. 9. Linguam primam, qua usus Adamus est, communem fuisse usque ad dispersionem gentium, unicamque illam obtinuisse asseritur. Chrysostomus vindicatus à nota hæreseus, quam ei Philastrius adpersit. 10. Qualis fuerit lingua Adami & sequentium Patriarcharum usque ad dispersionem, inquiritur. Sententia Grotii, & Cluverii rejicitur. 11. Goropii Becani Βεκαροίθηνα quo censu habenda. 12. Maronitæ, & Theodoretus in ordinem redacti, statuentes, linguam primam Syriacam fuisse. 12. Sententia Hebræorum & Christianorum plerorumque, linguam primam Hebræicam fuisse asserentium, propugnatur. 13. Argumentum primum ex etymologiis nominum propriorum ad dispersionem usque gentium*

gentium à Grotii instantiis vindicatur. Moses an nomen suum mutaverit? 14. Argumentum secundum à proprietate linguæ Hebræicæ rerum naturam clarè exprimentis, quæ probatur à nominibus tum animalium, tum hominum. 15. Arg. tertium ex historia confusiois labii, & dispersionis gentium. 16. Arg. quartum, quia omnes Orientales linguæ ab Hebræa manârunt. 17. Arg. quintum, quia linguæ omnes tum in Oriente tum in Occidente Hebræicæ linguæ reliquias & vestigia retinent. Harmonia linguæ Hebræicæ, Græcæ, Latinæ brevi specimine demonstrata. Lingua Scythica, Britannica, Saxonica, Cimbriica unde progenitæ? 18. Kimchii institutum, Hebræicas voces obsoletas ex Arabica, Græca, &c. lingua restituentis. 19. Arg. sextum à characteribus linguæ Hebræicæ. Arg. septimum, quia sanctissimi ea usi in rebus sacris describendis. Arg. octavum à testimoniis. 20. Argumenta contraria proponuntur. 21. Arg. primum Grotii, quod lingua Hebræa ab advenis ex Chaldæa vel Hebero inventa sit, solvitur. 22. Hebræi ab Hebero an ab advenis dicti? Ab Hebero dictos ostenditur. 23. Locus Genes. x. 21. à Jarchii exceptione liberatus. 24. Hebræos non commodè à transitu ex Chaldæa denominari. 25. Erpenii sententia, quod Abraham & posterii à Cananæis linguam Hebræicam didicerint, refellitur. Fulleri ἀμείλια ἡς ἀνδραγῆς. 26. Solvuntur argumenta Theodoretii, quibus Hebræos dictos contendit à transitu. 27. Erpenii rationes, quibus idem probare satagit, discutiuntur. 28. Arg. secundum Cluverii contra linguæ Hebræicæ primam antiquitatem proponitur. 29. Idem consutatur. 30. Voces quædam Harmonicæ ad linguam Hebræam reducuntur. 31. Arg. tertium Theodoretii oppugnatur. 32. Arg. quartum refellitur. 33. Patriarchæ quibus literis usi? Phinius & Kabbalistæ notati. 34. Adamo inventionis literarum gloriam deberi. 35. In eo consensus quorundam veterum. 36. Rejectis supposititiis Adami scriptis & Berosi Anniani autoritate, probatur, Adamo usum fuisse literarum, tum ex ratione, tum ex scriptura Sethitarum. 37. Enoch scripta Pseudepigrapha. 38. Literas ab Abrahamo in Cananæam tralatas, à Cananæis seu Phœniciis manâsse ad Græcos.

*Suidas & Eupolemus notati. 39. Plinius, Hefychius, Mela, Curtius reprehensi, qui Phœnices pro authoribus literarum habent: 40. Anquiritur quales fuerint Patriarcharum literæ? Alphabetum Adamicum, Sethitarum, Henochicum Theſei, Angeli de Roccha, Hephurni redarguitur. 41. Literas Patriarcharum fuiſſe eaſdem quibus etiam lex à Moſe ſcripta. 42. Legem, & Prophetas primitus ſcriptos eſſe charactere quadrato. R. Joſe & Mar Sutræ testimoniis reſpondetur. Diſtinctio characteris ſacri & profani. 43. Patriarcharum characteres non fuiſſe Samaritanos ſeu Phœnicios, quin potiùs Phœnicios & Chaldæos olim ex quadratis literis corruptis ſuum formâſſe probatur. 44.*

I.  Umin rebus Patriarcharum Antediluvianorum enucleandis hætenus verſemur, viſum eſt operæ pretium, ut de eorundem necnon reliquorum Patriarcharum uſque ad legem idiomate, quantum neceſſum erit ad rei illius non utilem minùs quàm liberalem cognitionem, diſſeramus. Præiverunt nobis in ea quæſtione viri *πρωτῶν ἀνιſτάτοι ἀλλων*, qui de Antiquitate, origine Linguarum, Hebræicæ imprimis vetuſtate eruditiffimas lucubrationes jam pridem protulerunt. Lubet autem totam hanc cauſam paulò altiùs repetere.

II. Sermonem hominibus omnibus naturalem eſſe, arguit corporis ipſius humani ſtructura, organa nimirum à Deo creatore ſapienter corpori aptata, quorum palmarius uſus eſt in loquela conſpicuus. Arguit non minùs appetitus naturalis *πιλιείας* & ſocietatis humanæ. Probavit efficaciffimis argumentis Philoſophus Politic. lib. 1. cap. 1. 2. hominem eſſe naturà *ζῶον πολιτικόν*, *animal civile*, & ſociabile. Atqui ſi natura indidit homini ſocietatis ejuſdemque *λογικῆς* deſiderium, non potuit non eadem loquendi facultatem homini impartire; quippe ſine qua ſocietas eſt nulla. Eſt enim opus naturæ ſapientis intelligentiæ opus, & uti ſcitè appellat Scaliger, *ipſius Dei genius*. Non poteſt autem ſapienter concedi beneficium, quod propter defectum aliùs beneficii reddatur otioſum planè & infrugiferum. Atque hinc eſt, quod verba Genef. 11. 17. *וְהָיָה לְרוּחַ אֱלֹהִים* *Et factus eſt homo in animam viventem*, Paraphraſtes Chaldæus Onkeloſus tranſtulit: *וְהָיָה בְּאָדָם לְרוּחַ כַּמְלֵלָא* *Et fuit in Adamo ſpiritus loquens*. Perinde enim eſſe videtur, ſive vivendi ſive loquendi facultatem impertitam homini dicas, quia vitæ naturale & proprium opus eſt loqui.

Onke-

Onkelosum hinc etiam Jonathan Uzielides sequitur, ita *ἡ ψυχή ἐστὶν*  
 וְרוּחַ נְשָׁמָה בְּנֶפֶשׁ דְּאָרָם לְרוּחַ מַמְלֵא *Et fuit anima in corpore hominis in spiritum*  
*loquentem.* Cui paraphrasi favet, quod Hebræi animalem rationem defi-  
 niunt per רעה & רבוך *notitiam & loquelam.* Unde anima rationalis iis sim-  
 pliciter vocatur רַב־נֶפֶשׁ הַמְּדַבֵּר *anima loquens.* Quomodo etiam apud Arabes  
 anima rationalis definitur أَلْفَاظٌ أَلْبَابَةٌ *anima loquens,* à נִבְנָה *articulata*  
*voce aliquid proferre.* Vide sis Abrahamum Ecchellensem Maronitam è  
 Libano in *Speculo mundi.*

III. Naturalis autem illa loquendi facultas in eo consistit, quod ho-  
 mines, supposita illorum societate & multiplicatione, potentiam habent  
*ἡ συνθήκη* seu ex pacto res jam extantes congruis nominibus insigniendi,  
 nomina illa post usum rationis, consuetudinem & exercitium viridi me-  
 moria constanter conservandi, atque sic suos de rebus conceptus natura  
 implicitos invicem evolventi & explicandi. Ex quo statim liquet, etsi  
 homines potentiam habeant sibi mutuo animi sui notionem per verba ceu  
*ἀγγέλιος* quosdam νοημάτων expromendi, tamen ipsa verba non significare  
 naturaliter, hoc est, per connexionem aliquam naturalem seu similitudi-  
 nem verborum cum rebus; sed inveniri ex pacto & placito, vel certè  
 per institutionem & consuetudinem addisci. Neque quidquam absurdum  
 est opinione Socratis, Cratyli, Pythagoraorum, quam exponit Ammo-  
 nius, statuentium, verbis proprietatem quandam inesse, spiritum v. g.  
 vehementiorem, vel leniorem, & si quid aliud; per quam naturaliter  
 rem hanc vel illam designent. Quos quidem rationibus non contemnen-  
 dis convicit Philosophus περὶ ἑρμηνείας, c. 1 & 2.

IV. Interim cum Adamus primus Patriarcha sub exordium mundi lo-  
 qui inceperit, necdum vigente humana societate, adeoque præceptore,  
 parente, denique homine nullo verba præeunte, & institutionis faciem  
 adlucente, dici non potest, verba ea, quibus in exprimendis rebus usus  
 est, vel introducta esse *ἡ συνθήκη* societatis humanæ, vel jam extantia &  
 usitata per industriam, institutionem alienam, exercitationem acquisita  
 esse. Itaque de Adami idiomate offert se nobis quæstio: *Unde lingua, &*  
*verborum suorum, quæ partim cum Deo, partim cum Eva commutavit, qui-*  
*busque rerum proprietatem expressit, copiam habuerit?* Sententiarum divortia  
 retulit magnus noster Buxtorfius in peculiari dissertatione, thesi 9. 10. &c.  
 Sunt inter Hebræos, qui המבין *natura,* sunt qui הסכמה *consensus & insti-*  
*tuto;* sunt denique qui solius Dei arbitrio & speciali revelationi ac institu-  
 tionis linguam Adami acceptam referant. Singuli pro sententia sua spe-  
 ciosis rationibus pugnant. Et lubens hic patior quemque suo sensu abunde

dare, cum quæstio illa quocumque demum modo definita nihil fidei & pietati deroget. Video tamen plerosque in ultimam sententiam concedere, quæ statuit, primam linguam à Deo *formata & creatam*, ut loquitur Author Cosri, adeoque Adamo esse communicatam, vel *modo singulari ac speciali*, inspirando Adamo singula verba, voces modòsque loquendi, *לכל אותות ותקורות ותעניתים לכל דברים ולכל כשפשים* *Secundum omnes literas, puncta & accentus, item secundum omnia illorum verba & proprietates*, uti sentiunt R. Jehuda Hallevi, Muscatus, Ephodeus & alii; vel *modo communiori, ac universaliori*, quoad *שש* præcipua fundamenta & radices Lingux, uti Isaacus Abarbanel.

V. At insurgit in eam sententiam Gregorius Nyssæ Episcopus, disputans cum Eunomio lib. xii. ubi traducit tanquam absurdam *καταγέλασον αἶμα καὶ βλάσφημον, ridiculam, & blasphemam opinionem*, quæ Deum ullius lingux authorem facit. Atqui si dignum est Deo res qualescunque creare immediatè, cur indignum eodem est res illas nominibus idoneis ac imprimis naturam earum proximè repræsentantibus vestire? Si Deus ipse usurpat verba humana, & ea inspirat suis Prophetis, ita ut sancti Dei homines ab eo loquantur *φερόμενοι*, & Scriptura, prout verè docent Hebræi, loquitur nobiscum *בְּלִשָּׁן אֱדָם* *lingua humana*, quid causæ est, cur morosius Deum lingux alicujus authorem facere horreamus? Et quid sunt illi *διδασκαί πνεύματος ἁγίου λόγους*, de quibus Paulus 1. Cor. ii. 13. Etsi enim verba, quibus Spiritus S. mysterium fidei nostræ exprimit, ante specialem illam applicationem inter homines fuerint usitata, tamen eo modo applicata, quo Spiritus S. applicat ad sensum spiritualem, revera sunt divinæ sapientiæ opus.

VI. Sed iustremus paucis rationes Nysseni. Primò inquit, *ὁ ἐκ θεῶ λόγος θεός ἐστι*: *Sermo qui ex Deo est, Deus est*. At argumentatio hæc procedit *ἐκ τῶν ἐκ μέγας*. Neque enim ignoravit vir sanctus *λόγον* non semper esse notionem rei hypostaticæ, qualis est Christus, qui *ἐν ἀρχῇ* fuit *λόγος*. Quod Deus locutus est per Prophetas fuit *דבר* *verbum*, *λόγους* *sermo*, *λόγους τῷ θεῷ* *oracula Dei*, *דבר* *dictum*, quibus verbis Scriptura referta est. Neque tamen, hæc omnia fuerunt Deus hypostaticè sumtus. Qui excusiet libros N. T. comperiet, ferè soli Johanni Evangelistæ usitatum de Christo nomen illud *λόγους*, quod est profundissimi sensus & mysterii. Ubi ab illo discesserit, vix ultra duo loca occurrunt alia in eadem notione. Secundò objicit, multa esse in quacunque lingua *σημεῖα, καὶ ἀπειρη*, quorum authorem facere Deum proximè accedat ad blasphemiam. Non cogitavit Gregorius verba omnia esse *σημαντικά τῶν πραγμάτων*, *signa & symbola,*

rerum

retum, prout à nobis concipiuntur. Quia enim, uti sapienter Aristoteles Elench. Soph. lib. 1. res ipsas in disputationem adducere non possumus, nominibus pro rebus utimur tanquam signis. At res illas, quæ nobis turpes videntur, producere & vocare ut sint, an θεοπρεπείς Deo dignum non fuit? Atqui creavit is omnia, nec quidquam eorum, quæ existunt, existit non factum à Deo. Quid si Deo indignum est rebus talibus, quæ nobis obscenæ videntur, nomina imponere, annon indignius eo fuit, res illas creare? Quid quodd' sicut rebus nulla inest turpitudine, ita nec verbis ullis ea est propria & interna, sed tantum relativa & externa. Peccatori & natura sua proclivi ad patrandam turpia, turpe est verba illa sermone terere, quæ prolata cupiditatem malè affectam irritant. Denique cùm lingua illa, qua Adamus locutus est, fuerit Hebraïca, uti postea patebit, quis ignorat, quàm ea verecunda sit? quàm sapienter concepta? quàm modesta & prudenti circumspectione utatur in exprimendis iis rebus, quæ in aliis linguis ferè obscenè repræsentantur? Ut maximè hic impletum sit monitum illud Græcorum, ὁ σφὸς ἐνθυρήμων ἔστι.

VII. Tertio etiam vanitatem objicit Nyssenus: *Φλυαρία (αὐτὰ καὶ μαθησίτης Ἰσθαικὴ πεμπλὸ τῆς Ἐχριστιανῶν μεγαλοφουίας ἐκπεπωκῆα, τὸ εἶθαι τὸν μέγαν καὶ ὑψίστον, καὶ ὑπὲρ πᾶν ὀνομά τε καὶ νόημα θεόν, τῶν αἰσῶν ἕνα γραμματιστὴν τὰς τοιαύτας δὲ τῶν ὀνομαίων θεοσις διαλεπτουργῶνται καθ' ἑαυτῶν. Futilitas hæc & vanitas est Judaica à Christianæ doctrine sublimitate & excellentia multum deflexa, opinari Deum magnum illum, & excelsum, qui supra omne nomen & cogitationem est, sedere salem de trivio Grammatistam, verborum impositiones subtiliter excogitantem. Sed similis est hic κλευσμὸς illi, quo usi Epicurei apud Ciceronem Acad. quæst. II. 38. Dei vos Majestatem deducitis usque ad apum formicarumque perfectionem, ut etiam inter Deos Myrmecidas aliquis minorum opusculorum fabricator fuisse videatur. Dei potentia, bonitas, sapientia se profert non in iis tantum quæ nobis magna, sed etiam quæ parva & levidensia videntur. Etiam apud homines sæpe neglectu & μικρῶ negligi vel perire magna est notum. Non major est subtilitas in verborum varietate & partibus orationis, quàm quæ in auditu aut visu organici & naturali constructione conspicitur. Cujus tamen tantæ ac tam variæ subtilitatis consideratio etiam ipsos Ethnicos ad prædicandam Dei O. M. bonitatem excitavit. Neque hic necessum fuit Deum facere aliquem è trivio Grammatisten; non minùs quàm alutarium vel fartorem eum facimus, cùm Protoplastis tunicas fecit. Nulla Dei imperfectio, sudor, defatigatio, tædium, anxietas fuit, qualis in Grammatiste visitur. Nullius igitur momenti sunt rationes hæc tantum*

non fastidiosè à Nysseno declamatæ. Neque recta hæc via fuit, quâ se expeditet à vafanis argutiis Eunomii. Is ex verbis quæ Moses Deo ante creationem hominis tribuit, qualia sunt: *Fiat lux; appellavit lucem, tenebras, firmamentum, &c.* concludit verbis inesse æternam quandam & immutabilem naturam, & hoc impiis suis dogmatibus accommodat. Hic piè quidem & graviter Eunomio opponit Gregorius, Dei O. M. Majestatem non in eo consistere, ut verba fabricet & nomina rebus imponat, cum tantis operibus infinitæ suæ sapientiæ & potentiæ documenta dederit. At ubi ad argumentum, quo Eunomius usus erat, flecxit, nodum secat potiùs, quàm solvit, negans in universum, Deum ullius linguæ vel verborum authorem esse. Atqui eò ut procederet, si maximè veritati licitasset, necessum non fuit. Nam in verbis Mosis non sequitur, Deum illa verba, *Fiat lux, &c.* protulisse sermone aliquo enunciativo, apud res creatas sonante. Sed verbum Dei intelligitur *ἡνίκα δυνάμειος, verbum potentia*, Hebr. 1. 3. voluntatis, executionis. Et quia opera illa Deus produxit voluntate sua & potentia, idcirco ei Moses per metonymiam signi tribuit ea verba, quæ demum post creationem inventa sunt. Quanquam si cum Abenezra statuatur, Deum ipsum ante creatum Adamum hæc quinque cælum, terram, diem, noctem, maria, quibus addo Adamum insignivisse vocibus illis ארץ, ימים, ימים, ימים, ארץ, ארץ, ארץ, non inde rectè colligeretur cum Eunomio, inesse verbis æternam quandam & immutabilem naturam. Deus enim in tempore & ex mero beneplacito has voces eis rebus indidisset.

V III. Et si igitur nec ridiculum nec blasphemum sit, Deum facere authorem linguæ illius, qua usus est Adamus, quàmque conservâsse posteros mox dicemus, & parùm hic proficiant argumenta Nysseni; tamen nondum existimo ostensum esse & ad liquidum perductum, linguam primam immediatè creatam, & à Deo homini communicatam vel secundum radices, vel secundum omnes apices. Liceat hîc cum pace bona maximorum virorum *παρηγοράζεσθαι*. Agnosco igitur, primam linguam fuisse peculiare donum Dei, quatenus Deus Adamo impertiit *δύναμι πνευμάτων*, facultatem, quam liceret cum scriptura vocare *πνεύμα, καὶ σοφίαν*, qua unamquamque rem congruo nomine donaret. Quod profectò inæstimabile beneficium fuit, non debitum perfectioni naturæ ejus, sed *χάρισμα* quoddam, qualia videmus obtigisse credentibus Euangelio, & quidem *διάφορα*, 1. Cor. xii. 4, 8, 9, &c. Rom. xii. 6, 7, 8. Nempe Adamus creatus fuit solus extra societatem, cum nullius linguæ copia adhuc esset. Ut igitur & res omnes discernere facilius animo, & societatem futuram instruere posset, Deus ipsum singulari hoc munere maectavit, & sapientiam hanc rebus

rebus imponendi nomina naturam earum includentia indidit. At fide opere ipso, nempe lingua sive in radicibus sive in apicibus omnibus considerata sermo sit, ita omnino sentiendum existimo; Deum cum Adamo creato haud dubiè colloquium statim inivisse de sua potentia, & bonitate, & in eo colloquio verba multa expressisse, quæ Adam observaverit & retinuerit, ac inter ea imprimis numeranda ea, quibus Deus Genes. 1. appellavit cælum, terram, diem, noctem, firmamentum, luminaria, bestias, aves, Adamum, &c. Cæterùm Deum Adamo integram linguam vel in radicibus vel in singulis verbis & apicibus prævisse, & vel per internum aliquod lumen vel sensibili sono revelasse, quibus vocibus singulæ res ornandæ, quibus partibus instruenda oratio, quibus figuris vestienda, hoc demum fateor me cognoscere nondum posse. Etenim *primò* illa revelatio totius linguæ secundum omnia vel verba vel principia facta est vel externa aliqua ratione, puta sensibili sono; vel per internum lumen. Non *sensibilis sono*. Nullum enim ejusmodi externæ institutionis vestigium extat in historia Adami. Neque illius rei non contemnendæ sanè mentionem fuisset omisurus Moses. Addo vel simul hanc revelationem factam, vel successivè. Si simul, oportuisset eodem tempore listi Adamo omnia corpora, quæ nomine suo insignienda fuerunt. Quomodo enim absentia & hæcenus incognita corpora potuerunt distinctè nominibus suis signari? At omnia corpora Adamo adducta esse, nemo adfirmare aufit. Si successivè, debuit igitur revelatio quotidie augeri & continuari, ita, ut quolibet objecto antehac incognito ad manum succedente Dei institutio concurreret, & Adamo verba æqua rebus suggereret. Atqui ne hoc quidem quisquam asserere sustinuerit. Sic enim quotidie ad finem usque vitæ occurrentibus novis objectis Adamus divinam revelationem sollicitare debuisset. Non etiam facta videtur talis revelatio per *internum lumen*, distinctum videlicet à tali potentia, qua instructus rem quamvis obviam nomine novo, non ante memoriæ infixio signare potuit, quam nos concedimus. Etenim ejusmodi lumen quod singula verba vel radices linguæ clarè & distinctè insinuaverit & memoriæ ejus impresserit ante cognitionem *πειρατικὴν* seu experimentalem perfectam & consummatam non potuit Adamo communicari. Certum autem est Adamum statim atque natus est, rerum omnium experientiam non habuisse. Quomodo igitur rerum non visarum, non cognitarum, non compertarum, non discretarum verba per lumen ejusmodi in animo Adamo scribi & infigi potuerunt? *Secundò* Deus statim post creationem animantia terræ, & volucres cœli adduxit ad Adamum ויראוהו *ut videres, quomodo ea vocaturus esses*



effes שבו רוא חיה וכל אשר יקרא לו האדם וכש חיה רוא שבו *Es omne, quo vocavit Adam animam viventem, erat nomen ejus*, Genes. 11. 19. Ad Adamum igitur adduxit Deus animalia, ut ipse eis nomina imponeret. Hoc indicio est, illum suo iudicio divinitus sibi concessio nomina animalibus distribuisse. Atqui si Deus singula verba suggestisset Adamo, utique non Adamus sed Deus statueretur author illius *ὀνομαβεία*. Imprimis verba illa, *adduxit* לראות *ut videret, quomodo vocaturus ea esset*, clarissime arguunt, Deum non ante nomina animalium Adamo revelasse, sed potius humano more voluisse capere experimentum ejus sapientiae, quam ipsi largitus erat. Quid quæso Deus aliud *videre* concupivit? An spectare voluit nomina ipsi jam mandata ex penu memoriæ suæ recitantem? Vel an delectatus est ipsis nominibus prius à se inventis & Adamo suggestitis? Nihil horum dici potest. Agnoscunt Theologi in hac *ὀνομαβεία* sapientiam Adami summam. At si ante revelata ipsi fuere nomina, quæ tantum ex memoriæ suæ cubili expromeret, quis tantæ sapientiae locus fuit? Variè cum argumento hoc conflictantur Hebræi. Paucis R. Jehuda Muscatus in *Cofri* parte 2. ff. 72. ita respondet: ואל יקשה עלך מאמר הכתוב ויקרא האדם שמות וכו עים אמרט שהיא ברואה כי תשובת זה קלה מאד מאשר לא אמר הכתוב שקרא שמות רק אל חיה השוה ואל עני חש השכים אשר שמותם גם הם נגודו כימותה הלשון אשר התחיל לו מפי עלין כאמור

*Non est autem quodd existimes dictum illud Gen. 11. Et vocavit Adam nomina, &c. pugnare cum eo quod diximus, linguam fuisse creatam: Responso enim facillima est, quodd scriptura non dicat nisi de bestiis agri, & volucris cæli, quodd iis nomina indiderit, quæ ipsa tamen nomina & deducta, & derivata fuerunt ex fundamentis linguæ illius quæ in possessionem tradita fuit ex ore Dei, sicut dictum.* Sed responso illa non expedit rem. Cum enim non paucis animalibus, sed omnibus indiderit nomina, & nominum illorum author fuerit Adamus, quomodo integram linguam accepit ab Adamo, & quidem ut idem ille Rabbini asserit modo singulari secundum omnia puncta & apices? Nec sufficit dicere, nomina illa deducta esse ex fundamentis linguæ antea Adamo in possessionem traditæ, quia traditio illa nondum probata est. Paucas horas vivendo implevit Adamus, cum nomina animalibus imponeret; intra quas utut probabile est, Deum cum Adamo collocutum esse, tamen thesaurum totius linguæ, nondum collectis experimentis rerum, per revelationem accipere non potuisset. Denique si Deus jam ante Adamo revelavit principia *γλωττικά* seu radices primæ linguæ, quid causæ est, cur ipse non imposuerit nomina animalibus, cum æquè arduum sit hæc invenire, quàm illas? *Tertio* Adamus, non Deus, mulieri primæ invenit, & imposuit nomen איש *Ischa*, Genes. 11. 23. חיה

*Eva,*

*Eva*, Genes. III. 20. Ita nomina propria & diacritica procedente tempore filii imposuere parentes, uti historia sacra docet. Et quis statuere aulit, omnes radices primæ linguæ ab Adamo humanum genus edoctas esse, ita ut ab aliis ipso vel superstitite vel mortuo nulla omnino vox innotesceret? Qui hoc affirmaverit, persuasus etiam sit oportet, omnia, quæ in prima lingua nomen sortita sunt, superstitite adhuc Adamo innotuisse, & nihil omnino novi etiam ex rebus abditis postea inventum & in lucem protrusum esse. Nam si qua res demum post mortem Adami inventa est, apparet illam insigniri debuisse novo & inusitato hactenus nomine. *Quarid* nulla ratio est, cur Deus omnium vocum immediatus author statui debeat. Vel enim id necessum est, quia arduum nimis humanis viribus linguam condere, & rebus nomina imponere; vel quia prima illa lingua tam præstantis fuit, & plena mysterii, ut non potuerit non à Deo proficisci. At neutrum hæc obtinet. Si enim linguam condere humanarum virium non est, sequetur, omnium linguarum authorem immediatum Deum statui oportere. Et præstantissimam fuisse primam linguam ac verè sanctam lubens fateor. Verùm à præstantissimo etiam mortalium profecta, qui *ἡλπίθη ἰναὺς ἄνθρωπος*, misericordiam consecutus est ut fideliter & sapienter linguam hanc humano generi communicaret. Velim etiam hæc ad animum revocari primæ linguæ præstantiam, & sanctitatem non in eo consistere, quòd illi contendunt à Deo profectam immediatè, ex principiis nempe seu radicibus linguæ. Præstantia, vis & emphasis linguæ tota est in vocibus quæ derivantur à radicibus. Radix primaria spectata in prima impositione simpliciter rem significat, sicut in omnibus aliis linguis, nulla omnino cum emphasis, vel insolita efficacia. At radix adhibita ad significandas res similes, & quæ à primaria radice derivantur, & ad significationem rerum similium transferuntur, demum insolitam vim, efficaciam & mysterium obtinere potest. Illa autem derivatio & formatio nominum ex primis principiis, uti saltem plerique Hebræi fatentur, non fuit immediatè profecta à Deo, sed inventa ab Adamo. Jam ponamus, duos, tresve homines in societatem coeuntes novum, & inusitatum idioma meditari. Illi mutua conspiratione quacunquē voce articulata uti possunt pro radice primaria rem, vel actionem aliquam ex pacto imposteriorum significatura. Quod autem facere possent pauci illi homines, quidni etiam singulari ejusmodi charismate instructus, & simul armatus potestate patria ad obligandam placitis suis posteritatem facere potuit?

IX. Neque verò etiam rationes, quibus linguam primam à Deo creatam probare contendunt, videntur omni exceptione majores. Ephodeus existimat,

existimat, requirere id perfectionem primi hominis. Negat igitur, possibilem fuisse primi hominis perfectionem לֹא בְרִיכוֹת לִשׁוֹן nisi per usum linguæ. Ego verò ad perfectionem primi hominis fateor requisitam esse facultatem loquendi, & res omnes congruis nominibus insigniendi, atque eam facultatem, seu potius charisma, quin & usum linguæ seu vocum, quæcunque adlubitæ essent, etiam homini primo tribuo. Nego autem ad perfectionem primi hominis necessum fuisse, ut radices omnes, vel singulas dictiones exciperet à Deo revelante. Ita ad perfectionem primi hominis pertinuit cognitio rerum omnium, ac in primis intimæ earum naturæ, constitutionis & differentiæ, quarum notitia reddit sapientem. Neque tamen Deus Adamo specialiter revelavit naturam singulorum objectorum. Abundè erat, quod præditus esset naturali facultate diacritica naturæ rerum omnium. Aliâ ratione utitur Postellus lib. de orig. cap. 4. Sicut, inquit, rerum fides ex auditu est, sic locutio ex auditu est. Nunquam enim loqui posset homo, nisi ab alio prolata auditu accipiat, quum ab uno omnes ducamus originem, necessum est, ut primus parens cælitus sit edoctus de universarum rerum nomine. Cùm autem ante primum hominem nullus esset homo, qui voce exteriore loqueretur, necesse est, ut voce interiori omnia rerum conceperit vocabula. ¶ Locutio, sicut fides est ex auditu tum nimirum, cùm lingua extans & usitata in societate addiscitur. At cùm lingua nondum extat, sed invenienda demum, & depromenda est, non ex auditu est locutio, sed ex proprio ingenio & placito iudicii. Auditus enim vocum præsupponit existentiam vocum. Atqui cùm inveniuntur, & rebus aptantur, nondum existunt, quatenus sunt signa, & symbola rerum. Qui posteriorum temporum linguas invenerunt, non utique ex auditu, sed ex liberrimo arbitrio & pacto sunt locuti. Addo, si eo modo, quo fides est ex auditu, & lingua jam extans & trita discitur ex auditu, etiam primus homo linguam suam habuit ex auditu, debuisse præcedere externarum vocum sensibilem institutionem. Hoc autem absurdum est statuere. Sic enim Adamus nullum cum Deo colloquium potuisset sustinere, quin ei Deus singula verba responsionis præiret. Tum etiam nomina omnium animalium cis paucas illas horas, quas Adamus vivendo attigit, externo & sensibili sono percipi non potuerunt, si maximè totum tempus institutioni illi impensum fuisset. Porro loquela quædam seu vox interior, qua Deus vocabula rerum impertiret memoriæ Adami, non fuit necessaria, quia facultas intelligendi Adamo concreata & χάρισμα illud sufficiens fuit ad instruendum ejus sermonem. Allegatur etiam ab Hebræis cap. 1. Gene-  
*sews, in quo Deus ante creationem hominis lucem, tenebras, expansum, terram,*

terram, cælum, maria, nominibus suis appellavit. Verùm ratio hæc non ferit sententiam nostram, quippe quæ largitur, Deum vocabula quædam protulisse, quæ ab Adamo arrepta rebus hæserint. At à vocabulis illis, quæ disertè adnotavit Moses, non rectè conficitur, omnia verba, vel radices linguæ Adamo revelatas esse. Non desunt etiam, qui aliter hæc interpretentur. Quomodo Merfennus ex Augustino notat, Mosen de Deo ita locutum esse καὶ ἀνθρωποπάθειαν, quatenus Deus voluit hæc nomina rebus ab Adamo imponi, quibus uterentur posteri. Et Mercerus hæc per prolepsin dicta putat, ut dicatur Deus vocasse, quæ docuit postea hominem ita vocare. Sed nulla hîc urget necessitas, ut eò delabamur. Denique solet in subsidium vocari textus Ecclesiastici XVII. 4. ἔκταν δὲ τῶν αἰσίοις ἐδωρήσατο μετέζων, καὶ τὸν ἑβδόμον λόγον ἐρμηνείαν τῶν ἐνεργημάτων αὐτοῦ Sexto loco mentem quoque donavit dispersiens; & septimo sermonem interpretem operum ipsius. Ita Vatablus transtulit rectiùs longè quàm Vulgata. Non dicam hîc, probationem arcessi non ex libro authentico sed apocrypho. Certè nec obest nostræ sententiæ hic locus. Nam Deus donans homini non tantùm mentem, sed etiam facultatem mentis suæ notiones explicandi idoneo sermone, utique dici potest ei dedisse λόγον sermonem interpretem operum ipsius.

X. Nunc quæ fuerit illa prima lingua, qua in exordio statim mundi usus est Adam, investigandum fuerit. Postulo autem in antecessum mihi dari, linguam primam, quâ usus est Adam, fuisse communem omnium Patriarcharum, qui fuerunt retro diluvium, imò usque ad dispersionem gentium. Quod sic satis comprobari potest. Etenim Adam superstes non potest dici deposuisse linguam, qua primitus usus est. Extraxit autem vitam ultra novem secula. In eo spatio temporis cum Adamo & ex eo geniti vixerunt aliquot Patriarchæ, Sethus, Enos, Cainan, Malalcël, Jared, Henoch, Mathusaleh, Lamech. Hi omnes, quia fuerunt in familia una Adami, & cum Adamo quotidie locuti & conversati sunt, nec aliunde etiam linguam discere potuerunt, & eam saltem vernaculam habere debuerunt, quam cum lacte materno suxerunt; non potuerunt non unam linguam cum Adamo habere communem. Unus relinquitur Noë filius Lamechi, cum triga filiorum ejus. Atqui nec ille credi potest lingua alia locutus, quàm ea, quam à Lamecho & majoribus suis didicit. Neque sinit dubitare pietas ejus, quin linguam majorum suorum præstantissimam, sapientissimam, sanctissimam religiosè custodiverit, & posteritati etiam suæ inculcaverit. Præterquam quòd nulla ratio fuit vel inveniendæ linguæ novæ, vel imitandæ peregrinæ, quam ne quidem extitisse satis constat.

שמתחלה היו במקום : Non malè Maimonides More Nevoch. part. III. 50. ait : שמתחלה היו במקום אחד יצפה אחת היה לכלים כי כן ראוי להיות בני גוש אחד *Ab initio fuerunt in loco uno*  
*Et labium unum erat omnibus illis. Sic enim decebat, cum omnes essent filii viri unius.* Accedit, quòd ex Genes. XI. 1. ubi tota terra ante dispersionem gentium dicitur fuisse *labii unius, & verborum eorundem*, rectè collegerunt antiqui Patres, ante dispersionem Gentium in toto orbe viguisse unam linguam. Et Moses quidem ea intellexit non de sola unitate consilii & voluntatis, sed etiam de unitate idiomatis. Quod satis inde cognoscitur, quia Moses agens de dispersione Gentium nobis pandere voluit occasionem plurium linguarum in orbem inuestarum, & tempore Mosis usitatarum. Chrysostronus Homil. 30. in Genesin sic loquitur: Et erat omnis terra labii unius: non de terra loquens, sed de hominum genere, ut doceat nos, *unam linguam fuisse omnium hominum naturæ*. Hanc Chrysostroni sententiam, quæ & Augustini fuit, recto tamen nomine authoris, Philastrius Brixienfis Episcopus in catalogo hæresewn, cap. 106. ut hæreticam damnat, asserens, firmiter credendum esse, quod ante ædificationem Babel plures fuerint sermonum ac linguarum varietates. Quod autem Moses dicit, *fuisse terram labii unius*, ideo dictum putat, quia etiam plura essent genera linguarum, omnes tamen se invicem intelligebant: eratque omnibus lingua una & sermo idem, inquit, non secundum eundem usum vocabulorum, sed secundum eandem intelligentiam sensuum. At Alphonsus Castrensis lib. 8. adversus hæreses æquè liberalis in dispensando hæresium opprobrio, Chrysostronum, & Augustinum ab infamia hæresewn liberat, & ipsam Philastrii censuram hæreticam esse declarat. Cæterùm Philastrius imposuit locus Genes. cap. x. ubi filii Japeti, Chami & Semi narrantur *לשונות משפתם juxta familias & linguas suas*. Quæ verba, uti rectè Sixtus Senensis Biblioth. S. lib. v. Annot. 87. cum non animadverteret Philastrius esse per anticipationem dicta, putavit jam tunc plures existisse linguas, antequam Babel conderetur. Fuisse autem ante dispersionem Gentium unicam in orbe linguam, etiam Ethnici agnoscunt, ut ex Abydeni & Sibyllæ testimonio probat Bochartus Phal. lib. 1. cap. 15. Ex eodem textu; Genes. XI. 1. concludendum videtur, non tantum retro diluvium in familia Patriarcharum fuisse unam eandemque communem linguam, sed etiam extra familiam Patriarcharum in Kainitarum gente eandem illam linguam unam tritam, & communem fuisse. Et sanè Kainitarum nomina propria, quæ recitantur à Mose, ejusdem sunt linguæ, qua etiam Patriarchas usos esse postea manifestum faciemus.

XI. Qualis ergo fuerit illa lingua, qua usus est Adamus, & Patriarchæ ante dispersionem, non concors est omnium opinio. Summus vir Hugo Grotius Annor. ad Genes. xi. 1. cùm originem linguæ Hebraicæ retulisset ad עֵבֶר seu *advenas* à Chaldæa, Abrahamum, ejusque posteros Cananæam incolentes, ita subjungit: *Quare verius primævam linguam nullibi puram extare, sed reliquias ejus esse in linguis omnibus.* Ei adstipulatur celebris Geographus Philippus Cluverius in Germaniæ antiquæ descriptione lib. 1. cap. 8. pag. 59, 60. ubi animi sui sententiam his verbis proponit: *Equidem ego mecum ipse statuo, primam illam mortalium linguam nullibi apparere, neque apparituram, donec secundum ipsius Filii Dei Domini Jesu Christi verba, quæ Divus Johannes in Evangelio cap. x. 16. μία fuerit omnium Electorum μίμνη, εἰς μίμνην. Qua de re haud falsa prodiderunt Persarum sacerdotes, sive magi, Plutarcho libro de Isidevferente: instare mundo tempus, quo necessum sit deleri dæmonem: Terram verò unam fore vitam & civitatem beatorum & hominum una lingua utentium.* Adducit ibidem sententiam Lærtii à Theopompo in octavo Philippicarum ἀναβωίσιδες καὶ τῆς μάγους τῆς ἀνθρώπων καὶ ἰσοθυ ἀθανάτων, καὶ τὰ ὄνια ταῖς αὐτῶν ἐπικλήσεις διαμνηεῖν: Ubi ἐπικλήσεις de appellationibus seu nominibus rerum in memoriam hominum revocandis accipit. Sed rectius interpres Lærtii transtulit ἐπικλήσεις *preccationes*. Hoc voluerunt Magi, immortalium illorum hominum preccationibus omnia consistere. Jam primævam linguam totam secundum omnes radices & derivata puram existere, cum Grotio inficias ire non dubitaverim. At non contenendam ejus partem eam nimirum, qua descripti sunt Moses & Prophetæ, comparere puram, & illibatam, infra probabitur, ubi etiam Grotii, & Cluverii argumenta ad examen revocabimus.

XII. Nescio an de Goropii Becani viri judicii quidem mediocris duntaxat, sed magni ingenii, nec minoris doctrinæ quod de eo judicium G. J. Vossii paradoxo multa dicere expediat. Scripsit is Βεκεσιληνα, seu *Antverpienses origines*, quibus contendit, primam linguam, qua Adamus usus est, fuisse Germanicam, seu Dialectum ejus, quæ in inferioribus Germaniæ partibus ad Oceanum Germanicum, & mare Balticum, hoc est, Saxoniam, sive Brabantiam usitata est. Iis visis Scaliger mirabatur, esse, qui quicquid somniant, verum sibi esse persuadent. Goropium illum ferè rem egisse, non inducor ut credam; sed laudem ingenii sagacis adfectavit. Habuisse autem illum sua paradoxa pro meris neniis, & affanniis, probat præscriptio Βεκεσιληνων. Nam Βεκεσιληνος quidem significat Antiquarium, seu eum, qui remotis & parum compertis antiquitati-

bus infudat. Translatio facta est ex historia tum Psammetichi Ægyptiorum Regis, tum contentionis antiquæ inter Phrygas & Arcades, qui posteriores se *πρωσεληνης* jactabant. Nota autem est ex Herodoto Psammetichi historia exponentis infantes, qui omni institutione & consortio hominum diu destituti, cum ad eos servus à Rege missus ingrederetur, petierunt alta voce *βέκκος*, quod Phrygico idiomate *panem* notat. Hinc Rex conclusit, Phrygicum sermonem antiquissimum & naturalem esse. Sed ab illo significato si discesseris, docet Suidas, *βεκκεσέληνον* etiam significare *ἀπόπληκλον & ἀνοητέλιον*, *stupidum & dementissimum*, quia Phryges, & Arcades habebantur amentes & stupidi. Goropius igitur ambigua hac voce consulto delecta nos docuit, quo loco vel ipse habuerit, vel certe habere conveniat tales *περαπολογίας*.

XIII. Succedunt Maronitæ, qui Syram suam seu Chaldaicam primam Patriarcharum linguam, & cæterarum omnium matricem fuisse persuadere laborant. Iis concors Theodoretus quæst. 51. in Genesin pro ea sententia duo argumenta affert: quorum altero linguæ Syriacæ antiquitatem adstruit, altero Hebræicam impugnat. Posterius suo loco viderimus. Prius ita habet. *Ποία γλώσσα ἀρχαιότερα; Δηλοῖ τὰ ὀνόματα. Ἄδὰμ ᾧ καὶ Καῖν, καὶ Νῶε τὸ Σύρων ἴδια γλώττης. Ἄδαμα ᾧ τὸ ἐρωθεῖν καὶ ἐστὶ πῶς Σύροις καλεῖν. Ἄδαμ τίνυν ἢ ὁ γῆιν ἢ ὁ χοῖκός ἐρμηνεύεται. Καὶ Καῖν κτήσις. Τοῦτο δὲ Ἄδαμ ὑμῶν θεὸν εἶρηκεν. ἐκλήσαμην ἄνθρωπον Νῶε εἶθε. Καὶ Ἄβελ πένθος πῶτος ᾧ τὸ ὠφθῆ νεκρός, καὶ πῶτος πῶς γεννηθείσι προεξένησε πένθος. Καὶ Νῶε ἀνάπαυσις. Quæ lingua antiquissima fuit? Manifestum hoc faciunt nomina. Nam Adam, Kain, Noë sunt sanè nomina Syriacæ linguæ. Solent enim Syri Adamah vocare terram rusam. Adam itaque significat terrestrem, pulvereum. Kain est possessio. Hoc enim Adam celebrans Deum dixit: Possedis hominem per Deum. Abel verd est luctus. Primus enim is mortuus est, & primus parentibus luctum creavit. Noë autem significat cessationem. At hæc ratio, quam solam jactant Maronitæ, non magis Syriacæ, quàm Hebræicæ Linguæ antiquitatem arguit. Omnia enim hæc nomina Hebræicam radicem & originem agnoscunt. Et si aliis rationibus evinci possit, Hebræicum sermonem esse matrem, Syriacam vel Chaldaicam prolem, dialectum vel *ἡραφυσάδα*, liquebit sanè in tali de origine vocum contentione duarum linguarum, quæ eadem vocabula communia habet, potius pro matre quàm pro sobole pronuntiandum esse. Quid quodd perperam Theodoretus tam Syriacæ, quàm Hebræicæ linguæ ignarus *אבא* derivat ab *אבא*, cum potius invertendum hoc fuerit. Neque Syris *אבא* est homo, sed solis Hebræis. Non etiam Syris *κτῆσις* notatur*

notatur voce קן sed voce קין uti periti illius linguæ nõrunt. Errorem verò in voce הכל & חל alibi notamus. Porro largiamur, pleraque illa nomina propria esse tam in usu Syrorum quàm Hebraicorum; unum tamen nomen occurrit, quod nunquam Syri sibi vindicare poterunt. Nam de muliere ex costa sua formata ita Adamus Gen. 11. 23. יקרא אשה כי מאיש לקחה *vocabitur Ischa mulier, quia ex Isch viro sumta.* Hic Adamus originem ostendit illius vocis אשה Ischa quia nimirum מאיש ex viro sumpta est. Syri vel Chaldæi in sua lingua hanc allusionem non assequuntur. Eorum Paraphrastæ hîc pro אשה Ischa habent איתחא Ittha vel Itthetba, pro גבר אש Gevar vel בעל Baal; quia vox illa אש notionem viri apud illos planè est inaudita. Dicunt Chaldæi גברא vir sed non גברתא mulier; sed pro hoc usurpant אתא vel אתא. Pariter dicunt אתא vel אתא mulier sed non dicunt אתא vir.

XIV. Missis igitur Maronitis movebimus ad illos, qui primam illam Patriarcharum linguam sentiunt fuisse Hebræam, cujus magnam partem habemus in tabulis V. T. Mosis, & Prophetarum. In eam sententiam conspirant vota maximæ partis Hebræorum tum Christianorum. Hierosolymitanus Paraphrastes ad Genes. xi. 1. Ita inquit: והיו כל ורייא זאר ינא לישון חו וסכלל חו ונצא תוא ארום בלישון קורשא וו וסכללן רבר אתברי: *Et omnes incolæ terræ linguæ unius erant & sermonis unius, & consilii unius; quippe lingua sancta loquebantur qua est creatus mundus à principio.* Ubi per linguam sanctam intelligitur Hebræa. Nec aliter Jonathan Paraphrastes. Ita enim ad eundem locum: ורהו כל ארינא לישון חו וסכלל חו ונצא תוא ארום בלישון קורשא וו וסכללן רבר אתברי ביה ינלמא מן שריא: *Et fuit univèrsa terra linguæ unius & sermonis unius & consilii unius. Lingua sancta erant loquentes in qua creatus fuit mundus ab initio.* In Midrasch sive commentario legis Tanchuma sic legitur. *Confudit linguas ipsorum, ut non intelligeret ullus ipsorum linguam proximi sui,* שבלשון הראשון היו מוברים בלשון הקודש ובו בלשון, *Nam lingua primæva qua locuti sunt, fuit lingua sancta in qua eadem lingua creatus fuit mundus.* Quin & Kabbalistæ in Baal Hatturim ex vocibus Gen. xi. 1. ורייא per Gematriam collegerunt לישון הקודש *Linguam sanctam*, hoc est, Hebræam, quòd numeri utrinque sint pares. Tamen numerus vocum לישון הקודש excedit unitate. Sed unitatis in collectione per Gematriam, nulla habetur ratio, uti hic monet Bochartus. Rabbino consentientes plurimos citavit Buxtorfius. Et ab universis illis quatuor duntaxat excipit Guevara qui in alia omnia eunt. Inter Christianos tum veteres, tum recentiores plerique omnes eandem sententiam tuentur. Hieronymus Comment. in Sophon. Hebræam linguam appel-

lat



lat omnium linguarum matricem. August. de Civ. Dei xvi. 11. *Quia, inquit, in ejus (Heberi) familia remanet hæc lingua, divisus per alias linguas cæteris gentibus quæ lingua primæ humano generi non immerito creditur fuisse communis, idem deinceps Hebræa est nuncupata. Tunc enim opus erat eam distingui ab aliis linguis nomine proprio, sicut olim quoque vocatæ sunt nominibus propriis. Quando autem erat una nihil aliud quàm humana lingua aut humana locutio vocabatur, quæ sola universum genus humanum loquebatur.* Origenes in librum Numer. Homil. xi. consentientia scribit: *Manserit autem lingua per Adam primitus data, ut putamus, Hebræa, &c.* Recentiorum autem, qui eam sententiam pro sua amplexi sunt, numerus vix iniri potest. Videantur commentatores maximè tum Evangelici, tum Papistici in Gen. xi. 1. ut meritò R Gedaliah in Schalscheleth hakkabbalah de Christianis, ita prodiderit: חכמי האומות בקשו לדעת מה היה לשון הראשונה ולבסוף כולי עלמא סמוך לישון הקדוש *Sapientes Christianorum indagaverunt quænam fueris lingua prima: tandem totus mundus h. e. omnes confessi sunt, ab Adamo usque ad diluvium lingua sancta locutus esse.* Atque hanc quidem sententiam, uti à plerisque sapientibus recepta est, ita verissimam esse nullus ambigo. Rationibus enim certissimis confirmari potest: quas lubet per compendium recitare.

XV. Hebræica igitur lingua usos esse primos Patriarchas primò demonstratio ex etymologiis nominum, quotquot extant in historia Mosis, ab Adamo creato usque ad dispersionem gentium. אדם Adam primus homo dictus est, quia sumtus ex ארצה terra. Eva חוה quia כל חי mater omnium viventium. Cain dictus קין à קנה acquisivis. Paradiso nomen גן הבתים Edens seu voluptatis. Eden autem nomen proprium fuit terræ idemque Hebraicum. Terra נח exilii, quia in ea exulavit Kain. Scheth dictus שט quia Deus Evæ posuit semen alterum. Enoch à dedicatione, quia natus in dedicatione urbis, quam ædificavit Cain. Matthufale מתיאלה quia anno diluvii moriturum eum propheticè Spiritu cognovit parens. Noë dictus נו per allusionem, quia כיתחט, *quia consolabitur nos*, ut propheticè divinavit Lamech. Japhet dictus יפת quia dilatandus fuerat. Phaleg dictus פלג quia in diebus ejus נבטרו *divisa est terra.* Hoc argumentum meritò Abarbanel vocat demonstrationem necessariam. Grotio tamen non satisfacit hæc demonstratio. Excipit enim l. i. his verbis: *Nomina propria Adami, Evæ & cætera Hebræico sermone à Mose expressa Hebræorum causa eodem significatu, qui in primæva lingua fuerat. Sic Curtius milites quosdam ait à Persis vocatos immortales, aditum Ciliciæ ab incolis Pylas dici: qui singulis militum millibus præerant, eos vocatos à Persis Chiliarchos: congestias alias à Persis*

à Persis Susidas Pylas vocari: multique ejus generis passim apud Historicos occurrunt. In Africa Pithecusæ & Ampelusiæ nomina sunt in Græcum ex Punico translata, teste Diodoro libro xx. *Mela Lib. 1.* Sicquæ Aspis Græcis, Clupea Latinis. Athenæus lib. vi. Κελπί παρὰ τῶν ἑλλήνων καὶ μετὰ ἑαυτῶν καὶ πολυμῶντες συμβιωτῶν ἕς καλῆσι παρὰ τῶν γαλλῶν: id est, appellant eos Gallica voce, quæ Parasitos significat. Et nos Latine scribentes urbem Brabantie vocamus Silvam Ducis & Græci Interpretes sacrorum librorum locorum nomina haud pauca, Græcè ponunt, ut δρῶν ὑψηλῆν, βάλανον πίνους, πῆλιν χαμμαίων. Consentit Grotio Cluverius, qui l. 1. respondet nostro argumento; Hebræos post dispersionem nomina illa Lingua sua nuper orta interpretatos esse. Verùm responzionem hanc prævidit etiam doctissimus Abarbanel, & eidem abundè satisfecit comment. in Genesim fol. 28. Summa disertationis ejus huc redit. Nomina propria, quæ sunt particularia virorum, non transferri ex una Lingua in aliam, verùm in illa forma, quâ ea vocarunt in impositione prima, in ea ipsa forma ea accipere & relinquere cæteras linguas, quæ res gestas ipsorum transcribunt sinè ulla mutatione; Sicut videre sit ex nominibus Cæsarum & Philosophorum antiquorum. Sic S. Codices & alios libros Hebræorum translatos esse in linguas aliarum gentium; nequè tamen unquam mutata esse nomina Patriarcharum. Sic Onkelosum Paraphrastem Exod. 11. 10. reliquisse in paraphrasi intactam vocem מִן מַיִם mutasse tamen verba illa מִן מַיִם מִן מַיִם quia ex aquis extraxi eum, quibus Moses videbatur ad nomen suum proprium à Filia Pharonis impositum alludere. Non enim retinuit in paraphrasi vocem מִן מַיִם sed eam vertit מִן מַיִם cujus vocis cum nomine proprio nulla est affinitas. Quin legem ipsam, dum res peregrinas tangit, retinere nomina propria, qualia sunt Jethro, Reguel, Balak, Sichor, Og, Pharao, Potiphar, Zophnat Paneach, & similia. Et rationem hujus rei esse manifestam, quia existentia viri alicujus particularis in sua gente est propria non verò in alia. Et dum semper nomine suo proprio vocatur, quod primo ipsi fuit impositum, omnes illud audientes cujuscunque linguæ fuerint, statim scire, & agnoscere, quisnam sit ille, de quo sermo habetur. Hactenus Abarbanel. Quibus ex eo transcriptis pauca addam. Primò Grotium exempla illa exotica, quæ accumulavit, perperam comparare cum nominibus propriis Patriarcharum. Aliud est loqui de nominibus appellativis, vel etiam propriis regionum aut locorum; aliud de nominibus propriis virorum. Nomina appellativa hominum, qualia sunt *Immortales, Chiliarchi*, &c. nec non propria Regionum vel locorum, cujuscumodi illa *Pyla, Pithecusa* quæ est Phœnicium Arimach, Ampelusîa,

promontorium Oceani extimum, de quo consulas licet Bochartum in *Chanaan* lib. 1. cap. 37. *Sylva Ducis*, Δρύς ὑψηλή, βάλανοι πίνθας, πίλις γεαιμαίων &c. Historici ita scribunt, conversa in aliam linguam, quia nimirum successu temporum nomina regionum & locorum solent mutari. Alia est ratio nominum propriorum in viris, quæ non ita facilè ut nomina Regionum mutantur. Itaque historici est, illa retinere invariata. Et quamvis lubinde nonnihil ad linguæ suæ rationem flexionemque accomodata, adeoque nonnihil detorta, & corrupta recitantur, nunquam tamen ita mutantur, ut prima origo non appareat facilè. *Secundò* si maximè probari posset, Mosen aliquot nomina propria piorum Patrum in linguam suam transfudisse; quò tamen id in omnibus fieri potuisset? Quomodo ubique certam & constantem etymologiam nominum, ut in lingua illa primigenia invenisset, cùm in paucis linguis ut אדם ab אדם homo ab humo, sic in aliis idem inveniatur? *Tertiò* & hoc perpendatur velim, Mosen quicquid egit, certa & sapienti ratione egisse. Atqui quæ ratio perpulit eum, ut vocabula illa primigenia in alia lingua interpretaretur? *Hebræorum causa hoc fecit*, inquit Grotius. At si Hebræorum causa, illi igitur indiguerunt tali ἑρμηνείᾳ, ut nomina illa propria intelligerent. Quasi verò nomina illa propria in primigenia illa lingua adèdque sibi non vernacula, si mansissent non translata, non æquè intelligere potuissent, ac nos intelligimus vocabula illa etiam non translata. Quasi vocem propriam *Philippus* nequeat intelligere Romanus, nisi ei reddatur per *amans equorum*. Si hæc ratio idonea fuit consilii Mosaici, profectò perperam faciunt Interpretes scripturarum, qui in gentis suæ gratiam omnia illa vocabula propria in vernacula sibi lingua non explicant. Denique nomina illa propria, quæ Hebricam radicem habent, vel inventa sunt à Mose, vel ante Mosen fuerunt usitata, abolitis vocabulis linguæ primigeniæ. Si prius, redit quæstio, quo consilio invenerit Moses, atque ita priorem memoriam aboleverit? Cur retinuit nomina peregrina, de quibus supra, at Patriarcharum nomina sustulit? An nulla veneratio subiit candidæ antiquitatis? An non potius anxie custodivit reliquias primigeniæ illius haud dubiè sanctæ & in ipso statu innocentæ inventæ? Si posterius, jam quærerem lubens, quando abolitis primigeniæ linguæ nominibus usurpari cœperint nomina Patriarcharum Hebraicè explanata? Ante dispersionem cœpisse nemo facilè dixerit, cùm utque ad dispersionem unica lingua primigenia, qualiscunque demum fuerit, obtinuerit, & ipse Grotius statuat, linguam Hebraicam esse linguam advenarum è Chaldæa, adèdque Abrahami. Cœperint itaque post dispersionem gentium inter Chaldæos,

quibus

quibus commixta fuit posteritas Semi. Qui hoc dicunt, expedire debent, quo casu prima illa Lingua sit amissa? An etiam Semi familia conspiraverit cum impiis consiliis illorum, qui turrim ædificare parârunt? Si cum iis non conspirârint, quod verissimum est, cur igitur defraudati sint lingua illa primigenia? Vel iudicio Dei deposuerunt linguam illam veterem, vel sponte. Non singulari Dei iudicio, quia sceleri illorum qui meruerunt dispergi, & jactura veteris linguæ multari, non fuerunt innexi. Non sponte, quia alienum hoc est à pietate, & Sapientia Semitarum, ut procul amandata lingua suorum Parentum, quæ viguit à principio mundi, & sanctissimorum Patriarcharum ore trita & consecrata est, adoptarent primò Chaldaicum idioma, mox illo ipso cum Lingua Punica seu Cananea mixto novam sibi linguam formarent, atque sic proprio sibi jumento malum accerferent. De qua re denuo aliquid infra dicturi sumus. Opinantur nonnulli, favere Grotio & Cluverio vocem משה *Moses*, quam ex Ægyptiaco ipsummet ita transtulisse colligunt ex etymo משה *extrahere*, in verbis כִּי כֵן הָיִים בְּשֵׁיתוֹ, *quia ex aquis cum extraxi*, Exod. 11. 10. Verùm parum in eo subsidii est. Sive enim vox Ægyptiaca sive Hebraïca est, de qua re commodiùs alibi disceptabitur, expediri nodus poterit. Si Ægyptiaca est, sanè non transtulit in Hebraïcam linguam. Et tum Moyses, qua erat incomparabili sapientia & ἀγγλοία invenit vocem illam משה quæ & voci משה Ægyptiacæ sono & significatione affinis esset, & exprimeret idem illud etymon, quo etiam ufa est filia Pharaonis. Sin Hebraïca est, adeoque per Mosen in linguam suam transducta, perperam tamen ex particulari facto, quod singularem haud dubiè rationem habuisset, concludetur, Mosen omnia illa Patriarcharum nomina transtulisse, ubi nulla tamen illius translationis causa similis. Nempe transtulisset suum nomen, quia impositum à profana, gentili, idololatrâ, scilicet Ægyptia puella: cujus educationem illum averfatum esse constat. At in nominibus Patriarcharum contrarium obtinet. Illa enim imposita sunt à viris sanctis; & multis nominibus venerabilia fuerunt.

XVI. Asserto & vindicato palmario hoc argumento, in quo meritò arcem collocamus causæ, alia suppetiarum instar sequuntur. Secundum igitur argumentum arcessimus ex Genes. cap. 11. 19. ubi Adamus memoratur animalibus nomina imposuisse. Nomina illa imposita esse secundum naturam animalium, eandemque clarè repræsentâsse, Exercit. 11. th. 51. ex Philone & Eulebio probavimus. Quæ igitur lingua habet nomina animalium naturam clarissimè exprimentia haud dubiè est prima illa Ada-

mi, ad eoque Patriarcharum lingua. Talem esse Hebraicam viri eruditi, ac inter eos Cl. Bochartus in Hierozoico veritati liquidè dederunt. Hebraïcis igitur in genere brutum est בעי & בעיר utriusque radix pandit naturam animalium. Nam בעיר à *stupore*, בעיר à *silentio* ita dicitur. Feræ plerunque vocantur חיה & חיה prius est à *vita*, quia feræ longiorem vitam ducunt; posterius à *motu*, quia feræ in continuo sunt motu. Aves dicuntur תוּם tum צופר à *volando*, & *manè surgendo*. Camelus Hebraïcis est גמל à גמל à *rependere* vel bonum, vel malum, quia mitissimum animal, acceptæ tamen injuriæ non facile obliviscitur. Equus est סוס à סוס quod Arabibus usitatum est *regere* & *moderari*, quia animal docile est, & non solum fræno, sed etiam simplici virga regitur. Asinus חמור a *rubro colore*; quia in oriente asini plerique rubri. Bovi nomen est שרר a שרר, *firmum*, *stabilem esse*. Aries a *viribus* dicitur איל. Ovis dicitur צפנה à צפנה ab Arabico צפנה *fecundum esse*, *subolescere*, quia animal fecundissimum. Sus est חזיר ab Arabico חזיר *angustos habere oculos*, quia cavos & profundos habet oculos. Leo ארי à ארי *videre*, quia ut Marethon Ægyptius ait, est *εὐθεραπείατος ἰσχυρῶς ὄψιν*, *visus acutissimi fera*. Urso nomen est דב ab Arabico דב *pilosum esse*, quia corpus habet valde hirsutum. Lepus est צפא ארננה ex צפא *carpere* & ארננה *terrae proventus*; quia animal est perniciosum proventibus terræ. נשר sonat aquilam ab adunco rostro, quo carnem carpit & vellicat quod Arabicè est נשר Accipiter est נון à נון *volare*, quia velocissimè volat. Pelicano nomen est קארר à קארר *vomere*, quia conchas jam absorptas revomit, postquam aperta sunt calore ventris, ut ex iis esculenta legat. Plura non congeram. Neque verò tantum animalium nomina Hebraica naturam rerum quas significant, pandunt, sed ipsa etiam hominum nomina propria, uti supra ostendimus. Quin proclive foret id ostendere si non de omnibus, saltem de plerisque Hebraïcis nominibus.

XVI. Tertio tempore ædificatæ turris Babel & dispersionis primigenia lingua fuit adhuc superstes, uti liquet ex Genes. xi. 1. In confusione autem non esse depositam patet. Quocunque enim modo demum confusio labii facta est, sive nova productione linguarum hætenus inauditarum, sive perturbatione notionum animi, de qua re suo loco uberius; necessum est primigenia lingua manserit. Si introducta sunt nova idiomata, illis multati sunt tantum ii, qui manum admoventur turri. Atqui id non fecit familia Semitarum, uti plerique omnes fatentur. Igitur familia Semitarum primævam linguam conservavit. At ea, quæ in Semitarum familia conservata est lingua, Hebræa fuit, sive ea à יברא *advenis* עברי

Hebero

*Hebero* ita dicta est. Nam & advenæ illi ex Heber Semitæ fuerunt. Si confusio facta est perturbatis animi notionibus, post confusionem igitur mansit eadem lingua, paulatim tamen variis dialectis post dispersionem gentium ita inflexa, ut faciliè tamen cuivis attendenti appareat, dialectorum ejusmodi fundamentum & principia simplicissima in Hebraica lingua residere.

XVII. *Quartò* Patriarcharum lingua fuit una ex Orientalibus, quia omnes Patriarchæ in Oriente habitârunt, & ipse populus, qui unius labii fuit, ex Armenia venit in campos Sennaar Babylonæ, adeoque Orientalis fuit. Inter Orientales autem prima est, quæ cæterarum est matrix, mensura, ad quam ceu principium & elementum suum revocari cæteræ possunt; quæ omnium est simplicissima & perfectissima. Talem esse Hebraicam nulla negotio probari potest & ultro agnoscunt omnes Linguarum Orientalium periti. Inter Orientales purissimæ sunt Syriaca, Arabica, Samaritana, & Æthiopica. Quisquis autem eas cum Hebraïca contenderit, comperiet, eas ab Hebraico fonte & principio derivatas esse. Cùm enim Hebraïcum idioma sit purum, simplex, radicibus constans semper trilateris, quæ ubi erui possunt, verbales sunt, nunquam nominales; nullis admixtum peregrinis & exoticis vocabulis; secus autem res habeat in lingua Syriaca, Arabica, Samaritana, Æthiopica; necessum est Hebraica illarum norma sit & mensura. Cæteræ quidem Orientales Linguæ, quales Ægyptiaca sive Coptica, Persica, quarum etsi ab Hebraïca longiùs recedentium ab ea derivatio & flexio per ambages a Philologis ostenditur; ita corruptæ, compositæ, mixtæ sunt, ut prima, & antiquissima Orientalium haberi minimè valeant. Porro derivatio illa Orientalium Linguarum ab Hebraïca radice magno successu tentata est a Schindlero, & Cl. nostro Hottingero in Lexicis suis Harmonicis; & luculentius conspicietur, ubi Angli operis sui Harmonici incomparabilis metas strinxerint. Huic argumento nihil reponi potest, nisi quis redire malit ad Grotii & Cluverii κρησφύγετον asserentium, primam illam Patriarcharum linguam periisse. Verùm præter ea, quæ illis supra opposuimus, hic etiam illud regerimus, nullo pacto probabile fieri, Deum abolitâ primâ illâ linguâ voluisse mortalibus novam linguam concedere, quæ cæterarum omnium matrix & mensura sit, cujus directione & puritate aliarum obliquitatem metiamur, ad cujus fontem & radices cæteræ revocentur.

XVIII. *Quinto* ea haud dubiè lingua fuit Adami & Patriarcharum, cujus vestigia & reliquiæ non tantùm in Orientalibus, sed etiam in Occi-

dentalibus omnibus linguis sunt conspicua. Quis enim dubitat primum fontem appellare, cujus vestigia in omnibus rivulis inde per varios & sinuosos flexus manantibus manifestè dilucent? Talem autem esse Hebraicam viri doctissimi ὀφθαλμοφανερῶς demonstrarunt. Inter Occidentales eminent Græca & Latina. Græci primi habitarunt in Asia: inde Jones vel Javones in Europam transfretarunt. In antiquissimis autem quibusque Græcorum scriptoribus multa vocabula Hebraïca apparere, quæ postea vel desierint esse usitata, vel mutata sint, monet Casaubonus. Et veteres Asiaticos Græcos ἐβραϊζῆν demonstrat idem. Nunc Europæi Græci & Romani omnibus illis vel plerisque vocibus Hebraïcis, quæ in V. T. codice conservatæ sunt & ab interitu vindicatæ, habent voces literis & significatu similes, mutatas tantùm in terminationibus & ejusmodi accidentibus, quæ in omnibus linguis mutationem recipiunt. Ubi pauca exempla congesserimus ordine alphabethico connexa, licebit ex ἔκχρησπέδῃ τὸ ὕψωμα γινώσκειν. כּכּל acuminatus est instar montium & collium. Hinc λῆφος, λοφίον, *sumulus, collis acuminatus*, λῶφη Summitas. כּלל Solutus est viribus corporis, defecit. Hinc λύω solvo. כּלל latuit, λανθάνω. קח in-  
 versis literis ἀγγέλω, *legavit*. כּלל Leo, λίων, λαφύδω, *lanio*. כּכּל cor refecit per liba, aliòsque cibos dulciarios. Hinc λείβω, *libo*. כּכּל varu-  
 lavit; per transpositionem πλήττω percutio. כּכּל Lateres subalbos fecit. Hinc λευκός, λευκαίνω, & albeo, *levo*, nec non per metathesin πλύνω, *plunéscō*, dealbo, πλίνθης later. כּכּל induit. Hinc λῶπος, *vestis*, per methathesin σπολή *stola*. כּכּל mensura olei. Hinc Græcum λάγνος, *Latinum lagena*. כּכּל flamma. Hinc λάμπω, *item lamina, lumen*. כּכּל meditata lectio. Hinc λέγω, *lego*. כּכּל malleavit in laminas. Hinc per inversionem *malleus, malleatus, lamina*. ה *utinam*, particula volentis, exoptantis. Hinc Græcorum λύω λῶ, *Latinum volo, vis*. ληΐζω *valde studeo*. כּכּל accepit mutuo. Hinc ἀλλάω, ἀλλᾶτίω, *permuto*. Hæc sola speciminis loco degustâsse sufficiet. Magni viri pridem in symphonia hac trium principa-  
 lium linguarum eruenda non pœnitendam operam collocarunt, Postellus, Avenarius, Cruciger, Guichartus, Lamphaus & alii. Quin & inter Hebræos quosdam in hoc argumento occupatos fuisse, Cl. Buxtorfius narrat. Notat R. Afarias in *Meor enaym*, quandam R. David Provincialem superiori seculo in Synagoga Montana celebrem, in libro suo כּכּל חר *Dor Harblagah* ultra mille voces explicâsse, quæ ex Hebræa lingua in Græcam, Latinam, Italicam sint dispersæ. Atque hinc etiam est, quòd Doctissimi quique, Scaliger, Casaubonus, Grotius, Salmasius, Heinius, Martinus, Vossius, Bochartus &c. in verborum sive Græcorum sive

five Latinorum scrutandis originibus ad Hebraicas fontes passim recur-  
rant. Jam ex Græca & Latina lingua cæteræ occidentales omnes, etsi  
notoriis mutationibus intercedentibus scaturiunt. Ex Scythica seu Ger-  
manica vetere Lingua püllulâsse pleraque Europæas Linguas ferè con-  
sentiunt omnes. Scythæ autem notissimi Græcis Asiaticis ab iisdem lin-  
guam habent. Et veterem Scythicam, Germanicam, Anglicam, Gal-  
licam, Saxonicam ex Græca manare, & affinitate sermonis & historiæ con-  
venientia probat Mericus Cataubonus. Omnium Europæorum cum He-  
braica similitudinem investigavit in Harmonia Etymologica Linguarum  
Stephanus Guichartus. Non alienum erit hîc in consilium mittere viros  
duos doctissimos, Daviesium, qui Britannicam Linguam ad Hebraicam re-  
ducere conatus est, & Lycandrum, qui ad easdem origines Cimbricum  
idioma revocavit. Daviesius in præfatione ad Britannicum Lexicon ita ha-  
bet: *Quantumvis autem ita quotidie mutantur, & sibi invicem immisceantur  
linguæ cum tamen omnes ab Ebræa defluerint, non mirum est etsi in omnibus  
ejus umbræ reluceant; in his plures & manifestiores, in aliis pauciores & obscu-  
riores. Nam ut rivulico magis vel minus turbidi sunt, quo fontibus sunt pro-  
pinquiores aut ab illis remotiores; ita quanto gens quæque remotius à Babylone,  
& citius post confusionem se recepit, tanto minus ut cum Ebræa conveniat eor-  
um lingua, tanta fecit locorum & temporum intercapedo. Unde est quod Syro-  
rum, Babyloniorum, Arabum, Samaritanorum, Medorum, Persarum,  
Æthiopum, Armeniorum, Egyptiorum, Phrygum, Pænorum linguæ,  
sint Ebrææ multo magis affines quam Occidentalium & Septentrionalium. Sunt  
denique ista Ebrææ vestigia in aliis linguis aliquando tam manifesta, ut voces  
aliquæ in omnibus linguis eadem sint & sono, & significatione, ut Saccus, Vi-  
num, Cornu, Camelus, quem nomine Syriaco in Latinum venisse dicit Varro:  
aliquæ in pluribus, ut Kir, Kiriah, Kiriah, Urbs, unde Carta & Cartago,  
& Cair, magna Egypti urbs, Sarmaticum seu Scythicum Car & Carm, &  
Pariborum Certa in Dadocerta, Tigranocerta, Volozesocerta, &c. & nostrum  
Caer. Sic Græcum κάρκαρι, ab Hebræo כַּרְכַּר, Pillegesch, unde nostrum Pfilog.  
Et Latine mensura à מִשְׁרָה, Mesurab, unde & nostrum Metur, & Angl.  
Measure. Aliquando manent in aliis linguis voces Ebrææ, mutata significa-  
tione, ut כּוֹחַ, sus, Ebraicè Equus est, Latine porcus; Salus Ebraicè tria.  
Latine Sanitatem significat. Aliquando literæ mutantur in similis figuræ lité-  
ras; & à literarum similitudine errores multi magnique ab oscitantibus tum li-  
brariis, tum Interpretibus in Bibliorum versiones aliquas sunt introduci: atque  
inde factum est ut literarum כּוֹחַ, כּוֹחַ, Hebr. & Π & Ι Gr. similitudine decepti, no-  
men Dei sanctum יהוה, Jehovab, Græcè ΠΙΠΙ μμ, per nonnulla secula lege-  
rint.*



*rint. Eodem errore decepti 70 Interpretes 1. Sam. 2. 18. Εφωδ βὰρ dixerunt pro Εφωδ βὰδ: & Es. 29. 3. צֶדֶד. Cedur, sicut Sphæra, legerunt כֶּדֶד Cedavid, reddentes, אֵס Δαβὶδ: & Es. 28. 9. pro doctibit דַּעַת, Dangah, scientiam, legentes, רַעַת; Rangah, reddiderunt, Docebit דַּעַת נַאֲרַא. Et quis non videt ab Hebræa, Chaldæa, aliisque Orientalibus linguis, quæ à dextra ad sinistram leguntur, voces faciliè in linguas, quæ à sinistra ad dextram leguntur, transire, his suo more legentibus quæ illi suo scripserunt, ut videre est in erronea lectione מִתּוּ pro מִתּוּר, de qua ante: sic à דְּבַר Dharc, nos dicimus Cerded, à radice Cerdd, incede, ambula; & à טֶרֶפ, Terep, dicimus Priadd; quod veteres scribebant Prait, & Praid; & à נֶסֶק, Nefek, Kulan, &c. Sic nimirum confusionis pœna cum linguis ludit ut quæ vox à primaria lingua in aliam modica transit mutatione, ab ista in aliam denuo facta mutatione traducatur, atque ita deinceps in alias, ut tandem primariæ linguæ neumbra quidem supersit. Haud multò aliter de idiomate Cimbrico Johannes Lysander sermone IV. Antiquit. Danicarum. De Cimbrorum, inquit, idiomate, qui Balticum nunc incolunt Oceanum, plurimos auditori Danorum disputare, Germanica ea sit propemodum, an ex Germanica composita; & placuit plurimis Germanicam non esse origine omnino, sed ex Teutonica & veteri mixtam. Jamque processu temporis plus ex Germanica novi accepere. Veterem autem ajunt fuisse Ebræi sermonis aliquam dialectum. Quod uti non dubiis videtur inniti rationibus, placuit hoc ipsum observare. Primum quidem istam opinionem antiquissima vetustissimorum Ducum & Regum nomina confirmare sane possunt; quæ omnino Ebræica sunt, nihil quicquam commercii cum Teutonum lingua habentia; qualia sunt, Dan, Humblus, Loth, Lothus, Gormo, Togorma, & Similia Ebræis usitatissima. Aliud tamen majus firmiusque adjiciunt; linguam Gothorum sane Germanicam videri, sed in omnibus nequam communicare. At si quando Gothicus Cimmericusve sermo à generali Teutonum idiomate manifeste diffentire videatur, tum vocem illam ex templo Ebræicam fieri, Ebræam illico sapere antiquitatem. Quod in pluribus probatum est, nos exemplo idem didicimus. Puerum aut filium Teutones Kindi dicere solent, id quod Cimbris barbarum fieret, qui pro eo Barn retinuerunt, & pro diversis dialectorum generibus idem aliter effertur. Cimbrorum in Chersoneso quidam Bar, quidam Ban, Scandi Bel, Baltbi quorum serè communis oratio, Barn, communiter vocaverunt; quod manifestissimum est ab Hebræicis Chaldaicisve, Bar, & Ben, derivari. Contra utrunque vana contentio est Boxhornii in libro Gallicarum originum, nullo negotio dissipanda, si necessitas postularet. Quòd si cui adhuc videatur, argumentum hoc non tam probare primam Hebræicæ linguæ antiquitatem, quàm alterius alicujus*

ejus per singulas linguas diffusionem, næ is pertinacior est quàm studio-  
rior veritatis. Sive enim historiam spectes, puta tum originis linguarum;  
tum dispersionis gentium, cum qua illa connexa est: sive perfectionem,  
& simplicitatem linguarum; Hebraica & prior cæteris omnibus est &  
simplicior. Neque antiquioris idiomatis ulla vestigia notescunt. *Δύλον*  
*δ' ἔπ' το ὕψιστον ἀπὸ τ' ἀρχαίως;* *Manifestum est, quod posterius sit à priori,*  
uti Aristoteles rectè Ethic. 111. 15. Cujuscunque linguæ aperta & plana  
indicia non in qualibet lingua est reperire. Quæ autem ratio est, cur sola  
Hebraica cæteris omnibus impresserit vestigia tam conspicua & omni ex-  
ceptione majora?

XIX. Addam nunc etiam de R. Davidis Kimchii instituto, qui in li-  
bro Radicum earum vocum, quæ in scriptura non extant, radices quæsi-  
vit in lingua Græca & Arabica, utraque fido custode suæ matris. Verba  
ejus adducam ex Præfatione in librum Radicum: *ואשר לא אמצא לו חבר במקרא*  
*אביאנו מהמשנה או מהתנאים כלשון יצבי או הגוי כיכלם מלמדים יל לשון עברי כי חא הקדכון*  
*והשלים אך נתמעט אבלנו לאורך גלותנו* *Cui vocabulo non: reperero socum in*  
*scriptura, adducam illud ex Mischna & Gemarab, ut & ex lingua Græca &*  
*arabica. Nam istæ linguæ docent de lingua Hebraica, quod ea sit primæva &*  
*perfectissima. Diminuta autem est apud nos propter longitudinem exilii nostri.*  
Ac eodem consilio Cl. noster Præceptor D. Hottingerus radices Hebrai-  
cas usurpari desitas ex lingua Arabica incredibili cum successu restituit  
in *Megmatis Orientalis* capite 7. & ex aliis etiam linguis, puta Persica,  
Æthiopica, Chaldaica, Syriaca, Samaritana, Dialecto Rabbinica &  
Thalmodica, in *Lexico Harmonico*.

XX. *Sextò* probabilem etiam facit sententiam, quod ipsæ literæ seu  
characteres cæterarum linguarum originem habent ex Hebraicis Chara-  
cteribus. Græcis literas fertur dedisse Cadmus & Palamedes Phœnicii.  
Phœniciam autem linguam esse Hebraicam leviter mutatam, alibi proba-  
tur. Sed & Phœnicios characteres esse Hebraicos sed corruptos, infra  
veritati dabitur. A Græcis literas mutuatæ sunt pleræque aliæ gentes.  
*Septimò* verisimile est, eam linguam, qua Deus locutus est Mosis, Pro-  
phetis & populo suo, quam conferavavit in populo sui peculii, in qua tra-  
didit oracula pleraque scribenda; non profectam esse à supplicio inflicto  
illis, qui invito Numine turrim machinati sunt; sed esse eam ipsam, quæ  
viguit inter Patriarchas antequam pœna plurium linguarum generi hu-  
muno decerneretur. Hæc autem est Hebraica; cùm cæteræ omnes sint  
iræ divinæ testes. Certè severitatis Divinæ fuit, quodd verba Dei proce-  
dente tempore scripta sunt sermone non Hebraico, adeoque sancto, sed

Græco & barbaro. Diferta est enim Dei comminatio Esai. xxviii. 2. *כי בלעגי שפה ובלשון אחרת ידבר אל הים הון* Quoniam sermone barbaro & lingua peregrina loquetur cum populo isto. Cujus severitatis principium fuit in versione Græcorum interpretum; sequens gradus in scriptura Novi foederis Græcanica. Id quod abundè arguit Hebraicæ linguæ prærogativam & auctoritatem ejusmodi, ut sola illa non sit data in furore Dei, sed potius in gratia, adeoque retro confusionem labii, & dispersionem gentium. *Octavo* denique sententia hæc communis est si non omnium, at certè ple-rorunq; Hebræorum & Christianorum, tum veterum, tum recentiorum, uti superiori thesi obitur ostendimus.

XXI. Relinquitur nunc, ut ad ea, quibus sententia nostra impugna-ri posse videatur respondeamus. In universum igitur quatuor obduci solent. *Primo* linguam Hebræam dictam esse vel à *עבריים* *advenis* ex Chaldæa vel à *עבר* *Hebero*. Inventam igitur esse vel ab advenis illis, vel ab Hebero, ac proinde retro diluvium necdum fuisse in natura rerum. *Secundò* eam esse primam linguam Patriarcharum & matricem omnium, ad quam revocari possunt vocabula omnium linguarum harmonica, sono & significatione convenientia. Atqui eam linguam non esse Hebraicam, cùm multa millena vocabula diversarum linguarum harmonica cum Hebraica lingua *מיליאון* seu affinitatem habeant nullam. *Tertiò* linguam primam Patriarcharum fuisse haud dubiè naturalem genti Patriarcharum. At linguam Hebraicam non esse naturalem ulli genti, sed tantùm *אדאמיטי*, quæ doceatur & demum post acceptum rationis usum per demonstrationem characterum & regularum Grammaticarum ac longam exercitationem discatur. *Quartò* nomina Patriarcharum quoad flexionem illam non videri Hebraica sed potius peregrina. Hæc argumenta quæ speciem nonnullam præferunt, breviter diluere conabimur.

XXII. Primum quod attinet, proponam illud Grotii verbis l. 1. Primam linguam Hebræi suam dicunt: Syri suam. At Hebræa lingua est *עבריים* *advenarum* è Chaldæa. Hæc enim origo nominis Hebræorum, non ab Hebero. Vide Jof. xxiv. 2, 3. Lingua igitur illa Hebræa Abrahami, & ejus posterum incolata in Cananæa, ad Cananæam propius semper propiusq; accessit, nec differt à Punica nisi Dialechi quibusdam proprietatibus, ut à viris eruditissimis ostensum est. Alii tamen, quos infra citabimus, Hebræi eam linguam ab Hebero arbitrantur dictam. Si ab Hebero, ergo ab ipso originem traxit. &c. Hoc argumentum ex notatione ductum exiguam speciem, vim verò nullam habet. Sive enim ab *advenis* sive ab *Hebero* lingua ea dicta est, neutrum arguit ab iis, à quibus nomen sortita est, tanquam primis auctoribus

thoribus inventam & profectam esse. Potest enim alia, esse causa hujus *ἰσολογίας*, ut ab iis videlicet dicta sit, quia ab iis conservata & ad posteros propagata est in sua puritate, non vitriata, sicut à cæteris Noe posteris eadem lingua variè inflexa, & corrupta à nativo suo splendore degeneravit. Antè dispersionem gentium lingua Hebraica unica fuit & communis omnium. Proinde nomine diacritico non indiguit. At postquam idiomata incesse plura, jam necessum fuit eam peculiari nomine insigniri, ne cum cæteris suborientibus confunderetur. Quo autem nomine commodiori donaretur, quàm vel appellativo, vel proprio eorum, qui ea post introductas peregrinas vel linguas vel Dialectos constanter usi sunt, conservârunt intemeratam illibatamque, & ad posteros pari veneratione excolendam transmiserunt? Hæc mens etiam est Augustini lib. de Civ. D. XVI. 2. *Quia in Heberi familia remansit hæc lingua divisis per alias linguas cæteris gentibus, quæ lingua prius humano generi non immeritò creditur fuisse communis, ideo deinceps Hebræa est nuncupata. Tunc enim opus erat eam distingui ab aliis linguis nomine proprio: Sicut aliæ quoque vocatæ sunt nominibus propriis. Quando autem erat una, nihil aliud quàm humana lingua, vel humana locutio dicebatur.* Constat nomina multa civitatum in tempore mutata esse ab iis, qui eas quocunque studio excoluerunt; quas tamen altioris originis gloria nemo propterea defraudaverit. Sic Syriaca lingua quia exulta à Maronitis, dicta Maronitica; Ægyptiaca à Coptis Coptica; Scythica vetus à Gallis Gallica, à Britannis Britannica, à Saxonibus Saxonica. Qua nomenclatura non obstantè remotior earum antiquitas est in confesso.

XXIII. Occasio tamen hujus argumenti necessitatè nobis injungit inquirendi, unde lingua Patriarcharum ante dispersionem procedente tempore dicta sit Hebraica, adeoque & ipse populus lingua hac utens Hebræicus, ab Hebero an à *עבר* seu *advenis* ex Chaldæa in Cananæam? Ab Hebero arcessit originem nomenclaturæ Josephus, dicens: *Ἐξ Ἑβραίων, ἀφ' ἧ τὸς ἰουδαίους ἱεραγίας ἀρχήθεν ἐκάλειν. Heberi: à quo Judæos olim nuncupavere Hebræos.* Eum secuti inter Patres Eusebius de Præparat. Euang. VII. 2. qui tamen alibi sibi non constat. Augustinus prolixè de Civitate Dei XVI. 11. Inter Hebræos Author Cosiri, Aben-Ezra, R. Gedalia, Kimchius, Abarbanel, alii. Suidas in Lexico *Ἑβραῖοι κατ' Ἑβραίων ἢ Σαῖλα, ὅς ἐμῆροισι πῶς εἶνεσι ἤ γλωσσοῦ.* Secus tamen alii, qui dictos putant à *עבר* transit, à migratione & transitu Abrahami ex Ur Chaldæorum, aliorumque per Mesopotamiam & Fluvium Euphratis in Canaan. Hinc enim Abrahamum dictum *עבר* *transitorem*, qui trajecit Euphratè.

Sententiæ hujus Origo figenda est in Græca LXX. Interpretum versione loci Genes. XIV. 13. רבא פדיש רגו לאנים היערי ופארגענאמעניס ון פ' אבאסו-  
 געטאן וס אפיגשעלען 'Αβραάμ τῷ περάτῃ. Ubi Hieronymus περάτῃ red-  
 dit *transitorem*. Unde Ezechiel. c. 7. ita habet: *Quamobrem & Abraham*  
*Hebræus, id est, περάτης & peregrinus, Transitor nominatur.* Hesychius:  
 'Αβραάμ περάτης. ἢ πατὴρ μετώρου. Ubi meritò eum lapsum notat Sel-  
 denus, dum 'Αβραάμ reddit περάτης. Sed alibi aptius idem Hesychius:  
 'Εβραῖ. ἑβραῖος. Καὶ ὁ ἑβραῖος περάτης: Ebri. *Ebræus. Ebræus autem*  
*est qui transmigrat.* Originationem hanc secuti sunt Origenes, Theodo-  
 retus, Chrylostomus; ac inter recentiores Erpenius; Seldenus, Arias  
 Montanus, alii. Omnibus tamen ritè pensitatis ab Hebero Patriarcha  
 Phalegi parente & populum, & linguam Hebræicam derivandam esse  
 censo. Adducor in eam sententiam loco Genes. x. 21. ורשם ירד נחם הוא  
 בני עבר Græci: Καὶ τῷ Σήμ ἐγεννήθη ἡ αἰτὴ πατρὸς πάντων τῶν υἱῶν ἑβρ.  
*Ipsi quoque Sem natus est: etiam ipse est Pater omnium Filiorum Eber.* Quid  
 aliud hoc sonare potest, quàm Semum esse Patrem illorum, qui ab He-  
 bero filii Heberi, hoc est Hebræi nuncupati? Neque enim sine causa  
 Sem potiùs dicitur Pater omnium filiorum Eberi, quàm aliorum, qui ab  
 eo prognati erant. Quia enim, uti observat hic Rivetus, Moses egerat  
 cap. 9. de benedictione, quam Semus à parente obtinuerat, opposita  
 maledictioni Canaan, ut dictum fuerat de Chamo, quòd Pater sit Can-  
 aan, sic addidit de Semo, quòd pater fuit filiorum Heberi, hoc est,  
 Hebræorum; ut suam Hebræis originem ob oculos poneret, & eos sola-  
 retur, quòd à tali parente prognati fuissent, & simul ostenderet, Can-  
 aanos ab eo patre Originem duxisse, qui Patri filiorum Heberi in servitu-  
 tem redactus fuisset. Ut igitur Cham Pater fuit filiorum Heberi, hoc  
 est, Hebræorum: sic alibi Israelitæ vocantur בני ישראל filii Israël; Ju-  
 dæi בני יהודה filii Judæ; Ammonitæ בני עמון filii Ammon. Eodem nos du-  
 cit vox עברי Hebræus. Nomina nempe gentilia terminata in Jod, adno-  
 tante Elia in Notis ad Grammaticam Kimchii, plerunque denominantur  
 vel a populo, vel ab authore, vel a terra, vel a loco quocunque. At  
 cum hæc vox neque a terra, neque a speciali loco sit derivata, relinquitur  
 ut derivata sit ab authore populi Hebero. Accedit locus similis Num. XXIIV.  
 24. in Prophetia Bileam ועני אשרו בני עבר Et affligent Assur, & affligent  
 Heber. Ubi sicut per אשור nomen proprium intelliguntur Assyrii, sic  
 æquè necessum est, ut per nomen proprium עבר intelligantur Hebræi.  
 Quòd si עבר idem eo loco esset quòd מעבר, non ita absolutè poneretur.

XXIV. Jarchius tamen illius loci Genes. x. 21. aliam explicationem  
 est

est commentus. Sic enim ille: אבי כל בני עבר ונהר היה שם *Pater is erat omnium filiorum Heber: h. e. trans fluvium erat Sehem.* Eodem modo Moses Gerundensis. Hi igitur arbitratur, Semum parentem dici illorum, qui trans fluvium habitabant nempe in Chaldæa, ac inde se contulerunt in Cananeam. Ut ita עבר דיקatur contractè & concisè pro עבר ונהר *trans fluvium.* Atqui contractio hæc insolens est. Cùm multi sint עבר trans, & multi עבר ונהר trans fluvium, cur Moses non expressisset fluvium illum in specie, trans quem Semus & ejus posterius usque ad Abrahami migrationem habitârunt? Quid quòd Mesopotamia Mosi non appellatur עבר ונהר sed potius ארם נהרים *Aram Nabaraim* Genes. xxiv. 4. Deut. xxxiii. 5. Josua autem cùm cap. xxiv. 2. dicit עבר ונהר ישבו אבותיכם מקולם *Trans flume habitârunt Patres vestri à seculo*, non utique nomine proprio terram Semitarum exprimit, sed in genere describit locum. Et sanè ejus explicationis nulla ratio, nulla vis, emphasis nulla est. Quòd enim pertineret illa oratio: *Semum esse parentem omnium Transfluvialium?* Transfluviales erant non Hebræi tantùm, sed plerarumque gentium Patriarchæ, qui ex Chaldæa sedem suam aliò promoverunt. Nostræ autem explicationis singulari vim esse ostendimus.

XXV. Neque etiam satis commodè quemvis עברי Hebræum vocare licet מעברת transiorem, vel transfluvialem. Si enim Abrahamus ita vocatus est a tractu Euphratis, cur hoc nomen propagatum est in posteros, qui non fuerunt vel transitores, vel transfluviales? Inprimis cùm non videamus totum populum Hebræicum trajecisse Euphratem, vel trans flumen habitâsse, sed solum ejus parentem Abrahamum cum suis majoribus. Populi etiam tanti præ cæteris gentibus Deo charissimi ab ejusmodi levi & transitoria actione originem arcessitam quæ credere possumus?

XXVI. Quòd verò Erpenius hic arbitratur, Cananæos omnes fuisse עברי transitores seu Hebræos, quia ex Chaldæa transferint in Cananæam & trajecerint flumen; adeoque linguam Hebræicam esse Cananæorum primorum linguam, & Abrahamum ipsum hæcenus Chaldaica lingua usum, post adventum in Cananæam Chaldæum suum idioma cum Cananæo seu Hebræico commutâsse; a vero est alienissimum. Hinc enim sequeretur, linguam Hebræicam vel originem habere a maledicto Chamo vel Canaane; vel ab eodem conservatam esse & propagatam ad posteros, adeoque Abrahamum & omnes Semitas oblitos pristinae linguæ, à Cananæis eam didicisse. Utrumvis dixeris, in absurditatem incidēs. Si enim Hebræica lingua à Canaane orta est, non erit igitur antiquissima illa Patriarcharum. Contrarium autem evidenter jam probavimus. Si à Canaane

conservata est, sequetur, pretiosissimo illo thesauro defraudatam esse familiam Semi, quamvis immunem à culpa Babyloniorum; & delectam esse familiam Cham sceleris illius Babyloniorum præ cæteris compertam, quæ depositum illud custodiret, & Semitis postliminio communicaret. Quæ igitur pœna fuit Cananæorum nocentium? Quod præmium semitarum innocentium? Non immeritò etiam Doctissimus Fullerus Miscell. S. lib. IV. 4. argumentum necit ab indole filiorum Dei, qui omni ævo religiosissimè abstinerunt à commercio idololatrarum. Atqui si à Cananæis Abraham linguam Hebraicam didicisset, magna familiaritate cum iis coalescere necessum habuisset. Non inutile erit ob oculos statuere ipsa verba viri egregii. Præterea, inquit, *id imprimis optarim ut accuratè animadvertas lector, & acri iudicio pro sua prudentia perpendas, quam diligenter, quam cautè, quam sollicitè omnibus seculis; usque ab ultima antiquitate, se abstinerint à profanarum gentium hominumve consuetudine & familiaritate, non Judæi tantum vel Hebræi, sed omnium seculorum fideles domestici Ecclesiæ & filii Dei, ut vocare solens sacræ literæ. Adèd ut horrendæ totius humani generis corruptionis ac depravationis, & diluvii postea universum terrarum Orbem inundantis, hujus interdicti contemptus & violatio, præcipua & propè singularis ac unica causa afferatur. At postquam Deus in Abrahamo, è natali solo patrisque sedibus educto, & in terra Chanaan collocato, populum proprium ac peculiarem ex omni omnium gentium numero sibi delegisset, magis indies magisque ac tandem innumeris penè modis, ceremoniarum præsertim legalium & externæ politicæ, tanquam multiplici vallo circumdato, arcere & prohibere voluit suos ab impiarum gentium maxime verò Chananæorum, societate & conversatione. Omnino (inquit) interneconi devovebis eas; non inibis cum eis factus: nec misereberis earum. Neque affinitates junges cum eis. Quia seducens te, ne sequaris me. Quin potius aras earum, statuas, lucos, sculptilia abolebis & disperdès: Quia populus sanctus es Domino Deo tuo. Hæc cuncta magnum illum Patriarcham, stirpis electæ authorem, cerèd scisse, & attentè observasse, ut congruenter suos institueres, & consilio divino inservires, dubitari non debet: Præsertim cum Deus ipse amplissimum ei splendidissimumque testimonium perhibeat: Novi Abrahamum præceptorum filius suis, & familiæ suæ post se, ut custodiant viam Domini, faciantque iudicium & justitiam. Quamvis autem excidii, tum gentium illarum, tum idolorum exsequendi, nondum tempus à Deo præstitutum advenisset: ideoque nec Abraham quidquam ad huc ejusmodi aggressus uspiam legatur: tamen quoniam ipse cum suis præcipue sanctus erat. (Nam strami sancti, etiam radix) unumque & idem ei, quod cæteris omnibus, ab idololatrarum consuetudine & familiaritate impendebat periculum,*

certè ab illa quam religiosissimè sibi suisque cavisse enim oportuit. Cujus rei passim clara comparent indicia. Jam cum istis conferat lector, quod opinantur nonnulli, Abrahamum scilicet linguam Canaan cum ipsum didicisse, tum posteros etiam docuisse: Summè contrarium inveniet. Quid enim magis absolum dici queat, quam ut idem Chananeorum familiaritatem, & conjunctionem devitet: nibilo tamen minus quotidiani & vernaculi Chananeorum, sermonis notitiam usumque experiat, & consequi studeat? Nonne rectè dictum est à quodam, societatis conjunctionisque humana vinculum esse rationem & orationem: minimum illud, externum istud, de quo nunc loquimur? Atque ita necessariò sciendum foret, quos Deus olim linguarum confusiois beneficio (sic namque solet divina benignitas ex malis nostris sua elicere bona) quasi firmissimo muro discluserat, facileque evitandos, posteris autem inevitabiles propemodum effecisse. Quis enim non videt, naturalis ejusdem lingua communitas cum Cananæis quantum offendiculum, quam exitiosum in idololatricam præcipuum fuisse Israelitiis? Quanta, non dico, fenestra, sed janua, immo quam immanis portia hac ratione parisset contagioni gentis maledicta, populum electum jugiter pervasura? quem tamen ab illa modis omnibus quam longissimè semotum esse voluit consilium divinum: cui Abrahamum per omnia vigilantissimè subservisse nemo sane pius, aut cordatus, unquam opinor, negaverit. Quamobrem qui vel ipsum sepultura cum gentibus idololatricæ consortium penitus abnuis, eò magis univèrsum sermonis commercium huiusmodi dubiè respicisset; quo plus hoc, quam illud, pietatis vocere potuisset. Cæterum Fullerus non malè ita argutus, in eo tamen peccat τῆ ἀμετρίᾳ τῆ ἀνθρακῆς, quòd Hebraicam linguam à Cananæa, Phœnicia seu Punica immane quantum disparare fatagit. Quòd si viro summo licuisset intueri & perpendere reliquias sermonis Punici collectas à Bocharto, haud dubiè conjecisset ipse, Punicum idioma ab Hebraico non plus differre, quam a Dialecto Græca Attica differt Dialectus Jonica vel Æolica. Nempe sicut Chaldæi Hebraicum Sermonem retinuerunt quoad radices pleræque, et si verbis fortasse nonnullis auctum & variè inflexum: sic etiam Cananæi veteres & Phœnicii. Puritas autem linguæ retenta est in familia Heberi. Verùm de lingua Punicæ cum Hebraica convenientia jam olim in peculiari dissertatione egimus.

XXVII. Sententiæ nostræ Hebræum idioma ab Hebero derivanti adversatur imprimis Theodoretus l. 1. Verba ejus sunt: Εγὼ δὲ οἶμαι Ἰβραίοις ὀνομασθῆναι ἐκ τῆ πατριάρχου Ἀβραάμ ὁπὸ τῶν χαλδαίων χωρὰς εἰς τὴν παλαιστίνην τὴν ἐν φεράτιν πρὸ τῶν ἀσσυρίων. Ἑβραῖ δὲ τῆ Σύρου φωνῆ ὀπρεστικὸς ὀνομασθέν. εἰ δὲ ἐκ τῶν Ἑβραίων καλεῖται, ὁ μὲν οὖν, ἐξ ἧν πύπτως ἔτιω πρεστικὸς ὀνομασθέν, πικὰ δὲ ἰθνη ἐκ τῶν Ἑβραίων κατὰ τὸ γένος. καὶ ἵνα πύς ἀπὸς πύπτικος πρεστικὸς, ἐκ τῶν εἰσὶν Ἰσραηλιτῶν καὶ οἱ ὁπὸ τῶν χερίων καὶ ἰδὲ μαῖοι, καὶ Ἀμαλιτῶν



conservata est, sequetur, pretiosissimo illo thesauro defraudatam esse familiam Semi, quamvis immunem à culpa Babyloniorum; & delectam esse familiam Chami sceleris illius Babyloniorum præ cæteris compertam, quæ depositum illud custodiret, & Semitis postliminio communicaret. Quæ igitur pœna fuit Cananæorum nocentium? Quod præmium semitarum innocentium? Non immeritò etiam Doctissimus Fullerus Miscell. S. lib. IV. 4. argumentum necit ab indole filiorum Dei, qui omni ævo religiosissimè abstinerunt à commercio idololatrarum. Atqui si à Cananæis Abraham linguam Hebraicam didicisset, magna familiaritate cum iis coallescere necessum habuisset. Non inutile erit ob oculos statuerè ipsa verba viri egregii. Præterea, inquit, id imprimis optarim ut accuratè animadvertisat lector, & acrisiudicio pro sua prudentia perpendat, quam diligenter, quam cautè, quam sollicitè omnibus seculis; usque ab ultima antiquitate, se abstinerint à profanarum gentium hominumve consuetudine & familiaritate, non Judæi tantum vel Hebræi, sed omnium seculorum fideles domestici Ecclesiæ & filii Dei, ut vocare solens sacræ literæ. Aded ut horrendæ totius humani generis corruptionis ac depravationis, & diluvii postea univèrsam terrarum Orbem inundantis, hujus interditi contemptus & violatio, præcipua & propè singularis ac unica causa afferatur. At postquam Deus in Abrahamo, è natali solo patriisque sedibus educto, & in terra Chanaan collocato, populum proprium ac peculiarem ex omni omnium gentium numero sibi delegisset, magis indies magisque ac tandem innumeris penè modis, cremoniarum præsertim legalium & externæ politicæ, tanquam multiplici vallo circumdato, arcere & prohibere voluit suos ab impiarum gentium maximè verò Chananæorum, societate & conversatione. Omnino (inquit) interneconi devovebis eas; non inibis cum eis factus: nec misereberis earum. Neque affinitates junges cum eis. Quia seducet te, ne sequaris me. Quin potius aras earum, statuas, lucos, sculptilia abolebis & disperdes: Quia populus sanctus es Domino Deo tuo. Hæc cuncta magnum illum Patriarcham, stirpis electæ authorem, certè scisse, & attentè observasse, ut congruenter suos institueret, & consilio divino inserviret, dubitari non debet: Præsertim cum Deus ipse amplissimum ei splendidissimumque testimonium perhibeat: Novi Abrahamum præcepturum filiis suis, & familiæ suæ post se, ut custodiant viam Domini, faciantque iudicium & justitiam. Quamvis autem excidii, tum gentium illarum, tum idolorum exsequendi, nondum tempus à Deo præstitutum advenisset: ideoque nec Abraham quidquam ad huc ejusmodi aggressus uspiam legatur: tamen quoniam ipse cum suis præcipue sanctus erat. (Nam si rami sancti, etiam radix) unumque & idem ei, quod cæteris omnibus, ab idololatrarum consuetudine & familiaritate impendebat periculum,

cctè

certè ab illa quam religioſiſſimè ſibi ſuiſque cauiffe enim oportuit. Cujus rei paſſim clara comparandi iudicia. Jam cum iſtis conſerai lector, quod opinantur nonnulli, Abrahamum ſcilicet linguam Canaan cum ipſum didiciſſe, tum poſteros etiam docuiſſe: Summè contrarium inueniet. Quid enim magis abſonum dici queat, quam ut idem Chananeorum familiaritatem, & conjunctionem deuotè: nibilo tamen terminu quotidiaſi & vernaculi Chananeorum, ſermonis notitiam uſumque expetat, & conſequi ſtudeat? Nonne rectè dictum eſt à quodam, ſocietatis conjunctioniſque humana vinculum eſſe rationem & orationem: intimum illud, externum iſtud, de quo nunc loquimur? Atque ita neceſſario fatendum foret, quos Deu olim linguarum conſuſionis beneficio (ſic namque ſoles diuina benignitas ex malis noſtris ſua elicerè bona) quaſi firmiſſimo muro diſcluſerat, faciliſque euadendos, poſteris autem inuitabiles propmodum effeciſſe. Quis enim non uidet, naturalis ejuſdem lingua communitas cum Cananeis quantum offendiculum, quam exitioſum in idololatriam præcipitium fuiſſet Iſraelitiſ? Quanta, non dico, fenestra, ſed ſanna, immo quam immanis porta hac ratione patuiſſet contagioni genis maledicta, populum electum iugiter peruaſura? quem tamen ab illa modis omnibus quam longiſſimè ſemotum eſſe uoluit conſilium diuinitatiſ: cui Abrahamum per omnia uigilanſſimè ſubſeruiſſe nemo ſane pius, aut cordatus, unquam opinor, negauerit. Quamobrem qui uel ipſum ſepultura cum gentibus idololatriæ conſortium penitus abnuſi, eò magis uniuerſum ſermonis commercium huius dubiè reſpuiſſet; quo plui hoc, quam illud, pietati nocere poiuiſſet. Cæterum Fullerus non malè ita argutus, in eo tamen peccat τῆ ἀμετρία ἢ ἀνδραλῆς, quòd Hebraicam linguam à Cananæa, Phœnicia ſeu Punicā immane quantum diſparare fatagit. Quòd ſi viro ſummo licuiſſet intueri & perpendere reliquias ſermonis Punicæ collectas à Bocharto, haud dubiè conieciffet ipſe, Punicum idioma ab Hebraico non plus diſferre, quam a Dialecto Græca Attica diſfert Dialectus Jonica uel Æolica. Nempe ſicut Chaldæi Hebraicum Sermonem retinuerunt quoad radices pleraſque, etſi uerbis fortaiſſe nonnullis auctum & variè inflexum: ſic etiam Cananæi veteres & Phœnicii. Puritas autem linguæ retenta eſt in familia Heberi. Verùm de lingua Punicæ cum Hebraica convenientia jam olim in peculiari diſſertatione egimus.

XXVII. Sententiæ noſtræ Hebræum idioma ab Hebero derivanti aduerſatur imprimis Theodoretus l. 1. Verba ejus ſunt: Εγω ἢ οἱ μαθεραῖοι ὀνομαζῶμεθα ἐκ τῆ πατριάρχου Ἀβραάμ δὸτῆ χαλδαίων χωῖρας εἰς τῆ πελαγονίῳ ἐν Φοινίῳ ποτῶν Ἀραβάντι. Ἐβραῖ δὲ τῆ Συρίαν Φοινίῳ ὀνομαζῶμεθα. εἰ ἢ ἐκ τῆ Ἐβραῖοι καλεῖται, ὅν μνοις, ἐχρῆν πῦτις ἔτω πρῶτος ἀραβίαι, ποταμὸν δὲ ἰθὺ ἐκ τῆ Ἐβραῖ κατὰ τὸ γένος. καὶ ἵνα τοῖς ἀπὸ πάντας χωῖραι, ἐκ τῆ ἐστὶν Ἰσραηλιτῶν καὶ οἱ δὸτῆ χαλδαίων καὶ Ἰδαμαῖοι, καὶ Ἀμαλεῖται καὶ

ἢ μοαβίται ἢ ἡμιανίται ἢ οἱ τὰς χάρρας οἰκῶντες. ὅκ γδ τῶ Ναχωρ ἢ τῶ Λάβαν  
 τὸ γένος κατάγωσιν. ἀλλ' οὐδεὶς τῶτων τῆ ἐβραϊδὶ κέχρηται. ἔτι γδ ἢ αὐτὸς  
 ὁ Ἄβραμ ἐκαλεῖτο. καὶ μάστις ἡ θεία γραφή. καὶ γδ πρὸ Λωτ ἀγαμαλισίας,  
 ἐλθὼν πρὸς Φορὴν, ἀνύγειται τῶ Ἄβραμ τῶ περὶ τὴν τῆτο ἢ τῶ τῶ ἐβραϊῶ  
 κείμηνον ὄρον ἐβρῶ. τὸ ἢ ἐβρῶ ἐξέδρηζέ μιν ἐβραϊσθῆναι γένος. καὶ γδ ἐν σέκνῳ τῶ  
 χωρῶν ἐνθα ἢ Αἰγυπτία φέλι πρὸ Ἰωσήφ εἶπε εἰσηγάγετε ἡμῖν παῖδα ἐβραῖον ἐμπύζειν  
 ἡμῖν. Περὶ τῶ ἐβραῖῳ ἐβρῶ κεί) Ἄλλα φέλι τέτα ζυγομαχεῖν φέλιπτόν. ἔδεν  
 γδ τῶ λόγῳ τῶ ἐυσθεῖας λυσιγέ) Κάντε πύτο, κάντε σέκνο διεξώμεθα. *Puto*  
*autem ego Hebraos sic didici, quia Abrahāam Patriarcha ex Chaldeorum terra*  
*contendens in Palestinam fluvium Euphratem transiit. Nam ἐβρῶ Syriaco idioma-*  
*te notat transiorem. Si verò ab Hebero dicti Hebrai, non soli illi hoc nomine ve-*  
*nire debuerunt. Multa enim gentes ab Hebero ducunt genus. Ut caeteros dissim-*  
*lem, ex eo descendunt Ismaëlita, & ii qui ex Cethura, Idumai, Amalecūa,*  
*Moabita, Ammonia, & qui Chitias incolunt. Nam ex Nachor & La-*  
*bane illi genus ducunt. Et tamen nulla gentium harum sermone Hebraico utitur.*  
*Aliquis ita etiam Abraham ipse vocatus est, teste Scriptura. Post captivitatem*  
*enim Lothi veniens aliquis, dicit, annunciatū Abraham transiōri. Ita enim*  
*Hebraicum illud עברא Ebrei autem Graecè reddatū sonat Hebraus. Eius*  
*alio loco Aegyptiade Josepho dixit: Inroduxisti Hebraum puerum qui nobis illu-*  
*dat ubi in Hebraeo est עברא Sed de his contendisse sufficiat. Neque enim multum*  
*refert veritatis, siue hoc siue illud recipiamus. Apparet, S. Patrem duo-*  
*bus militare argumentis. Primum; quòd non solus populus Hebraeus, sed*  
*& aliæ gentes ab Hebero descenderint, quas omnes conveniens sit Hebraeos*  
*vocare, si ab Hebero lingua & populus nuncupentur. Eodem etiam argu-*  
*mento usus Abenezra ad Exod. xxxi. אב שר אר יקרא עברים בניכור שרם*  
*מיוחס אל עבר ישתפז וכמו בני שמיאל ובני קשרה ובני עשו ואנחנו לא מצאנו קורא אר*  
*לכוד: ור ארם Si Isrāēlita vocantur Hebrai ab Ebero commune erit etiam hoc no-*  
*men filii Ismael, & filii Ketura, & filii Esau Aign: non invenimus, fratrem*  
*nostrum vocandum esse nisi solum Edomum. Sed respondet argumento huic*  
*Augustinus lib. xvi. ii. de civ. Dei. Nec frustra, inquit, linguam istam,*  
*hoc est quam tenuit Abraham, nec in omnes filios transmutare potuit, sed in eos tan-*  
*tum qui propagati per Jacob, & insignem atque eminentius in populum Dei coa-*  
*lescentes. Dei testamenta & stirpem Christi habere poterunt. Quia igitur no-*  
*men illud non tantum est Patronymicum seu gentile, sed transiit in no-*  
*men professionis, non potuit communicari nisi iis, qui cum lingua sancta*  
*simul testamenta & stirpem Christi retinuerunt. Sic Abrahamidæ dicti*  
*non omnes, qui ex Abrahamo secundum carnem nati sunt, sed ii, qui nati*  
*ex Isaac filio promissionis. Præterea si quam vim habet hæc argumen-*

tatio,

tatio, ferit etiam illos, qui Hebræos dictos putant ab Abrahamo *περάλη*. Si enim illi Hebræi sunt, qui descenderunt ex illo *περάλη* *Transitore* vel *Tranfluviali*, oportet etiam *Ismacelitæ*, *Cethuræi*, *Edomæi* Hebræi sint, cum ab eodem parente prognati sint. Igitur æquè laborandum fuerit in eo argumento *Theodoreto* & *Abenezræ*, atque nobis. Alterum ejus argumentum petitum est ex *Genes. xiv. 13*. Ubi *Abraham* vocatur *עברי* quod Græci reddunt *περάλην*. Sed Græcorum Interpretatio non est necessarium argumentum veritatis. Quin hoc ipsum est, de quo disputatur, an nimirum *עברי* derivandum sit à *עבר* *transiit* vel *trans*, an à *עבר* Hebero? Et iidem Interpretes *Genes. x. 21*. *עבר בני עבר* non vertunt *vires περάλην*, sed *ὄντας ἕτερον*, *filios Heber*.

XXVIII. Habet suas etiam *Erpenius* rationes, quibus pugnet. Potissimæ duæ sunt. Prior, *Eberum* potius *Chaldaicè* quam *Hebraicè* locutum esse, uti ex eo constat, quòd *Abraham* Patriarcha, qui ab eo originem traxit, *Chaldæus* fuerit, & ex *Chaldæa* oriundus. Posterior, quòd ab eo ad *Abrahamum* usque, nemo ab *Ebero* Hebræus nominatus legatur. Neutra ratio admodum firma est. Non prior. Non enim rectè colligitur, *Eberum* *Chaldaicè* locutum, quia in *Chaldæa* habitavit. Potius dixerim, *Chaldæos* in eadem terra iusto Dei iudicio puritatem linguæ *Eberi* paulatim amisisse, & novam *Dialectum* introduxisse, quæ in familia *Eberi*, *Phalegi*, *Reu*, *Serugi*, *Nachoris*, *Thærach* si maximè nata, tamen non recepta fuerit, sed potius tanquam deflebens à primævo illo idiomate repudiata. Non posterior. Nam *Moses* pleraque mediolorum illorum *Eberum* inter & *Abrahamum* Patriarcharum gesta silentio involvens non necessum habuit eos describere à sua lingua. Abundè est, quòd *Eberum* Hebræorum Patrem esse innuit. Ex quo sequitur, Hebræos fuisse etiam illos, à quibus *Abraham* Hebræus descendit. Præclarus est eam in rem *Augustinus* lib. xvii. de civ. Dei, cap. ii. ubi dubia simul nonnulla enodat; v. 9. cur lingua prima seu communis non potius *Phalegi*, cujus in diebus divisa est terra per linguas, quam *Heberi* nomen fortita sit? Unde constat; fuisse pium aliquod genus hominum, cum conderetur *Babylonia*, quod linguam communem retinuit? Quomodo *Heber* & *Phaleg* singulas gentes facere potuerint, si una eadèmq; lingua *Hebraica* usi fuerint? E re erit ipsum sanctum patrem audire, omnia hæc perquam eruditè disceptantem. *Dixerit aliquis: Si in diebus Phaleg filii Heber divisa est terra per linguas, id est homines, qui tunc erant in terra, ex ejus nomine potius debuit appellari lingua illa, quæ fuit omnibus ante communis. Sed intelligendum est ipsum Heber propterea tale nomen imposuisse filio suo, ut vocaretur Phaleg quod interpretatur diviso:*

quia tunc ei natus est, quando per literas terra divisa est, id est ipso tempore, ut hoc sit quod dictum est: In diebus ejus divisa est terra. Nam si adhuc Heber viveret, quando linguarum facta est multitudo, non ex ejus nomine nomen acciperet lingua, quæ apud illum potuit permanere. Et idè credenda est ipsa fuisse prima illa communis: quoniam de pœna venit multiplicatio multa tibi que linguarum: & utique præter hanc pœnam esse debuit populus Dei. Nec frustra linguam istam, hoc est quam tenuit Abraham, nec in omnes filios suos transmittere potuit, sed in eos tantum qui propagati per Jacob, & insignis atque eminentius in Dei populo coalescentes, Dei testamenta, & stirpem Christi habere potuerunt. Nec Heber ipse eandem linguam in universam progeniem suam refudit: sed in eam tantum cujus generationes perducuntur ad Abraham. Quia propter etiam si non evidenter expressum est fuisse aliquod pium genus hominum, quando ab impiis Babylonia condebatur: non ad hoc valuit hæc obscuritas, ut querentis fraudaretur, sed potius ut exerceretur intentio. Quum enim legitur unam fuisse linguam primitus omnium, & ante omnes filios Sem commendatur Heber, quamvis ab illo quintus oriatur: & Hebræa vocatur lingua, quam Patriarcharum & Prophetarum, non solum in sermonibus suis, verum etiam in literis sacris custodivit autoritas: profecto quum queritur, in divisione linguarum, ubi lingua illa remanere potuerit, quæ fuit ante communis: quæ sine ulla dubitatione ubi remansit, non ibi fuit illa pœna, quæ facta est mutatione linguarum: quid aliud occurrit, nisi quod in huius gente remanserit; à cuius nomine nomen accepit: & hoc iustitiæ gentis huius non parvum apparuisse vestigium, quod quum aliæ gentes pleberentur mutatione linguarum, ad istam non pervenit tale supplicium? Sed adhuc illud movet, quomodo potuerunt singulas gentes facere Heber, & filius ejus Phaleg, si una lingua permansit ambobus? Et certè una est Hebræa gens ex Heber propagata usque ad Abraham, & per eum deinceps donec magnus fiet populus Israel. Quomodo igitur omnes qui commemorati sunt trium filiorum Noe fecerunt singulas gentes, si Heber & Phaleg singulas non fecerunt? Nimirum illud est probabilis, quod gigas ille Nimroth fecerit etiam ipse gentem suam: sed propter excellentiam dominationis & corporis seorsum eminentius nominatus est, ut maneat numerus septuaginta duarum gentium atque linguarum; Phaleg autem propterea commemoratus est, non quod gentem fecerit: nam eadem ipsa est ejus gens Hebræa eademque lingua, sed propter tempus insigne, quod in diebus ejus terra divisa est. Nec movere nos debet quomodo potuerit gigas Nimroth ad illud ætatis occurrere quo Babylon condita est, & confusio facta linguarum, atque ex hac divisio gentium. Non enim quia Heber sextus est à Noe, ille autem quartus, ideo non potuerunt ad idem tempus convenire vivendo. Hoc enim contigit quum plus viverent, ubi pauciores sunt generationes, minus ubi plures. Sanè intelligendum est, quando

quando terra divisa est: non solum jam natos fuisse ceteros filios filiorum Noe, qui commemorantur patres gentium, sed etiam ejus aetatis fuisse, ut numerosas familias haberent, quae digna fuissent nominibus gentium. Unde nequaquam putandum, quod eo fuerit ordine gentium, quo commemorati leguntur. Alioquin duodecim filii Isechan, qui erat filius alius Heber, frater Phaleg, quomodo potuerunt jam gentes facere, si post Phaleg fratrem suum Isechan natus est, sicut post eum commemoratus est: quandoquidem tempore quo natus est Phaleg divisa est terra? Proinde intelligendum est priorem quidem Phaleg nominatum, sed longè post fratrem suum Isechan fuisse natum, cujus Isechan duodecim filii iam grandes jam familias haberent, ut in linguas proprias dividi possent. Sic enim potuit prior commemorari qui erat aetate posterior: quemadmodum prius commemorati sunt ex tribus filiis Noe procreati filii Japhet, qui erat minimus eorum: deinde filii Cham, qui erat medius: postremo filii Sem, qui erat primus & maximus. Haec tenus igitur responsum est ad argumentum primum, quod Grotio cum Cluverio est commune.

XXIX. Argumentum secundum magni Geographi Cluverii verbis non mutatis repraesentabo, ut tantò clariùs vis ejus conspiciatur. Ita autem leguntur Germaniae Antiquae libro I. cap. 8. Unus quum fuerit initio rerum in terra sermo, quo omnes pariter inter se, ante Babylonis fundamenta, usi sunt mortales; quemque postea ad orbis Babylonicae aedificationem Deus, rerum omnium conditor ac moderator, non omninò è medio sustulit, novis exinde linguis creatis, sed tantùm in varia idiomata, ut supra dictum, variasque Aeglytus, confudit, seu potius dissipavit: quid mirum, si diversissima longèque inter se remotissima per universum terra orbem gentes multa communia habeant etiamnum rerum vocabula? Exempla eorum pauca quaedam ob oculos posuisse, haud alienum fuerit. Aegyptii & Arabes, Germanique & Hispani ac Galli, supremum illud verumque nomen, omnium rerum principium, suã quique lingua dixere Theuth, Graeci θεός, Deus, Ζεύς, & Latini Deus: Graeci item alia dialecto, unã cum Germanis nostris Dan; ut certissimis documentis infra suo loco ostendetur. Graecis summa pars hominis dicitur κεφαλή, Sinis, Indicae genti, Koppalah; Germanis Kopf, & alia dialecto Kop; Latinis Caput. Latini negandi particula est non; Germanis, variis dialectis, nein, neen, nec, ney & na; quorum hoc commune praedictis Sinis habent: Hispanis, Italis, Anglis no; Sarmatis sive Sclavis, ne, & nie. Adfirmandi particula Germanis, & Sinis est ja. Quae particula Latinis est apud, Danis dicitur hos, & eodem Graecis nonnunquam vocabulo οὐς. Quod Graecis est ὄρα, Latinis dicitur uti, vel ut; Danis at. Latinis qui est oculus, Germanis vocatur ange & oge; Sarmatis oko. Latinis quae auris, Germanis est oor. Quis Graecis πῆς, Latinis est pes; Germanis fuus, quasi pfluus, & aliis dialectis fuit, foot; ut Gracorum Latinorumque Pater Germanis Vater. Quae Graecis est μήτηρ, Latinis mater; Persis mader; Germanis mutter, muter, muuder, & moder:

*Anglis mother; Sarmatis materz, macz, & mati; Egyptis muth. Quæ Latinus est sepes, Pænis, atque Hebræis dicitur gadir, seu gader; nobis Germanis gadder, & alia dialecto gitter. Quod Lat. dicitur est, Græcis sonat ἐστῖ, Sarmatis jest, vel gest, Germanis ist, is, & es: neque tamen hujus vocis vel indicativus, vel infinitivus modus in omnibus prædictarum gentium linguis idem vel similis est. Pluralis nihilo minus indicativi apud Latinos est sunt, apud Sarmatas Polonas, sa; quod penè idem sonat quod son. Germanus prima indicativi hujus verbi est ich bin: hunc modum Angli non agnoscunt: interim tamen imperativum & subjunctivum habent be, & infinitivum to be quæ Germanicè scripseris bie, sive by. Sarmatæ item indicativi præteritum habent byt, & futurum bedc, quasi benden; & imperativum badz, quasi bontsch; cum reliquis personis, ac numero: infinitivum quoque bycz, & participium bedac, quasi bendontz. Latinis idem infinitivus est esse; Germanis sein sin, & syn; Græcis εἶναι. Iisdem his ab eo indicativus est εἶπαι, cui eadem ratione simile est Latinorum sum, ut illi εἶπαι, Germanorum sein, sed longè propius ad εἶπαι accedit Anglorum am. Jam verò Latinorum sum, Sarmatis est glem & jestem: illorum es, his sy, & jestes. Substantivus Latinorum sim, sis, sit, Germanis est seie, seiest, seie. Horum atque talium, quæ innumera universo orbe, non modò in hanc nostram insulam, quam Europæ, Asiæ, Africæque nominibus distinguimus, sed in Americam etiam sunt sparsa, quum nostri illi homines, qui de linguis disserunt, rationem reddere omnino nequeant, quando & quomodo à gentibus ad gentes, quàm longissime inter se distitas, sibi que invicem maxime ignotas, pervenerint, casu id accidisse, tandem statuunt. Egregium sanè judicium, in re tam seria ac gravi! De uno atque altero verbo, vel etiam tertio, ac quarto; imò de centesimo, si ita lubeat, ego concesserim. At de mille, vel etiam millibus, quis sanæ mentis homo credat? Oportet sanè, eò recurramus, quò ante dixi, nempe hæc omnia ex primæva illa lingua in variis dialectis atque idiomatibus, quæ inde apud Babylonem nata sunt, perpetuo in posterum manifestasse. Magni viri hæc mens est, innumera esse vocabula harmonica variarum gentium, quæ cum ad Hebræam non possint reduci, petita sint ex lingua illa Hebræa antiquiore, quæ amissa nullibi hodie extet.*

XXX. Cæterùm argumentum illud plus coloris quam veritatis habet. Fatemur si omnes quotquot occurrunt, voces harmonicæ in lingua Hebraica harmoniam non servant, & similes ibi sono & significatione voces non reperiunt, non posse illam censerì cæterarum fontem & matricem. At si aliæ quidem eæque plurimæ in Hebræo sermone harmoniam retinent & concentrantur, aliæ non retinent, haud integrum erit concludere,

cludere, Hebraicam non esse linguarum omnium antiquissimam & cæterarum matricem. Ratio est, quia Hebraica lingua tota & numeris omnibus consummata hodiè non reperitur. Si a codice V. T. discesseris, nullum alium contextum purè Hebraicum est reperire, etsi nonnullæ reliquæ a filiabus ejus, dialecto nempe Chaldaica, Arabica, Æthiopica Thalmudica &c. sint conservatæ. Accedit quòd profitemur, in exortu novarum linguarum inventas esse etiam plurimas voces novas & veteres multas ita corruptas, ut difficulter ad fontes suos revocari valeant. Non omnes igitur voces harmonicas in Hebraico sermone, qualem hodie habemus, similem fortirj quoad Sonum, & significatum radicem haud mirum est. At nullas reperiri, imò non reperiri plurimas, nemo linguarum etiam mediocriter tantùm peritus, quem ad investigandum talia diligentia non deficit, ausit asserere. Tot jam viri Doctissimi, quibus, si alii experimentum capere ipsi non possunt, in arte eorum credant oportet, meridiano sole clariùs harmoniam illam demonstrârunt.

XXXI. Jam quæ ex multis millibus, quæ nimis securè jactat, paucissima & vix decem deligit, pleraque Hebraicam originem sapiunt. Singula ad examen revocemus. *Supremum Numen*, inquit, *singuli sua lingua dixerunt*. Theut, Græcis Θεός, Ζεύς, Δεός, Θεός, Latini Deus. Græci item alia Dialecto cum Latinis nostris Dan. Hic voces illæ in Hebræo similem habent sono & significatione ד & יהו quod solius Dei nomen est. *Summa pars hominis dicitur κεφαλή Græcis, Sinis Indicæ genti Koppalah, Germanis Kopf & alia Dialecto Kopf, Latinis caput*. Hic quidem difficile est in Hebræo reperire similem & originalem. Nihil vetat, Græcos illam vocem reperisse, & a Græcis excepisse Latinos, Germanos, alios; vel Hebraicam radicem non extare in contextu Hebraici sermonis, sed esse inter amissas, quales multæ sunt. Neque tamen conjecturæ locus nullus est. Hebræis pileus ferreus inventus ad munitionem capitis, galea, cassis est גבד Quid si hinc derivemus κεφαλήν, κεφαλὴν, κεφαλῖδα, κέβηλω, κέβηλω, carnis. Unde κεφαλαία sonat idem quod גבד galeam nempe. Deinde posset etiam referri ad גו vel הו quod & corpus & caput significat. Ut igitur a κάρα, κορυφή ejusdem significationis; ita a הו Garb seu Capb κεφαλή. Notum autem est, literas ejusdem instrumenti Symbolico transitu inter se commutari, adeoque Gimmel illud faciliè mutari in Carpa. Sic a κβερνώ *gubernare* a κραββατῶ *grabbaithus*, א-ב-ו כרמא, א-ב-ו כרמא-מלῶ. Addi potest etiam, κεφαλήν Syris vocari כפרא *cranium, caput*, cujus radix amissa si restitueretur, non multum abluderet fortasse a κεφαλή. *Latinis, hæc tertia vox producitur, negandi particula est non, Germanis,*



manis nein, neen, nee, ney, na; *Hispanis, Italis, Anglis* no; *Sarmatis sive Sclavis* ne & nie. Non multum hic laborandum. Græcorum  $\eta$  & Latinorum non sunt ipsum  $\eta$  Hebræorum inversum. Nemo ignorat, quam vulgares sint istiusmodi maximè in monosyllabis transpositiones literarum. Sic ex Hebraico  $\eta$  est Hebraicum  $\eta$ . Possent etiam derivari a  $\eta$  ex quo Hiphil  $\eta$  tenuit. Quarta vox est oculus. *Latinis*, inquit, *quis est oculus*, *Germanis vocatur* auge & oge, *Sarmatis* Oko. Atqui Latinum, Germanicum, Sarmaticum est corruptum a Græco  $\delta\pi\lambda\alpha\sigma$ , ubi  $\pi$  migrat in  $\kappa$ . Græcum autem  $\delta\pi\lambda\alpha\sigma$  est ab  $\delta\pi\lambda\alpha$  &  $\delta\pi\sigma\mu$ . Hoc autem descendit ab  $\eta$  Hebræorum. Neque quisquam de hac etymologia dubitare potest. *Latinis*, ita pergit Cluverius, *quæ auris Germanis est oor*. Fateor. Sed *auris* Latinorum est ab  $\alpha\upsilon\varsigma$  Græcorum. Hoc autem est ipsissimum  $\eta$  Hebræorum. *Qui Græcis*, inquit,  $\pi\acute{\upsilon}\varsigma$ , *Latinis est pes*, *Germanis* fuff, & *aliis Dialectis* fuit, foot. Græcorum  $\pi\acute{\upsilon}\varsigma$  est ab Hebræorum  $\pi$  calcavit pedibus. Quinquam alii malint derivare a  $\pi$  *incedere*. Mihi prior etymologia plus arridet. Succedit Græcorum Latinorumque Pater, Germanis fater. *Quæ Græcis est*  $\mu\acute{\eta}\tau\epsilon\rho$ ? *Latinis dicitur mater*: *Persis* moder; *Germanis* mutter, muter, moder; *Anglis* mother; *Sarmatis* máterz macz & mati. Ante omnia largietur Cluverius, in inquirenda origine vocis habendam rationem esse literarum radicalium non servilium quales inprimis sunt terminationes. Igitur in vocibus *pater*, *mater*, ante omnia abjicienda venit terminatio *ter*. Relinquitur Pa, Ma, quæ proflexerunt ex Hebraicis  $\eta$  *pater*,  $\eta$  *mater*, inversis tantum literis, & præposita vocali consonante, quæ in archetypis postponitur. Quæ inversio hoc loco videtur facta non ex casu, sed ex consilio, quia tenera balbutientium labra verba libentiùs a consonantibus quam a vocalibus auspicantur. Miror verò, cur in censum harum vocum harmonicarum Cluverius etiam vocaverit Pœnorum *Goder* & *Gadir*, Germanorum *Gadder* & *Gitter*, cum sit ipsummet Hebræorum  $\eta$ ; a quo etiam est Græcorum  $\tau\epsilon\lambda\gamma\iota\varsigma$ ,  $\tau\epsilon\lambda\gamma\iota\varsigma$  *sepsum*, *munisio*. Restat unum verbum substantivum *Sum*, cujus personas & modos imitantur varix linguæ. Sic enim in tertia persona Latini habent *est*; Græci  $\epsilon\sigma\tau\iota$ , *Sarmatæ* *jest* vel *gest*; Germanis *ist*, *is*, & *es*. In his omnibus dilucet Hebræorum  $\eta$  & Chaldæorum  $\eta$ . Reliquæ verò personæ, ut *sum* & *sunt*, nec non modus infinitivus *esse*, harmoniam nec in omnibus nec in plerisque linguis servant. Nec alienum tamen foret, si ad eundem fontem verbi substantivi  $\eta$  referretur. Ex his luculenter apparet, paucissima illa verba, quibus inter se harmoniam servantibus contra linguæ Hebræicæ antiquitatem pro nescio qua alia lingua primæva in altera

altera demum vita mortalibus restituenda vir Doctus pugnavit, magis etiam Hebraicæ linguæ primam antiquitatem confirmare quam destruere.

XXXII. Tertium argumentum est Theodoretī, cujus verbis illud proponere expediet. Ita autem habet quæst. 51. in Genesin: ἡ δὲ ἑβραϊκὴ πῶτε ἤρξατο; οἱ μὲν ἀντὶ τῶν ἱερῶν εἶνα φωνῶν. ὡσαύτε δὲ ἐν τοῖς ἑλληνικοῖς ναοῖς ἴδιοι ἄνθρωποι ἦσαν χρασακλήτες γραμματῶν ὡς ἱεροπικὸς προσηγορεύον. ἦτοι καὶ Δαδ τοῦ Μωσέως ὁ τὸ δῶρον θεοῦ εἰδὼκε τὴ γλωττίαν, διδασκῶν ἦσαν καὶ φυσικῶν. Τοιαύται τὴ ἀλλοίων ἀπάντων καὶ τῶν ἐθνῶν, ἐν οἷς ἀν γεννηθῶσι. Φθηρευόμενα φωνῶν. καὶ τὴ μὲν ἐν Ἰσραὴλ πελομένην, τῇ Ἰσραὴλ κερρημένην. τὴ δὲ ἐν τῇ ἑβραϊκῇ τὴ ἑβραϊκῶν. Καὶ τὴ μὲν ἐν Περσῶν τὴ Περσῶν καὶ τὴ ἐν Αἰγύπτῳ τῇ Αἰγυπτίων. Ταῖς ἑβραϊκῶν παῖδα δὲ τῇ ἑβραϊκῶν ἐστὶν εὐρεῖν ἐν τῷ κερρημένῳ φωνῇ, ἀλλὰ τῇ ἐκείνων παρ' οἷς ἐγενήθησαν. εἴτε μερῶν καὶ ἡρώδης διδάσκου τὴ γραμματῶν τὴς χρασακλήτες. Μακροτέρη δὲ Δαδ τὴ γραμματῶν τὴ θέσαν γραφῶν τῇ ἑβραϊκῇ γραμματῶν φωνῇ. οἱ μὲν δὲ πούτω ἀνίτηδες καὶ τὸ μακάριον Δαδὶδ ἐν τῷ ὁδοποροῦ ψαλμῷ, γλωττίαν ἦν οὐκ εἶναι, ἔκαστον. *Arbitror eam esse sacram linguam. Quæmadmodum enim in gentiliū templis, propriè quidam caracteres literarum erant, quos vocabant Sacerdotales, ita etiam per Moſen, Univerſi Deus, dedit linguam, quæ doceretur, non naturalem. Siquidem cum reliqui omnes loquantur lingua gentis, in qua nati fuerint; & nati in Italia Italarum utantur voce, qui in Græcia, voce Græcorum; qui in Perside Persarum; & qui in Ægypto, Ægyptiorum: pueros Hebræorum nullos reperire est, qui statim Hebraica lingua utantur, sed eorum, apud quos nati sunt. Deinde cum adoleverint, docentur literarum caracteres & discunt ex literis scripturam divinam Hebræico sermone scriptam. Quod puto beatum Davidem indicasse octogesimo Psalmo; Linguam, quam non noverat, audivit.* Respondeo, perperam ratiocinari factum Patrem ab eo, quod καὶ συμβεβηκός evenit, & tum Theodoretī tum nostro tempore in usu fuit. Tempore saltem Moſis ad captivitatem usque Babyloniam rebus adhuc integris Israëlitarum Linguæ Hebraicæ usum habuerunt non acquisitum per longam exercitationem, sed naturalem, eo modo, quo singularis etiam gentibus vernacula sua lingua naturalis est. Neque enim, opinor, Theodoretus pertendere potest, Israëlitas saltem usque ad captivitatem Babyloniam locutos esse Syriacè, & oracula Dei scripsisse Hebraicè. Nam ut de caractere largiar, alium fuisse vulgarem alium sacrum, sicut etiam Ægyptiis alius vulgaris alius sacerdotalis fuit; tamen de ipso sermone extra dubitationis aleam est, cum ad captivitatem usque Hebraicum fuisse, non Chaldaicum, vel Syriacum. Probat hoc evidenter institutum Gileaditarum, qui eos qui Jordanem trajecerunt, compulerunt dicere *לשון* quæ vox Hebraica est, non vel Syriaca vel Chaldaica.

Chaldaica. Syri enim dixissent שְׁכֵלִי chaldæi שְׁכֵלִי Et ne quis linguam Hebraicam Chaldaicæ quasi vernaculæ superadditam dicat, impedit Historia Rabsaces, quem Eliacim, Schebna & Jacob ministri Regis Hiskie orant, ut loqueretur sibi אֲרַמִּיָּהוּ *Chaldaicè*, quippe quam linguam & יְקִיִּי intelligunt, non יְהוּדִי *Judaicè* in auribus totius populi. 2. Reg. xviii. 26 Unde apertè colligitur, Israëlitas eo tempore in Terra Canaan Solam Hebraicam linguam intellexisse; paucis & nonnisi singularibus quibusdam viris exceptis. Atque hinc est, quòd in principio captivitatis Babylonice Nebucadnezar præcepit. לְלַמֵּד אֶת הַיְהוּדִים הַהֵם כְּפָר וּלְשׁוֹן כַּשְׁדִּים *docere pueros quosdam libros & linguam Chaldeorum*. Daniel. i. 4. At postquam coaliti sunt Israëlità cum Chaldæis, jam desit sermo Hebraicus purus nempe & à barbariei aspergine defœcatus eis esse naturalis. Inprimis in captivitate Romana, quæ illos cum variis omnino & diverfarum linguarum gentibus permiscuit, non amplius à teneris unguiculis Hebraico sermoni assuecunt sed apud quam exulant, est vernaculus. Hoc autem totum accidit aliena vi, quia post severitatem iudicii Divini, quo perculsi sunt, non amplius iis datur coire in unam communemque gentem, sed aliis passim gentibus cohærent, absque quorum sermone & commercio vivere non possent. Et est hæc pars vindictæ Divinæ, cujus prædictionem jam supra ursumus ex Esai. xxviii. 11. Perinde agit S Pater, ac si quis eo argumento, quod hodie nulla gens vernaculum habeat sermonem Latinum, conficere laboraret, ne olim quidem populo Romano Latinum idioma naturale fuisse.

XXXIII. Quartum demum argumentum inde arcessitur, quòd nomina Patriarcharum quoad flexionem non videantur Hebraica, sed potius peregrine. Talia sunt מֶלֶךְ, אֵל, אִשָּׁה, אִשָּׁה, אִשָּׁה, אִשָּׁה, & similia. Verùm quicquid hic de flexione illorum nominum fiat, radices ipsæ, a quibus descendunt, sunt purè Hebraicæ. Constat autem, in nominum propriorum impositione non solere observari analogiam Grammatices, vel solam ob hanc rationem, quia ab appellativis necessariò sunt discernenda. At si regulæ Grammaticæ custodirentur, nunquam appellativa nomina à propriis distingui possent. Id ipsum in omnibus pœne linguis observatum esse videmus.

XXXIV. Atque sic quoad linguam Patriarcharum confido rem nos confectam habere. Restat, ut paucis inquiramus, an Patriarcharum ætate lingua eorundem literis sit consignata & exscripta, & an quales eæ fuerint, de iudicari queat? Literas fuisse quandiu homines, & homines ab æterno, adeoque etiam *æternum literarum usum* fuisse asserit magicus natura

turæ

turæ mystes Plinius VII. 56. Quomodo etiam Hebræi nugantur, ante mundum conditum septem jam exitisse, inter quæ primore loco numerant *legem*, uti videre est apud R. Eliefer cap. 3. & in *Pesachim* cap. 4. nec non in *Nedarim* cap. 4. Tametsi plerique hoc referunt non tam ad actua- lem existentiam quàm ad intentionem & Decretum Dei; quo sensu nullus foret error in rebus, sed *ἀκυρολογία* tantùm in verbis.

XXXV. Cæterùm de literarum inventoribus ingens est tum inter Gentiles tum inter Christianos dissensus; quem attigerunt varii, inprimis Johannes Matthæus Lunensis Etruscus de Rerum inventoribus; Samuel Petitus observat lib. 11. cap. 1. Gerardus Joh. Vossius Aristarchi lib. 1. cap. 9. Thomas Bangius in Cælo orientis Exercit. 1. Laurentius Schroderus in monumentis Italiæ p. 196. &c. Confido, neminem cordatum mihi temeritatis notam præfigere aufurum, si cum magnis viris Adamo Literarum inventarum, sequentibus Patriarchis earundem confer- varum gloriam vindicatum eam.

XXXVI. De Adamo consentientes habeo nonnullos apud Augusti- num quæst. LXIX. in Exod. ubi Disputat, qui sint *γραμμῶν εἰσαγωγῆς*? Ita autem scribit: *Quos autem dicat γραμμῶν εἰσαγωγῆς post decuriones, non facile sciri potest, quoniam hoc nomen in nullo usu habemus vel officiorum vel magisteriorum. Nam quidam DOCTORES interpretati sunt, ut intelligantur utique literarum, qui introducunt in literas, sicut resonat Græcum vocabulum Hic significatur quòd ante legem datam habuerint Hebræi literas, quæ quandi- cæperint esse, nescio utrum valeat indagari. Nonnullis enim videtur, à primis hominibus eas cæpisse & perductas esse ad Noë, atque inde ad populum Israel: sed unde hoc probari possit ignoro. Suidas in voce Ἀδάμ. Ἦτος τοῦτον ἐστὶν ὁ δοκι- μώσιμος ἕκαστος, καὶ πάντων κἀνδρας καὶ ψάθμας ἀκρίβεις, καὶ ὅπως ἀνακρίψῃς τὸν ἐναρ- μοσάμενος. τέτι τί γὰρ καὶ γράμματα. Hic igitur est ille, qui exploravit om- nia, & omnibus regulas & amulles exquisitas, & limites minime dubios aptissi- mē circumscribens assignavit. Hujus sunt artes & literæ.*

XXXVII. Ad probandum id, quod unde probari possit, ignorare se profiteretur Augustinus, non adducam, quòd passim Judæi Adamo tri- buunt libros de Divinitate, quin & famosum illum *ספר היצירה* *librum de creatione*, quem tamen Abrahamo alii adscribunt. Neque magni etiam facio Adamicam illam scripturam, quæ visitur in Bibliothecæ Vaticanæ columna literarum octava, cujus antiquitati nequicquam patrocinatur Angelus Rocha à Camerino Comm. in Bibliothecam vaticanam, aliæque similia alphabeta ab aliis etiam Adamo supposita. Sed & Viterbensem Monachum Annum totum ex mendaciis confutum valere jubeo, qui ini-

tio lib. 1. Berofita inquit: *Quoddam ab Adamo caperint litera & Disciplina in-*  
*fusae, non est ex fide tantum, sed etiam historia gentilium & traditione Chal-*  
*daeorum, qui se Astronomiam & literas habuisse ante Alexandri Monar-*  
*chiam tribus millibus & sexcentis triginta quatuor annis asserunt.* Validior  
 ratio me movet, quod literarum inventio, opus certe plenum sagacita-  
 tis & Judicii, vix alium Authorem habere potuerit, quam eum, qui sin-  
 gulari dono Dei instructus vocabula invenit rebus convenientia. Verè  
 Cicero & Pythagoras divinum eum animum censuere, qui tot vocum  
 discrimina ad certas leges revocaret, quique Sermonis humani elementa  
 aptis notis consignaret. Cui igitur opus hoc rectius quam Adamo ipsi,  
 mortalium sapientissimo tribueremus? Addo quod omni ætate summa sit  
 & necessitas & utilitas literarum, quibus animi notiones vel absentibus  
 vel posteris communicantur. Atqui rem summopere necessariam, utilis-  
 simam longè quidni Adamus in suum ac liberorum suorum usum prom-  
 pssisset, qui per novem plus secula tot rerum vastam experientiam colle-  
 git? An minùs ingenii vel artis fas est tribuere ei, qui tam longum tem-  
 poris tractum vivendo explevit, quam aliis, quorum vita, & eam se-  
 cuta experientia angustis admodum cancellis & limitibus circumsepta  
 fuit? Liquidius adhuc de tota hac re constaret, si quam fidem mereretur  
 narratio Josephi de columnis Sethitarum. Etenim is in columnarum illa-  
 rum erectione scripturæ rerum ab se inventarum meminit ut jam notæ,  
 non recens inventæ vel excogitatæ. Cumque plerique Sethitæ cum Ada-  
 mo vixerint, quis dubitet, sapientissimi Adami *χρησθωρίαν* liberos ejus  
 usos esse? Josephi locus est Antiq. 1. c. 3. qui à Vossio emendatus ita ha-  
 bet: *Σοφίαν ἢ πρὸς τὰ θεῶνα, ἢ ἢ τῶν ἀγαθῶν ἐπινοήσαν. ὡς δὲ ἢ  
 ἢ μὴ ἀσφραγίσιν τὸς ἀνθρώπους τὰ ἐνρημένα, μὴ ἢ πρὶν εἰς γῶσιν ἐλθεῖν φθασῆναι,  
 περὶ κηρῶν ἀφανισμῶν ἀδάμου ἢ ὅλων ἰστοῦ, ἢ μὴ καθ' ἴχρυν πυρὸς, ἢ ἢ πε-  
 ρὸν ἢ ἢ βία καὶ πλῆθ' ὡς ἀδ' αὐτῶν, σήλας δύο ποιησόμενοι, ἢ μὴ ἐκ πλῆθους, ἢ  
 δ' ἢ πρὸν ἐκ λίθων, ἀμφοτέρωθεν ἐβραψαν τὰ ἐνρημένα, ἢ καὶ ἢ πλῆθους  
 ἀφανισμοῖς ὡς τ' ἐπιμελείας ἢ λιθίνη μείνασα ὡς ἢ μαθεῖν τοῖς ἀνθρώποις  
 τὰ ἐγγεγραμμένα. δηλώσει, καὶ πλῆθ' ἢ δ' ὡς αὐτῶν ἀναπλήσαι. μὲν δ'  
 αὐτῶν ἢ δ' ἢ Σουελάδα: *Disciplinam verò rerum caelestium & ornatum ea-*  
*rum, primitus invenerunt. Et ne dilaberentur ab hominibus, quæ ab eis in-*  
*venta videbantur, aut antequam ad notitiam venirent, deperirent, cum præ-*  
*dixisset Adam exterminationem rerum omnium, unam ignis virtute, alteram*  
*verò aquarum vi ac multitudine fore venturam: duas facientes columnas, aliam*  
*quidem ex lateribus, aliam verò ex lapidibus, in ambabus, quæ invenerant, in-*  
*scripserunt, ut & si constructa lateribus exterminaretur ab imbribus, lapidea*  
per-*

*permanens præberet hominibus scripta cognoscere: simul & quia lateralem aliam possissent: quæ tamen lapidea hætenus in terra Syria. Verum de loci hujus autoritate superius actum.*

XXXVIII. Solent ad causæ hujus patrocinium advocari quædam etiam Patriarchæ Enochii scripta, quæ à patribus ipsi tribuuntur. Origenes Homil. 28. in lib. Num. citat *Enochii libros*, quibus comprehensa sint de nominibus plagarum Cæli & stellarum ac siderum secreta. Et hodieque extat in Card. Mazarini Bibliotheca Codex Æthiopicus, qui inscribitur *מכתב מספר ספר ונוח* *liber mysteriorum Cæli & Terræ*, qui teste Peireskio apud Gassendum habitus est pro Enochii Prophetia. Ejus hætenus *ἀνεκδότου* caput & calcem repræsentat Cl. D. Hottingerus Dissert. de Prophetia Enochii p. 4. 5. Sed & Prophetiam scriptam Enochii venditavit jam olim Tertullianus de habitu mul. c. 3. de idololatr. c. 4. & 15. ubi libri illius autoritatem vindicat. Citat eandem in Eclogis Clemens Alexandrinus p. 801. & 808. Et ex ejus lectione Justinus, Athenagoras, Ireneus, Lactantius, Clemens Alex. errorem hauserunt de ἁγγελουμίτια Fragmentum Prophetiæ Enochicæ Animadversionibus Eusebianis inseruit Scaliger ubi de *Ἐξηγήσεις Egregoriæ*. p. 404, 405, 406. & Kircherius Oedip. Ægypt. Tom. II. Class. 2. p. 68, 69. Verùm quia uterque hic liber *νοθείας* meritò postulatur, uti suo loco visum est, non placet causam bonam flaccido ejusmodi tibicine statuminare.

XXXIX. Post diluuium literarum usum retentum esse facilè intelligitur. Quæ enim causa fingi potest, cur vel Noë à majoribus edoctus usum literarum eundem non traderet posteris, vel posterius eum sibi oblatum repudiarent? Quando nec sequentibus temporibus, ubi semel in usu fuerunt literæ, unquam in desuetudinem ire. Sic igitur omnino sentio, Noachidas simul cum lingua primæva ejusdem retinuisse literas usque ad dispersionem gentium. Post dispersionem gentium ex Chaldæa literas Hebraicas in terram Canaan attulisse cùm alios Chaldæos, qui ex Chaldæa migrârunt, tum maximè Abrahamum, & in ejusdem familia constanter eas conservatas esse; neque tantùm in ea conservatas tanquam proprias, sed etiam communicatas Cananæis seu Phœniciis, quorum ut lingua hætenus ab Hebraica specie diversa non fuit, ita nec literæ aliæ quàm Chaldæicæ & Hebraicæ. Ex Phœnicia Cadmus, qui ex familia Cadmoneorum seu Hevzororum Sidonii Regis ἀρχιμαγιστρος circa tempora Josuæ fuit, in Græciam migrans, eas Græcis communicavit, uti prolixè probant illustris Scaliger Animadvers. Euseb. p. m. 110, 111, 112. &c. & Celeberrimus Bochartus *Chanaanis*, lib. 1. cap. 20. Neque enim se mi-

hi probant inter veteres, qui post diluuium vel Abrahamum vel Moſen authorem literarum fecerunt. Abrahamo acceptas refert Suidas, qui ſibi non ſatis conſtat. Alibi enim Adamum authorem pronuntiavit. Moſi verò adſcripſit Eupolemus apud Clem. Alexandrinum *lib. 1. Stromatum*, & Euſebium *de præparat. Euang. lib. ix. 4.* Eupolemo verò ſuffragatus Iſidorus *lib. 1. Origin. cap. 3.* Qui quidem poſteriores manifeſtè abſurdi ſunt. Nam Moſes brevi hætenus tempore converſatus cum Iſraelitis ex monte Sinai cis attulit legem ſcriptam Dei ipſius manibus. At niſi jam omnes Iſraelitæ calluiſſent literas, cui bono ſcripturam legis ex monte populo attuliſſet ?

XL. Multò minus autem probandi ſunt, qui literas inter Phœnicios primitus natas eſſe pronunciant. Plinius *ſ. 12. Ipſa gens Phœnicum in gloria magna inventionis literarum.* Et Lucaus *lib. 3.*

*Phœnices primi, famæ ſi credimus, auſi  
Maſuram rudibus vocem ſignare figuris.*

Quomodo etiam Heſychio *ἐκ φοινίκας* Phœniciffare eſt ἀναγνώου legere. Et Mela de Phœnicibus *lib. 1. cap. 12. Literas & literarum operas, aliasque etiam artes, maria navibus adire, claſſe conſtigere, imperitare gentibus regnum præliumque commenti.* Ubi tamen Vir Magnus Ilicus Voſſius per literas docet intelligenda elementa Mathæſeos, quæ *συγκη* vocant Græci. Nam apud pleraſque gentes ante inventas cifras literæ pro numeris in uſu fuerunt. Nec ego hoc ſenſu abnuerim Melam accipere, ſi oſtendi poſſit, perinde à Phœnicibus ad Græcos elementa Mathæſeos, in primis Arithmetica manâſſe, ac ab iis Grammaticam deſcendiſſe ad eodem conſtat. In eodem errore hæſit Curtius *lib. iv. Si famæ, inquit, lubet credere, hæc gens literas prima aut docuit aut didicit.* Verùm falli omnes iis, quæ ſupra diximus, liquet. Et arguit eodem autoritas plurium, qui Phœnices nobiſcum à Syris accepiffe literas adſeverant. Diodorus *lib. 5. Σύροι μὲν ἔφευγον γραμματικὴν εἰς τὴν παρὰ δὲ τῶν φοινίκων μαθόντες τοῖς Ἑλλησιν ἠδὲ δὲ δώκασι, ἅτοι, δ' εἰσὶν οἱ μετὰ Κάδμου πλεύσαντες εἰς τὴν Εὐρώπην.* Syri quidem literas invenerunt. Ab iis autem edocli Phœnices Græcis tradiderunt; Hi nimirum qui cum Cadmo in Europam navigarunt. Quin & Plinius quamvis alibi affereret, gentem Phœnicum in gloria magna eſſe literarum inventionis, tamen *lib. vii. 56. ita inſit: Literas ſemper arbitror fuiſſe Aſſyrias: ſed alii apud Aegyptios à Mercurio ut Gellius: alii apud Syros reperiſſas volunt.*

XLI. Porro quales Patriarcharum literæ fuerint, diſpiciendum eſt! Alphabæthum Adamicum protulerunt varii. Jacobus Bonaventura He-phurnus Scotus Ordinis Franciſci de S. Paulo anno decimo ſexto ſeculi hujus

hujus munitus privilegio Pauli V. Pontificis Romæ literarum forum exstruxit, & *Auream virgam* inscripsit. Ubi inter sexaginta octo differentes literarum formas in æt incisas spectatur primo loco typus Adamici Alphabeti. Et ante Hephurnum similem Adamicarum literarum formam representavit etiam Theseus Ambrosius ex Comitibus Albonensium in appendice introductionis in Chaldaicam & Linguam, anno superioris seculi tricesimo nono edito. Quam ille se hausisse profitetur ex nescio quibus authoribus, inter libros Antonii de Fantis Tarvisini Philosophi & Astrologi reperto. Paulò dissimilem Adamici, nec non & Sethitarum Alphabeti formam prompsere ex Vaticana columna octava Schroderus & Angelus Roccha. Sed & Henochi literas vulgavit Johannes Augustinus Pantheus Sacerdos Venetus; & Noachi idem ille Hephurnus, cujus mentionem supra fecimus. Plerique hi si typi ab se evulgati *αὐθεντικῶν* vel authoritate sua vel ratione confirmare valerent, non ineptè colligeretur, Patriarcharum literas Samaritanas fuisse, à quibus exhibitì illi typi non multum abluunt; Idque apertè etiam fatetur Angelus de Roccha Verùm vereor, ut vel mica probationis in promptu sit. Josephus Scaliger, cui Alphabeti illa submisit Johannes de Laët Epist. lib. 4. epist. 444. ita deus judicat: *Alphabeti illa, quæ missi, ineptissima hominum imperitorum commenta sunt. Ea primus Ambrosius Theseus Papiensis edidit, ab eo nuper Angelus Roccha Augustinianus in librum suum de Bibliotheca Vaticana exscripsit. Qui hæc non sentiunt ab otiosis conficta, nihil in literis vident. Quid quòd Theseus ille non aliis nritur alphabeticæ illius delineationis authoribus quàm adulterinis illis libris Picatricis, Apponis, Solomonis, Appollonii Thyanæi, Razielis, Adami; quos à Rabbiniis plerisque magis scriptos magica impietate exercabiles esse abundè jam constat.*

X L II. Missi igitur sublestæ fidei documentis, paucis me defungi posse arbitror, si conjectando (quid enim pro certo & explorato asseri potest in re obscurissima?) eruam, quod verò simillimum esse videatur. Adamus linguam suam simplicissimam omnium & perfectissimam ac verè sanctam videtur non alio caractere exscripsisse, quàm simplicissimo, & venustissimo illo quem etiam Moses adhibuit in scriptura legis. Inprimis manente ad dispersionem usque una & communi lingua, eosdem semper characteres non mutatos constanter obtinuisse, neminem tam durum esse confido, quin lubens nobis largiatur. Post dispersionem subortis novis vel dialectis vel linguis, & ipsis haud dubiè etiam characteribus pristinis variè corruptis & depravatis, in familia Heberi mansit vetus illa & variis nominibus venerabilis lingua He-



bræorum. Nulla autem ratio, ac ne levissima quidem suspicio est, voluisse Hebræos veteres characteres novis commutare. Qui enim inducere potuissent animum suum, ut antiquato optimo haud dubiè & sancto characterè adoptarent à Chaldæis vel Cananæis vel Ægyptiis novum, corruptum, & à pristinæ communis illius linguæ literarum nitore & integritate deflexum? Et quinam id facere voluerint? Majores Abrahami, qui in Chaldæa videntur idolis litasse? Voluerint sanè illi, etsi necdum probabile sit. At Abrahamum pristinum Characterem retinere maluisse, & à Sancto Semo, cum quo vitæ suæ primordia Abraham exegit, ei commendatum quis dubitet? Nunc Abraham & ejus posteritas, quandiu tum in terra Canaan, tum in Ægypto agitârunt, majorum suorum institutis inhæserunt tenacissimè. Sicut igitur linguam Hebraicam puram in media Ægypto usque ad tempora Mosis & ultra retinuerunt, ita ejusdem literas sarras & intemeratas haud dubiè transiferunt ad tempora usque Mosis. Perpendatur, quanta se religione sancta Sethi & Semi posteritas ab impiorum societate, moribus, institutis, consiliis separaverit? In ipso diuturno exilio hoc, quod sub Romanis tolerant Judæi, quàm sanctè custodiunt literarum Hebraicarum depositum? Et in minori longè intervallo annorum, quod gentium inter dispersionem & tempora Mosis fluxit, sanctos homines pretiosius illius depositi jacturam facere ultro voluisse, & pro gemmis suis carbones amplexari, pro sancto profanum exoculari quis sanus sibi persuaderi patiatur?

XLIII. Quæ omnia si non sinistro planè augurio conjectata sunt, jam res hæc incidet in quæstionem de literis, quibus Scriptura sacra à Mose & Prophetis est exarata. Quid de eo censuerint inter veteres Hieronymus & Eusebius, in aperto est. Nimirum certum esse pronunciant, post captam Hierosolymam & instaurationem Templi sub Zorobabele Esdræm reperisse hodiernas illas literas Hebræorum quadratas, Mosis autem legem datam esse scriptura Samaritana, & eadem libros legis & Prophetarum scriptos esse. Verùm in eo Hieronymus, qui literatorum etiam eminentissimos autoritate sua seduxit, ne sibi ipsi quidem constat, quippe qui tomo 4. Operum Epistola ad Fabiolam de veste sacerdotali pag. 26. etiam Aaroni usum literarum Hebraicarum hodiernarum tribuit. Didicit ille quidem hanc sententiam à Magistro Judaico, quem ipsum credibile est deceptum ambigua nonnullorum traditione, quæ etiam scripta reperitur tum in Mischna tum in Gemara Codicis Sanhedrim. Nam in Mischna Sanhedrim R. Jose insinuat, Efram ex Babylone factum reducem commutasse veterem characterem Hebræorum cum novo Assyriaco. In Ge-

mara

mara ejusdem codicis Sanhedrim Mar Sutra, vel, ut allii volunt, Mar Ukba ita loquitur. בתחלה נהגה תורה לשראל בכתב עברי ולשון הקודש חורא ונתת לרם כימי יצרא בכתב אשורית ולשון ארמי כידרו להן ישראל כתב אשורית ולשון קודש והניחו להדיופות כתב עברת ולשון ארמית מאן הדשוות אמר רב חסרא כותיא: *Principio data est Israël lex scripturâ Ebræâ & linguâ sanctâ. Postmodum tempore Esræ data illis est scripturâ Assyriâ, linguâ Chaldæâ. Israel legis sibi scripturam Assyriam & linguam sanctam, relictiâ idiotis scripturâ Hebræâ & linguâ Chaldæâ. Quinam isti idiotæ? Cuthæi.* Verùm quod priorem attinet Mischnicum Doctorem, ei in eodem loco tres non minus celebres Magistri, R. Jehuda, R. Simeon, Eliezer sese opposuere. Quod autem Gemaricum illum, quisquis fuerit, attinet, operæ pretium erit, de eo audire iudicium R. Abraham Harophe in שלש הגבורים quod Cl. Buxtorfius allegavit Dissert. iv. p. 199, 200: *Quod Mar Sutra dicit; Datam esse legem Israeli scripturâ Hebræicâ, & linguâ Sanctâ, id bene ab eo dictum est. Jam enim ante diximus, Hebræum & Sanctum esse nomina synonyma. Verum quoque est, quod Lex, vocetur & Hebræa, & Sancta, tam quoad scripturam, quam quoad verba, sicut scimus, quod scriptura dicatur tam de notis Literarum, earumque figura, quàm de vocibus & dictionibus; sicut scriptum est, & ad Judæos secundum scripturam & secundum linguam suam, Esth. Item, verba ista locutus est Deus ad universum cœtum vestrum &c. Deut. 5. 22. Item. Et inscripsit ea duabus Tabulis lapideis, Deut. 4. 13. Quod verò dicit; Denovo data est ipsis in diebus Esræ, scripturâ Assyriacâ, & linguâ Aramæâ, & elegerunt pro Israelitis scripturam Assyriacam & linguam sanctam, ac reliquerunt idiotis scripturam Hebræam, & linguam Aramæam; super hoc obstupescit cor meum, quomodo id ascendere potuerit in animum Mar Sutræ aut Mar Ukba. An instar hominis est Deus, ut mutet aliquid circa scripturam legis, prout ab ipsomet data est publicè in oculis totius Israël in monte Sinai, aut ut pœniteat ipsum linguæ illius propriæ Judæorum, cujus verba omnia eloquutus est audientibus sex myriadibus, qui ea in lingua sua intellexerunt, quam dono dedit Abrahamo, ut non illud omne servarint ascendentes ex Babylonia eadem ipsâ scripturâ & linguâ: qua eam dedit toti Israël per manum Moysi; vel & libellum repudiî ei mittat, ac in manum ejus tradat, eamque è domo sua dimittat, prævaricando contra eam, & mutando eam in alienam scripturam tempore Esræ? Annon Deus decrevit eam promulgare ad linguâ, quâ postea eam constabiliavit, antequam crearetur mundus, & in ea fœdus pangeret cum Israele, voce terribili, è medio ignis, nubis & caliginis? Quam ob causam prophanare voluisset aliquando sanctitatem Domini, quam diligit, & connubium inire cum filia extranea? Præterea quomodo non animadvertunt stolidi homines, quod, si*

ne prophetæ quidem alicui licet aliquid innovare in Lege, quanto minus permiffum fuerit Efræ, aut Israëlî, eligere scripturam Affyriacam, & abolere Hebræam (h. e. fanctam), quæ scriptæ fuerunt Tabulæ, & Liber legis Mosis? &c. Cæteri tamen plerique Hebræi mitiùs interpretati Gemaricum Doctorem, distinguunt inter Characterem facrum, seu communem, qui vocatur כתיב אשורי *affyrius*, & profanum ac privatum כתיב עברי *scripturam Hebræam* & *transfluvialem* vocant. Sic apud Egyptios distinctæ fuerunt Characterum species, *επιστολογραφική*, *ιερατική* & *ιερογλυφική*, de quibus Kircherius in Prodromo Copto cap. ult. Quin & apud Græcos duplex character sacer & profanus videtur in usu fuisse, cùm Theodoretus in Genesin quæst. 60 disertè faciat mentionem characterum *ιερατικών* *sacerdotalium*. Duplicis hujus scripturæ frequens est mentio apud Hebræos, quos D. Buxtorfius l. I. citavit. Et sanè cùm Semi posteritas primò permixta fuerit Chaldæis, & Cananæis, ipsa tamen sacra sua & linguam sacram seorsim habuerint, proclive est divinatu, Abrahamum v. g. & posteros alio characterè inter se usos esse & sacra sua descripsisse; eo nempe, qui à majoribus ad Heberum propagatus in ejusdem familia inviolatus mansit; & quem postea *Affyrium* vocârunt, quia Abraham eum ex Assyria attulit; alium adhibuisse vulgò, etiam ubi cum Cananæis ipsis res fuit; quique non alius esse potuit quàm character Cananæorum seu Phœniciorum, qui quod relinqueretur sequiori ætate Samaritanis, seu Israelitis, à tribu Juda digressis, Samaritani nomine venit. Hac igitur distinctione usi Hebræi sciscunt in disputatione illa Thalmudica tractatus Sanhedrim disceptatum esse non de sacro characterè sed de profano, quo lex in tabulis à Deo exarata fuit; adeoque de lege quæ Israelitis data in communem usum vulgari characterè descripta fuit. Igitur Esram Judæis Scripturam dedisse Affyriacam hoc est sacram, in promiscuo usu adhibendam; characterem autem Samaritanum seu profanum Chutæis reliquisse, quo soli imposterum eo se oblectarent. Quicquid autem sit de duorum illorum Magistrorum & Hieronymi sententia, plerique cæteri vetustissimi Hebræi in eam sententiam concedunt, characterem, quo lex primitus scripta est, non differre ab hodierno, quem Chaldaicum vocant. Proinde tum eorum testimoniis, tum rationibus non aspernandis, quæ pridem à viris doctis, nequicquam aliis non tam certo judicio quàm præjudicio obstrigillantibus & absque ratione tantùm stomachantibus, allata sunt, motus nullus dubito, quin & Moses hodierno characterè legem descripserit, & eodem Patriarchæ ab ineunte ætate mundi ad tempora usque Mosis, siquidem non planè nos fallit conjectura superiùs deprompta, usi fuerint.

XLIV. Unum addo, Patriarcharum literas nullo pacto censi posse Samaritanas. Nam cum Patriarchæ propriam linguam, proprios etiam characteres habuerint, Samaritanæ literæ sunt veterum Cananæorum seu Phœniciorum. Qui comparaverit Alphabetum Phœnicium, quod habet Josephus Scaliger Animadv. Euseb. p. 110. cum Alphabeto Samaritanorum nullus ambiget. Et probat hoc alia ratio. Nam veteres Græci Asiatici à Cadmo Phœnicio literas acceperunt Phœnicias, quæ constans est pœne omnium veterum assertio, si discesseris à Josepho, qui contra Apionem libro primo contendit, usum literarum apud Græcos Cadmo esse recentiorem; & Tzeze, qui nititur probare, Græcos habuisse literas etiam ante Cadmum; duplici argumento, sed eo futilissimo, uti vocat Scaliger. Nunc vetustissimæ literæ Jonicæ, quas repræsentat idem Scaliger sunt ipsæ literæ Samaritanorum, hoc tantum discrimine, quod phœniciarum literarum ritum inverterint Græci. Quæ quidem inversio necessaria fuit, quia Græci maluerunt natura duce scribere dextrorsum, quàm cum Hebræis, Phœniciis, Ægyptiis sinistrorsum. Quippe motus naturalis extrorsum est, quies intus ad pectus ad oculos in fœtu. Præterea relinquatur sub oculis contemplandum quid quantumque scriptum sit, quod Hebræis, Phœniciis, aliisque orientalibus sinistrorsum scribentibus calamo ac manu tegitur, sæpe etiam recenti scriptura inducitur. Cum igitur Jonum Græcæ literæ sint quoad figuram Samaritanæ, Jones autem literas à Phœniciis acceperunt, relinquitur, Samaritanos characteres esse Phœnicios antiquos. Porro Phœnicii literas suas acceperunt à Chaldæis, uti supra animadversum est. Chaldæi autem primi videntur Characterem antiquissimum Hebraicum seu quadratum corrupisse, & ex eo corrupto effecisse eum, qui hodie Samaritanus vocatur. Neque hoc absurdè dici, probabit ipse conspectus literarum quadratarum Hebræicarum & Samaritanarum. Qui diligenter contulerit utrasque, comperiet Samaritanas literas plerasque esse ipsasmet Hebraicas hodiernas sed vitiosè corruptas, & alicubi novis ductibus mutatas, vel auctas, uti fit plerunque in characterum corruptione, & cognoscitur vel ex sola Rabbinnica & vulgari Judaica Scriptura ex pura Hebraica deflexa. Neque hîc dici potest, Chaldæos posteriores, Hebræicas literas, quas quadratas & Chaldaicas vocamus, sumpsisse à Phœniciis vel Chaldæis illis antiquioribus & horum scripturam fuisse eandem, quæ etiam fuit Patriarcharum tam retro quàm post diluvium. Nam ratio ipsa docet, Chaldæos antiquos, qui linguam antiquam & hætenus communem mutârunt & depravârunt, ipsos etiam Characteres mutâsse & depravâsse. Deinde

מרכב *mcrubba* illa seu quadrata literarum pictura est longè Samaritanâ perfectior. Quippe æquabilis est, constans, simplex, facilis, in decora linguam coagmentabilis; vocis insuper formatricum organorum dispositionem referens, adeoque ipso aspectu reconditam Majestatem oculis ingerens; cùm Phœnicus ille seu Samaritanus Character sit hiulus, deformis, difficilis exaratu, & corrupto similior. Proinde prior ille longè primis illis & sanctis hominibus dignior; posterior autem utpote mixtus & compositus ex prioro illo & simpliciore omnino fluxisse est censendus. Verè enim de characteribus & literis corruptis & vitiosis pronuntiare licet, quod de corruptis Rebus-publicis Philosophus Polit. III. 1. τὰς ἀμαρτημίνας ἢ παρεστραχίας ἀναγκαῖον ὕστερον εἶναι ἢ ἀμαρτημάτων. *Vitiosas & deflexas necessum est non vitiosis esse posteriores.*

## EXERCITATIO XVII

DE

## A R C A N Ö Æ.

## Breviarum.

*Arce structura misericordiæ Divinæ documentum.* 1. תבנה ארון. *Thebæ.* Cur arcam non navim Latini vocent? 2. *Quælia fuerint* עץ גפרית ligna Gopher? 3. *Vossi argumenta*, quod cupressina non fuerint soluta. 4. *Quid* קנין nidi in arca? *Domunculas* in qualibet contignatione certas ædificari potuisse ostenditur. 5. *An* כשר quo Deus arcam illini iussit fuerit camphora? *an resina?* 6. *Magnitudo arce* cum humano corpore commensum habens. 7. *An Moses per* אכסו intellexerit cubitos Geometricos sex communium cubitorum? 8. *An cubitos sacros* quadraginta duorum digitorum? 9. *Cubitorum communium & sacrorum distinctio.* 10. *Capelli distinctio cubitorum minorum, mediorum & majorum ad limam vocata.* 11. *Mosen de cubitis communibus locutum esse docetur.*

An

*Ante tempore Noë communes cubiti fuerint majores nostris communi-  
bus ? 12. Explicatio verborum אחר תנישה לחברה ואל אמה תכלתו מלמעלה  
Græca versio rejecta. Hebræorum sententia de unica arcæ fenestra  
in summitate arcæ fabricata impugnatur. 13. Temporarii & Tor-  
nielli sententia de צהר examinata. 14. Verus verborum illorum sen-  
sus eruitur. 15. Tecti & arcæ figura ostenditur. Ostium in quo la-  
tere structum ? 16. Quid שנים שלשים ? תחתים שנים שלשים ? Cur שנים שלשים non inserto  
Jod scripserit Moses ? 17. Contignationes & tabulata arcæ ex Bu-  
tone & Temporario explicantur. 18. Tota arcæ structura ex eodem  
Temporario repræsentata. 19. Arcam non in latere Caucafi spectan-  
te Indiam, sed circa Babylonem ædificatam esse. 20. Quo &  
quanto tempore ædificata sit ? Berosus Annianus rejectus. Origenis  
& Augustini opinio ventilata. 21. Arcæ exstruendæ causa. 22. Nu-  
merus hominum qui in arca fuerunt. 23. Animalium mundorum  
& immundorum discrimen. 24. Quid שבעה שבעה septémne paria  
an septem individua ? Cur mundorum major numerus intromissus  
quàm immundorum ? An in numero septenario mysterium Deus in-  
tenderit. 25. Tria animalium genera arcam non ingressa. 26. Quo  
pacto animalia ex omnibus terræ angulis congregata fuerint ? Phi-  
lonis Judæi & R. Eliezeris ea de re sententia consutatur. 27. Com-  
meatus hominum & animalium in arca. Quo cibo carnivora ani-  
malia pasta sint ? 28. Arcam hominum, animalium & ciborum,  
qui in ea recipi debuerunt, fuisse capacem ostenditur. 29. De ca-  
dem quæstione dissertatio Temporarii. 30. Conclusio. 31.*

I. **P**Leraque hæctenus cùm executi simus, quæ de rebus antedi-  
luvianis cognitu vel necessaria vel utilia, vel jucunda sunt;  
rectè nos Moses ducit ad ipsum diluuium, quo Deus ju-  
stus & inexorabilis vindex scelerum mundum priorem impiorum homi-  
num mole fatiscentem perdidit. Ac principid constat, Deum in me-  
dio iræ suæ æstu, memorem promissionis in Paradiso factæ & promulga-  
tæ, decretum tamen concepisse benignissimum de misericordia in vasa  
misericordiæ explicanda. Neque constare potuisset fides promissioni, quæ  
mulieri spem fecit feminis caput serpentis contrituri, si Deus πανολεθρίαν

moliri, & homines in universum omnes excindere instituisset. Hæc enim promissionis illius diem Deus nondum repræsentaverat. Quæ causa est, cur omnino Deus familiam Noë conservare studuerit. Cùmque conservationis illius instrumentum Deus *Arcam* aquis innaturam, & sinibus suis totius mundi semina recepturam sapientissimè delegerit, consultum visum est, ut priusquam de diluvio dicamus, *Arcæ Noë* explicacionem aggrediamur.

II. Intrumento igitur, quo Deus Ecclesiam conservare voluit, ipso allocutus Noam nomen אֲרָכָה imposuit. Vocem eam Orientales tum Paraphrases tum versiones studiosè retinuerunt. At Græcis Interpretibus, quos & Evangelistæ sequuntur, placuit vox κιβωτός. Eam vocem explicat Hesychius: κιβωτός, λάρναξ ξυλίνη, ἢ σφῆς, *arca lignea vel capulus*. Quomodo etiam Suidas: κιβωτός, λάρναξ, κίστη, *arca, capsula, cista*. Hinc etiam non κιβωτός sed λάρνακα Josephus, Apollodorus in Bibliotheca, Lucianus in Dea Syria, Alexander Polyhistor à Cyrillo & Damascenus à Josepho citati ubique vocant. Chaldæi vocant אַרְכָּה unde apud Clementem Alexandrinum Strom. lib. 5. *Ἡβωτά*. Vocis Hebrææ vestigia remanserunt Græcis, qui arcam & naviculam vocant Ἡβὴν. Unde Græci Interpretes in melioribus exemplaribus arcam, quâ Moses absconditus fuit vocant Ἡβὴν. Et Hesychius: Ἡβὰ πόλις Βαοιστίας ἢ κιβώπων, *civitas Baotia & arcula*. Thebæ ipsæ nomen sortitæ sunt à navicula, quâ Cadmus Thebarum conditor in Europam trajecit. Nec inconcinne Latini *arcam* vocarunt. Constat enim ex typo quem Deus Noë impertivit, & figura & usu cum arca illud navigii genus convenisse. Quippe & superiori & inferiori sui parte clausa fuit, ut capiendis animalibus aptior esset. Neque enim formam habuit exactam navigii, quia defuerunt remi. Unde Abenezra אַרְכָּה לֹא הָיָה כְּסֵפֶה וְלֹא כְּמִשְׁכָּה וְלֹא כְּמִשְׁכָּה נִשְׁמָרָה וְלֹא כְּמִשְׁכָּה נִשְׁמָרָה *Nomen ejus arca, non navigium, quia non habuit formam navis, neque in ea fuerunt remi*.

III. Contexta est arca Jussu Dei אֲרָכָה עֲשֵׂה לָּךְ עֵץ לֵבָנִים *ex lignis Gopher*. Quæ vox cùm sit ex numero אַרְכָּה לֵבָנִים, obscura est, & difficile omnino investigationem habet. Abenezra sic explicat אֲרָכָה עֲשֵׂה לָּךְ עֵץ לֵבָנִים *Nomen est ligni levis, quod aquis innatat, quod alio loco in sacris literis non reperitur*. Eadem pœne verba sunt R. Davidis Kimchii. Verùm hæc generalis tantùm ligni illius descriptio est. Multa enim ligna levia sunt & aquis innatant. Græci translulère ξύλα τετραγώνια, *ligna quadrangula*. Perperam enim *ligna quadrata* ab aliis hic reddi, eruditè ostendit Isacus Vossius de LXX. Interpretibus cap. xi. Quadrangulæ porro arbores sunt, quarum

rami

rami æquabiliter sese exerunt, ut quaterni simul explicentur, & pares à terra intervallis, instar quatuor brachiorum, pares quoque conficiant angulos; quales sunt pinus, abies, cedrus, pinaster, picea & sapinus. Harum igitur arborum materiam quia constabat aptam esse fabricandis navibus, factum est, ut Græci minimè ambigui, quin ex harum aliqua arca extructa fuerit, in genere  $\alpha\beta\gamma$  redderent  $\xi\upsilon\lambda\alpha\ \pi\acute{\iota}\rho\acute{\alpha}\gamma\omega\nu\alpha$ . Verùm præterquam quod etiam arbores non quadrangulæ adhiberi potuerunt ad fabricam arcæ; definiri debuit, quæ arborum species per Gopher à Mose designata fuerit. Id verò cùm non præstiterint Græci, aliis occasionem dederunt disceptandi quam arborem quadrangulam Moses intellexerit per Gopher. Vossius quidem divinat, Gopher esse idem quod  $\alpha\beta\gamma$  *bitumen*, non quidem strictè sic dictum, sed latè, quomodo bituminis vocabulo comprehenduntur etiam Pissasphaltos, pix, resina, naphtha, sulphur, denique quicquid ejus naturæ. Porro cùm sulphur, bitumen & naphtha in arboribus locum non habeant, concludit vocem illam de resina vel pice esse interpretandam, adeoque sic vertendum præsentem textum: *Fac tibi arcam ex arboribus resinæ vel resiniferis.* Verùm quo jure ex  $\alpha\beta\gamma$  faciat  $\alpha\beta\gamma$  non video, cùm Moses in eodem versu disertè duas illas voces literis distinguat. Deinde quid attinebat generalem illam vocem, sub cujus notione non una arbor intelligi potuit, ponere, & non potius propriam resinæ? Chadæus Paraphrastes reddit  $\alpha\beta\gamma$  *ligna cedrina*. Quomodo etiam plerique vetustiores Rabbinii. Janu materia cedri firmissima est, sed navigiis non apta. Præterea tum Hebræi tum Chaldæi cedrum voce notissima vocant  $\alpha\beta\gamma$  at  $\alpha\beta\gamma$  nunquam. Junius & Tremellius amplectuntur *cedrelaten*, genus inter cedrum & abietem indolis mediæ, ob materiæ æternitatem: Munsterus *pinum*, cujus materiam Virgilius *nauticam* appellat ecloga 4. 38. & adversus cariem tineasque firmissimam esse, testatur Plinius. Græca Scholia vocant  $\alpha\beta\gamma$  *tabulata buxina*. Verùm proclivius nihil est, quàm ut per  $\alpha\beta\gamma$  *ligna cupressina* intelligamus. Etenim primò suadet hoc ipsa nominis ratio. Nam à  $\alpha\beta\gamma$  demta terminatione, quæ nunquam radicalis est, manet  $\alpha\beta\gamma$ . Hoc autem quid aliud est quam  $\alpha\beta\gamma$ ? Mutatio G in C. Ph. in P. denique O. in U. hic attendi non meretur. Secundò ligna cupressi sunt omnium firmissima & adversus cariem ac tineas unica. Plinius lib. xvi. 42. *Pinus & cupressus adversus cariem tineasque firmissimæ.* Clarè etiam Martialis lib. 6. Epigr. 49. *Sed viva generata de cupresso; Quæ nec sæcula centies peracta, Nec longæ cariem timet senectæ.* Hinc etiam est, quòd teste Thucydide libro secundo Athenienses eorum ossa, qui pro patria occubuerunt,



efferre consueverunt, ἐν λάρναξι κυπαρέσσου in arca è cupresso, nimirum ἂν ἐστὶ ἀσηπτον εἶναι; quia expers est putredinis, ut Scholiaſtes habet. Theophrastus Hist. plant. lib. v. 5. inter eas arbores, quæ vetustatem non sentiunt, collocat τὰ κυπαρίθινα cupressinam materiem tanquam χειμῶν τεταχιστάτα maximè diuturnam; proinde ex ea fabricatas Templi Ephesini valvas per quatuor generationes incorruptas durasse. Tertio cupressi copia iis in locis, quibus Noë arcam fabricatus est, parabilis fuit. Probabili enim ratione dici potest, conditam esse arcam circa campos Sennaar, ubi postea Babylon ædificata fuit. In eo autem terræ tractu nulla alia materies magis obvia fuit. Unde est, quod classis ingens, quam Babylone Alexander construxit, ex sola cupresso constitit, uti habent Arianus in Alexandro lib. 7. & Strabo lib. 16. Quin ex eodem Strabone constat, in Assyria, & quidem in Adiabene circa Capri trajectum fuisse κυπαρίσσηνα cupressetum, ex quo ligna cupressina pro arca facili negotio cædi potuerunt. Quarto denique huc referri potest, quod Plinius narrat lib. xvi. 33. hanc arborē quondam Diti sacram fuisse, & ideo funebri signo ad domos positam. Cujus rei causam multiplicem eamque fabulosam narrat Hadrianus Junius medicus *Animadvers.* lib. 1. 20. Vera causa videtur fuisse inveteratæ illius gentilium superstitionis, quia arca cupressina in horrendis illis diluviis fluctibus luctuosum & diuturnum fuerat veluti sepulchrum univèrsi generis humani, omniumque animalium in sicco degentium.

IV. Neque tanti sunt rationes, quibus sententia hæc oppugnatur. Vossius duos potissimum ponit, ob quas cupressus in censum venire nequeat; unam, quia cupressus non est πτερόγυνος; alteram quia construendis navibus inhabilis. Atqui nihil cogit, ut arcam ex lignis πτερόγυνοις fabricatam esse credi debeat. Neque enim, quia Græcis placuit, idcirco ligna arcæ necessariò quadrangula esse debuerunt. An naves non possunt nisi ex arboribus quadrangulis construi? Quod verò cupressum ad navigia aptam esse negat, oblitus est ingentis illius navigii Alexandri jussu fabricati ἐκ κυπαρίσσης ἐν Βαβυλωνίᾳ ex cupressis in Babylonia uti habet Arianus l. 1. Et Plutarchus Sympos, lib. 1. Probl. 2. Neque *Naupegnis* primò collocat *Isthmicam* pinum, ἢ τὴν Κρητικὴν κυπαρίθιον *Creticam cupressum* Et Vegetii lib. 1v. 34. *Ex cupresso igitur & pinu domestica sive Sylvestri larice & abiete præcipuè liburna contexitur.* Quin & Petrus Martyr ab Angleria legat. *Babyl.* l. 11. p. 388. testatur, Cretenses sylvas cupressinas ita peculiare habere, ut domorum omnium trabes, contignationes, tabulataque omnia ex illis arboribus, atque etiam naves construunt.

V. In ipsa arca jussit Deus ante omnia facere עֵץ quod propriè *nidos* signi-

significat. Græci *νοστος* translulere. At Chaldæus מרוץ עיבר *habitacula facies*. Quomodo etiam vulgatus: *Mansuunculas facies*. Intelligo domunculas, loculamenta pro singulis animalium speciebus. Rectè Abenezra: קנים להיות כל חית ועוף ובהמה איש ואשתו שהם זכר ונקבה לברו: *Nidos parare iussit, ut animalia & aves & bestiarum mas & femina sola degere possint*. Quot verò fuerint eiusmodi domunculæ & loculamenta, quo ordine dispositæ, qua magnitudine factæ, quomodo inter se distinctæ, clarè & pro certo explicari nequit. Infra ostendemus, arcam tribus in univèrsum contignationibus fuisse distinctam. In ea contignatione, quæ animalia capiebat, poterunt mansuunculæ æquales construi trecentæ, distributæ in sex ordines, extensos secundum longitudinem arcæ, secundum latitudinem verò disjunctos & separatos. Et quælibet mansuuncula, si attendamus arcæ dimensiones divinitus, uti mox videbimus, præscriptas, potuit esse longa sex cubitas, lata totidem, alta octo novemve. Verùm utrum eas æquales ubique fecerit Noë, meritò dubitatur. Nam cum animalia introducenda fuerint staturæ & magnitudinis admodum diversæ, ipsa loculamenta etiam diversis & inæqualibus omnino dimensionibus ædificari debuerunt. Neque enim debuit æquale esse domicilium elephantorum, canum, ovium leporum. Itaque proxime fides est, Noam Divinitus ante omnia instructum fuisse scientia omnium animalium, quæ arca suo receptu concludere debuit. Unde arduum non fuit, cuilibet animalium speciei domunculas adæquatas intra arcam ædificare. Sed de ea re latius infra.

VI. Porro arcam oblini jubet Deus his verbis *בכור וסחוף בכור* וזאת ארזה מבית וסחוף בכור *Et bituminabis eam intus & extus bitumine, v. 14.* De bitumine Plinius lib. xxxv. 15. *Est incorrupta vis bituminis aquisque consumax.* Sed quale genus fuerit bituminis, & an omnino bitumine Deus arcam illini voluerit, non consentiunt omnes. Abenezra sequentes opiniones recitat: *יש אומרים שהכפר כרמות זפת ריש אומרים שיש טיש בארץ מהעפר והוא כרביק ועומר כזפת ריש אומרים שהכפר שהוא ונקרא בלשון ישמעאל בתפורת הכף בקף פיס ושל רסין. Sunt etiam qui dicant, quòd sit lutum ex pulvere terræ, quòd adhæreat & consistat instar picis. Sunt denique qui existimant, dictum hoc esse lingua Arabica permutato Capb in Kupb. Qui lutum vel calcem interpretantur, eos ratio haud dubiè fugit. Quamvis enim instar glutinis adhæreat, tamen aquis faciliè penetratur. Proinde ædificiis quam navigiis calx melior habetur. Eos qui ex lingua Arabica vocem hanc interpretantur, sequuntur etiam doctissimi viri Ludovicus de Dieu & Schindlerus. Putant enim esse bituminis speciem, quæ Arabibus vocatur קפב *Capbura* seu *Campbora*: estque resina odorata frigidissimæ qualitatis ex arbore, quæ in summam*

summam altitudinem ascendit, qua Orientales in condiendis cadaveribus utuntur. Hinc etiam קאפור Golius interpretatur *Campboram*, Speciem aromatis indici, quod redditur candidissimum. Unde verò Noë copiam habere potuit tantam camphoræ, quanta ad navim illinendam necessaria fuit? Quanto in pretio Orientales camphoram habuerint, constat ex historia Saracenica, quæ refert, inter Regios Chosroës thesauros domum plenam Caphuræ Muslimos invenisse, quam cæteris sere cimeliis ante habuerint. Non est credibile, rei tam pretiosæ comparandæ facultatem Noam habuisse. Inclino igitur in sententiam eorum, qui כפר exponunt per פתח *picem*. Hæc enim navim facere potuit impenetrabilem aquis. Et confirmat hoc validius historia Mosis, cujus arca scirpea oblita fuit כופת *pice* Exod. 11. 3.

VII. Magnitudinem arcæ Deus definivit hoc modo שלש מאות אמה ארך Trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ, quinquaginta cubitorum latitudo ejus, & triginta cubitorum alitudo ejus, v. 15. Longitudo arcæ sex spatia latitudinis & decem altitudinis obtinuit. Quem naturalem esse corporis humani commensum tradidere veteres. Sic enim longitudo corporis humani à vertice usque ad plantas pedum est sexcupla ad latitudinem, quæ est à latere dextro ad sinistrum per medium pectus: decupla verò ad ejus altitudinem, quæ est linea recta metiens profunditatem pectoris humani jacentis proni vel supini. Sic Augustinus de Civitate Dei l. xv. Ubi arcam comparat cum Christo & Ecclesia. *Nam & mensuræ, inquit, ipsæ longitudinis, altitudinis, latitudinisque ejus significant corpus humanum, in cuius veritate ad homines prænuntiatus est venturus, & venis. Humani quippe corporis longitudo à vertice usque ad vestigia sexies tantum habet, quam latitudo, quæ est ab uno latere ad alterum latus: & decies tantum, quam alitudo: cujus alitudinis mensura est in latere à dorso ad ventrem: Velut si jacentem hominem metiaris supinum, seu pronom, sexies tantum longus est à capite ad pedes, quam latus à dextra in sinistram, vel à sinistra in dextram, & decies, quam altum à terra. Unde facta est arca trecentorum in longitudine cubitorum, & quinquaginta in latitudine, & triginta in altitudine. Eandem etiam rem prolixè persequitur Ambrosius lib. de Noë & Arca cap. 6.*

VIII. Quales cubitos intellexerit Moses per אמה gravis est disputatio, cui ansam dedit infidelium cavillatio, aliorumque intempestiva admiratio, quæ fieri potuerit, ut arca tam angusta includeret tot animalia, simul cum alimento eorum? Apelles olim criminatus est, vix quatuor elephantos ejusmodi structuram capere & sustentare potuisse. Cui sic respondet Origenes homilia 2. in Genesim. *Ajebant majores, quod Moses,*  
qui

qui ut de eo scriptura testatur, omni sapientia Ægyptiorum fuerat eruditus, secundum artem Geometricam, quam præcipuè Ægyptii callent, cubitorum numeros in hoc loco posuit. Apud Geometras enim secundum eam rationem quæ apud eos virtus vocatur, & solido, & quadrato, vel in sex cubitos unus deputatur. Si generaliter, vel trecentos, si minutatim dicatur: quæ utique ratio, si observetur in hujus arcæ mensura, invenitur, & longitu inis & latitudinis tanta spatia, quæ verè totius mundi reparanda germina, & universorum animantium capere redivivna poterint. Hic Capellus vulgarem lectionem textus illius Origenici sollicitat. Prius, inquit, Origenes erat emendandus quàm reprehendendus. Ego puto Origenem ita scripsisse: in sex pedes cubitus unus deputatur, qui generabit ducentos vel trecentos si minutatim deducatur. Sed unde quæso ita putat? Et quid hoc sibi vult: cubitus unus generabit ducentos vel trecentos. Annon & generaliter & minutatim perspicuè  $\alpha\epsilon\tau\iota\omega\varsigma$  opponuntur? Omnino retinenda est lectio Origenis, vel eam etiam ob rationem, quod jam Augustini tempore obtinuerit. Is enim Origenis sententiam laudat & sequitur de Civitate Dei liv. xv. 27. Si autem, inquit, cogitemus, quod Origenes non incleganter astruxit, Moysen scilicet hominem Dei eruditum, sicut scriptum est, omni sapientia Ægyptiorum qui Geometricam dilexerunt, geometrica cubita significare potuisse, ubi unum quantum sex nostra valere asseverant, quis non videat quantum rerum capere potuit illa magnitudo? Disputat de eadem re Origenes lib. iv. contra celsum, ubi contendit, arcam Noæ magnæ urbi fuisse persimilem, utpote cujus basis longitudine fuerit nonaginta mille cubitorum, latitudine autem viginti quinque mille. Verùm responzionem Origenis & cubitum illum Geometricum non possum non pro mero  $\alpha\pi\sigma\theta\upsilon\zeta\epsilon\tau\omega$  habere. Nam cubiti illius Geometrici mensura nullis unquam Geometris, nullis artificibus, gentibus denique nullis in usu fuit. Traditionem quidem Majorum jactat Origenes, sed non probat. Deinde de iisdem cubitis locutus est Moses, de quibus alibi passim. Atqui aliis in locis locutus est de cubito vulgari seu usitato, non Geometrico Origeniano. Neque quisquam hætenus locum produxit, in quo vox  $\text{אמה}$  tam prodigiosi cubiti significationem habeat. Quod si igitur in unico præsentis textu cubitus notaretur ejusmodi geometricus, non omisisset Moses differentiæ illius lectorem admonere. Ut plurimum enim in Scripturis ejusmodi differentiæ notantur, ubi à mensura aut ratione communi disceditur, ne ambiguitati vel obscuritati locus detur. Præterea quam quæso rationem vel symmetriam habere possunt sex pedes cum cubito? Si metiare hominem ab una manu explicata per duos cubitos

& medium pectus ad alteram usque manum explicatam, non ultra sex pedes inuenies. Cubitus propriè est mensura, quæ porrigitur ἀπ' ἀγκυρος à cubito ad extremam manus explicatæ partem. Denique hoc modo propemodum immensa moles arcæ fuisset minimè necessaria ad temporaneam illam habitationem. Fuissent enim cubiti vulgares in arcæ longitudine millè & octingenti; in latitudine trecenti; in altitudine centum octoginta. Et in solidum tota arca continuisset cubitos nongentis septuagies bis centum mille. Quæ amplitudo incredibilis si fuisset arcæ, scriptura illud tanquam insolens non præteriisset. Nec me movet, quod contra urget Augustinus, tot immensas urbes fuisse constructas; nisi forte, pergit, lapis lapidæ adhærere potest sola calce conjunctus, ut murus per tot millia circumagatur: & lignum ligno per subscedines, epiros, clavos & gluten bituminis non potest adhærere, ut fabricetur arca, non curvis sed rectis lineis longè latèque porrecta, quam nullus in mare mittat conatus hominum, sed leuet unda quam venerit naturali ordine ponderum, magisque diuina providentia quàm humana prudentia nascentem gubernet, ne incurrat ubicunque naufragium. Verùm diuersa omnino ratio est immensæ urbis & operis immensæ sed continui. Deinde non diffitemur, talem arcæ mensuram esse ex censu eorum, quæ fieri possunt. Sed utrum id factum esse dicat Moses, & utrum tanta moles necessaria fuerit, hoc demùm quæritur.

IX. Porro viri docti, qui cubitorum illorum Geometricorum absurditatem satis animadverterunt ut arcam tamen capaciorem, facerent commenti sunt aliam distinctionem, inter cubitos sacros & vulgares; quorum illi digitos quadraginta duos, hi viginti quatuor contineant. Eam distinctionem probant gemina ratione. Prior arcessitur ex mensura maris ænei; quod fuit decem cubitorum à labio ad labium, rotundum per circuitum, altitudine quinque cubitorum, cujus circumferentia erat triginta cubitorum: capiebat autem tria millia batos seu metretas. Ex qua descriptione ratione mathematica demonstrare conantur, cubitos illius circumferentiæ maris ænei non fuisse vulgares sed sacros, ejus mensuræ, quam ante posuimus. Posterior petita est ex 2. Paralip. III. 3. Ubi mentio est longitudinis cubitorum בכרה הראשונה in mensura priore, quam illi sacram interpretantur. Verùm neutra ratio sacrum illum cubitum evincit. Nam mare æneum quod attinet, perfectam in eo & mathematicam rotunditatem supponunt, quæ mathematica non fuit. Nec כרה הראשונה mensura prior in loco allegato notat cubitum sacrum. Sed author Paralipomenon distinguit duas dimensiones Templi, priorem & posteriorem. Prior dimensio describat prima fundamenta, non separato הכיל & רבו Templo

& adyto. At in posteriore dimensione Templum & adytum sunt separata, ita ut propria utrique mensura deputaretur. Prior dimensio Templum sexaginta cubitis definiebat. In secunda dimensione ex sexaginta prioribus cubitis viginti adyto, quadraginta Templo sunt tributæ. Igitur כרר פשוט prioriem dimensionem, non mensuram cubiti sacri notat. Præterea ut concederemus, mensuram primam cubitum sacrum denotare, quo argumento liquebit, ejusmodi cubitum esse quadraginta duorum digitorum?

X. Interim haud ægrè fateor, ex scripturarum usu & sensu distinguendos esse cubitos sacros à communibus. Cujus distinctionis fundamentum est apud Ezechielem cap. XL. 5. & XLIII. 13. Ibi enim mentio est simpliciter כרר cubitorum & פשוט כרר cubitorum in cubito & palmo, qui etiam vocantur. Ab Ezechiele כרר הכרר כרר *mensuræ altaris in cubitis*. Adeoque illi quidem, qui simpliciter cubiti dicuntur, communes sunt, qui cubiti in cubito & palmo sacri, uno palmo communibus majores. Ubi palmum minorem seu mathematicum, qui quatuor digitorum transversalium est, intelligere convenit, non majorem, qui sedecim digitos æquat. Proinde Græci interpretes reddunt πῆχυν πελαγίης. Est autem πελαγίη, finitore Hesychio, πελάγη, τὸ ἑξῆς δακτύλων μέτρον, *palmus, quatuor digitorum mensura*. Communis cubitus, uti rectè Hieronymus, quinque palmorum, digitorum viginti erat. at sacer sex palmorum digitorum viginti quatuor. Communis cubitus videtur esse, qui Deut. III. 11. vocatur כרר כרר cubitus viri, vel *virilis manus*, uti vulgatus ibi habet. An igitur putabimus, Noam in structura arcæ rationem habuisse cubitorum ejusmodi sacrorum non communium, quò arca spatiosior fiat? Verùm necdum inducor, ut cubitis sacris Nöam arcam dimensionem esse credam, quia simpliciter apud Moysen mentio est כרר cubitorum, non פשוט כרר כרר cubitorum in cubito & palmo: quomodo ad evitandam ambiguitatem omnino Deus ad Nöam locurus esset. Præterea sacer ille vel legalis cubitus non videtur ante legem, & prius quam ædificia sacra à Deo dictata sunt, inventus vel in usu fuisse.

XI. Aliam cubitorum distinctionem protulit Capellus, ex qua conatus est arcæ Nöeticæ capacitatem describere. Is enim *historiæ sacræ* pag. 30. distinguit inter cubitum minorem, medium & majorem. *Membrorum corporis humani*, inquit, *symmetria postulat, ut minor cubitus sit quadrante longior pede, ut medius cubitus ac propriè dictus sit sesquipedalis, tertius verò cubitus sit secundo duplo major, ac proinde non quinque, ut putavit Origines, sed trium pedum. Id docet Moses ipse. Nam cum Numer. XXXV. v. 4. assignasset*

suburbis Levitarum millenos undique extra urbem cubitos majores, quos *vetus* interpretes, passus vertit, sequente versu pro millenis cubitis dicit *bis* millenos. Sic 1. Reg. vii. 15. *primarius templi Solomonici columnis dantur cubiti octodecim. Iisdem* 2. Chron. cap. 3. v. 15. *dantur cubiti triginta quinque, quibus, sic cubitum unum addas, quem stylobatæ assignes, fient cubiti triginta sex, ut cubitus sit præcisè duplo longior pygone, quemadmodum siclus sacer duplo gravior est siclo civili.* Arcæ igitur Nœticae cubitos intelligit majores, juxta quos dimensionem arcæ sic ordinat, ut altitudo ejus continuerit pedes Hebraicos nonaginta, latitudo centum & quinquaginta, longitudo nongentos, amplitudo quadragies quinquies centum mille. Cæterùm de minori & medio cubito viro doctissimo controversiam non facio. Est enim minor cubitus quem nos communem, & mediū quem sacrum vel legalem fecimus. Sed major cubitus duplus ad mediū adeoque pedum trium dubitationem habet, quod nec rationis, nec scripturæ præsidio nitatur. Ait membrorum corporis humani symmetriam eum postulare. Atqui, ut utar ea ratione, qua Capellus cubitum Geometricum Origenis rejecit, quam rationem aut similitudinem habere possunt tres pedes cum cubito? Dicit à cubito ad manum explicatam, & retro ad medium pectus usque trium pedum intercapedinem dari. Verùm hæc duplex mensura duos non unum cubitum facit. Alioquin ab uno cubito ad alterum quatuor pedes intercedentes pro uno etiam cubito deputari possent. Quin & Origenes cubitum suum Geometricum à manu una explicata per duos cubitos ad alteram manum explicatam tali ratione facile tueri posset. Nec validior est probatio quam Capellus desumpsit ex Num. xxxv. 4, 5. 1. Reg. vii. 15. & 2. Chron. iii. 15. Laborant quidem anxie viri docti, qua ratione loca hæc concilient. Num. xxxv. 4. assignantur suburbis Levitarum undique extra urbem ארץ אלף *milleni cubiti*, sequenti versu ארץ אלף *bis milleni*. Capellus millenos explicat de cubito suo majori trium pedum, bis millenos de cubito medio sesquipedali. Sed profectò credible non est, eodem in loco tam diversam esse notionem cubiti. Neque Moses ita scribere potuit citra maximam æquivocationem. Græci Interpretes in exemplari Romano utroque in versu habent ἀγλῆς, quomodo etiam Josephus & Philo. Unde suspicio incescit Bonfrerio, Hebræicum codicem in voce ארץ vitiatum esse. Sed ad ferale hoc telum non progredior. Rectè hæc conciliavit R. Solomon Jarchi: ארץ אמה סביב ואחורו רוא אמה אלפים אמה רוא ארץ אלפים אמה סביב כהם ארץ הפנימים למגיש והחיות לשירות לכרישים אלפים רוא כהן להם סביב כהם ארץ הפנימים למגיש והחיות לשירות לכרישים. Mille cubitos in circuitu: *Postea dicit, bis mille cubitos. Ecce sensus est, in unum versus bis mille extra pro vicinis & agris conferendis.* Quod columnas Solomonicas

lomonicas attinet, frustra etiam est Capellus, qui in iis duplicem mensuram cubiti commentatur, ita ut auctor libri Regum, qui unam columnarum altitudinem tribuit octodecim cubitorum, cubitum medium seu sesquipedalem intellexerit: auctor contra Paralipomenon, qui columnis Salomonicis in longitudine assignat cubitos triginta quinque, cubitum majorem trium pedum. Mirari subit, virum doctum locis scripturæ dubiis abuti ad incrustanda commenta. Tametsi quid dubia loca nomino, quæ primo statim intuitu intelligi & conciliari possunt. Auctor libri Regum loquitur de unaquaque columna, alter de duabus junctim. Unaquæque columna erat longa cubitos octodecim: ambæ triginta quinque nempe apparenter, & non numerato singularum columnarum dimidio cubiti, quod in capitello abscondebatur. Non igitur duplex indigetatur mensura, sed una eadèmq; columnarum vel seorsim vel conjunctim sumptarum. Jam ut largiar, in usu fuisse ejusmodi cubitum majorem; minime tamen sequitur, in arca Nöetica cubiti majoris mensuram usitatam fuisse: quia id scriptura nullo apice innuit. Capellum cubitum majorem in suburbis Levitarum & columnis Solomonicis ex locis expressis exsculpere fatagentem vidimus. At in historia dimensionis arcæ Nöeticæ quis expressus vel in speciem textus est, qui majoris cubiti vel levissimam suspitionem præbeat?

XII. Relictis igitur fictitiis ejusmodi cubitorum mensuris, quid probabilius dici potest, quàm Mosen loqui hic de cubitis communibus, definitis ad mensuram cubiti virilis, unde & nomen hujus mensuræ deductum est? Id quod ipse Moses innuit expressè Deut. III. 11. ubi communem cubitum definit *אמה אדם אחזקו אדם אמה אדם cubitum viri*. Est autem mensura cubiti virilis manus illa quæ à flexi brachii angulo ad medii digiti summitatem protenditur in brachio hominis alicujus perfectæ ætatis, puta tricesimum annum supergressi, nec gigantis nec, pygmæi, sed stature vulgaris & usitatæ. Estque mensura illa viginti quatuor digitorum transversalium, sesquipedalis, & totius ejusdem viri altitudinis quartam circiter partem complexa. An verò tempore Noë prisci illi cubiti quamvis communes communibus nostris majores extiterint pro ratione priscorum corporum, secundum quam stadium Herculis majus fuisse communibus stadiis legimus apud Aulum Gellium principio Noctium Atticarum, non definimus. Pendet hoc à quæstione illa de corporum priscorum statura & magnitudine, de qua obiter nobis actum Exercit. IV. 2. 1. Admodum etiam vero simile est, cubitorum primorum mensuram fuisse ab ipso Adamo introductam, ac deinde, ne ob varias humanorum corpo-



rum staturas depravaretur, ligneis aut metallicis lineis ad posteros uniformiter derivatam, ac usitatam deinceps & ante & post diluvium per longi temporis tractum. Sed cum cubitos Noëticos communes fecerimus, restat adhuc dubitatio, qui arca, quæ eam demum amplitudinem admisit, quam cubiti illi communes patiebantur, capax fuerit tot animalium & alimenterum? Quam quæstionem paulò inferius expediemus.

XIII. Sequuntur verba Dei ad Noam intricatissimi sensus: צרר תקעה ואל אמה תכלנה מלמעלה v. 16. quæ verba septuaginta seniores sic reddunt: ἐπισυναγωγῶ ποιήσεις ἢ ἢ καὶ ὡς ἐν, & εἰς πᾶσιν συνελείσθαι. ἀλλ' ἂν αἰώθεν. Colligens facies arcam, & ad cubitum eam superius perficies. Quæ versio præterquam quòd sensum nullum fundit nisi coactis vocibus & fidiculæ impositis, etiam malè convenit cum Hebræico codice. Quam enim convenientiam habet cum voce Hebræica צרר Græca ἐπισυναγωγῶ? Quid hic comminisci poterunt septuaginta interpretum Patroni? Vulgatus igitur sic reddit: *Fenestram in arca facies, & in cubito consummabis summitatem ejus.* צרר interpretatur fenestram, quomodo & Jarchius Hebræorum explicationes paucis pandit צרר יש אושרים חלון יש אושרים אכן : *sunt qui putent, צרר fuisse fenestram: sunt etiam qui putent fuisse lapidem pretiosum* (qualis lychnites vel carbunculus) *quo lucem eis suppeditaveris.* Nec multum diversus Aben-Ezra, cujus hæc est verborum illorum explicatio וזו נעשה צררם והוא נעשה למעלה במשפט ואחרים שהיה למעלה אמה ארה בארך היה נרחב ששה אמה *Locus fuit in quo lux congregata est. Et hoc derivatum à צררים Et factus est superius juxta præscriptum. Alii, quia in cacumine longitudo loci illius fuit unius cubiti, colligunt, latitudinem fuisse sextæ partis cubiti.* Hanc tum vulgati tum Hebræorum interpretationem de una fenestra in arcæ superiori parte longitudine unius cubiti fabricanda vulgò etiam docti viri sequuntur. Verùm quo jure, dispiciamus. Primò צרר non fenestram significat sed lucem & quidem meridianam. quod etiam Hieronymo notatum, Fenestram proinde Moses inferiùs cap. VIII. 6. non צרר sed חלון appellat: retenturus haud dubiè vocem ab ipso Deo usurpatam, si fenestram significasset. Secundò verba illa ואל אמה תכלנה מלמעלה & in cubito consummabis eam superne de צרר quod illi fenestram interpretantur, non possunt accipi, quia צרר masculinum, at תכלנה fœmininum est. Sed potius est, ut de arca ipsa intelligantur eum in sensum, quem postea explicatum dabimus. Tertio si vera est vulgaris illa interpretatio, oportet igitur unica fuerit in tota arca fenestra, unius cubiti longitudinem & palmi unius latitudinem adæquans. Hoc autem contendo quàm remotissimum esse à vero. Dispi-

ciant, qui hoc afferunt, ædificii magnitudinem, cuius embadon terræ jugerum sexta parte superabat. Cogitent molem quadraginta quinque pedes sublimem in tres distinctam contignationes, in plura loculamenta divisas. Singulis opus fuit lumine, singulis aëre, sine quo nec quod spirat ali sustentarive potest, nec ignis foveri, qui non minùs necessarius fuit quàm aër & aqua. Quantum verò aëris aut lucis infundi potuit è cubitali fenestra, quam si vel permagnam struxeris sive in tecto, sive in contignatione suprema, media, ima, reliqua domicilia luce & spiritu destituta animalibus spiritum intercluserunt. Omnino igitur necessum fuit, ut plures fenestras & spiramenta faceret Noë, quò lucem & aëra singulis contignationibus idoneam & sufficientem commodè intromitteret. Neque obstant verba Mosis Genes. v. 111. 6. *Aperuit Noë fenestram arcæ quam ipse fecerat.* Ex quibus sequi videtur. נַחַשׁ notare illam ipsam unicam fenestram quam Noë fecerat. Sed hoc אֲנִיכֵיכֶם est. Hoc solum arguunt verba Mosis, Noam aperuisse illam fenestram, quam de industria ita machinatus erat, ut posset cum opus esset, recludi. Reliquæ enim fenestræ verisimiliter pice & bitumine conglutinatæ fuerunt: quæ licet lumen intromitterent, prospectum nihilominus, quia transparentes non essent, ac fortasse constarent linteis alba cera seròque caprino perunctis, prohibuerunt. Hoc propemodum certum, fenestras eas vitro vel lapide speculari minimè constructas fuisse. Si enim pellucidæ & perspicuæ fuissent, nihil opus fuisset emittere corvum de fenestra, quippe ex qua ne sustinuit quidem Noe oculis suis aquas inspicere, quæ totius orbis interitum præsentabant; sed periculum facere voluit in corvo & columba

XIV. Vidit doctissimus Temporarius, nec נַחַשׁ de fenestra explicari, nec ad נַחַשׁ sequentia verba congruere posse. Is igitur נַחַשׁ facit firmamentum & præsidium, à נַחַשׁ quod est concludere, coarctare, munire. Proinde verbis illis hunc sensum induit: *Arcam tibi constructo, eam tibi firmamentum ac præsidium facito, & absoluto ea magnitudine & sublimitate quam Tibi præscripsi, ut ne cubitus quidem desit.* Eadem ferè est Torielli explicatio saltem quoad verba illa posteriora: *in cubito consummabis eam supernè, quæ hoc modo ille מִן הַקֶּבֶץ: ut arcam ipsam & omnes ejus partes ad amussim juxta præstitutas mensuras fabricare ac perficere valeas, Semper cubitum, hoc est cubiti mensuram ad manus habere debebis, quæ veluti præcipuo instrumento & totius operis decretorio totam hanc fabricam absolvere curabo.* Itaque אֵימָר לְךָ explicat mediante cubito, cum tali instrumento. Verùm non possum eam explicationem amplecti. Etenim נַחַשׁ non potest significare præsidium vel firmamen-

mentum, neque radicem agnoscit ציר. Vocis illius radix, sicut multarum aliarum, custodita est in lingua tum Chaldaica tum Arabica. Chaldaeus ציר est *luxus*; Arabibus verò ציר *ardore laesit Sol, manifesta, conspicua fuit res*. A qua radice apud eosdem Arabes descendit ציר in plurali צירא quod interprete Gieuhare apud Golium significat *tempus diu post* צירא & *maximè fervens, scilicet merides*. Quomodo etiam Hebraeis צירא notat *meridiem*. Igitur ציר non firmamentum vel praesidium notat sed *lucem*. Deinde sequentia verba חכמה מלכיה אל אמה non possunt recipere eum sensum, quem putant Temporarius & Tornicillus. Etenim primò foret inanis repetitio praecedentium, quae in tam concisa narratione locum habere non potest. In v. 15. Deus definiuit longitudinem, latitudinem & altitudinem arcæ exigendam ad cubitos. Satis superque ostendit Deus illis verbis, non alio instrumento quàm cubito mensurari & perfici oportere usque ad fastigium arcam. Quid opus fuit repetitione talium? Secundò חכמה מלכיה אל אמה non potest significare: *absolves summitem, vel planè perficies, sed, consummabis desuper, supernè*. Notat igitur non perfectionem vel absolutionem totius arcæ, sed aliquid, quod Noam facere oportuit in summitate, fastigio arcæ. Denique longè certius explicatur verba illa de tecto arcæ, uti mox visuri sumus. Aliàs sequeretur, nihil omnino de tecto arcæ, quod tamen potissima est pars aedificii, in primis navigii talis, quod contra vim pluviarum muniri debet, à Deo Noæ mandatum esse.

XV. Igitur duo potissimum sunt, quæ Deus verbis illis Noam machinari iussit. Primum, ut lucem arcæ intromittat. Est enim, uti vidimus, ציר *lux*. Hoc autem ut exequeretur Noë, facile intellexit, opus esse instrumentis ad lucem quibusque contignationibus sufficientem intromittendam. Qualia sunt variae fenestæ constructæ ex materia non sanè fragili, nec transparente, qualis est vitrum vel lapis specularis, quum constat, Noam ex fenestris prospicere non potuisse; sed firma ad versus vim pluviarum, & quæ lucem utcumque communicare apta nata esset. Alterum, quod Noë facere iussus est, tectum fuit, quod is consummare & fastigiare debuit in altitudinem unius cubiti. Hoc verba חכמה מלכיה אל אמה aperte fati sibi volunt. Proinde aberrant, quotquot aliam tecto arcæ vel figuram vel dimensionem tribuunt. Origenes quidem arcam facit quodammodo pyramidalem, ita tamen, ut fundus sive basis ejus non esset quadra, sed sexies sua latitudine longior, summitas verò non acuta, sed veluti secta & unius cubiti mensura, utrinque quadra. Verùm hæc non est figura navigii, sed tecti potiùs. Præterquam, quod sic inhabilis fuisset

set ad natandum, & multum minueretur capacitas totius arcæ. Itaque alii, nominatim Cajetanus, Hugo de S. Victore, Lyranus, Arias, Buteo aliam tecti & totius arcæ figuram commenti sunt, uti videre est apud Pererium & Torniellum. Ego & arcæ & tecti formam verbis Mosis convenientissimam agnosco talem, ut latera ex basi juxta totam longitudinem erecta surrexissent statuatur per triginta cubitos; huic ædificio impositum tectum longitudinem quidem adæquans totius arcæ, arcum tamen unius cubiti, culmine paulatim fastigiato & in angulo obtuso desinente, dicatur. Hæc enim figura tum arcæ quadrangularis tum tecti & convenit scripturæ, & arcam facit capacem, & tectum instruit, ut idoneum sit diffundendis imbribus, denique & molem ejus admodum minuit.

XVI. Sequitur mandatum Dei de ostio ad latus arcæ fabricando, his verbis conceptum: *פתח רחבה בצדה השמאל* *Ostium arcæ ad latus ejus pones.* Cur in latere arcæ ostium reponendum fuerit, aperta ratio est, quam etiam reddidit Jarchius: *שלא יפלו הגשמים בה* *ne pluvia in eam incidant.* Cæterum quæsitum est, quo in latere Noë illud disposuerit, longitudinisne an latitudinis? In latere latitudinis ponunt Pererius & Abulensis, quò proclivior introitus sit & distributio animalium in obambulationes longas, ac inde in suas mansiunculas. Sed rectius judicat Arias, debuisse ostium ædificari in latere longitudinis. Ex tali enim latere animalia intrantia ocyus domunculas sibi distinctas adire potuerunt, diviso ad dextram & sinistram itinere. Probabiliter etiam dici potest, ostium illud à basi arcæ elatum fuisse minimum quinque cubitos supra sentinam, de qua postea. Ita enim aditus patuit statim ad contignationes animalium.

XVII. Postremum mandatum circa fabricam arcæ est in his verbis: *תחתיה שנים ושליש תעשה* *deorsum cœnacula & tristega facies in ea.* Sic v. v. planè perperam. Quid est deorsum facere cœnacula & tristega? Unde *תחתיה deorsum, שנים cœnacula notat?* Græci interpretes. *κατάστεια δύοποφα κατὰστεια τριποφα ἀντλῶν.* *Inferiora bicamerata & tricamerata facies eam.* Maximè oppositè Chaldæus paraphrastes: *כדורין ארבעין תנצין ושלישין* *Mansiones inferiores secundas & tertias facies eas.* Supra Deus imperavit קנים nidos, secluseria, loculamenta. Hic totam arcam dividi jubet in tres contignationes, imam, mediam & summam. Sed cur שלשים non inserto Jod perinde ac in *תחתיה שנים* etiam *שליש* scripsit Moses? Responder huic quæstioni Grammaticæ doctissimus Hebræorum Abenezra: *ענים יום ולא יראו הלא יראו תאר העם וכניד ופקיד וחסיד וחכם ונבון האר השם ובל מלה כפי משקלה והערכתה ומשקל שלשים כמשקל נגידים הפסידים כי הזאר הוא שלש ככו חסד* *Qui hoc querunt cum oculis habeant, nihil tamen vident.*

*Annon vident formam nominis? Et omnis dictio est juxta formam ac ordinem suum. Aleb que formu שישוים est juxta formam נגידים המידים Nam שישוים habet formam nominis cum דסר communem.*

XVIII. Etsi verò trium illarum contignationum proprium usum Deus Noë non dictavit, tamen proclive est conjectu, quomodo cuncta, quæ intra arcam recipi debuerunt, Noë per contignationes & tabulata illa disposuerit. Neque enim fas est credere aliter defunctum esse eum hoc negotio, quàm quivis hodiè que paulò prudentior defungeretur. Igitur usus contignationum & distributio omnium rerum, quæ in arca servari Deus voluit, à viris eruditissimis sagaciter conjecta est, in primis à Buteone & Temporario, qui duo præcipuam operam dederunt, ut hæc nobis explicatiora redderent. Buteo igitur non tres sed quatuor arcæ partes facit, quarum infimam non memoratam à Mose putat, quia non habitatio nec tabulatum propriè dictum fuit, sed locus sentinæ. Igitur hariolatur in ima parte fuisse locum saburræ sive arenæ, quæ nec flaria erat, ut in aquis arca non fluctuaret. In hac etiam fuisse sentinam, quæ sordes ex superioribus tabulatis exciperet, & per foramina aquas foras emitteret. In secunda contignatione fuisse locum omnium animalium, tam reptilium quam gradientium, in plurimas cellas sive mansiunculas distinctum. In hoc secundo tabulato fuisse ostium arcæ, de quo v. 16. idque magnum & amplum, per quod animalia in arcam sunt inducta. In tertio tabulato distinctas fuisse apothecas, continentes tum annonam animalium & hominum, tum dolia aquæ dulcis ad potum & lotionem. Ex hoc tabulato per foramina, tubos, in quòdque præsepe secundi tabulati cibum & potum fuisse immissum. In quarto tabulato fuisse homines & aves. His tectum impositum planum, sed nonnihil acclive, & ad altitudinem cubiti assurgens. Lubet etiam de contignationibus arcæ audire egregiam dissertationem Johannis Temporarii *Chronologiarum Demonstrationum* libro 1. p. 32. Cubilia, inquit, porrò & latebræ quadrupedum omnium & reptilium suo cuique generi commoda locabantur in imo arcæ pavimento, assamentis & cancellis conclusa, ambulationibus in longum transversumque dispositis, per quas possent homines facillè cuncta prospicere, usuique necessaria suppeditare, emissariis etiam ubi opus fuit relictis, per quæ prolaberentur vel ejicerentur excrementa in sentinam subjectam, quam saburra onustam fuisse par est. In media regione apothecæ tabulatis distinctæ annonam omne genus continebant, scœnilia, pœalaria, frondes, glandes, castaneas, legumina, fruges, farraginem, viciam, eruum, & similia. Interque apothecas spatia relicta, quibus ad eas aditus esset. Foramina etiam

etiam præsepiis imminēbant, per quæ pabulum in aliquot dies ministraretur animalibus. Quibus etiam potus aliquot epistomiis siphonibus aliisve organis facile dispensabatur. In suprema regione hominum fuit habitatio. Illic andronitæ, & gynæcia constructa. Cella etiam penaria, culina, focus lapideus, lignile, cella carbonaria, horreum, frumentis & fructibus refertum. Potuit & locus esse clibano, & molis trusatilibus, si horum tum temporis usus fuit. Sed nondum in usu fuisse clibanum, argumento est Abrahami factum: Qui genis prætereuntibus panes subcineritios apposuit, & Plinius post multa secula testatur Romanos non pane, sed pulve sive farre cocto vixisse per multos annos. Potuit verò piscina fieri si piscibus fuit opus in cibum: sicut in Hieronis Syracusani memorabili nave factum fuisse Athenæus refert. Et cum intelligeret Noa omnia aquarum illuvie corruptum iri, copiosam suppellectilem tam rusticam quam urbanam ferramentorumque omne genus fabrilium locis oportunis reposuisse credendum est. Reliquum ædificii spatium inter supremam contignationem & tectum fastigiatum, volucres facile capiebat, nidis & caveis undique discriminatum. Horum verò omnium distributio ea fuit, ut oneris ratio ubique haberetur, quo super aquis navigium ferretur æquo libramento, cujus forma longior oneri ferendo fuit percommoda.

XIX. Nuncigitur nobilissimam illam arcæ structuram tum ex iis quæ diserte à Deo jussa jam explicavimus, tum ex sagaci conjectura, quam de industria & prudentia Noæ capere possumus, paucis ex eodem Temporario repræsentare & ab ipsis fundamentis architectari lubet. Primum igitur, inquit ille, centum trabes perpetuæ, sesquipedales, quadratæ, longæ cubitis quinquaginta duobus, secundum totam strati latitudinem, æqualibus intervallis collocabantur. Duas tamen extremas, quæ minoræ basis latera claudebant, cæteris crassiores esse oportuit. Has trabes supra infraque distinebant palmipedalia tigna, incisuris sesquipedalibus, quibus utraque trabium capita inferebantur, relictis dextra sinistraque trabium projecturis, in quas arrectariorum pedaliū, angulariorum vero bipedalium, bases ad triginta cubitos sublimium, securiclati cardinibus immittebantur. Omnium autem arrectariorum capita supernè cardinatis trabibus concludebantur, quas in extremo quatuor obliquæ duodecim pedes longæ, sub angulos insertæ, anconesque ferrei revinciebant. Arrectaria quoque per circuitum forinsecus postes transversifrientales vestiebant. Intra verò catenationibus præinfectionibusque arctè continebantur. Oram autem arcæ superiorem validè firmabant præter

latera duo minora, septem compactilia transtra, quæ spatiis æqualibus in longitudinem procurrebant, supremis trabibus adglutinata, eaque transtra quatuordecim columnæ perpetuæ triginta cubitis sublimes, singula binæ, parastatis duabus subnixæ fulciebant. Super media transtra duoque minora latera, novem scapi altitudine duodecim cubitorum attollebantur, capreolis dextra sinistraque suffulti, fastigii columnen excipientes. Unde canterii utrinque proclinati, extra longiora superioris oræ latera, æqualiter prominebant. Atque his coassatio super imposita ædificium tegebat, ipsi suggrundiis stillicidum extra perpendicularum arcæ propellentibus. Intra ædificium, supra basis trabes, solum beffali materia contextum fuit, supra quod pedamentorum fulturis prima contignatio in octo cubitorum altitudinem sustollebatur. Hanc sequebatur mediana cubitis duodecim sublimes, post supra, decem cubitorum altitudine. Quas & parastatæ circa columnas, aliæque futuræ, inferiorum perpendicularo respondentes sustinebant. His tectum impositum fastigiatum fuisse architecturæ ratio poscit: quod pluviis arcendis & rejiciendis multo commodius est camerato, & volucrum generi recipiendo, eorumque volatui exercendo, & nidis compingendis valde necessarium. Præterea basis partem imam navigationi accommodatam fuisse par est, quod architecti prudentiæ Deus reliquit, ut alia multa. Etenim Deus mensuram & firmamentum indicavit, quod hæc ab homine comminisci non potuerint. De emissariis ad urinam & egestus animalium vel recipiendos vel ejiciendos, de forma ad navigandum apta, de luminibus & fenestris nihil quidquam præcepit. Hæc enim latere non possunt prudentem patrem familias. Ostium quidem in arcæ latere collocari voluit, quod ita fortasse commodius fuerit ad recipiendum intus animalia. Fenestræ autem mentio, quam habent latinæ versiones nulla est in Hebræis & Græcis. Lucem sanè admitti voluit, sed diversis receptaculis, uti supra vidimus, divisam. Cubilium porro & contignationum dispositionem repetere hic nihil attinet.

XX. Atque hæctenus quidem structuram arcæ juxta præscriptum Dei & præsumptam prudentiam Noë explicavimus. Neque enim fas est dubitare, quin Noë Dei imperata diligentissimè fuerit executus. Sed inquirendum adhuc est, ubi locorum, & quanto tempore Noe arcam fabricatus fuerit? Locum igitur, in quo Noe cum operarum suarum sociis arcam struxit, Temporarius fecit latus Caucaſi, quod spectat Indiam. Idque se conjecturis minimè dubiis consequi posse, putavit. *Siquidem, inquit, à primis jam seculis Cainitæ partes Orientales occuparant. Et ab iis*  
*Adamus*

Adamus Setbôque nati secesserant versus occidentem, quo paulatim progressis occurrit mons Caucasus, ad cujus radices locus maximè idoneus fuit, tum ne pessimorum hominum consuetudine turbaretur opus, tum quo & copia lignorum magna esset, & facilis ad evadendam, omnibus ad id servantibus, in quos arbores devolutæ citra jumentorum opem ad locum fabricæ raperentur. Præter loci commoditatem Promethei fabula Caucaso alligati, & ejusdem antrum ab Ariano memoratum, illuc etiam nos adducunt. Potuit autem Noah cedrinum opus facere, cum Nysei, qui alteram partem habitant, omnia sepulchra cedrinis extruxerint, quæ flamma invasit in transitu Alexandri: Qui & ipse non procul eo loco construxit classem. Sententiæ huic cui favere videntur Muhammedani, uti colligere est ex Exercit. 1v. 7 1. nolim ego subscribere. Nam Sethitas in Occidentem secessisse à Cainitis Orientalibus, non probo. Quin potius pars mansit eo ipso loco, in quem Adamus ex Paradiso pulsus est, in agro nempe Damasceno circa Hebron, pars longius digressi viciniore loca appetierunt. Deinde credibile est, arcam non procul à montibus Gordæis, in quibus substitit, conditam esse. Neque enim machina tantæ molis, formæ quadrangularis, neque ad motum comparata, denique tam multis animalibus & cibariis referta & gravis longum nimis iter emetiri potuit. Præterea haud dubiè tendebat Septentrionem versus. Etenim Oceanus, cujus potissimum eruptione tam Assyria quam Armenia obruta & mersa sunt, à meridie ingruerat. Tum Cælo pluvio plerunque ab Austro flant venti. Unde & teste A. Gellio Noct. Att. 11. 22. Nôlos dictus quoniam est nebulosus atque bumectus. vltus enim Græcè humor nominatur. Jam ex India in Armeniam longissimum iter arcæ fuit emetiendum. Credibilis igitur est, arcam extractam fuisse in Chaldæa circa Babylonem, & eo usque jam primos homines à Damasceno agro progressos esse. Favent sententiæ huic sequentia argumenta. Primò Armenia non nimis procul est à Babylone distita. Secundò Armenia respectu Babylonis est Septentrionalis. Tertiò ex Armenia homines primi post diluvium profecti sunt in campos Sennaar, ubi Babylon condita. Verisimile est autem, eos inivisse iter notum; & patrias lares repetiisse. Quartò arca, uti probavimus, ex lignis constitit cupressinis. At cupressi copia non alia Babylone fuit parabilis. Unde Alexandri navis, quam Babylone construxit, ex sola cupresso constitit. Quintò denique ad stipulantur vetustissimi scriptores, Berofus & ex eo Abydenus, Polyhistor, qui Xifuthrum, hoc est Noam ex Assyria volunt in Armeniam navigasse, publicis instrumentis Heliopoli depositis in Sipparis, quorum testimonia allegata videri possunt in Chronico Eusebii Græco p. 8.



XXI. Jam de tempore, cujus intervallo Noë arcam struxit, difficilius est indagatio. Berofus Annianus ait, Septuaginta octo annos continuos fabricandæ navis insumptos esse, ac illis exactis & absoluto opere statim diluvium ingruisse. Eam Berofi sui sententiam exponit Annius Viterbiensis his verbis: *dubitabatur de eo quod dixit Berofus, arcam fabricari cepit anno Septuagesimo octavo ante diluvium: cum centum viginti annos supputet Moses capite sexto Genesios. Sed ad hoc respondendum est, Mandatum fabricandæ arcæ accepisse Noë centum viginti annis ante diluvium, ut significat Moses: quadraginta verò & duobus annis præparavit Noë ligna, ob immentitatem operis faciendi. Unde anno sequente, qui erat Septuagesimus octavus ante diluvium inceptum est arcæ opificium, uti Berofus supputat.* Sed fictitiæ sunt hæc commentationes Viterbiensis Monachi, sicut & ipsa traditio autoritate Berofi venditata supposititia est. Unde innotescere potuit vel Beroso vel Anno, duos & quadraginta annos impenso esse comparandæ materiæ ædificii? Præterea, ex quibus documentis habent, mandatum esse arcam anno ante diluvium centesimo & vicesimo? Sanè textus Mosis alia omnia innuit. Communis igitur veteris Ecclesiæ Patrum, Origenis, Augustini, Gregorii, aliorumque, quin & Arabum, uti videre est apud Etmacimum & Patricidem, opinio tenet, centum annis arcam constructam fuisse. Idque colligunt ex Genes. v. 32. Ubi quingentorum annorum Noam dicit Moses, ac proximè subjungit tum alia verba Dei Noë dicta, tum imprimis mandatum de fabricanda arca. Cùm igitur anno quingentesimo mandatum sit Noë ut arcam faceret, quod mandatum haud dubiè is statim executus fuerit; & anno sexcentesimo Noë diluvium ingruerit, sequi contendunt, centum annos, nec plures nec pauciores ædificandæ arcæ erogatos esse. Sed eam argumentationem minimè solidam ego arbitror. Non enim descriptio ætatis Noëticiæ & mandatum ædificandæ arcæ ponuntur ut continuæ. Quin interferuntur multa, quæ ante quingentesimum annum ætatis Noë gesta esse nemo paulò attentior inficias ibit. Tale est quod narratur cap. sexto de commixtione filiorum Dei & hominum, de insolentia Nephilim, de antiis centum & viginti pœnitentiæ concessis. Sed validissimum est, quòd eo tempore, quo Noë iussus est ædificare arcam, filii ejus matrimonii uxorum illigati fuerunt. Deus enim Genes. vi. in colloquio illo, quo Noë imperavit structuram arcæ, facit mentionem uxorum filiorum Noë, quibus in arca receptum promittit. Atqui quingentesimo ætatis Noë anno nullus filiorum Noë uxoratus fuit; quin post quingentesimum demum annum tres filii Sem, Cham & Japhet Noë nati sunt, uti clarè dicitur Genes. 5. 32. Quod certum

tum argumentum efficaciter probat, centesimo ante diluvium anno nec mandatum Dei de struenda arca ad Noam commēsse, nec ipsam arcam ædificari cœptam esse. Neque probabiliora heic afferunt Hebræi, inter quos R. Salomon statuit, Noam arcæ compingendæ operam dedisse per annos 120. at R. Eliezer in sumptos contendit annos 52. Unde enim fidem facient assertioni? Igitur ex Mose quidem constat, Deum mundo centum & viginti annos supererogasse, quorum intervallo pœnitentiam ejus probet. Exactis 120. annis, cùm eventu & rebus ipsis cognosceretur, omnem carnem viam suam corrupisse, Deus decreta sua de mundi interitu imminente Noæ exposuit, & cum ad arcam fabricandam excitavit. Fabricari autem arcam illam potuit intra breve tempus, quippe in qua sola necessaria, non magnifica vel speciosa curari debuerunt. Nec multos annos intercessisse, indicio est, quòd Semum tum quidem, cùm parens ejus mandatum acciperet moliendæ arcæ, jam uxoratus, Arphaxadum tamen, uti videtur, primogenitum peperit duobus demum annis post diluvium, uti dicitur Genes. xi. 10.

XXII. Pergendum nunc est ad insignis hujus structuræ causam finalem, quæ in promissionibus & usu rerum imperatarum à Deo ostenditur in sequentibus. Summa huc redit, Deum, qui impium mundum perdere decreverat, ex foedere gratioso Noacho, familiæ ejus & animantibus quæ in arca futura erant, parciturum, ac eam in rem arca illa usurum, ut quotquot ea recipientur, ex calamitate illa publica mundo imminente salvi & superstites evadant. Promissio illa primò concernit hominem v. 18. *Statuam pæctum tecum. Itaque ingredieris arcam tu & filii tui, uxorque tua, & uxores filiorum tuorum tecum.* Fœdus notat promissionem firmam, ratam ac stabilem omnino futuram. Ex qua promissione intelligebat Noë, non moriturum se & familiam suam per aquas diluvii, etsi id non referatur aperte in promissione.

XXIII. Hominum numerum quod atinet, qui arca recepti, determinatur is à Spiritu Sancto 1. Pet. iii. 20. *Paucæ*, hoc est, *octo animæ ab aquis sum servatæ.* Berofus Annianus scribit, uxorem Noë vocatam Tyteam, Nurustres, Pandoram, Noellam & Noeglam. Sed futile est hominis commentum, cum Pandora Græcum nomen sit, Deucalionis matri eximum. Epiphanius in hæresi 26. disputans contra Gnosticos, qui uxorem Noæ vocarunt Noria, ait eam vocatam Barthenon. Quin & ex traditione Orientalium refert Patricides filios Noæ singulos singulas filias Methusalæ duxisse uxores; Semum Thalitam seu Thalibam, Cha-

mu

num Nachilatham, Japetum Arlisifiam. Sed & Erythrea Sibylla lib. 3. jactat, se cum Noë fuisse in arca, & ejus nulum se venditat. Verùm eruditissimis Sibyllinorum oraculorum fides nimium laborat. In eo ipso loco interjectis paucis, oracula illa manifestum errorem committunt, arcam subsedisse in montibus Phrygiæ. A Petro numerum octo animarum determinante devii abeant Muhammedani quidam, qui tradunt, in arca fuisse octoginta personas, quarum altera pars virorum, altera faminarum fuerit, ut legitur in Achmetidis Paraphrasi in Alcoranum. Et quod magis miramur, ipse Christianus Poëta, Constantinus Manasses, plures in arca fuisse credit, videlicet filias etiam & generos. Verba ejus:

Τῶ Νῶῆ ἦ συνέσθησαν οἱοὶ ἃ ἦν ζῴα ἅπαντες,

Ἰνῆ, γυναικὲς ἔ ὄντων, ἑκατόμιοι ζῴα ἅπαντα.

XXIV. De animalium in arcam introductione loquitur versus 19. & 20. וסכל החי ככל בשר פנים מכל הבהמה אל רבה להחית אחר ובר תקברו יצאו מהקף למיניה ומן הבהמה למינה מכל רפש האדמה למיניה פנים מכל יצאו אלה להחיות *Et ex omni vivente universæ carnis bina ex singulis introduces in arcam ut vivifices tecum, masculus & femina erunt. Ex volatilibus juxta speciem suam & ex jumentis juxta speciem suam: ex omnibus reptilibus terræ juxta speciem suam, bina ex singulis ingredientur ad te ut vivant.* Capite VII. 2, 3. hæc explicatius jubentur. Deus enim distinguit vult inter animalia munda & immunda. Verba Dei fuit ואתו שבעה שבעה חיה לך שבעה שבעה חיה לך שבעה שבעה חיה לך *Ex omni jumento mundo accipies Tibi septena masculum & femellam ejus: at ex jumentis quæ munda non sunt bina, masculum & femellam ejus.* Ante omnia mundorum & immundorum animantium discrimen videmus supponi, cum in lege tamen Mosai- ca primùm constitutum videatur. Hic Judæi fingunt Θελαμῆν. Noë Divino spiritu inbutum providisse, quæ Moses pura vel impura sit vocaturus. Sic cætera pœne omnia præcepta Mosai- ca anticipata à fidelius superiorum ætatum contendunt. Verùm necessum non fuit, ut ista distinctione Noë prospiceret mundorum animalium propagationi. Nam octo pœne secula inter Noë & Mosen intercesserunt. Intra quod tempus animalia in immensum multiplicari potuerunt. Deinde in anticipationem sola spectatur vocum diversitas. At hoc loco Deus imperat discretionem & separationem rerum, quæ jam tum tales habebantur. Alii alias distinctionis hujus commenti sunt rationes, quas consultò hic omittimus. Munda appellavit Noë, quæ communi in usu fuerunt, & propterea succedente tempore in arcam etiam futura victimarum materia venerunt. Immunda, quæ Tacitus *scæda & profana* vocat Hist. IV. 60. 2. Qualia sunt Dracones,

Croc

Crocodili, Serpentes, & animalia quæ carne vel rapto pascuntur, à quibus humanæ mentis abhorrent. Disputavimus ea de re paulo curatius lib. de Esu sanguinis & suffocati cap. III. ubi ex discrimine hoc argumentum jure accerivimus, quod ante diluvium esus carniæ in usu fuerit. Idque argumentum vindicavimus Exercit. XII. Qui verò Noë munda omnia ab immundis discernere potuit? Probabile est, divinam ei opem succurrisse, per quam factum est, ut munda septena, immunda bina ad arcam accurrerent.

XXV. Deus ex omni mundo animanti jussit introduci *ἑπτὰ ἑπτὰ* septena & septena. Sic V. V. *ἑπτὰ ἑπτὰ*, Græci. Jam olim Orthodoxi Justinus Martyri proposuerunt ea de re quæstionem in hæc verba: *εἰ ἐν τῷ καιρῷ ἔκατακλυσιμῆ ἀβελὴ ὅ π δύο δύο, καὶ ἑπτὰ ἑπτὰ ἐν τῇ κιβωτῷ εἰσπνεχθησαν ἀλογίστως, ἢ πένταρα καὶ δεκαπένταρα ἐκ τῶ ἀκαθάρτων καὶ καθαρῶν καὶ ἕντες ἄ εἰρήκασι, ἕντες ἢ οὐ δύο καθαρῶ μόνον ὅ π οἷω ἐκ τῶ δύο ἀληθῆςρον.* Si tempore diluvii quis dicit duo duo, & septem septem, in arcam esse introducta, minus rationabiliter, non quatuor & quatuordecim, ex puris & impuris animantibus; nam illud nonnulli dixerunt; aliqui autem duo impura duplaxat: utrum ergo verius? Respondet Justinus Martyr: *Ἀληθῆςρον εἶπεν ὁ εἰπὼν πένταρα καὶ δεκαπένταρα, ἔ ἑπτὰ ἑπτὰ δύο καὶ ἑπτὰ. τὰ ἄ δύο δύο εἶπεν ἀντὶ τῶ δύο ἄρρηνα καὶ δύο θήλεα, καὶ ἑπτὰ ἄρρηνα καὶ ἑπτὰ θήλεα. ἀκαθάρτα ἢ τὰ δύο δύο. Verius (sive significantius) loquutus est qui dixit quatuor & quatuordecim, eo qui dixit duo duo, & septem septem, nam ille duo duo dixit, pro duobus maribus & duabus fæminis: & septem septem, pro septem maribus, & septem fæminis. Impura autem duo duo fuerunt. Visum igitur est pio Patri, *ἑπτὰ* bis repetitum notare bis septem adeoque septem paria. Quæ sententia etiam Origenis est in cap. VI. Genes. homil. 2. Favet eis, tum quòd ita videantur verba sonare, tum quòd aliàs inter munda septimum esset sine compare. Verùm de duobus & septem individuis non paribus rectiùs verba Moïsis acceperunt alii. Josephus Antiquit. I. 4. *ζῶα τε παντοία πρὸς διατήρησιν ἔ γένος αἰπὼν ἄρρηνά τε καὶ θήλεα συνεβωαζόμενα, ἀιδά τε τῶτων ἐπὶ ἀπλασίονα ἢ ἀεθμὸν.* Omnis generis animalia secum introduxit in arcam ad conservationem generis eorum, mare & fæminam, & ex aliis septem numero. Eadem mensit Augustini de Civit. Dei xv. 27. Ambrosii de arca Noë cap. 12. Hieronymi contra Jovinianum lib. II. aliorumque. Sensum igitur hunc reddunt *ἑπτὰ ἑπτὰ* septena septena h. e. septem in omni specie animalium mundorum. Hic enim numerus animalium mundorum pro conservatione generis eorum, nec non pro sacrificiis & cibo abunde sufficere potuit: & amplior numerus arcam ipsam nimium onerasset. Neque obstat septimum*



animal, quod arguunt sine compare in arcam introduci non debuiffe. Illud enim non ad generationem aservabatur, sed ad sacrificium. Ita Theodoretus q. 50. in Genesin: *Unum animal reliquum ad sacrificandum. Statim enim ubi cessavit ultio, Noë sacrificium obtulit Deo gratiarum actioni conveniens.* Nec aliter R. Solomon כרבן נבאחו מרם כר שכיב מרם *quia ex iis Noë post exitum in arca sacrificium offerre debuit.* Cæterum cur mundorum numerum majorem quàm immundorum Deus intromiserit, ratio evidens est. Nam munda pro immundis adhiberi oportuit, tum ad sacrificia tum ad vitæ præsentis usum. Nec in septenario numero mysterium hîc venari convenit, quomodo Ambrosius l. l. statuit, *Deum intravisse mundam hebdomadam, quia mundus & sacer septenarius numerus est.* Sed meritò ejusmodi mysteriorum venatores irrisit Chrysofomus homil. 24. in Genesin; quin & iis indignatur, tam temerè adoptantibus interpretationes ineptas & ab ipsis hæreticis confictas. Veram causam, cur non plura quàm septem animalia Deus introduci jusserit, est, quia tot necessaria fuerunt: par nempe ad propagationem, par ad usum œconomicum, par ad usum sacrum oblationum, unum denique, quod statim post finitum diluvium Deo in sacrificium destinetur.

XXVI. Tria porro animalium genera non intrâsse arcam; nempe, quæ in aquis vitam conservare potuere, quæ ex diversa specie animalium gignuntur, denique quæ sponte proveniunt ex siderum & materiæ putrescentis conventu; puto extra controversiæ aleam positum esse. Etenim id Mosaica narratio non obscurè innuit. Ex ea enim constat, animalia introduci debuisse in arcam *לחיות ad vivificandum ea*, adeoque ad conservandas earum species. Atqui tria illa animalium genera vivificari & conservari potuerunt, etiam si in arcam non intromitterentur. Pisces enim spiravere in aquis. Animalia ex diversis speciebus oriunda in ipsis diversis speciebus intromissis vivificabantur. Denique quæ sponte nascuntur, generari adeoque vivificari semper potuerunt, quam diu & siderum & putrescentis materiæ copia fuit. Sed malo hæc disertissimis verbis Augustini proponere, Is lib. xv. de Civ. Dei cap. 27. rem eam hoc modo definit. *Quod autem, inquit, scrupulosissimè quæri solet de minutissimis bestiis, non solum quales sunt mures & stelliones, verùm etiam quales locustæ, scarabei, muscæ denique & pulices, utrum non amplioris numeri in arca illa fuerint, quàm qui est definitus, quum hoc imperaret: prius admonendi sunt, quos hæc movent sic accipiendum esse quod dictum est, Quæ repunt super terram: ut necesse non fuerit conservari in arca, quæ possunt in aquis vivere: non solum mersa, sicut Pisces verum etiam super natantia sicut multæ alites.* Deinde quum dicitur;

*Maf-*

*Masculus & femina erunt: presciliò intelligitur ad reparandum genus dici: ac per hoc nec illa necesse fuerat ibi esse, quæ possunt sine concubitu, de quibusque rebus, vel verum corruptionibus nasci: vel si fuerint, sicut in domibus esse consueverunt, sine ullo numero definito esse potuisse: aut si mysterium sacratissimum quod agebatur, & tantæ rei figura etiam in veritate facti aliter non posset impleri, nisi ut omnia certo illo numero essent, quæ vivere in aquis natura prohibente non possent, non fuit ista cura illius hominis, vel illorum hominum, sed diuina. Non enim ea Noë capta intromittebat, sed viuensia & intransia permittebat. Ad hoc enim valet quod dictum est: Intrabunt ad te: non scilicet hominis actu, sed Dei nutu: ita sanè, ut non illic fuisse credenda sint, quæ sexu carent. Præscriptum est enim atque definitum, masculus & femina erunt. Alia sunt quippe, quæ de quibusque rebus sine concubitu nascuntur, ut postea concumbant, & generent, sicut muscæ; alia verò in quibus nihil sit maris vel feminae, sicut apes. Ea porro quæ sic habent sexum ut non habent sortum, sicut muli & mulæ, mirum si ibi fuerunt, ac non potius parentes eorum ibi fuisse successerit, equinum videlicet, atque asinum genus & si aliqua alia sunt quæ commixtione diuersi generis, genus aliquod gignunt. Sed & si hoc ad mysterium pertinebat ibi erant. Habet enim & hoc genus masculum & feminam.*

XXVII. Mirum porro videri possit animalia illa undique colligi & congregari potuisse. Si ipse Noë omnes terrarum tractus pererravit, ut varii generis feras suis cubilibus excuteret, & ad arcam aggregaret, longissimi temporis impensa ei hoc constitit. Hic narrat Buteo sententiam Hugonis de S. Victore, *Inualecente diluuiò animalia quæ erentia sui exitii fugam natando ad arcam venisse, & per ostium, & quod in tertia mansione erat, arcam ingressa.* Atqui Moses docet, prius animalia ingressa esse, quàm ingrueret diluuium, Genes. vii. 15. Philo Judæus censet, sponte animalia Noë seruatorem suum & pastorem esse secuta. Verba ejus extant lib. 11. de vita Moysis pag. 663. *ἢ χάρει πέντε ἐπιθάρχει, ἡ τὰ τίους, ἡ γεωμμένα ἐήμερῶτο, ἡ οἷα νομεῖ ἡ ἀγέλαρχοι ἡ θροασεν ἡ ἡ ἐπικολῶθε.* Sic factum ut nullum animal detrectaret obsequium, immantibus etiam bestis mansuescentibus, & seruatorem suum tanquam Pastorem ultra sequentibus. Verùm animalia quidem ferocia diritatem suam exuisti certum est. Sed an iccirco Noë totum terrarum orbem pererravit? R. Eliezer cap. 23: *Statuit, iussisse Deum, ut Angeli præfecti cuilibet speciei animalium descenderent & ea congregarent, simul cum omnibus illorum alimentis. Non enim, inquit, scriptum est: venit Noë & congregauit ea; sed וַיֵּבֶן אֶת הָאֲרוֹן בְּאֶרֶץ שׁוּר אֲרָם וַיֵּבֶן אֶת הָאֲרוֹן אֲלֵי נֹחַ venerunt ad Noë in arcam, venerunt scilicet ab Angelis illis Sed quid opus fuit quæso ministerio Angelorum? Annon potuit Deus eos,*

quos servare decreverat instinctu suo ad ingressum arcæ movere & dirigere. Est enim spiritus Dei, qui operatur omnia in omnibus, & cuncta quantumlibet diversarum naturarum, quo vult, dirigit. Is qui bruta & mutum animal humanas voces edere docuit; qui pedes animalium creavit; annon faciliori negotio solo nutu bestias ad Noam abigere potuit? Illa autem verba נח אל נח *venerunt ad Noam* obtorto collo rapiuntur, ut ab Angelis acta esse animalia probetur. Cur non potius sub verbis *venerunt ad Noë* intelligendum est, sponte sua, à Deo excitata? Quomodo etiam R. Solomon Jarchi ad verba illa נח אל נח adnotavit כאלויהן *à semet ipsis*. Is igitur arcano illo instinctu effecit, ut expoliata natura sua animales se ad arcam reciperent, & innocentem vitam inter se in arca viverent.

XXVIII. Adjungi voluit Deus optimus necessitatum provisor & hominibus & animalibus commeatum. Sic enim Noæ edicit cap. vi. 21. ואתה קח לך סכר באכר אשר יאכל ואכפתו אלך וזה לך ולהם לאכר: *Et tu accipe tibi ex omni esca, quæ comeditur, & collige tibi, ut sit tibi & illis in escam.* Colligitur hinc, Noam divinitus instructum fuisse, quo cibo quælibet bestia uteretur. Hæc enim scientia Noæ planè necessaria fuit circa animalia in cognita & hætenus non visa. Sed difficilis hoc loco quæstio oritur de animantibus carnivoris, quo cibo in arca Noë ea sustentaverit? Si sæno & herbis dixeris, videberis naturam carnivororum mutare, & quod adagio dicitur, *καὶ δίδου ἀγροῦ, ὅπως ᾖ ὀστῆα*. Si carnes eis Noam collocasse responderis, unde suppetiit carniæ tanta copia, quanta necessaria fuit ad anni totius sustentationem? Sanè animalia viva introducta in arcam mactari in usum carnivororum animalium minimè debuerunt, quia alium longè in finem servata sunt, uti supra vidimus. Neque Noam tam diu tam foedo ministerio mancipatum fuisse probabile est. Non etiam carnivoris datum fuit irruere in bestias, quæ aliàs eorum prædæ patent. Aliàs species multæ animalium abolitæ fuissent, quin & totam arcam habuissent infestam. Ego ad arbitrium hujus quæstionis rursus advoco Augustinum l. c. *Solet*, inquit, *movere nonnullos, genera escarum quæ illic habere poterant animalia, quæ non nisi carne vesci putantur, utrum præter numerum ibi fuerint sine transgressione mandati, quæ aliorum alendorum necessitas illic coëgisset includi: an verò, quod potius est credendum, præter carnes aliqua alimenta esse potuerunt, quæ omnibus convenirent.* Novimus enim quàm multa animalia, quibus caro cibus est, frugibus pomisque vescantur, & maxime fisco atque castaneis. Quid ergo mirum si vir ille sapiens & justus, etiam divinitus admonitus, quid cuique congrueret, sine carnibus, aptam cuique ge-  
neri

neri alimoniam præparavit, & recondidit? quid est autem, quod vesci non cogeres fames? aut quid non suave ac salubre facere posset Deus, quæbetiam ut sine cibo viverent, divina facilitate donaret, nisi ut pascerentur etiam hoc implendæ figuræ tanti mysterii conveniret? Igitur quo miraculo factum est, ut leones, Pantheres, tigrides, lupi aliæque ejusmodi feritate deposita mansuescerent, & homini colla subderent, eodem factum, ut ad tempus subducto carniæ alimento oblectarentur fœno, frugibus aliisque obvio & parabili cibo. Quin & historiarum monumentis traditum reperimus, sæpe etiam carnivora animalia à carnibus temperantia simplicioribus cibis vitam toleravisse. Hinc leonis in Ægypto meminit Philostratus Apollonii Sui libro V. 15. qui Tempia sic ingrediebatur, ut à cædibus purum se conservaret. Neque enim, inquit, bestiarum sanguinem lambebat, nec excoriatas & in frustra divisas carnes delibabat, sed placentis mellitis, & pane & bellariis vesceretur. Cujus leonis meminit etiam Tzezes Chil. 5. Hist. 9. Nec dissimile quod narrat Sulpitius Severus de Monacho Thebaidis Dial. 1. cap. 7. Ergo ubi ad illam, ad quam nos humanitas nostri hostis ducebat, arborem pervenimus, leonem ibi offendimus; quo viso, ego & ille dux meus intremimus, sanctus verò ille incunctanter accessit; nos, licet trepidi, secuti sumus. Fera paululum (cerneres imperatam à Deo) modesta discessit, & constitit; dum ille adigua ramis humilioribus poma decerpere. Cumque plenam palmulis manum obtulisset, accurrat bestia, accepitque tam libere quam nullum animal domesticum; & cum comedisset, abscessit. Facit huc quod refert Jøh. Phocas descriptionis Terræ sanctæ cap. 23. de leonibus circa Jordanem, quibus Iberus Anachoreta victum ministrabat. Τῆτων δύο τῷ γέροντι ἐγκλησιεῖω τῆ εβδομάδῃ εἰς παρεζέοντο, καὶ τῷ σύλῳ τὰς κεφαλὰς περσερεύοντες τῇ τῶ ὀφθαλμῶν θηνώσει τροφὴν ἔτιν, ἥς θητυγχαίνοντες, ἑμαροῖς περσε τὰς σπιθήεις δίνας ἔ ποτῆμα ἀπίασι χαίροντες. ἢ ἢ ὄσπελα βροχῆν ἐν ὕδατι, καὶ ὀλοεῖτης ἴσως, ἢ κελθίν κλαμάδῃ ἀρετῃ. Horum leonum duo ad senis claustrum prima hebdomadis se conferebant, & capitibus columnæ innixis, nutu oculorum pabulum petebant, quod consecuti ad consuetos fluminis vertices alacres & læti redibant. Pro pabulo autem erant aqua madefacta legumina, aut forte olyrites, aut panis hordeaci frusta. Ad hanc animalium in arca stabulantium, victumque tenuem ex fœno vel herbis usurpantium alludit etiam Esaias, tempora Christi mysticè describens Esai. xi. 6. 7. Et habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit, & vitulus & catulus leonis, & bubalus simul, & puer parvus ducet eos. Et vacca & ursa pascentur, simul accubabunt nati earum: & leo sicut bos comedet paleam.



XXIX. Superest una adhuc quæstio, quam levi brachio supra, cum de cubitis arcæ ageremus attigimus: an arca capax fuerit tot animalium, alimentorum, aliarumque necessitatum? Sanè Celsus quondam arcam criminatus est tanquam ἀδύνατον ἀπαντα ἐνθόν ἔχουσαν, *absurdam omnia intus continentem* teste Origene lib. 4. contra Celsum. Quin & notæ sunt ea de re cavillationes Marcionis, Valentini. Gnosticorum. Quomodo, inquebant profani, arca longa demum cubitos 300. lata 50. alta 30. generum omnium seminaria continere potuit? Ad diversam hic cubitorum mensuram tanquam sacram anchoram multi hîc confugerunt, quas supra satis, ni fallor, confutavimus. Puto igitur arcam ejus capacitatis, quæ secundum communes cubitos describitur, continendis hominibus, animalibus & alimentis satis amplam fuisse. Idque facillè apparebit, si amplitudo arcæ cum numero animantium comparetur. Amplitudo arcæ, si unius cujusque contignationis solum metiare quindecies millenos cubitos in planum habuit. Idque patebit, ubi duxeris & multiplicaveris 300. cubitos longitudinis in 50. latitudinis. Hæc summa multiplicata in altitudinem 30. cubitorum facit cubitos solidas 450000. Residuum ad tectum quod est prisma, continet 7500. cubitos. Fiunt in univèrsum 4570050 cubiti. Hæc amplitudo est arcæ. Jam de iis, quæ arca contineri debuerunt, dispiciamus. Primùm constat, non esse ingressa aquatilia & ea, de quibus dictum est thesi 26. Restant animantes terrestres & aëreæ. Inter aërea maxima est aquila & orus. At hæc non nimis grande spatium requirebant. Terrestrium animalium si maximè trecentas species ponamus, ex locari in unica contignatione potuerunt, & ita quidem ut singulis speciebus quinquaginta cubitos describamus. Reptilia sanè exiguum locum deposcunt. Cæterorum, quæ pedibus insunt, vix centum species reperiunt naturæ consulti. Eorum maxima sunt Elephas rhinoceros, bos, equus, Camelus. Reliqua haud perinde magna & procerasunt. Cum ergo quinquaginta cubiti unicuique generi animalium dari possint, si trecentas animalium species in rerum natura existere constaret; quid impedit, quò minùs animalium species, quæ ad eum numerum excrescere non potuerunt, tutum in arca receptum & idoneam habitationem unâ cum cæteris necessitatibus habuerint?

XXX. Sed nemo vel amplitudinem totius arcæ rectius taxavit, vel animalium & alimentorum numerum & pondus pensavit melius Johanne Temporario, qui in hac quidem materia plerosque cæteros multis parasangis antecessit. Cumque multum interesse existimem, ut de toto hoc negotio paulò instituemur certius, haud alienum fuerit, ejus de hac re differ-

differtationem hoc loco inferere. In qua quidem non adjicio calculum iis, quæ de carnivororum alimento, & tecto duodecim cubitis alto non satis vero consentanea adpersit. Cætera veritatis & accuratioris numeros facile implent. Jam verò, inquit, demonstremus, quomodo omnium quæ sunt in terris animantium genera, cum annuo singulorum alimento, aræ magnitudo capere potuerit. Hoc ut facilius intelligatur universa bruta in tria genera maximè nota comparatione distribuuntur, nimirum in boves, oves & lupos. Terrestrium autem maximum est elephas, bove major quadruplo, ut autor est Aristoteles. Propterea elephantes duo ratione magnitudinis atque victus, æstimabuntur boves octo. Uri in Hercinia silva magnitudine sunt paulo infra elephantes. Itaque duo æquabunt sex boves. In ea silva bos est unicornis. Duo, bobus ponantur æquales. Camelus Arabicus Bactrianus, Dromeda, Camelopardalis, Rhinoceros, singula bobus singulis æstimentur, ita ut paria quinque valeant 20. boves. Monocerotus duo, Bifontes duo, Bubali duo, Bosasi duo, Origes duo, Tarandi duo, Equi pennati five pegasi duo. Struthiocameli duo, domestici boves septem, at cervi septem, æquabunt boves 4. Hippelaphi duo, Equi domestici duo, Equi feri duo, Hiparadia duo, Hippotami duo, Asini duo, Onagri duo, Asini indici unicornes duo, Ursi duo, Apri duo, Sues duo. In quibus non apponitur æstimatio pro pari boum sumenda sunt. Omnia proportionem respondent paribus boum 45. Sed ut suppleatur quod omissum fuerit 60. boum paria computentur. Oviuum porro tum ferarum tum cicurum quatuor genera reperiuntur, quæ quia munda ea facimus, septenarium quater explebunt, hoc est oves 28. Capræ, Capræ, Rupicapræ, Ibices, Origes, Damæ, Pigargi, Sterpicerotes, omne caprinum genus immundum, æstimetur ad oves 30. Simiarum genus, Simia, Coebus, Cynocephalus, Cercopithecus, & hujusmodi ponantur pro 10. ovibus. Lepores vulgares, lepores candidi, dasipodes, cuniculi domestici, cuniculi feri, meles five taxones, Sciuri, Glires, mures, talpæ, herinacei, histrices, minuta hæc animalia à lepore numerata, valeant oves 4. Summa supradictorum crescit ad oviuum paria 40. Nunc ad lupum, qui notissimus est, carnivora referantur. Leones, Pardi, leucocrutæ, calæ, serpentes, boæ, Horum paria lupis 4. æstimata, reddunt lupos 24. Tauri cornua habentes, mobilia duo, mantioræ duo, taxentur lupis 12. Pantheræ, trigidæ, lupi, lupi canarii, lupi cercuatii, qui & thoes dicuntur, Chai, cephæ, lince, Sphingès, ctocutæ, axes feræ, vituli marini duo, pro totidem lupis, cumulabunt 24. Laraces 2. fibri duo, Satheria 2, Satyræ 2, lutræ 2, valeant lupos duos.

Hiene,

Hienæ, Lycaones, vulpes, feles, ichneumones, viverræ, mustelæ, cum modico sint corpore, horum paria septem ponantur pro duobus lupis. Summa facit luporum paria 32. Sed in supplementum ponantur paria 40. Paribus autem singulis ad victum quadridui, ovis una statuatur. Itaque pro omnium cibariis oves 10 singulis diebus absumuntur, quæ in annum faciunt oves 3650. Omnium brutorum terrestrium summa est boum 120. ovium 3730. Luporum 80. quæ quomodo stabulari queant in ima arcæ regione, hic nobis inspiciendum est. Pædis longitudo nota est. Pæs quidem Gallicus Romano paulo uberior est, Sed Gallicum è summa vetustate sumtum fuisse credendum est. Semipedis Gallici magnitudinem in sex uncias distributi hic adpinimus. Qui triplicatus cubitum constituit. Arcæ longitudo 300 cubitorum ducta in latitudinem 50, efficiet embadon 15000 cubitorum quod omnia terrestria bruta facile recipit. Etenim brutis majoribus ad 60 boum paria æstimatis, potuerunt stabula 60 collocari per arcæ longitudinem, singula cubitos 5 longa: lata 4. Primus autem hic stabulorum ordo statuatur in latere portæ opposito, totam arcæ longitudinem occupans. Altero deinde ordine minorum animalium paria 40, totidem Sepimentis inclusa fuerint ternorum in longum & latum cubitorum, in arcæ dextra parte, sinistra vero locentur similiter 40 carnivororum paria, quorum latibula teneant singula 4. longitudinis arcæ cubitos cum triente, tres vero latitudinis. Itaque restabunt ex arcæ longitudine cubiti sex, ad constituendum iter inter dextram sinistramque stabulationem, quo itum est ad stabula primi ordinis, quia secundo separandus fuit via tres cubitos lata, ut jam latitudinis arcæ cubiti 10 occupati fuerint & restent 40 latitudinis cubiti, in quibus recipiantur oves cibariæ 3650. His tertius stabulationis ordo tribuctur, secundo conjunctus: Ad quem ab arcæ latere, quod portam habet, via relinquenda est quinque cubitos lata, qua per arcæ longitudinem facilis ad omnia latibula pateat accessus. Relinquuntur latitudinis arcæ cubiti 35, qui in 294 cubitos longitudinis ducti, reddunt cubitos 14290, spatium multo laxius quam opus sit ovibus 3650. Distributis siquidem 10290 cubitis in oves 3650 singulis obvenient fermè terni cubiti. His autem quæ gregatim vivunt nec dissociari facile patiuntur, non opus est multis loculamentis, sed caulæ duæ sufficient, dextra sinistraque locatæ. Quo circa regio arcæ infima cuncta laxè animantia terrestria potuit recipere, præter multa ad victum spectantia, quæ in tabulatis supra animalium sepimentis dispositis potuerunt asservari. Quæ tamen in secunda regione facillime recondi potuisse nunc nobis demonstrandum est, ut locus imæ regionis

gionis à stabulorum sepimentis vacuus, relinquatur liberiori animalum respirationi, & exhalationi vaporum quos excitant excrementa conclusa. Cibaria carnivororum quæ ad oves 3650 æstimata sunt, hic repetere necesse non est. Cum ea jam collocata sint in ima regione, tertio stabulationis ordine. Sed earum pastus aliorumque animalium præterquam carnivororum locus quærendus est. Atque hic animadvertendum oves cibarias 3650, decade indies decrefcere, ideoque consumatarum cibus ab anni summa deduci debet. Quo fit ut oves 3650 non plus impendant in annum quàm oves eodè semper numero 1820, ut progressio logistica docet. Ovibus 1820 junge 80 quæ servantur in propagationem, facies summam 1900. Ponamus autem septem ovium pastum, unius bovis alimentum æquare, ita oves 1900 supplebunt vicem boum 271, qui cum bobus 120 juncti cumulabunt 392. Sed concedamus esse 400 boves, eosque per annum pascendos esse fœno pratensi, quod multo plus loci occupat quam hordeum, avena, vicia, cæteræque fruges. Scribit Columella, quod experientia etiam testatur, Januario mense satis esse singulis bobus fœni pondo 30. Martio & Aprili, quia terra profcinditur, pondo 40. Sed bobus reclusis qui otio & quiete pinguescunt sufficerent in diem pondo 20. Veruntamen ut contentiosis fatisfiat, dabimus pondo 40, hoc est uncias 480. Habet enim pondo sive libra uncias 12. Fœnum porro compressum sicut solet in magnis fœnilibus condi, postquam exaruit si quis dimetriatur, comperiet mensuram cubiti solidi paulo plus quam fœni pondo 40 continere. Boves igitur 400 totidem cubos pastu diurno vorantes, absumunt annuo spatio cubos 146000. At media regio longa cubitos 300, lata 50, sublimis 12, dabit solidum cuborum 180000. Remanent cubiti vacui 44000. Ex quibus consequens est hanc contignationem non solum sufficere, sed etiam uberiolem & laxiorem esse omnium bestiarum alimentis. Suprema contabulatio hominum habitationi attributa, nihil habet dubitationis. Tecti verò fastigium ad cubitos tantum 12. excitatum est, quod ea tecti inclinatio satis sit ad pluvias dextrâ sinistrâque propellendas. Æquilateri trianguli forma, quæ nonnullis placuit, longius ab arcæ figura recedit, quæ quanvis aquas celerius dejiciat, minus tamen arcæ fuit necessaria tanta tecti altitudo, quippe quod ad breve tempus parabatur. Cubiti vero 12 altitudinis in 300 longitudinis, & 50 latitudinis ducti, dant solidum triangulare cubitorum 90000. Quod spatium nemo negaverit volucrum nidulationi & volatui quo exerceri gaudent plus satis sufficere. Igitur evidenter demonstratum esse putamus, cuncta animantia terrestria & æria cum suis alimentis in arca laxè recipi potuisse. Hactenus Temporarius.

XXXI. Porro quæ fata fuerint arcæ Noëticæ, apparebit ex iis, quæ sequenti differtatione de Diluvio Noëtico exarabimus. Ubi etiam nonnulla adnectenda venient de arcæ mysterio & significatione, & ejusdem memoria inter gentes studiosè conservata.

## EXERCITATIO XVIII

DE

## DILUVIO NOETICO.

## Breviarum.

*Connexio & ordo narrationis Mosaicæ. 1. Cur Deus post permixtos Cainitas & Sethitas impios amplius tolerare noluerit? 2. Denunciatio iudicii prima & suspensa. Verba ארץ ירד מים וכל בשר אשר הוא חי ימות מים לך disceptantur & à corruptionis suspitione vindicantur. Significatus verbi ירד. Hebræorum sententia. 3. Spiritus an eo in loco intelligatur creatus seu vitalis an increatus? Grotius & Hebræi refutantur. An Petro Φυλακὴν ἦν ἡ ἕρπηξ vagina? 4. Indulgentia centum & viginti annorum ad penitentiam. Examinatur sententia Josephi, Philonis, Procopii, Scaligeri, Valesii de termino vitæ humanæ 120. annis concluso. Augustini ad contrarium argumentum respondentis hallucinatio. Valesii objectiones solvuntur. 6. Denunciatio iudicii secunda seu decretoria. Ejus duplex causa, malitia consummatissima hominum & penitentia ac dolor Dei explicatur. 7. Decretum misericordiæ significatum Noë. Denuuntiatio tertia & finalis. 8. Tempus cæpti diluvii, & character diluvii juxta Scaligerum & Langium. 9. Causæ diluvii generantes. Quid תהום רבה? An barathrum sive tartarus? 10. ארבה non cataractam esse sed seuestram. Notati P. Aliacus, G. Parisiensis, H. Mechlinius Tiberius Calaber, qui per seuestras, seu ut illi, cataractas Cæli intelligunt constellationes inuudationum productrices, seu*

seu signa aquatica. P. Serarii cum iis consensus. 11. Cælum, cu-  
 jus fenestræ aperta, æthereum an aëreum fuerit? Causæ gene-  
 rantes diluviū ex Philone & Seneca illustratæ. Pluviæ continuarum  
 40. dierum. Resellitur Abenezra, statuens diei & noctis tempore  
 pluviarum nullum discrimen fuisse. Locus Genes. viii. 21. expli-  
 catus. 13. Post 40. dies continuarum pluviarum sequuntur 110.  
 dies earundem interruptarum. An 40. dies memoratis postea diebus  
 150. debeant includi? Salianus resellitur, qui 150. dies fecit tem-  
 pus status seu consistentiæ aquarum. An in voce נִבְרַח notetur incre-  
 mentum aquarum? 14. Aquarum supra celsissimos montes exun-  
 dantia. Montes ii quales fuerint, disputatur contra Cajetanum. An  
 dentur montes nubibus altiorem? Olympum esse infra nubes ostendi-  
 tur. 15. An ex nubibus & abyssu terræ satis aquarum elici potuerit  
 ad submergendos celsissimos montes? 16. πανολυδεια omnium re-  
 rum quæ supra terram. Quid נִבְרַח? Ambrosii error. 17. Thalmu-  
 distæ & Pererius rejecti, qui eos omnes qui diluvio perierunt, æter-  
 num damnatos statuunt. 18. Hieronymi contrarius error, quod  
 omnes illi salvati fuerint. 19. Cur Deus etiam animalia nullius pec-  
 cati comperta submerferit? Ambrosii conjecturæ. 20. Diluvium  
 universale fuisse probatur contra Peyrerium. 21. contra Vossium cu-  
 jus etiam argumenta solvuntur. 22. Patres Syri & Gonzogus de Sa-  
 las ad partes vocati, statuentes terram ante diluvianam diluvio ab-  
 sorptam non superesse amplius. Ea occasione ventilatus locus Genes.  
 vi. 13. & contra glossas Jarchii & Kabalistarum commenta asser-  
 tus. 23. Pluviarum cessatio. Ventus immissus qualis? Quies arcæ  
 in montibus Ararat. Montes ii ubi siti? An in Phrygia prope fontes  
 Marfyæ? An in Scythia? An sint mons Caucasus & quidem Paro-  
 panisus? 24. Ostenditur montes Ararat in Armenia sitos, & eosdem  
 esse cum Gordæis. 25. Temporarii objectiones elisæ. Βαλας apud  
 Nic. Damascenum quid sibi velit? נִבְרַח. Quid Βαλας? 26. Noë cur  
 emisit corvum? Thalmudistarum de corvo nugamenta. 27. As-  
 seritur contra Græcos codices integritas lectionis Hebraicæ, quæ  
 corvum, quem Noë emisit reversum habet. 28. Noë cur emisit  
 columbam?

columbam? Ostenditur contra Scaligerum & Bochartum, eam septiduo post corvum esse emissam. 29. Secunda columbæ emissio. Notantur Græci interpretes, qui ἦν reddunt κάρφος. Cur columba solum olivæ, non aliud quiddam retulerit? 30. Unde solum olivæ retulerit? An ex terra Israël? an ex Paradiso? Ex Assyria relatum docetur. 31. Tertia columbæ omisso. An Noë ubique septem dies expectaverit religione Sabbathi? 32. Cur post exsiccataam terram Noë moras in arca hexuerit? Eiusdem exitus. 33. Ἰδὲ ἀναρῶμεθα arca & diluvii. Comparatio diluvii ex mente Petri cum significata veritate. 34. Comparatio diluvii tanquam typi cum baptismo tanquam simili typo. 35. Allegoriæ arca & diluvii ex mente Augustini. 36. Ex mente Ambrosii. 37. Termes seu folium olivæ Symbolum pacis apud varias gentes. 38. Corvi & columbarum allegoriæ. 39. Quo pacto arca fuerit typus Ecclesiæ? 40. Diluvii historia in Gentilium scriptis ostensa. Noam fuisse Xisuthrum, Saturnum, Prometheum, Ogygem, Deucalionem, Liberum, Janum, & Promethei, Ogygis, Deucalionis diluvium fuisse ipsum diluvium Noëticum susè demonstratur. 41. Memoria Nephilim, arca, montium in quibus quievit ex testimoniis gentilium, imprimis Berosi, Abydeni, Hieronymi Aegyptii, Molonis, Nicolai Damasceni, Alexandri Polyhistoris, Luciani, Apollodori ostensa. 42. Corvi & columbarum Noëticarum apud Gentiles reliquiæ. Corvus nuntius. 43. Diluvii Noëticæ memoria apud Peruvianos & Mexicanos, necnon apud Sinenses. 44.

- I. **R**ostulat nunc instituti nostri ratio, ut diluvii Noëticæ, quod ἀρχαίω κόσμῳ antiquo mundo, uti Petrus vocat, tristem exitum acceleravit, historiam edisseramus. In ejus rei narratione eum ordinem Moses tenuit, ut primo loco prænuntiata à Deo judicicia exponeret, post impleta eadem & immisso diluvio executioni mandata. Neque enim Deus ad vindictam subito sed ex denuntiatio venit, quomodo etiam naturam venturam in successuro diluvio somniavit Seneca *Quest. natur. lib. III.* 30. Denuntiatio autem judiciorum Dei triplex præcessit: prima suspensæ, seu, uti in scholis appellant, hypothetica; altera decretoria:

cretoria: tertia denique finalis & cum ipso Dei iudicio connexa. Primam denuntiationem præcedit tum occasione tum malefactorum commemoratio. Occasio fuit multiplicatio hominum in superficie terræ, & filiarum quæ pulchræ erant, nativitas. Sed malefacta disertè exponuntur, perversum nimirum & incestum matrimonium Sethitas inter & Cainitas initum, & Nephilim inde satorum procacitas & passiva licentia, de qua abundè jam dictum exercitatione undecima.

II. Antequam igitur Sethitæ filii Dei iisdem implicarentur facinoribus, quorum jam diu Cainitæ infamiâ arserant, Deus cum multa patientia toleravit vasa iræ compacta ad interitum. Ast ubi in societatem scelerum veniunt Sethitæ filii Dei, quorum erat studiosissime & flagrantissimo Zelo pro Dei gloria excubare, non amplius iram & justam indignationem sustinet. Nunquam enim atrocius Dei in Mortales ira grassatur, quàm ubi infidelium mundus & Ecclesia sese simili impietate involvit. Quodd enim mundus consistit & floret, haud profectò aliunde est, quàm quia Deus in eo habet peculium & Semen, quod ad nominis sui gloriam fovet, nutrit & sustentat, donec ad virilem ætatem proVectum, & Cælo ac beatæ immortalitati tempestivum, illud in plenam gloriam assertum ibit. Est enim כַּרְמֵךְ הַזֶּה יִשְׂרָאֵל *semen sanctitatis statio & basis ejus terræ*, Esai. vi. 13. Ast ubi degenerat semen & fundamenta concutuntur, quid faciet justus? Qua re ipsi Mundus delicias creabit, qui totus in malo jacet, & contra Deum nihil nisi prævaricatur? Apud quem pro saporis boni fermento fermentum nequitix amarum & radix absinthio pullulans regnat?

III. Denuntiationis igitur primæ seu suspensæ argumentum extat Genes. vi. 3. לֹא יִרְוּ רוּחִי בָאָדָם לְעֹלָם בְּשֵׁנָם חֹמַי בִּשְׂרֵר וְרוּחִי יִמּוּ מֵאָה וְעֶשְׂרִים שָׁנָה *Non disceptabit Spiritus meus cum homine in seculum, ed quodd sit etiam caro. Erunt tamen dies ejus centum & viginti anni.* Protestatur primò, non perpeffurum se ut patientia sua perpetud abutatur genus humanum, ed quodd & illi ipsi, qui Dei filii cluebant, comperiantur esse caro, hoc est, carnis opera facientes, renuntiantes Deo & spiritum ejus exacerbantes. Pro verbis illis לֹא יִרְוּ רוּחִי בָאָדָם לְעֹלָם *Non disceptabit spiritus meus in seculum*, Græci Interpretes habent: οὐ μὴ ἀκαταλείψω τὸ πνεῦμα μου ἐν αἰῶνι τοῖς ἀνθρώποις *Non permanebit spiritus meus in hominibus istis in æternum.* Sic vulgatus etiam interpres. Quasi Deus comminatus fuerit, non perpeffurum se, ut vitalis spiritus, quem hominibus indulserit, iis diutius concedatur. Nec multum diversus etiam Onkelosus: לֹא יִתְקִים דְּרַמְּ בִּישְׂמֵהוּרָן *Non permanebit prava ista generatio coram me in seculum.* Qui



Hebraicis Codicibus iniqui sunt, Lindanus, Cornelius à Lapide, Capellus, alii corruptos codices Hebraicos ingeminant, & habuisse olim non יין sed vel יין vel יין Franciscus Gomarus conjectat Græcos codices legisse יין *habitabunt*. Verùm nec corruptos hic esse Græcos codices, nec aliter legisse Græcos, verissimum est. Etenim Hebraica lectio consentaneam habet Samaritani codicis lectionem; & sensus ipse, quem Hebraica lectio fundit, aptissimus est scopo Dei. Quia enim hætenus spiritum Dei conturbabant, quo eos refrenare & in Regiam viam revocare studuit quòque cum ipsis litem hætenus contestatus fuerat, idcirco se tandem illis spiritum suum ad fidem & pœnitentiam eos invitamentum quem illi malis suis operibus מרו תצבו *exacerbârunt & dolore affecterunt* Esaj. LXIII. 10. illis ablaturum, & visurum quid inde secuturum sit. Sed integritatem lectionis Hebraicæ nihil confirmat validius, quàm quòd Græci interpretes eisdem inhærentes lectioni talem tamen sensum ex ea exculpere potuerunt. Nam veteribus Hebræis יין non tantùm erat *judicare, disceptare*, sed etiam *permanere, durare*. Hoc manifestè arguit vox Syris usitata & ex Hebraico יין vel יין haud dubie derivata נא quæ significat *καρτερεῖν, ὑποκαρτερεῖν*, uti liquet ex versione Syriaca Act. x. 17. & 2. Cor. xi. 20. Hoc primus vidit doctissimus Fullerus. Quod si tamen conjectura ea non recipitur, dici adhuc potest, legisse Græcos יין & ei voci induisse significatum *permanendi velut in theca vagina*, ita ut verbum יין derivaverint à יין quod 1. Paral. xxi. 27. Dan. vii. 15. Significat *κελεθὶν vaginam, thecam, nartheceum*. Sanè etiam Hebræi, qui ex Græcis interpretibus aliàs non sapiunt, eodem sensu acceperunt verbum יין. Quorundam sententiam adducit Abenezra כן הוה לרוח כן כי הוה אל נרנא אל רבו ושכ חרבו ושכ חרבו *sunt qui dicant, eodem modo dictum hoc esse quo & illud: Et recondidit gladium suum in vagina, quia corpus spiritus est instar vaginæ*. Eadem est R. Bechai sententia, qui ita explicat hunc textum: Verbum יין derivatur à יין quod significat *thecam vaginam gladii*. Sic corpus est theca & domicilium animæ. Et hac de causa dicit Jacra scriptura: *spiritus meus, hæc est, anima rationalis, quam dedi de spiritu meo homini, non faciet thecam seu habitaculum in homine in seculum, quasi dicat נו לעולם לא יתקיים בו לעולם non permanebis in eo in seculum, quia eo non est dignus*. Et clarè R. Moses Bar Nachmon exponit in eum sensum: *לעולם לא יתקיים רוחי באדם לא יתקיים רוחי באדם non permanebis spiritus meus in homine in seculum*. Quin Buxtorfius noster ex ipso libro antiquissimo Zohar, nec non ex Gemara in caput ultimum codicis Sanhedrin hanc expositionem ostendit Anticrit. p. 11. c. 8. Et clarum est quare tum Græci interpretes tum commentatores Hebræi inducti potius sensu *permanendi* quàm *judicandi*

vel

vel *disceptandi* verbum hoc acceperint. Nempe si accipiatur in notione judicandi, disceptandi, insolens iis visa est constructio ירוך באדם *judicabit in homine*. Sed non observarunt similem constructionem occurrentem Psal. c.א. 6. ירוך באדם *judicabit gentes, vel inter gentes*. Sic hoc loco: לא ירוך רוחי באדם *Non disceptabit spiritus meus inter homines*.

IV. De Spiritu Deilocom præsentem etiam interpretantur Jarchiús hoc ferè modo לעולם לא ירוך רוחי עלי בשביל האדם: לעולם לא ירוך רוחי בקרבי אם להשתות ואם לרהם לא ירוך כדן זה ברוחי לעולם כלומר לא ירוך רוחי בקרבי אם להשתות ואם לרהם לא ירוך כדן זה ברוחי לעולם כלומר לא ירוך רוחי בקרבי אם להשתות ואם לרהם לא ירוך כדן זה ברוחי לעולם כלומר *Non disceptabit spiritus meus hoc est, non conturbabitur amplius vel disceptabit mecum spiritus meus propter hominem. In æternum hoc est, longo tempore. Ecce spiritus meus certavit in medio meo vel ad perdendum vel ad miserandum eos. Non erit concertatio hæc in spiritu meo in æternum, hoc est, longo adhuc tempore.* Sed de spiritu hominis vitali plerique Hebræi reliqui hoc explicant, qui cum sensum reddunt, quod concluderit, se deinceps nolle hominibus vitalem concedere spiritum, ut spiritus in theca vel receptaculo corporis ipsorum diutius stabuletur. Eam interpretationem amplexus est etiam Hugo Grotius, ad judaicas semper detorsiones proclivior. Verba ejus in Genes. vi. 3. *Non permanebit id est, nolo diu permaneat. Græci δ μη καταμείνει, vel δ καταμεινῆ: Spiritus à me datus homini non permanebit in homine diu inclusus velut in vagina, quippe nulli bono usus non magis quàm ensis teelus. Nam גרן est vagina 1. Paralip. xxi. 17. & corpus Chaldaicè sic dicitur Dan. v. 15. nempe quòd spiritum intra se contineat. Hinc interpretari liceat illud 1. Pet. iii. 19. πῶς ἐν φυλακῇ πνεύματος illis spiritibus humanis, quos velut in vagina detineri inutiles Deus querebatur: ut ad πνεύματος subintelligas ex sequentibus, Νῦν: sic animam ex sequente subintelligitur Psal. cix. 31. Phylargyrus ad II. Georgicon, Syllepsis ex assumptione casus, nam ex Ablativo assumendus nominativus. Spiritus Christi ita in Noë fuit, ut in prophetis 1. Petr. 1. 2. Nos de spiritu Christi locum eum interpretantem habemus Petrum 1. Pet. iii. 18, 19. ubi docet, Christum eodem illo spiritu quo vivificatus, profectum prædicasse etiam spiritibus, qui sunt ἐν φυλακῇ. Spiritus igitur Christi fuit, quo is in Noë præcone justitiæ primum mundum ad justitiam ac poenitentiam vocavit. Et qui apud Mosen protestatur, se non amplius disceptaturum spiritu suo inter homines, Christus erat. Proinde verba Petri, quibus docet Christum spiritu suo profectum prædicasse iis in carcere, eadem planè sunt cum verbis Dei: *Non contendam spiritum meo in æternum cum hominibus: & ea verba Petrus cum ita loqueretur in animo habuit. Quin ex ipsis verbis Dei colligitur, non de spiritu creato seu vitali sermonem esse, sed de spiritu qui**

&amp;

& ipse Jehova est. Dicit enim Deus: *Non contendam spiritu meo*: qui nempe in Deo est. Nam qui spiritus à Deo datus est, qualis est spiritus hominum, etsi is à Deo est, & ejus potestati ac juri subest, tamen hominis spiritus est, non Dei. Deinde si de spiritu hominis loquitur, obscura & tantùm non Poëtica foret oratio: *Non permanebis velut in theca sua spiritus meus inter homines*. Quid ni simpliciter, uti decreta non solent involutis verbis proponi, dixisset: אדם אכרתי *delebo hominem*, vel simili modo. Præterea & ipsa ratio subjecta; *quia & ipsi caro sunt*, demonstrat, Deum de suo spiritu loqui. Quia enim omnes caro sunt, idcirco indigni erant, in quorum medio Spiritus S. esset & præconiarct. Nulla autem ratio est, si de spiritu hominis sumatur, cum multi homines caro sint, in quibus nihilominus spiritus vitalis domicilium habet. Denique הוּוֹ vertatur notione *disceptandi*, non potest nisi ad spiritum referri. Notio autem *permanendi velut in theca* à Græcis interpretibus & Hebræis inventa insolens est, & orta ex eo, quoddam constructionem verborum Dei assequi non poterunt, uti jam vidimus. Jam & Grotii illa interpretatio *φυλακῆς*, cujus apud Petrum mentio est, nimis profectò temeraria est. Ponamus enim הוּוֹ habere significatum *permanendi velut in theca*, an propterea spiritus illi, quibus Christus prædicavit, erant in *φυλακῆ*? Sanè הוּוֹ non *φυλακῆν* notat, sed *κλειδὸν*, uti Græci reddunt, hoc est, uti Hesychius exponit *ἐπιθῆκην, βελοθήκην, gladii vel teli vaginam, thecam*: Deinde quid est, prædicare spiritibus qui sunt in carcere corporis? An igitur notiti homini prædicata est pœnitentia? Præterea apud Mosen est הוּוֹ non הוּוֹ. An igitur putabimus Petrum, si ad hunc locum & sensum eum, quem Hebræi sinxerunt respexisset, ignotam illam inprimis Græcis tum & plerisque Hebræis originem expressurum fuisse? Quamto rectius per *φυλακῆν* intelligimus eum carcerem, in quo tum, cum loqueretur hæc Petrus, fuerunt spiritus hominum diluvio absorptorum impœnitentes, qui est vel sepulchrum vel infernus.

V. Quamvis verò minetur hic Christus, non perpetim futurum, ut contendant spiritu suo cum hominibus, quin potius se quandoque ad supplicium mundi processurum; tamen ante omnia suam patientiam & longanimitatem concesso longiori ad pœnitentiam spatio temporis demonstrare voluit. Est enim is, qui *μακροθυμῶς εἰς ἡμᾶς, μὴ βυλιμένους ἵνα ἀπολέθῃ, ἀλλὰ πάντας εἰς μετάνοιαν χωρησοί* 2. Pet. III. 9. Tempus autem patientiæ Divinæ concessum ad explorationem pœnitentiæ hominum definitur his verbis *וְשָׁנֵי עָשָׂר וְיָמֵי עֶשְׂרִים* *Et erunt dies ejus anni centum & viginti*, v. 3. Tanquam si diceret: hoc spatium hominibus indulgetur, quo

per-

pergam cum iis contendere spiritu meo, hoc est, per Prophetas meos, Noam imprimis, eos revocare à peccatorum, cui hæcenus insistant, cursu. Quòd si intra illud tempus non redditori mihi sunt fructus dignos pœnitentiæ, certissimum eis exitium imminet. Cæterum non desunt, qui hæc verba explicanda pertendant non de spatio pœnitentiæ hominum præfinito, seu divinæ patientiæ annis, verum de contracto vitæ humanæ ad annum centesimum & vicesimum termino fatali. Vidimus jam supra eum in annum Patriarcharum inquireremus, Scaligerum hoc sententiæ Dei interpretantem, & inde mensuram sui Heled seu anni magni Patriarchici depromentem. Prævit jam olim Josephus Antiq. 1. 4. ἐπιτιμώμενος αὐτῶν τὸν βίον ἔπι μῆους ἑλῶν ἐκ ὅσα πενήτην ἔζων, ἀλλ' ἕκατον εἰκοσιν. *Circumscripsit eorum vitam, & fecit non tam diuturnam sicut ante fuerat, verum annorum duntaxat centum & viginti.* Philo lib. de gigantibus: ὧν ἔτι τὸν βίον ἐν ἰκοστί, ἔτι ἕκατον ἑλῶν ἀειδμῶν πεπλήρωκε. *His (à quibus nimirum Dei spiritus exivit) vitæ terminum præfinit vitæ annorum viginti centum.* Lactantius de origine erroris lib. II. 13. *Deinde orbe siccato execratus injustitiam prioris seculi Deus, reversus longitudo vitæ causis esset excogitandorum malorum; paulatim per singulas progenies diminuit hominis ætatem, atque in centum & viginti annis metam collocavit, quam transgredi non liceret.* Ita etiam Procopius in h. l. Quin ad externos etiam interpretatio hæc dimanavit, uti apparet ex Trebellio Pollione in Claudio, ubi sic inquit: *Docilissimi Mæthematicorum centum & viginti annos homini ad vivendum datos judicant, neque amplius cuiquam jactant concessum: etiam addentes, Moysen solum, Dei (ut Judæorum libri statuunt) familiarem cxxv. annos vixisse: qui cum quereretur quid juvenis intervires, responsum ei ab incerto ferunt Numine, neminem plus esse visiturum.* Sed sententia hæc de contracto per verba illa Dei vitæ humanæ termino omnino aliena est. Etenim primò Petrus non de præscripto & contracto vitæ humanæ termino, sed de annis pœnitentiæ concessis haud obscurè explicat 1. Pet. III. 19. ubi dicit, quòd semel expectaverit ἡ τῆ θεῶ μακροθυμία ἐν ἡμέραις Νῶε longanimitas Dei in diebus Noæ, intendens digitum ad annos illos centum viginti, quibus longanimitatem suam Deus testificatus est. Secundò Deus in ea sententia aliquid enuntiat, concernens eos homines, cum quibus spiritu suo contendere in æternum noluit. Quid verò contractus vitæ humanæ terminus ad homines illos, qui omnes infecuto diluvio nullo habito ætatis discrimine perierunt? Tertio id Deus prædixit quod impletum est. At terminus ille vitæ humanæ finitus centum & viginti annis nec post diluvium nec precedentibus temporibus impletus est. Aliàs oportuisset à diluvio

ad tempora usque Moſis, quibus vitæ humanæ terminus anno ætatis humanæ ſeptuagelimo ac ad extremum octogelimo inclufus eſt, communem vitæ humanæ terminum incidere in annum ætatis hominum centefimum & vigefimum. Id tamen non eſt factum. Cùm tot Patriarcharum poſt-diluvianorum ad Moſen uſque anni ſtudioſè deſcripti ſint, ne unus quidem eam præciſè annorum 120. meſuram implevit. Quin plerique omnes longè maiorem annorum orbem finiverunt, uti ex Geneſeos c. xi. aliifque locis clarè colligitur. Nec expediunt hunc nodum, qui reſpondent, Deum pro ingenita bonitate non ſtatim ſed paulatim ad pœniam decurtati vitæ humanæ termini proceſſiſſe. Etenim quid referebat tale decretum per Noam proponere mundo per diluvii aquas conſumendo? Deinde ſi non ſtatim impleta eſt prædictio, quando igitur? Ante Moſen omnes ferè terminum illum ſuperârunt. Poſt Moſen terminus præſtitutus eſt annorum ſeptuaginta vel octoginta. Solus Moſes obiit anno vitæ ſuæ centefimo viceſimo. An igitur in ſolo Moſe Dei ſententia ex ira contra ſcleratum mundum concepta impleta fuit. Quartò nec contemnendi ſunt authores, qui de annis pœnitentiæ hanc Dei ſententiam acceperunt. Græci interpretes: *ἴσταν ἡ ἡμέραι αὐτῶν ἕκατὸν εἰκοσι εἶτα. Erunt dies eorum* (nempe *αὐτῶν τῶν ἄνθρωπων*, hominum illorum, in quibus non permanere debuit ſpiritus Dei) *anni centum viginti.* Onkeloſus Chaldæus Paraphraſtes clariffimè *לא יקיים רוח אלהים את בני ישראל אשר יצאו מצרים עד ימות משה* Non permanebit generatio hæc peſſima coram me in æternum, ed quod caro ſunt & opera eorum peſſima, & terminus eis dabitur viginti & centum annorum, ſi forte convertantur. Auguſtinus de civitate Dei lib. xv. 24. *Quod autem dixit Deus: Erunt dies eorum centum viginti anni, non ſic accipiendum eſt, quaſi prænuntiatum ſit poſt hæc homines centum viginti annos vivendo non transgredi, quum & poſt diluvium etiam quingentos exceſſiſſe inveniamus. Sed intelligendum eſt hoc Deum dixiſſe, quum circa finem quingentorum annorum eſſet Noè, id eſt quadringentos octoginta vitæ annos ageret, quos more ſuo ſcriptura quingentos vocat, nomine totius maximam partem plerumque ſignificans: ſexcentefimo quippe anno vitæ Noè ſecundo menſe factum eſt diluvium, ac ſic centum viginti anni prædicti ſunt future vitæ hominum periturorum, quibus tranſactis diluvio deleterentur. In ſumma rei nobis concors & verus eſt Auguſtinus. Sed quòd Moſes quadringentefimum octogelimum, nomine totius maximam partem ſignificaturus, id verò parum liquet. Cur verò hoc ſtatueremus? Forſaſſe, quia cùm hæc ſententia lata eſt, Noè annorum quingentorum fuiſſe putatur, ſexcentefimo autem ingruit diluvium: proinde, niſi hoc modo annum quin-*

quingentesimum Noë intelligamus, inter eam sententiam & diluuium centum duntaxat anni dilapsi sunt, adeoque de annis pœnitentiæ non poterunt centum illi & viginti anni intelligi. Hoc sanè sibi Augustinus obiecerat: nec alium expediendæ objectionis modum reperire poterat. Chrysofostomus verò & Hieronymus, qui nostrarum in hac disputatione partium sunt, aliter respondent: nimirum Deum dies illos propter ingravescentem hominum malitiam decurtasse. Sed nec hi nec Augustinus observarunt, in oratione Moïsi *וַיְסַפֵּר מֹשֶׁה לַיהוָה*. Postquam Noë ætatem commemoravit cap. v. 32. Subjungit Moïses multa, quæ tamen ante quingentesimum Noë annum evenerunt: qualia multiplicatio hominum, connubia filiorum Dei & filiarum hominum, Nephilim existentia. Et eodem etiam pertinet determinatio annorum pœnitentiæ, quæ quamvis facta sit ante annum 500. Noë, tamen post illius ætatis Noëtice narrationem commemoratur. Concinunt etiam nostræ sententiæ Hebræi R. Salomon Jarchi: ער כק שנה האריך להם אפי ואם לא ישנו אביא עליהם מבל ואם תאמר משנולד ירה ער המבול אנו אלא ק. שנה אין חוקים וזאתו בתורה כבר התורה הגויה גזירה עשרים שנה קודם שהלך נח תולדות וכן מצע בסדר עולם: *Dies ejus erunt anni 120. h. e. Differam indignationem per annos centum & viginti. Quod si pœnitentiam non agent, eos perdam immisso diluuiio. Si quis obiecerit: A nato Japeto ad diluuium usque non sunt tot anni, sed soli centum: non eris in lege non esse prius & posterius. Decretum jam erat viginti annis, priusquam Noë generationes gigneret. Sic in Seder Olam invenimus. Nec multum aliter Abenezra.*

V I. Paucis nunc perstringenda sunt, quæ sententiæ huic obducuntur à Francisco Valefio in Philosphiæ sacræ capite septimo: *Cur, inquit, verba illa non possint ad diluuium pertinere dicamus, primum quidem, quia non est revelatum Noë tanto prius. Jam enim habebat Noë filios, qui cum eo sunt ingressi in arcam, puta, Sem, Cham & Japhet, cum ei est revelatio facta: siquidem hæc sunt Dei ad illum verba: Ecce ego adducam aquas diluuii super terram, ut interficiam omnem carnem, in qua spiritus vitæ est subter cælum, & universa, quæ in terra sunt, consumentur, ponamque fœdus meum tecum & ingredieris arcam tu & filii tui, uxor tua, & uxores filiorum tuorum tecum. Itaque cum revelatio est facta, habebat jam filios, qui etiam duxerant uxores, at verò erat quingentorum annorum Noë, cum genuit Sem, Cham & Japhet, caput verò fieri diluuium ruptis fontibus & apertis Cæli cataraclis, anno sexcentesimo vitæ Noë, non ergo est prænuntiatum diluuium centum viginti annis antequam fieret, quæ propter non est illa legitima interpretatio, sed cum finem statuit hominum vitæ. Verùm Valefius ordinem invertit historiæ, & hætenus peccat. Non enim cum revelatio ista facta est de annis centum &*

viginti, jam liberos habuit Noë, sed tum habuit, cum jussus est struere arcam. Tempora hæc probè sunt distinguenda, nimirum concessionis annorum centum & viginti, mandati de extruenda arca, & mandati de introitu maturando in arcam. Primum tempus quod attinet, quo Deus centum & viginti annos præfinivit, nondum tum Noë filios habuit. Secundum tempus quo imperata est Noë structura arcæ, secutum est post annos illos centum & viginti jam transactos. Et hoc tempore non primo uti malè credidit Valesius, Moses tribuit Noë filios & uxores filiorum Genes. vi. 17. Pergit: *Confirmatur hoc verbis Moysi capite trigesimo primo Deuteronomii, qui causam reddens quare illum mori oporteret, neque posset amplius vivere, dicit, centum viginti annorum sum hodie, non possum ultra egredi & ingredi. Est itaque Dei jussu centesimus vigesimus annus ultimus clymaëticorum, & quo longissima vita hominis concluditur, ante hunc est centesimus, clymaëticus etiam ipse, nam decimo octavo capite Ecclesiastici dicitur, Numerus dierum vitæ hominum, ut multum, centum anni, in potentibus octoginta amplius labor & dolor quos eodem vitæ fines, septuagesimum scilicet & octogesimum statuisse Solonem, Diogenes Laertius narrat, longissimam itaque periodum vitæ describit, quod modò enarramus, divinum oraculum.* Verùm nec hæc ratio priori firmior est. Moses cum exercitu suo jam appropinquans terræ Canaan mortem sibi imminere certus, ita alloquitur Israëlitas: *בן סאה ותשיים שנה אנכי היום לא אביל עוד לצאת ולבוא יהוה אמר אלי לא תעבור את הירד היום את הירד היום* *filius sum annorum centum & viginti hodie non potero ultra egredi & ingredi.* Præterea Jehova dixit ad me: *Non transibis jarden istum.* Duplicem in his verbis causam reddit Moses mortis post transactos annos centum & viginti instantis. Una petita à gravissimis administrationis anteaetæ, quibus homo frangitur laboribus: *Non potero ultra egredi.* Altera à revelatione Dei sibi facta his verbis: *Non transibis jarden istum.* Ex quibus constat, non contineri in his verbis communem vitæ humanæ terminum, qui remotis aliis impedimentis, omnibus tum temporis mortalibus sit obeundus, sed singularem potiùs & peculiarem Moysi, qui non ex determinatione communi vitæ humanæ, sed ex propria Moysi dispositione & necessitate pendebat. Quid enim? An Moysi demum tempore cœpit rebus ipsis cognosci & impleri vis prædictionis Divinæ ante diluvium factæ? Nam ante Mosen nemo eum præcise terminum implèsse legitur. Si igitur Moysi tempore cœpit impleri, cur ipse Moyses talem querelam consignavit: *Omnes dies nostri inclinant ob excandescentiam tuam! conficimus annos nostros ut halitum. Dies annorum nostrorum partim sunt septuaginta anni, & si in robore octoginta anni,* Psal. xc. 9, 10. Vel igitur illi centum &

viginti anni, quos vivendo implevit Moses, vitæ humanæ tum temporis exactæ continent terminum communem plerisque, vel singularem & proprium paucis. Si communem, cur Moses testatur, dies annorum ævi sui esse annos septuaginta, *שבעים שנה* & si in robore octoginta? Si singularis, quæram primò, an Deus Genes. vi. 3. vitæ humanæ terminum singularem non communem præfixerit? Secundò, an terminus singularis æquè ac communis certam mensuram annorum habeat? Quod si quis adseveraverit, necessum est eadem operâ statuatur, eos qui communem terminum transgressi sunt, non ultra annum centesimum & vicesimum ascendere potuisse. Sed repugnant ex omni memoria petita certissima & testatissima exempla eorum, qui annum centesimum & vicesimum multis partibus supergressi. An igitur forte Valesius præter illum terminum singularem annorum centum & viginti ostendere poterit terminum alium magis extensum, sed singulariorem illum? Sed viderint alii. Nos illam de anno climacterico 120. 100. 80. annorum Philosophiam lubentes relinquimus auctori, cæterum persuasi, loca scripturæ in subsidium vocata obtorto collo rapi. *Neque verò, inquit Valesius, quia non est statim à diluvio contracta aedè, sed qui inter Noë & Abraham vixerunt ferè omnes quatercentum, negandum est eam legem de vita non ultro 120 annos producenda, lata esse tunc. lata enim est revera, observaturque, atque observabitur semper, quandiu homines nascuntur, & interibunt, non tamen statim lata observari cæpit. Sed ob mundi necessitatem, usque dum in eam multitudinem, quæ replere posset terram, creverunt, dispensatione divina vixerunt diutius, ubi mundi necessitati factum est satis, lapsa est natura in constitutos à Deo fines. Itaque verba illa; Erunt dies illius centum viginti annorum, naturalem vivendi legem continent: illa verò, crescite & multiplicamini & replete terram benedictionem, & legi illius dispensationem, quæ mundo jam hominibus pleno, cessante, manet, persistitque natura, in illa vivendi lege. Verùm dispensatio illa à lege nulla est, quia nulla uti vidimus, lex ipsa. Deinde homines postdiluviani qui vixerunt usque ad tempora Moses, qui terminum illum nec in se nec in aliis impletum viderunt, annon legem Dei tanquam vel ambiguam & obscuram vel invalidam & inefficacem erant suspectam habituri? Denique nec temporibus iis quibus in multitudinem nondum excrevere homines, nec quibus jam exuberare, talem communem vitæ humanæ terminum observatum esse patefaciunt omnium temporum historiz & experientia.*

VII Cùm nihil proficeret Dei hæc patientia, & tempus indultum ad pœnitentiam adeoque *ημεραι μακροθυμίας* dies longanimitatis extraherentur



continuata licentia peccandi, Deus pœnitundine ductus creati hominis tandem λόγον σωτηρίων ἕξ σωτήριων peremptorium suum de mundo perdendo decretum exponit his verbis: אמרת את האדם אשר בראתי כעל פני הארצה: מאדם עד בהמה עד רמש ועד יעף השמים כי נחמתי כי עשיתים Delebo homines quos creavi de superficie terræ ab hominibus usque ad jumentum, usque ad reptile & usque ad volatile Cæli. pœnitet enim me quodd fecerim eas v. 6. Hæc secunda est denuntiatio non amplius ut prior illa suspensa ex conditione pœnitentiæ, quam Deus deploratam esse noverat, sed absoluta & decretoria. Successit autem post annos 120. à Deo præfinitos, & per malitiam ac scelera hominum qui erant in mundo impletos. Causa sententiæ hujus decretoriæ duplex recitatur, exterior una altera interior. Exterior seu extra Deum posita sunt tum mala opera hominum, tum fontes malorum illorum operum, de quibus ita habet versus 5. ורא ידור בני רגה רירת האדם בארץ וכל יצר מחשבות לבו רק רע כל היום *Et vidis Deus quodd multa sit malitia hominis in terra, & omne figmentum cogitationum cordis ejus tantum malum omni die.* Quibus verbis μάλα ἰμπατικοῖς Deus ostendit, opera hominum externa esse mala; cor esse malum: cogitationes esse malas: singula cogitationum figmenta mala: & quidem sic mala, ut neque ullam boni partem, neque ullo tempore per se habere possint. Palam est argui tum naturalem humani generis corruptionem, tum eandem in operibus & internis & externis dominantem & luxuriantem. Interior causa est justa Dei voluntas, quâ homines injustos plectit & persequitur. Ea exponitur figuratis vocibus pœnitentiæ nimirum & doloris. Deum pœnituit creati hominis, non quodd vel mutandæ voluntatis & consilii causam repererit, quod imprudentiam aliâs ejus argueret; vel quodd mutare voluntatem & consilium semel placitum instituerit, quod & innocentæ & imprudentiæ indicium foret: Sed quodd ipse immutabilis, factum seu opus mutare decreverit. Quæ est pars pœnitentiæ hominum, quippe in qua mutatio operis, verum non sola, sed etiam consilii ac voluntatis inconsultæ & imprudentis apparet. Id vidit etiam Abenezra longè oculatior multis Christianis, qui hic merè ticitantur. Ejus hæc est commentatio ונחם להם ידוע כי לא אדם הוא לנחם רק הנגה הורה כלשון בני אדם כי המשפיר סת ששנה יראה שנהם *Et pœnituit Jehovaham. Noveris quodd non sit Deus ut homo, quem pœniteat rei alicujus. Sed loquitur lex secundum morem filiorum hominum (ἀνθρωποπαθῶς) cum is corrumpit, quodd antea fecit, apparet eum pœnitere.* Eodem modo & αὖν dolor Deo tribuitur, non quodd interna aliqua passione, quæ à Dei beatitudine longissimè abest, affectus & conturbatus fuerit, sed partim propter odium injustitiæ, quia justus est: partim propter commiserationem

nem

nem creaturæ, quæ injustitia sua misericordiam Dei oppugnatum ivit. Itaque in his verbis est sapientissima Dei *συγκαταΐσταις*, de qua præclare loquitur Augustinus de Civit. Dei lib. xv. 25. *Neque enim sicus hominem, ita & Deum cujusquam facti sui pœnitet, cujus est de omnibus omnino rebus tam fixa sententia, quam certa præscientia. Sed si non utatur scriptura talibus verbis, non se quodammodo familiarius insinuabis omni generi hominum, quibus vult esse consultum, ut & perterreat superbientes & excitet negligentes, & exerceat quærentes, & alat intelligentes. Quod non faceret si non se prius inolinarer & quodammodo descenderes ad jacentes.*

VIII. Neque verò impio duntaxat mundo definitivam interitus sui sententiam Deus aperit, sed & Noæ ac familiæ ejus gratuitum misericordiæ suæ decretum annuntiat. Summa Divinæ orationis ad Noam dictæ, est: *Grandem esse iniquitatem ac corruptionem terræ & omnis carnis; proinde supremam impio mundo necessitatem seu finem omnis carnis instare. Pararet igitur sibi juxta præscriptum arcam, quâ ille cum uxore ac filiis tribus & totidem nurius clauderetur cujusque claustro animalium diversi generis mundorum quidem septem, immundorum duo recipiantur. De arca Noæ superiori exercitatione prolixè egimus. Postquam igitur illa ex mandati Divini præscripto ad finem perducta est, demum tertia denuntiatio eaque finalis & cum pœna mundi proximè connexa secuta est, quæ narratur Geneleos VII. 1 — 5. Dixit ergo Jehovah ad Noah, ingredi te & tota domus tua arcam: quia te vidi justum coram me in generatione ista. Ex omni jumento mundo accipies tibi septena, masculum & femellam ejus: at ex jumento quæ munda non sunt, bina, masculum & femellam ejus. Ex volatilibus quoque Cæli septena, masculum & femellam, ad vivificandum semen in superficie totius terræ. Quia post dies adhuc septem ego pluam super terram quadraginta dies & quadraginta noctes: delebòque omnem substantiam quam feci, à superficie terræ. Sic Noë confestim imperata faciente, Deus ad decretæ ultionis executionem statim processit.*

IX. De tempore cœpti diluvii sic Moses Genef. VII. 11. *Anno sexcentesimo vitæ Noë mense secundo, decimo septimo die mensis, ipso die rapti sunt omnes fontes voraginis magnæ, & fenestræ Cæli apertæ sunt.* Diluvium cœpisse in autumno; in eundem incidisse caput anni Patriarcharum: annum eum fuisse lunarem, tempore tamen suo adæquatam solari Exercitatione duodecima demonstravimus. proinde operam non ludimus. Quin & initium diluvii incurrisse in anni Mundi millesimi sexcentissimi quinquagesimi septimi mensem secundum, ejusque mensis diem decimum septimum ostendimus Exercitationis XI. thesi 28. Characterem verò temporis dilu-

vii quod attinet, variè is assignatur, nec duos forte Chronologos heic conspirantes invenire dabitur. Josephus Scaliger de emendatione temporum lib. iv. pag. 371. diluvium rejicit in annum 1657. à conditu mundi, periodi autem julianæ 2420. Cyclo solis xii. Lunæ vii. Cujus Neomenia Zygenos 7. 18. 12. Octobris xiiii. Marcheswan 5. 20. 349. feria vi. Octobris xi. anni Judaici 1468. Annos 1656 absolutas fieri xiiii. periodos Neuruz Persicæ, quas Hebræi אלהי id est *secula* vocaverint, & præterea annos 96. Superfuisse de Heled sive seculo xiv. quo intervallo Neomenia mensis Æthanim ascenderit in anteriora dies xxiv. quibus de xxvi. Octobris detractis, superlit secunda Octobris Neomenia Æthanim, à qua cœperit שנת ארבעת אלפים ששה מאות ושישה *annus dicrum* Hebraicus tempore diluvii. Verùm characteris ejus non simplex error facilè deprehendi potest ex his, quæ Exercitatione x. sunt contra Scaligerum disputata. Alium characterem diluvii ponit Langius, qui diluvium non in tempus autumnale sed vernum incidisse existimat, cujus rationibus occurrimus Exercitatione decima. Is igitur libro ii. de Annis Christi cap. 3. diluvium contigisse statuit Anno Periodi Julianæ 2328. Junii vii. Anni mundi 1657. Mensis Jiar, hoc est, secundi die xvii. feria secunda, Cyclo Solis Romano iv. Lunæ x. Indictio iii. An. Per. Const. 3 123. Cyclo Solis Græco xv. Lunæ vii. An. Judaico 1375. Diversum characterem statuit Dionysius Petavus. Nos non ignari, quemcumque characterem demum posuerimus, eum sine longa demonstratione ab hoc loco aliena nemini nos persuasuros, hinc continere nos & longa illa investigatione apud lectores incuriosas fortè Chronologicarum demonstrationum superledere malumus.

X. Potius est, ut in causas diluvii procreantes inquiramus. Eas paucis verbis nobis explicat Moses Genes. vii. 11. נבקע כל קנינת תהום רבת וארבורו רשעים נפתחו *Rupti sunt omnes fontes voraginis magnæ, & fenestra Cæli aperta sunt.* Per תהום רבת abyssum magnam barathrum vel tartarum veteribus ita appellatum, sive hiatus maximum, qui usque ad centrum Terræ protendatur, à quo etiam Oceanus & omnia flumina scaturiant, multo olim intellexere. Et videtur hoc ipsi Vatablo & Oleastro non nihil sapere. Cùm tamen de ejusmodi barathro viris eruditis nihil compertum sit, opinionem illam missam facimus. Præcipuè cùm non difficilis sensus sit, si de vastissimo gurgite marium, nec non amplissimis & profundissimis sub Terra cavernis & meatibus, quibus multifariam dilatatis inhibito marium, & fluminum recessu, quamvis laxatis fontium & venarum ostiis terra potuit in vastissimos hiatus discindi, magna abyssus explicetur. Vocem תהום plerique Hebræi derivant ab תהו vel תהו *fremitu, strepitu.* Sed

vera

vera radix conservata est apud Arabes, apud quos **הרה** notat attonitum esse. Proprie igitur **הרה** est locus quilibet vastitate stupendus, ad quem remoti spectatores starent attoniti. Apud Hebræos **רוב רב** *profunditas multarum aquarum*. Græci vertunt **ἀβυσσος**. Est autem **ἀβυσσος** Gennadio **ὕδωρ πολύ, ἢ τὸ βάθος ἀκατάληπτον ἀνθρώποις ἢ σφῆρα δυσκατάληπτον** *aqua multa, cuius profunditas incomprehensibilis est homini, vel certe ægè comprehensibilis*. Sunt igitur hoc loco **רוב הרה** *fontes abyssi magnæ* omne etiam profundissimum aquæ receptaculum. Tale autem est terra sinibus & cavitatibus suis concludens quicquid ubique est aquarum, sive Oceanus sit, sive lacus, paludes, fontes, ex Oceano stagnantes, sive aquæ subterraneæ, in cavernis & meatibus terræ conclusæ & coarctatæ, quæ partim ex ipso mari per totum terræ spongiosæ & porosæ corpus distribuuntur, haud secus quàm in humano corpore sanguis, qui in hepate conficitur, per venas suctu quodam & attractu per omne corpus diducitur: partim ex quotidianis imbribus in profundos terræ meatus defluunt. Hi fontes abyssi magnæ **רוב רב** *rupti sunt*, quia non tantùm eæ aquæ sunt in subsidium arceditæ quæ apertos & faciles habent exitus: verùm eæ etiam, quæ vel cum magi per subterraneos ductus non conjunctæ vel admodum ab aperti maris ostiis remotæ, non nisi facta & vi perruptâ viâ ac relaxatis vinculis ex terræ visceribus & foraminibus exundârunt atque regurgitârunt.

XI. Verùm non suffecerunt ad inundationem mundi aquæ, fontibus magnæ abyssi conclusæ. Igitur aperiri etiam debuerunt **רוב הרה** *κατὰ ἐξίτας τῆς ἑρῆς cataraclæ Cæli*. Melius Onkelosus **כרי שמים** & cum eo Symmachus & Aquila **ἑρῆδες ἢ ἑρῆς fenestras Cæli** reddunt. Nam cataraclæ parùm concinnè aperiri dicerentur. Est etiam **רוב הרה** *ab observavit, speculatus est*. Inde **רוב הרה** videtur significare locum quemvis à quo aliquid speculari & observare solemus qualis in primis *fenestra*. Proinde in Thalm. Chol. cap. 10. **רוב הרה** definitur **רוב הרה** *fenestra quæ est in medio domus*. Similis locutio est Psal. LXXVIII. 23. ubi Deus dicitur præcepisse & operuisse **רוב הרה** *fores Cæli*, & pluisse super Israelitis manna. Apud Sixtum Senensem Biblioth. lib. v. annot. 81. commemoratur sententia Petri Aliaci Presbyteri Cardinalis, Guilhelmi Parisiensis Episcopi necnon Henrici Mechlinii Magni Alberti discipuli, quibus visum *cataraclæ Cæli* notare constellationes inundationum productrices, & signa aquatica, qualia Cancer, Pilces, Plejades, Hyades & Orion de stellis; Mars, Venus & Luna de planetis. Cataraclæ ergo Cæli tunc apertas intelligi, cum causæ hujusmodi ad operationes pluviarum & inun-

dationum nutu creatoris laxatæ sunt & confirmatæ. Et Mechlinius quidem in commentariis, quos edidit in magnas Albumaris conjunctiones, refert, se invenisse ex Astronomicis supputationibus, quoddam Nöeticum diluvium præcesserit conjunctio quædam astrorum, generalem aquarum illuvionem inducens, nimirum Jovis & Saturni in fine Cancræ à regione Argolicæ navis, per quam etiam arca Noë significatur. Verùm hanc sententiam superiori seculo à Tiberio Calabro defensam refutavit Hieronymus Armellinus Dominicanus, edito peculiari adversus eum volumine, in quo eam tanquam hæreticam æstuante stomacho damnavit. Et sane absurdissima est ea sententia, juxta quam non univèrsalis malitia & corruptio generis humani, sed potius fatalis dispositio astrorum & Stoïca quædam ne fulmine mutabilis necessitas diluvium attraxit. Et judicia Dei non libera & propter sola hominum peccata præcipitata, sed necessaria & temporari intervientia hoc pacto agnosci deberent. Ut meritò mirandum sit, etiam nostra ætate reperiri homines malè curiosos, qui ejusmodi opiniones recoctas de nono paxillo suspendunt. Inter quos nuper P. Serarius cum occasione conjunctionis omnium planetarum in *Sagittario* signo igneo nuper factæ mira nobis portenta parturiret, se tueri conatus est simili planetarum omnium synodo seu conjunctione tempore universalis diluvii in *piscibus* aquatico signo, uti ex Theodoro Hoen celebri astrologo refert, observata. Cujus quidem intempestivum prurium, qui Christianos non Dei vivi sed astrorum, quæ olim Gentiles expavescebant, timentes facere potuit, repressit D. Samuel Marefius Theologorum ævi nostri grande decus.

XII. Sed tota hîc difficultas est de Cœlo, cujus fenestras apertas testatur Moses; quale illud intelligere conveniat, astriferum an aëreum? Qui supra æthera aquas in creatione collocatas putant, plerique hîc astriferum Cœlum intelligunt. Sic Beda, Oleaster, Eugubinus, Abulensis; alii, qui & hoc argumento militant, non potuisse aquas supra celsissimos montes ascendere, nisi copia aquarum supracœlestium à Deo facta sit. Verùm de argumento illo postea viderimus. Nos igitur Cœlum hîc intelligimus aëreum, nubium *δοξαρον* & pluviarum fœcundam scaturiginem. Nam Deus ligatas habet aquas suas in nubibus, quas ubi dimittit *אֲפֵרַת אֶרֶץ* *aperit terram* Job. XII. 14. Cæterùm cum fenestras Cœli apertas dicit, metaphora utitur aptissima. Ita enim solet scriptura dicere claudi Cœlum, cum longo tempore non pluit; aperiri cum pluit, Luc. IV. 25. Cùmque significatur dari à Deo magnam bonorum vel malorum copiam, dicuntur aperiri *אֲפֵרַת אֶרֶץ* *fenestræ Cœli*. 2. Reg. VII. 2. Malach.

lach. 111. 10. Esai. xxiv. 18. Videmus igitur, omnia naturæ vincula soluta fuisse, ut in mundum aquæ inundarent. Nam cum aquæ è fontibus in terra eructentur tanquam è suis conceptaculis, & pluviz è specubus nubium deorsum immittantur secundum ordinem naturæ, non potuit naturæ hujus conturbatio significari melius, quàm ut conceptacula illa dicerentur dirupta, fontes è rupibus tanquam dissilientibus & fissis, & nubes tanquam è specubus erumpentes. Nescio quid simile in mentem venit Senecæ de causis futuri, quod ille somniat, diluvii, quanquam ille naturæ tribuit malè, quod solius Dei potentiz subest. *Sed, inquit Natural: quæst. 111. 27. monet me locum, ut queram, cum fatalis dies diluvii venerit quemadmodum magna pars Terrarum undis obruiatur. Virum Oceani viribus fiat, & externum in nos Pelagus insurgat: ac crebri sine intermissione imbres, & elisa tempestate hiems pertinax, immensam vim aquarum ruptis nubibus dervat. An flumina tellus largius fundat, aperiatque fontes novos: aut non sit una tanto malo causa, sed omnis ratio consentiat, & simul imbres cadant, flumina crescant, maria sedibus suis excita percurrant, & omnia uno agmine ad exitium humani generis incumbant. Ita est. Nihil difficile est natura, utique ubi in finem sui properat. Ad originem rerum parçè utitur viribus, dispensatque incrementis fallentibus: subito ad ruinam toto impetu venit. Quam longo tempore opus est, ut conceptus ad puerperium perducat infans? quantis laboribus tener educatur? Quam diligenti nutrimento obnoxium novissimè corpus adolescit? At quàm nullo negotio solvitur? Urbes consumit ætas: hora dissolvit. Momento fit cinis: diu silva. Eleganter idem de ea re disserit Naturalium quæstionum lib. 111. c. 30. qui locus planè meretur heic ob oculos poni: Sunt omnia ut dixi, facilia nature: utique qua à primo facere constituit; ad qua non subito, sed ex denunciato venit. Jam autem à primo die mundi, cum in hunc habitum ex informi unitate discederet, quando mergerentur terrena decretum est: & ne sit quandoque velut in novo opere, dura molitio, olim ad hac maria se exercet. Non vides, ut fluitus in litora, tanquam exultans, incurvat? Non vides, ut astus fines suos transeat, & in possessionem terrarum inducat? Non vides, ut illi perpetua cum claustris suis pugna sit? Quis porro istinc, unde tantum tumultum vides, metus est è mari, & magno impetu erumpentibus fluviiis? Ubi non humorem natura disposuit, ut undique nos, cum voluisset, aggredi posset? Memior, nisi eruentibus terrarum humor occurrat, & quoties nos avaritia aut defodit, aut aliqua causa penetrare alius cogit, eruendi finis unda est. Adjice nunc, quod immanes sunt in abdito lacus, & multum maris conditi, multum fluminum per aperta labentium. Undique ergo erant causa diluvio, cum alia aqua subinfusam terras, alia circumfluant, qua dis coërcita vincunt, & amnes omnibus jungent, paludibus stagna. Omnium tunc ma-*

re ora finitum implebit. & majore hiatu solvet. Quemadmodum corpora nostra  
 ad egestatem venient exauriunt, quemadmodum eunt in sudorem vires: ita tellus lique-  
 fiet, & aliis causis quiescentibus, intra se, quo mergatur, inveniet: sic magna  
 omnia contra crediderimus. Nec erit longi mora exitus. Tentatur divelliturque con-  
 cordia, cum semel aliquid ex hac idonea diligentia remiserit mundus: statim undi-  
 que ex aperto, ex abdito, superne, ab infimo aquarum fiet irruptio. Nihil est tam  
 violentum, & incontinentius sui, tam contumax, infestumque retinentibus, quam  
 magna vis unda: utrum libertate permissa, & jubente natura, quas scindit circui-  
 que, complebit. Ut ignis diversis locis ortus, citò miscet incendium, flammis coi-  
 re proferantibus: Sic momento redundantia maria se committent. Nec ea semper  
 lucentia undis erit: sed peracto exitio generis humani, extenuisque pariter feris, in  
 quarum homines ingenia transferant, iterum aquas terra sorbebit: natura pelagus  
 stare, aut intra terminos suos stare coget: & terræ illi est nostris sedibus, in sua se-  
 creta pelletur Oceanus: & antiquum ordo revocabitur. Hæc tenus Seneca, cujus  
 oratio ita concepta est, ut de industria explicare voluisse Mosen videre  
 possit. Juvabit etiam de causis diluvii audire graphicè differentem Philo-  
 nemon Judæum de Abrahamo pag. 355.

Ἐπεὶ δὲ ἀδικημάτων καὶ ἀσθεμιῶν  
 φορᾶν ἠνεσκεν ἐκεῖν· ὁ χρόνος, καὶ πάσα χώρα, καὶ ἔθνος, καὶ πόλις, καὶ οἰκία, καὶ  
 ἕκαστος ἰδίᾳ, πενητῶν ὀπιτηδωμάτων ἐπέπλησθη, πάντων ἐκείνως, καὶ οὐ σωσθείας  
 ὡς ἐν ἀγωνίᾳ θεοῦ ἦ ἐν τῷ ἀχαμαρτάνειν πτωτείῳ ἀμικρωμένων, καὶ σωθῆς  
 ἀπίστως ἐφίλονέκεν ἐκείν· τὴν πησίον κακίαν μεγέθη ὑπερβαλεῖν ἐπιγομένην, καὶ  
 μὴ δὲν ὑπερβαλεῖν τοῦ ἦ πρὸς ὀπιτησίον καὶ ἐπάρχων βίον· ἐφ' οἷς ὁ θεὸς ἐικότως θυ-  
 χεσθείας, ἐν τῷ ζῶντι ἔαλειν εἶναι δοκῆν, καὶ συγγενεῖς ἀξιώθην τὸ πρὸς αὐτὴν,  
 ἕνεκα τῶν ἐν τῷ λήθῳ κρινόμενων, θεῶν ἀρετῶν ὀπιτηθεύειν, ἐξήλωσε κακίαν, καὶ τὰ  
 ἔθνη πάντες κακίας, δίκην ὀρίξεν ἢ σωσθήκεν, ἀφανίζεν τὴν τῶν ὄντων κατὰ  
 κλυμῶν ἀφρονθείας, καὶ μόνον ἢ τὸς ἐν τῇ πεδιάδι καὶ τοῖς χηταμαλοπέτρως, ἀλλὰ καὶ  
 τὸς ἐν τοῖς ὑψηλοτάτοις ὄρεσι κατοικηθείας. ἢ μὴ δὲ μετὰ ἡλίαν ἵσταται, μετῶρον  
 ὡς ἡδὲ πῶν σωθῆτερον ἔρρησι. Ἀλλὰ τὸ σμάρτων ἀνθρώπων καὶ ἡμᾶς ἐστέρη  
 πελάγει· τὰ ἢ πησιμῶν ἔσται, νησις καὶ ἡπέροις ἐπέκλισε, πηγῶν τ' αἰετῶν καὶ  
 αὐθιγενῶν ποταμῶν καὶ χειμάρρων ἐπάκηλοι φορεῖ, συνήπιον ἀπὸ ἡλίος ἀναχωρήματα,  
 καὶ πρὸς ὑψὺς ἐπιπέρισμα ἐπέβαινον, καὶ μὴν ἡδὲ οὐδὲ ἀνὴρ ἠρέμει. πάντα δὲ τὸ εὐρεθὸν  
 βλάψεν καὶ σωχέως νεφῶν ἐπέτιχε, καὶ πινόμενα λυεῖ ἐξείσται· πατάξει ἢ βροντῶν καὶ  
 ὀπιλάμψεις ἀσπραῶν, καὶ κεραιῶν φορεῖ καταρρήγνυμένων ὄμβριον ἀπύστων, ὡς  
 νομίσται τὰ μέρη δὲ πάντες εἰς μίαν φύσιν ἢ ὑδατῶν ἀνασσει χεῖρὸν ἡμᾶς ὡς  
 μὴ ἀνωθεν καταρρέειν τοῦ δὲ κατὰθεν ἐπιπέρισμα, μετῶρσι ἠρέθη, τὰ ῥέειδε,  
 οἷς ἢ μόνον ἢ πεδίως καὶ ὅσην χηταμαλο κατὰ κλυδῶσι εἰς ἀφανίση, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑψηλο-  
 τάτων ὄρεῶν αἰ κορυφαί. Quoniam enim uberrimus proventus iniquitatum ac im-  
 pietatum fuerat illo tempore, aded ut omnis regio, gens, civitas, domus, &

unuf-

unusquisque privatim repletur malis studiis, certatimque de primatu in vitis contenderent, dum quisque proximum conatur præcurrere, nihil sibi ad extremam malitiam reliquum faciens: ea propter Deus meritis indignatus, quòd animal omnium, ut videbatur, optimum, & cognatione cælesti dignatum propter communicatam rationem, pro virtute quàm exercere debuerat, complexum esset malitiam, nec ullam ejus omisisset speciem, pœnam decrevit convenientem, ut omnes ejus seculi homines deleret uno diluvio: nec tantum incolentes campestria loca & humilia, verum etiam in celsissimis situs montibus: Nam oceanus elatus æstu quanto nunquam antea, per fauces valido impetu irrupit in nostra maria: quæ mox insulas ac continentem subitis inundarunt fluctibus. Accesserunt & fontium perennium & omnium indigenarum torrentiumque alii super alios affluxus, qui conjuncti & diffusi etiam in altum creverunt. Nec acerbissabat interim, obseclo Cælo toto continuis nubibus, procellis quoque furentibus: simul tonitruum crepitus, micationes fulgurum, ielsusque fulminum inter mixti largissimis imbribus faciebant ut videretur totus mundus abire in naturam aquarum: donec è supernis cataraclis infernisque fluentis tanta moles undarum succrevit, ut non campi tantum & depressa loca operirentur, sed & altissimorum montium cacumina.

XIII. His igitur Cœli & terræ fontibus ruptis & Noë cum suis arcam ingresso continuavit *המבול* diluvium super terram quadraginta diebus, intra quos *יבשו המים ודבו מאד על הארץ ותוך תהבה על פני המים* *robordrunt se aquæ & multiplicatæ sunt valde super terram; & ferebatur arca super faciem aquarum.* Genes. v. 11. 17, 18. Eo igitur tempore continuò & fontes abyssi magnæ proruperunt ex claustris terræ, subeunte in eorum locum aëre; & ex nubibus Cœli in pluvias resolutis aquæ delapsæ sunt. Perperam enim nonnulli illas quadraginta dierum pluvias faciunt causam tertiam diluvii à prioribus distinctam, cum pluvix illæ concurrerint ad diluvium, & arcam exaltaverint è terra; quin & id ipsum clarè colligatur tum ex prædictione illa: *post septem dies pluam 40. diebus & 40. noctibus*, tum ex comparatione temporis, quo aquæ super terram multiplicatæ sunt, & quo arca cessantibus pluvii cessavit & quievit in montibus Ararat. Fallitur magno opere Aben-efdras, existimans toto illo tempore nullum dierum & noctium discrimen fuisse: Noë autem cognovisse quadraginta dierum tempus præterisse ex eo, quod desisset imber. Deum ipsi hoc arcanum revelasse. Atqui videmus discrimina dierum de diluvio accuratè notata in historia, quod non fecisset Moyses, si dies & noctes non fuissent. Quin & ipse Noë supputavit dierum numerum ad emissionem corvi & columbæ: Neque putanda sunt sidera cessasse ab eo ordine & motu, qui in principio creati-



creationis ipsis est inditus. Non obstat, etiam, quod Deus ad oppositum diluvii promittit: *cunctis diebus nox & dies non requiescet*, Genes. viii. 21. Diluvio Deus opponit ordinem, quem erat deinceps stabiliturus. Nempe tempore diluvii emissis nubibus Sol obtegebatur, aded ut vix apparerent diei & noctis vices, neque possent homines inter diem iis laboribus, quibus ante hac solebant, defungi. Hoc malum ne unquam deinceps extimescerent homines, promittit, se in priore ordinem omnia redacturum.

XIV. Post continuam verò illam quadraginta dierum pluviam & exaltationem arce non quieverunt pluvix vel eruptio fontium abyssi, sed perrexerunt, quamvis nec tanta copia, nec ita frequentes, & exiguis intervallis intercedentibus. Hoc sanè sibi vult Moses Genes. vii. 24. *וַיִּגְבְּרוּ הַמַּיִם עַל הָאָרֶץ חִמְשִׁים וְעָרָבָה יוֹמֵי* *Et roborarunt se aqua super terram centum quinquaginta diebus*. Suppone hic, in illis centum & quinquaginta diebus includi oportere etiam dies illos, quadraginta quorum mentio est Genes. vii. 12. 17. Idque confido me certis argumentis demonstrasse contra par Chronologorum Tornicellum & Salianum Exercit. xii. thesi 11. Ut ita Moses duo potissimum tempora commemoret, unum perpetuarum & densissimarum pluviarum per dies quadraginta: alterum pluviarum quidem continuantium, sed nec eà quã prius copiã, nec nulla omnino interruptione. Quæ sanè ita interpretari convenit. Nam non sine causa seorsim numerantur dies quadraginta, intra quos dicitur factus *κατακλιςμός*, *diluvium*. Quæ autem alia causa, quàm quia in eorum intervallo aquæ se roboraverunt *וַיִּגְבְּרוּ מַאֲדָּה* & *multiplicatæ sunt supra modum*, quod sine continuis & spissis imbribus ac eruptione fontium abyssi adeoque vero *הַכֹּהֵל הַכַּאֲלִיִּים* fieri non potuit. Ac eadem aquæ in secutis diebus centum & decem sanè etiam *וַיִּגְבְּרוּ* *se roborarunt*, & incrementa quotidiana ceperunt; interim non *וַיִּגְבְּרוּ מַאֲדָּה* *multiplicatæ sunt supra modum*. Credibile enim est, intra primos quadraginta dies maria & aquas quæ facilem è terra exitum fortitæ sunt, pleno impetu exundasse: pariter densas ac cæterigrandiores nubes pluvias copiosissimas demississe. Quia tamen & terræ abyssi fontes plures habuit, & quotidie novæ nubes ex ascendentibus vaporibus & exhalationibus sunt coactæ, hinc reliquo tempore aquarum illarum eruptio & destillatio continuavit, donec Deus recordaretur Nox & eorum, quæ in arca fuerunt. Proinde multum abluunt à veritate historix, qui dividentes intervallum illud dierum 40. & 150. contendunt pluvisse per 40. dies & post eos exactos aquas per dies illos 150. mansisse in statu consistentiæ. Interquos Salius Annal. Eccl. ad

A. M.

A. M. 1656. sect. 3. Porro, inquit, quod ait *Moyfes* obtinuisse aquas terram centum quinquaginta diebus, intelligit tempus, quo neque creverunt amplius, neque decreverunt, sed in statu consistentiæ permanserunt, representantes illud tempus, quo nondum dixerat Deus: congregentur aquæ, quæ sub Cælo sunt in unum locum, & appareat arida. Illum autem consistentiæ statum, significat verbum, obtinuerunt, quasi dicat, totis quadraginta diebus contenderunt aquæ crescendo, & invalescendo ut superarent terram, quod & consecuta sunt, adeo ut quindecim ipsis cubitis supereminerent. Ea ipsa victoria potitæ sunt 150. diebus, post quos aquæ imminui cæperunt, ut dicitur in textu. Etenim primò de intervallo illo 150. dierum dicitur: וַיִּבְרָר וַיִּרְבֹּר וַיִּרְבֹּר וַיִּרְבֹּר וַיִּרְבֹּר וַיִּרְבֹּר & roborârunt se aquæ. Eodem modo quo de intervallo 40. dierum, supra v. 18. dicitur וַיִּבְרָר וַיִּרְבֹּר & roborârunt se, ἐπεξεργάσθη τὸ ὕδωρ. Quod quid aliud quæso notat quàm incrementa aquarum, seu multiplicationem aquarum, qua voce statim illud robur aquarum explicatur? Quòd si v. 18. voce וַיִּבְרָר notatur illa multiplicatio & incrementa, annon eodem significatur versu 24? Quòd enim Salianus vocem וַיִּבְרָר vertit obtinuerunt & quasi victoria potitæ sunt, hoc in loco violentum nimis est. Id quod vel ex secundo quod jam proferam argumento liquet. Moses enim disertè testatur Genes. VIII. 1, 2, 3. וַיִּבְרָר וַיִּרְבֹּר וַיִּרְבֹּר וַיִּרְבֹּר וַיִּרְבֹּר וַיִּרְבֹּר & centum dierum immisso vento urente quievissent aquas, & clausas esse fontes abyssi atque fenestras Cœli, & prohibitam esse pluviam è Cœlo, sicque reversas aquas de terra decrevisse. Ante igitur illud tempus non sunt clausi fontes abyssi & fenestras Cœli, nec quieverunt aquæ. Non igitur consistentiæ aquarum locus fuit. Nec favet Saliano Josephus, cujus de ea re verba sunt: πῶς οὐκ ἔστιν ὁρῆσαι μὲν αὖτε ἡρῆσασθαι τὸ ὕδωρ ἐφ' ἡμέρας ἑκατὸν καὶ πενήκοντα. Cum pluvia cessasset, vix cepit subsidere aqua ad dies 150. Sed intra dies 150. vix vel non subsederunt aquæ, an igitur constiterunt necessariò? An incrementa quotidiana capere non potuerunt?

XV. Usque aded aquarum vis invaluit, ut quindecim cubitis cellissimos montes superarent. Sic dispensavit sapiens & potens Deus, ne vastissima etiam animalia, & procerissimi homines in montis altissimi vertice servari possent. Cajetanus negat, velle hoc dicere Mosen, omnes omnino montes aquis opertos fuisse, sed eos tantum à Mose innui putat, qui sunt sub Cælo aëreo, in quo coguntur nubes, intactis iis montibus qui supra nubes eminent. Verum quos ille nobis supra nubes montes ostendere potest? Olympum fortassis Thessaliæ, Athon Macedoniæ, Taurum, Caucasum, similisque, quos pluviarum, ventorum expertes finxit Solinus, & cum eo Poëtæ. Sed consultiores naturæ fabulosa hæc esse

de-

demonstrant, simulque ostendunt, exhalationes & vapores rectâ lineâ conscendere altius, quàm cujusvis montis altitudo sumpta perpendiculariter assurgat. Certè Christophorus Clavius in Opusculo *de crepusculus* propo. 6. Summæ vaporum elevationi dat miliaria quadraginta tria. Altitudinem autem Olympi geometricè demensus Xenagoras reperit eam esse ad perpendicularum decem stadiorum cum sextante, ut refert Plutarchus in *Æmylio* Paulo. Si quis ergo imponet Pelion Ossæ, & utrunque Olympo, non efficiet, ut pertingant ad medium spatium elevationis vaporum, ex quibus nubes conflunt. Et quæ de montis Olympi altitudine narrantur à Solino, fabulosa esse omnia pronuntiat Franciscus Philadelphus, qui montem eum conscendit, teste Ludovico Vive ad Augustini librum 15. de Civ. Dei caput 27. Quid quod in Alpibus, montibus Pyrenæis & Apennino summa quæque juga & minantes in Cælum scopuli perpetua glacie concreti semper recentibus pruinis candent? Quod nubium supra montes illos ascendentium utique indicium est.

XVI. Verùm si celsissimos quosque montes aquæ supergressæ sunt, cum quò altius scanditur, eò peripheriæ capacitatem dilatari magis conveniat. Subit admiratio, unde tanta copia aquarum proflexerit Eugubini-nus negat evitari posse, quin statuatur, aquas illas cœlitus decedentes, fuisse aquas supra cœlum in creatione reconditas. Sine illarum concursu, etiam ruptis omnibus nubibus immensam illam eluvionem aquarum deruere non potuisse. Verùm, ut constaret, supra firmamentum in creatione aquas dispositas esse, edisserat nobis, qua vi illa aquarum copia per Cœlos, quos fingit illud genus Mortalium solidos, penetrare potuerit? quid in locum successerit aquarum, quod sidera refrigeraret, quandoquidem hoc fini supra Cœlestes aquas subtiles illi Philolophi excogitârunt? Denique, cum vulgò Astronomi pro vero dicant, lapsum molaris lapidis ex firmamento in terram vix nonaginta annis perfici, quemadmodum poterint cœlestes illæ aquæ intra tam breve tempus, quo Deus supra Terram pluuisse dicitur, etiam factò maximo impetu decidere? Nos ita censemus, Deo nec potentiam nec sapientiam defuisse grandis illius aquarum eluvionis etiam per naturales causas exequendæ. Primum aquas, quæ Terræ meatus universas occupant, carceribus suis solvit. Deinde nubes, quæ universum aëra tum pererrabant, in pluvias contraxit. Accesserunt quotidie vapores è globo terræ & maris sursum elevati. Si ponamus, diluvium ad quinque miliaria supra terram excrevisse, spatium illud quinque miliarium exiguum commensum & proportionem ad amplitudinem globi terrestris habebit. Potuit igitur Deus eam Terræ partem, quæ aquarum

quarum defectum suppleret, in vapores convertere. Cornelius à Lapide habet, sibi Romæ Mathematicos subductis rationibus ostendisse, spatium illud quinque milliarium, quod supponimus ab aquis diluvianis impletum, non esse nisi ducentessimam octavam partem globi terrestri. Porro cum aqua feratur decuplo rarior Terra, omnibus ritè subductis, partem bis millesimam trecentessimam octogesimam Terræ in vapores resolutæ, ad implendum spatium hoc quinque milliarium abundè fuisse.

XVII. Aquis supra celsissimos montes extumescens, secuta est rerum omnium, quæ extra arcam fuerunt miserima *πενολεβεία*, quam his verbis enuntiat Moyses: *Et mortua est omnis caro quæ reptat super terram, tam de volatili, quam de jumento, & bestia, omnique reptili quod reptat super terram, & omni homine. Omnia in quorum naribus erat halitus spiritus vitæ ex omnibus quæ erant in sicco, mortua sunt. Delevit itaque Deus omnem substantiam quæ erat super faciem terræ, ab homine usque ad jumentum, usque ad reptile, ac usque ad volatile Cæli, deleta inquam sunt è terra, & relictus est tantummodo Noab, & qui cum eo erant in arca.* Summa est in his verbis: *Delevit Deus omnem substantiam, quæ erat super faciem terræ.* יסח את כל היקום אשר על פני הארץ *Delevit Deus omnem substantiam, quæ erat super faciem terræ.* יקום vulgatus *substantiam*, & Græci ἀνάστυμα transtulerunt. Est autem ἀνάστυμα apud Hesychium idem quod ὑψωμα *elatio, altitudo.* Augustinus ἀνάστυμα legit, quasi diceret omnem resurrectionem & resuscitationem carnis. Concludit hinc Ambrosius de arca Noë cap. 13. *Deum per aquas diluvii florem decussisse (videlicet surgentem è terra) sed radicem servasse.* Verum Græci non verbum hoc loco, sed verbi etymologiam transtulerunt. Quod vitium iis solenne esse observârunt Drusus, Heinsius & Amama. Quia enim ספּ à quo descendit יקום & stare & surgere significat, delegerunt in derivata voce posteriorem hunc significatum, omisso primo & convenientiore.

XVIII. De iis qui perierunt immisso diluvio, ita pronuntiant Magistri Hebræorum in Codice Sanhedrin cap. 11. רוח הטובל אין ירהם הלך ליעולם *Quæ diluvio periit, vitæ æternæ exortes erunt, neque etiam sistuntur iudicio Q. D. Non judicabit spiritus meus de homine in æternum.* Quorum rigidissimæ sententiæ calculum suum subsignavit etiam Pererius, adseverans, omnes illos, qui diluvio perierunt, inferno damnatos esse; de qua re prolixè nec sine naulea disputat comm. in Genes. lib. 9. Disput. 3. Equidem æternæ damnationis reos fuisse omnes, qui viam suam corruerunt, planè fatemur. Sed fieri tamen potuit, ut qui hæcenus Noë poenitentiam prædicanti, & arca structâ mundum damnanti, se parum obsequentes gesserunt, ad Deum se con-

verterent, & pro remissione peccatorum supplices fierent, quando ob oculos statutum fuit horrendum & præsentissimum iudicium. Potuerunt Deum in suis operibus iustificare, & culpâ agnitâ poenam corporis patienter ferre, ac de cætero implorata Dei misericordia & bonitate, nec non fiduciâ in purgatione futura Messia collocata, spem æternæ salutis per *Ἐπιχορηγίαν* Spiritus S. concipere. Potuerunt ex imo corde precari: *Si iniquitates observare velis ó Deus, Domine quis subsistet? Verum apud Te clementia est, propterea timebis.* Psal. cxxx. 2. Nulla Pœnitentia fera, quæ servia est. Profuit suus labos ultimis, qui per unam horam in vinea Domini operam posuerunt; ac ultimi facti sunt primi, Matth. xx. 9, 14. Quæ attuli, comprobant sane, fieri potuisse, ut quidam salvarentur, quos triste fatum communi calamitati involerat; atque hæctenus in contrariam sententiam nihil temerè vel à Thalmudistis, vel à Pererio, vel à quoquam alio definiendum fuisse. Superest quærendum, an omnino factum fuerit? Ac probabile censemus, factum esse. Cur enim, cum Deus impetu factó *ἐν στιγμῇ χρόνου* omnia pessundare potuisset, maluit tamen sensim id facere immisâ pluviâ, quæ per dies & noctes quadraginta continuavit, nisi ut, qui vel in arborum vel montium cacumina in eo intervallo se contulerant, impellerentur ad misericordiam Dei implorandam? Nec sine gravi causa huc advocantur verba Petri 1. Ep. iv. 6. *Propterea mortuis Evangelium prædicatum, ut iudicaretur quidem secundum homines carne, viverent autem secundum Deum spiritu.* Verba hæc referenda sunt ad versum decimum nonum, & vicissimum tertii capitis, ex quo patet, de hominibus agi, qui diluvio pericunt. Fuerunt sanè permulti immorigeri, & propter obstinationem etiam tempore Petri *ἐν φυλακῇ* in carcere, qui est damnatorum, si omnino *φυλακῆν* cum Beza malimus de inferno, quam cum Syro de *Ληκῶ* sepulchro interpretari. Non obstat tamen, quò minus alii, qui ad pœnitentiam renovati sunt, secundum carnem iudicati, vivant hodiè apud Deum secundum spiritum. Imò pro vero & certo hoc Petrus asseruit.

XIX. Sed hic quadam *ἡ ἀνθρώπου ἀμετρία*, familiari optimis quibusque vitio, lapsus est Hieronymus, statuens in *Trad. Hebr. in Genes.* homines, qui temporali hoc diluvio puniti sunt, non fore in futuro amplius puniendos: Sed quia temporalibus suppliciis pœnas exolverunt peccatorum, unâ cum fidelibus salvandos. Intolerabile est enuntiare, temporales pœnas sufficere ad solvendum supplicium, sive stipendium, quod peccato, puta incredulitati & impœnitentiæ debetur. Perierant horribili cæde Sodomitæ & Gomorrhæi. Illos tamen ea ipsa cæde vindictam

Dei

Dei exfatiasse non patitur nos statuere assertio Christi, *tolerabilium fore Sodomitis & Gomorrhæis, quàm Capernaitis*, Matth. xi. 24. & Judæ, qui civitates eas vocat *πύρὸς αἰωνίου πυρὸς ἑχέμενος* v. 7. Punientur igitur qui in hac vita vivicomburio sceleribus suis parentârunt, etiam in altera, sed remissius illis, qui oblatam gratiam Christi spreverunt. Neque convenit vel gratiæ electionis, ut cum fidelibus etiam impœnitentes æterna salute potiantur: vel gratiæ redemptionis per Christum, ut per temporalem mortem peccatores reconcilientur Deo; vel denique essentiali justitiæ vindicatrici Dei, ut pro exsolvenda peccati pœna ejusmodi transitorium supplicium acceptetur.

XX. De animalibus mutis per diluvii pœnam submersis quæri posset, quo jure ea Deus simul cum hominibus interfecerit? Cùm enim sensum peccandi non habeant, quomodo eidem subjecta sunt exitio, cui & homines peccantes? Prolixus est in ea quæstione discutienda Ambrosius lib. *de Noë & arca* cap. 10. Tres in universum causas adfert cladis hujus animalium, quæ peccati reatum non contraxerunt. Prima est, quia non injustum fuit, ut homine, cui in animalia principatus & dominium concessum fuit, cadente, etiam ipsa animalia corruerent. Sic in bello cùm Imperator occiditur ab hoste, ejus commoritur exercitus, & omnis frangitur virtus militatis. Secunda, quia nemo in accusationem vertit naturæ, cùm abscisso capite reliqua simul moriuntur membra, cùm amputatis manibus vel pedibus cætera membra mortis non adeunt periculum. Nempe non est par prærogativa reliquorum membrorum quæ capitis. Non mirum igitur est, si homine, qui caput & princeps est animalium, sublato, cætera simul animalia expiravère. Verùm cùm dispar hic ratio sit hominis & animalium, illius nocentis & peccato contaminati, horum innocentium, quamvis ea *σχέσις* inter hominem & animalia vera sit, parum tamen efficax est utraque hæc ratio. Neque enim si herus, qui servi sui dominus & caput est, ob maleficium luit capite, causa est cur etiani servus maleficii similis non compertus, luat eodem modo. Neque si Imperator qui injustum bellum movet, in acie cadit, etiam is qui ob injustitiam belli sacramento non dixit, eandem fortunæ aleam subit. Tertia igitur ratio Ambrosio, eaque prægnantior, est, *quia rationis expertia non propter se, sed propter hominem generata sunt animalia: hominis enim causa esse præcepta sunt ut eorum subjectione humana præstaret conditio*. Ita est. Cùm propter hominem creata sint animalia, eo sublato etiam ipsa tolli necessum fuit. Sed potissima ratio est, tum quia propter peccata hominum & ipsa maximè vanitati subjecta sunt: tum quia hoc modo Deus peccatum hominis validius

dius detestari voluit. Proinde testatur Deus se etiam maledixisse terræ propter hominem, cujus figmentum cordis à pueritiis malum Genes. vii. 21. Neque tamen ullam injustitiæ labem Deus contraxit. Alia enim ratio hominum, alia est animalium. Homini suam impertivit imaginem, rationis dedit usum, quo eum cognosceret & requireret, denique fœdere eum sibi conjunxit. Quandiu igitur retinuit Dei imaginem, Deum quæsiuit, fœdus custodivit, citra injustitiam & abnegationem sapientiæ ac sanctitatis suæ Deus eum perdere non potuit. At animalibus nullo simili vinculo obligatus est. Potuit igitur manifestatur suam in peccatum iram sapienter uti liberrimo suo in animalia jure, & ea simul cum hominibus exscindere. Quòd si vitam animalium humano subjecit arbitrio, quidnã ipse vitæ animalium solutam & liberam optionem, & potestatem habuit?

XXI. Postulat hic locus, ut insolentissimo Peyrerio plagam tendamus. Cujus inter monstrosa dogmata non infimum locum obtinet, quòd diluvium pertendit fuisse non universale totius terræ, sed particulare Judææ. Ergo homines, quos deleturus Deus erat, sunt ipsi Adamitæ, id est, Judæi. Terra ipsi est Palæstina. Animantia à reptili usque ad volucres Cœli, Gentiles Præadamitæ Judæis permixti. Abyssus magna Palæstinum mare. Montes cellissimi, qui sunt sub Cœlo, montes Palæstinæ, imminentes Terræ sanctæ. In cæteris Spiritum Sanctum luxuriare stilo. Quis non videt temere adfectatam hominis fanatici insaniam, & in scripturis adunco naso suspendendis perversitatem, non verbis sed flagris objurgandam? Cur à simplicitate stili Mosaici recedit? Ubi scripturæ uno in loco tot insolentibus hyperbolis luxuriant? Per homines intelligit Adamitas, lutosum mortalium genus (At aliud genus hominum Terra non habuit) Judaicum populum nominat. Et tamen Noë tribus filiis post diluvium universum orbem divisit, & à Semi posteris Judæi demum oriundi. Reptilia & volucres Cœli quemadmodum gentiles dici possunt? Cur in arcam cogendi, cum extra Palæstinam tot myriadas Præadamianorum fuisse somniet? Et cum Moses inter animantia munda & immunda distinxerit, & ex mundis quidem septena, ex immundis bina Noë in arcam aggregarit, percipiam cognoscere, qui hoc gentilibus applicari possit? Quinam, sodes, ex iis mundi, qui immundi dici possunt? Pariter Terram diluvio inundatam ad solam Judæam restringere, hominis est, relictam qui mentem perdidit. Cellissimos montes quindecim cubitis superavit arca. An igitur folius Palæstinæ montes? Quã vi, quibus machinis, quo denique portento retenta est aqua, ut intra Palæstinæ regionem subsistens,

sistens, & in altissimos montes enisa, ejus claustra non perrumperet, alióve non exundaret? Si extra Palæstinam diluvium non emanavit, cur Noë jussus arcam struere; cum itinere mediocri vitam redimere posset? Quí ex columba extra arcam detenta prælagire ipsi animus potuit, aquas desedisse, cum extra Palæstinam columba evolare potuerit? Denique quí arca in montibus Gordyæis Armeniæ quiescere potuit, si solam Palæstinam cataclysmus infestavit? Mirum quibus machinis arca ex Palæstina in celsos montes Ararat sese evexerit? Nisi forte Neptunus aliquis ægre passus, tandem arcam inquieto salo circumferri, eam humeris suis in illum montium receptum extulit. Et cum à diluvio tota terra tanquam vacua possessio, sit divisa filiis & nepotibus Noë, uti patet luculenter ex decimo Geneseos, convenit sanè, diluvio totam Terram nudatam & exhaustam esse, non Palæstinam solam. Abyssus magna non Palæstinum utique mare designat, sed universas aquas, quæ in principio mundi terrestrem globum intexére. Montes altissimi haud alii fuerunt, quàm imensa illa montium juga superioris Asiæ, quæ Mediam Armeniamque includunt. Jam addamus causam immittendi diluvii fuisse eam, quòd omnis caro viam suam corruptit super terram; immisso diluvio venisse כל כולו *finem omnium carnis*; ruptos fuisse omnes fontes abyssi magnæ, & apertas fenestras Cæli, quod in particulari diluvio nec necessarium fuit, nec fieri omnino potuit; Deum decrevisse disperdere omnem carnem in qua spiritus est vitæ, & mori debuisse כל אשר בארץ *omne quod in terra*; denique diluvium Noëticum comparari à Petro cum interitu mundi per ignem in universitate orbem totum complectente 2. Petr. III. 5, 6, 7. Ubi universalis orbis interitum ex comparatione diluvii probat. *Nam illud volentes nesciunt, quod Cæli jam olim fuerint & Terra ex aqua & per aquam consistens Dei sermone, per quæ is qui tum erat mundus, inundatus periit. At qui nunc sunt Cæli & Terra, ejusdem sermone repositi sunt, & servantur igni in diem judicii & perditionis impiorum hominum. Quæ omnia impudens dogma validissimè convincunt.*

XXII. Si hæc aliæ similia argumenta, quibus jam pridem viri docti, prodigiosi illius nugatoris commentum eliserunt, æquâ æstimatione pensasset vir inter nostates doctissimus, qui præpostero studio adferendarum antiquitatum & conciliandæ rebus à Mose narratis fidei provectus, conatus est mediam hic viam calcare, haud dubiè nunquam eò processisset, ut frivolis rationibus sibi persuaderi pateretur, *ne centesimam quidem orbis partem diluvio deletam esse.* Sed juvataudire argumenta. *Ad universale diluvium efficiendum multa debuissent concurrere miracula, inquit. Pu-*



rat igitur, cum universi orbis aquæ non sufficiant ad obruendam tam altè terram, debuisse vel plures aquas creari, vel istam aquarum molem ex aliis Cœli orbibus decidere. Primum, si ad rem istam patrandam miraculis omnino opus fuisset, annon malimus credere miracula quæ Deo factu proclivia sunt, intercedere, quàm clara Spiritus Dei verba vel abnegare, vel pervertere, more eorum, qui scripturas *σπελάσαι πρὸς τὴν ἰδίαν ἀλύωσιν ἀπώλειαν*? Sed quo pacto sine miraculi interventu per naturales causas Deus destinata facere poterit, thesi 17. explicatum est. *Quid opus erat, ita pergit, illas mergere terras, ubi nec olim fuere homines, ac ne nunc quidem sunt?* Nos verò qui sumus, ut à Deo rationem exigamus rerum, quas se fecisse testatur, & nisi eas nobis edisserat, fidem adhibere renuamus? Sed dicamus, opus fuisse, quia Deus contra peccata hominum iusto furore accensus omnes homines, exceptâ Noëticâ familiâ delere instituit. Cum igitur mundus sit factus propter hominem, cum ejus nequitix variis modis ministraverit, Deus ostenturus quanto in peccatum odio flagret, & hominem & mundum simul inundandum sumpsit. Quam ob causam etiam animalia submergit. Rectè Philo Judæus lib. de Abrahamo pag. 356. *ἢ γὰρ εἰκὸς τῷ κρείσσῳ γένει ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι μὴ δὲν ὑποληφθῆναι τῶν χειρόνων, ἐπεὶ καὶ πρὸς τὰς ἐκείνῃ χρείας ἐγένετο δόξα ἰσότην ἕνα δεσποτικῆς περιπέτειαν ὑπερετίσθησαν.* Non mirum, si præstantissimo genere animalium intereunte, nullum superesse sinebatur à deterioribus quæ in usum dominorum servituti addita fuerant. Et quæ quæso causa est, quòd sub finem mundi Deus igni destinavit non solos homines vel loca ab hominibus inhabitata, verùm etiam τὰς νῦν ἐργαζομένους Cœlos qui nunc sunt, qui *ροισθηδὸν παρελεύσονται*, & *σχιχθία elementa*, quæ *ναυσίμενα λυθήσονται* 2. Pet. III. 7, 10. Quatenus orbis ante diluvium habitatus sit, parum refert cognoscere, quando & homines, & animalia & mundus communi exitu involvi debuerunt. Id tamen haud ambiguum est, Cainum, qui perpetuâ damnatus exultatione, cum suis remotiora loca ultra Syriam & Mesopotamiam appetivisse. Adeoque homines quamvis pauci, diducti tamen, & variè dispersi, diversissimis etiam locis obrui debuerunt, quod vel citra universale diluvium, vel plura particularia fieri non potuit. Hæc sanè sunt argumenta, quibus solis militare potuit vir doctus. Quibus quicquid etiam alii reponant, id omne is umbra suberis levius habet. Sed quid quæso responderi poterit ad tot argumenta vel solis radio scripta, quibus Moyses diluvium integris tribus capitibus descripsit? Quo artificio illa ita torquere potest, ut focus & quæ sita pigmenta non puelleant?

XXIII. Terra aquis immersa ipsa etiam plurimum detrimento tulit.

Aquæ

Aquæ univcrsum ejus florem & colorem delibârunt. De fecunditate ejus multum decessisse non dubitant multi, quia falsæ aquæ Terras alluentes corruerint, & effecerint, ut impostcrum steriliores essent. Non adoptamus autem commentum Patrum Syrorum, de duplici Terra, altera Patrum usque ad diluvium habitata, altera, in quam Noë in arca delatus sit, impostcrum, priori relicta incolenda. Quos secutus est Josephus Anthonius Gonzages de Salas Hispanus, qui conatus est nuper eruditorum senatui persuadere, non eundem orbem, quem aquæ Cataclysmi hauserunt, mortalibus esse redditum. Quem eruditè confutavit Celeberrimus Schotanus. Duobus potissimum videtur ejus opinio inniti fulcris. Primum, quod Terra ante diluvium fuerit ter maledicta; quod fuerit in conspectu Dei corrupta & repleta iniquitate, ideoque penitus delenda. Alterum, quod duplicem Terram postulet locus Petri 2. Ep. 111. 5. qui ita habet: *καὶ ἄνευ γὰρ αὐτῆς τῶ το θείωντας, ὅτι ἕθενοὶ ἦσαν ἕκαστοι, καὶ γὰρ ἐξ ὕδατος, καὶ δι' ὕδατος συνεστῶσα, τῶ δ' βυῖ λόγῳ. Δι' οὖν ὅτι κέρμ' ὕδατι κατεκλυσθεὶς ἀπίστευτο.* *Nam illud volentes nescimus, quod Cæli jam olim fuerint ac terra, ex aqua & per aquam consistens Dei sermone. Per quas is qui tunc erat mundus aqua inundatus periiit.* Jam fateor, fuit maledicta Terra, & repleta iniquitate. Sed maledictio non tam effecit, ut Terra funditus tolleretur, quàm ut vastaretur, & aquis obductis pristinum nitorem deponeret. Maledicta hodièque Terra est ob facinus Adami, & obnoxia vanitati. Nec tamen illa maledictio importat non existentiam. Nec Petrus favet errori. Ἀπόλωσα quidem de Terra Antediluviana enuntiatur: verùm non totalis interitus, annihilatio vel amissio prioris terræ, sed falsities ea voce significatur. Non malè verba Petri Chrysostronus explicat: *τὸ ἀπώλετο μὴ πρὸς πᾶν τὸ τὴν κέρμῳ ἀκυσίον, ἀλλὰ πρὸς μόνὰ τὰ ζῶα, ἃ τ' ἀπᾶν τῶ κέρμῳ διορεὶ εἰδοποιεῖ. ἕρημος γὰρ ζῶων τόπος ὑδὲ κέρμῳ ἀν νομισθεῖν.* *Quid interiisse mundum ait, non de toto mundo, sed de solis animalibus intelligendum, quæ totius quasi mundi speciem quandam efficiunt. Desitutus quippe animalibus locus vix mundus dici potest.* Sententiæ Gonzagæ non parum favet argumentum ex Genes. vi. 13. quod an ipse protulerit, nescio. Ego quia interest locum eum explicari, proferam. Minatur ibi Deus interitum & homini & terræ his verbis *אֶרֶץ קָמָה וְאָדָם וְחַיָּוָה וְכָל הַבְּהֵמָה אֲשֶׁר בָּהֶן וְכָל הַרְמִישׁ אֲשֶׁר בָּהֶן וְכָל הַיֵּשֶׁבֶת אֲשֶׁר בָּהֶן וְכָל הַיְּצֵהר אֲשֶׁר בָּהֶן וְכָל הַיְּצֵהר אֲשֶׁר בָּהֶן וְכָל הַיְּצֵהר אֲשֶׁר בָּהֶן* *Et ecce ego eos disperdam unâ cum terra.* Erat igitur Deus disperditurus & corrupturus non ea tantùm quæ sunt in terris, sed ipsam etiam terram. Hebræi hîc respondent, tres palmos de superficie terræ per aquas fuisse labefactos & in aquam conversos. R. Solomon: *שֶׁל שְׁלֹשׁ עֶשְׂרֵן אַמּוּת מִן הָאָרֶץ יָנְסוּ וְיָבִיאוּ אֶל הַיָּם* *Deglutiivit tres palmos abyssû.* In Baal Flatthurim obser-

obfervant, quod כשחתם per Gematriam idem fit quod פלמי palmi. Et addunt: כשחתם את הארץ ראשי תיבות מאה לומר לה ששחת קושתן שחתה אכה כשחתם את הארץ מאה תיבות מאה שחתם אכה *In* הארץ *sunt literæ initiales* מאה centum. Sensus est, quod Deus altitudinem terræ, quæ eras centum cubitorum, deperdiderit. Verùm perinde sententia ac probatio ejus kabalistica fabulosa est & nugatoria. Sanè quod hoc loco comminatus est Deus, idem etiam executus est. Atqui non est executus illam vel totius terræ, vel partis ejus, quantacunque statuatur, destructionem. Inferius cap. VII. 21, 22. ubi comminationis Divinæ executio describitur, dicitur quidem mortua omnis caro, & omnis substantia, quæ erat super faciem terræ. At vel totius terræ vel portionis ejus deperditæ nullum vel levissimum apparet indicium. Proclive igitur est, ut particula ארץ juncta cum ארץ posita sit vel pro על super vel pro כן de, ut sensus sit, velle Deum hominem perdere de terra. Quomodo alibi: ædificavit altare ארץ האבנים lapides, hoc est, de lapidibus. Possset ארץ terra ibi significare non tellurem, sed omnia illa, quæ in superficie terræ extabant, qualia erant terræ nascentia, opera humanitus extructa, animalia. Et horum sanè interitus in ipsa executione clarè descriptus est.

XXIV. Supplicio mundi Deus justissimus vindex defunctus, Noë & familiæ ac animalibus ejus, arcæ in turbido & impetuoso salo fluctuanti conclusis, sese benigniter impertiit. Adspiravit enim ventum validum, quem probabile est flavisse ex Aquilone versus Austrum. Quomodo in Deucalionis diluvio *Jupiter nubila disjecit, nimbisque Aquilone remotis; Et calo terras ostendit, & æthera terris.* Is igitur exsiccavit aquas. Simul clausit fontes abyssi & cataraetas Coeli. Sic factum, ut aquæ hæcenus jussu Dei exæstuantes in alvearia sua redirent, & mensis septimi die decimo septimo deficere inciperent. Quievit autem eo tempore arca על ארס super montes Ararat. Sybillina Oracula montes eos ostendunt ἐν Φρυγίᾳ ἢ περὶ τοὺς μελαίνους in Phrygia in finibus atræ, & quidem in ea parte Phrygiæ, in qua sunt fontes Marlyræ circa Celænas. Verùm Sibyllarum oracula sublextæ sunt fidei; & locus prope Celænas, ubi Marfyas oritur, ne mons quidem est, sed λόφος collis, uti Strabo vocat. Josephus Ben Gorion per montes Ararat intelligit Iberiam, & Scythiæ quicquid est ab Armenia & Caucasii portis usque ad Tanaim & Meotides paludes. Ita enim scribit lib. vi. cap. 96. והי אם אחר כינים ארץ הרי אררט ושם הנו הרוא אלמן ורם היו כנוריים סככב אחרי ההרים כי סגר עליהם אלכנורוס כוקרן הכל הנדול כנריו ברול ובנני חוק בכנור רם הספקים את אררט *Et fuit à populis terre montium Ararat unus Alanus nomine, hi undiquaque clausi erant à tergo montium,*

tium, quia illos concluderat Alexander Macedo magnus ille Rex claustris ferreis, & arce munitissima in aditu montium qui terram illam ambiunt. Extendit igitur montes Ararat à Caucasiis portis in Armeniæ & Iberiæ confiniis usque ad Alanos, quos Josephus testatur fuisse Scythas. Johannes Temporarius montes Ararat facit eisdem cum Caucasiis. Arca igitur, inquit, substitit in Oriente, unde longa processione per continua montium dorsa pascendo commorandoque, pervenerunt filii Noë ad campos Babylonios. Si enim retro legamus iter per montes versus ortum, primum eos ascendemus qui Susianæ, deinde Persidiæ, mox Carmaniæ, post Drangianæ lateri septentrionali incumbunt: quibus superatis ad Paropanisos pervenimus: quos Ptolemæus scribit Caucasiis propriè nominari. Ad hos credibile est arcam residisse. Est enim Caucasus Asiæ mons altissimus, & longissimus, variarum gentium domicilia continens, variâque diversis in locis nomina sortitus, quæ Plin. lib. 5. cap. 27. diligenter persequitur. A quo totus mons Taurus appellatur. Sed nomen hoc nullis etiam partibus tribuit. Arrianus Caucasum nominat. Sed Ptolemæo propriè Caucasus est inter Paropanisum & Imaum: ubi altissimus assurgit, & ab Arriano ea parte calvus esse dicitur, quod totus glacie sit oblitus. Unde Plinius Grancausum Scythica voce appellari refert, quod sit nive candidior. Sed Graugafus Verius diceretur, Graugas enim Scythico vel Cimbrico sermone canam viam notat. Et Scythæ fortasse Grauglasum vocaverunt. Est enim glas vitrum, hinc Alpium cana cacumina Glasbergen appellantur, montes vitrei. Sed & Paropanisum è loci natura sic vocari etymon docet Pbar remotum, Op superius, vel ascensum, An ad siue propinquum, Is longa vocali glaciem significat. Composita dictio Paropanis est remotus ascensus ad glaciem.

XXV. Nos communem hic sententiam sequimur, quæ montes Ararat collocat in Armenia. Itaque vulgatus pro אררט הרות habet: *montes Armeniae*. Theodoretus in Jerem. LI. 27. 'Αρχαίτ ἢ Ἀρμηνίαν καλεῖ. *Ararat Armeniam vocat*. Sic cùm Esai. xxxviii. 38. Adramelech & Scharezer filii Sennacheribi dicuntur fugam adornasse אררט אררט *in terram Ararat*, Græci habent: Διεσώθησαν εἰς Ἀρμενίαν. Et Berofus de iisdem Sennacheribi filiiis: 'Εἰς Ἀρμενίαν ἀπέβησαν, *processi sunt in Armeniam*. Consistentia hic testimonia Abydeni, Melonis, Berofii, Eusebii Antiocheni, Chrysostomi, Arati, Isidori, Haithonis Armeni produxit Bochartus Geog. S. I. 1. cap. 3. Cùm verò distincti sint Armeniæ montes, quæsitum est, quis potissimum ille sit, in quo arca quievit? Chaldæus Onkelofus transtulit montes אררט קרדו *Kardu*. Jonathan אררט קרדו *montes Kardon*. Arabs אררט קרדו *montes Karud*. Gordæos indigetant, qui iidem, ne quis nomen varietate confundatur, Gardyëi, Gordi, Gordæi, Carduëi,

Cardueni, Gordochi, & Carduchi Ptolemæo, Curtio & aliis authoribus appellatur. Josephus Antiq. Jud. 1. 4. Berosum Chaldæum testem laudat, arcæ partem in Armenia apud montem Cordæorum superesse, & quosdam bitumen inde abrasum secum reportare, quo vice amuleti, loci ejus homines uti soleant. Verba ejus: λέγει δὲ ἕτεροι ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ πρὸς τὴν ὄρεν τῶν καρδουαίων ἐστὶν μίρον ὃ ἔστιν, καὶ χρημίζεται πρὸς ἀσφάλιν ἀφαιρῆσαι χρῆσιν πρὸς τὴν μάστιγι οἱ ἀνθρώποι τῶν χρημίζομένων πρὸς τὰς ἀσπερσομασίας. *Fertur pars navis superesse in Armenia apud montes Cordæos, & quosdam inde bitumen abradere. Quo possimum usuntur homines ad amuleta.* Confer eundem lib. xx. 2. ubi κοίρων corruptum est ex Chaldæo קררן *Kardon*, quo hic utitur Jonathan Paraphraustes. Unde Dionis κάρδονος ὄρος. Apud eundem Nicolaus Damascenus narrat, esse super regionem Minyarum magnum montem in Armenia, nomine Βάρις *Baris* in quo multos profugos diluvii tempore servatos ferunt, & quendam arca vectum in hujus montis vertice hæsisse, ac reliquias lignorum ejus longo tempore duravisse. R. Benjamin in itinerario p. m. 16. tradit, se venisse ad civitatem, cui nomen erat insula filii Omaris, in medio flumine Tigridis conditæ אררט לרגל הרי אררט *ad radices montium Ararath*. Ab eo loco quatuor milliariibus distare, ubi Noë arca quievit. Sed Omar Alcitabi filium arcam è cacumine duplicis montis desumpsisse, atque inde Muhammedanorum Synagogam sive Templum struxisse. Sic autem verba ejus sonant ושם שני ימים לנויר בן עמר והוא בתוך הרי חרקל לרגל הרי אררט מהלך ד' מילין למקו שנתר שם תבה נח אבל עשר בן ארל כתאב לקח אררהתבה מיעל ראש שני ההרים ועשה אותה כנסת לישכאנאלים *Ulterius biduo profectus fui ad civitatem, cui nomen erat insula filii Omaris in medio flumine Tigridis conditæ, ad radices montium Ararat. Quatuor milliariibus ab eo loco distat, ubi Noachi arca quievit: Sed Omar Alcitabi filius arcam è cacumine duplicis montis desumpsit, atque inde Muhammedanorum Synagogam sive Templum struxit.* Si vera sunt quæ Judæus ille, haud dubiè ex Ismaëlitarum relatione narrat, non potest ultra dubitari de loco, in quo arca quievit. Siquidem in isto montium Ararat spatio resederit, quod quatuor milliariibus ab insula filii Omaris abest, quæ insula Filii Omaris inter Mozalem, cis Tigrin contra antiquam Niniven sitam, & Nisibin, media, ab utraque distat itinere bidui. Porro cum insulam illam proximè ad montes Ararat in Tigride collocat, Ararat non procul à Tigride statuit. Unde omnino liquet, Ararat esse, quem etiam Ptolemæus, & olim Chaldæus & Damascenus, Gordæum vocarunt. Quibus consentit Elmacinus Arabs, l. 1. Hist. Sarac. c. 1. sub finem, citante Imperatore in notis Benjaminem, quum ita loquitur de Heraclio.

clio. *אסף אל גרר ונשר אל כוסת אלפלך* *ascendis in montem Gordæi & aspexis locum arcæ.* Quin & Geographus Nubienfis Arabs, citante Bocharto facit hunc montem Gordum situm juxta Amidam oppidum.

XXVI. Relinquitur nunc, ut argumentis Johannis Temporarii occurramus, quibus evincere voluit, montes Ararat in Armenia non hæsisse, proinde nec montes Gordyæos fuisse. *Illos inquit, qui montes Ararat in Armenia ponunt errare perspicuum est. Nec Gordiæi esse possunt, quibus Ptolemæus 75 partes longitudinis ab occidente tribuit. Sennaar vero sive Babylon ab occidente recedit totis 79 gradibus inferiorem quàm Gordyæi montes, ut qui à Gordyæis Babylonem peterent à septentrione aut Circio potius quàm ab Oriente proficisci dicerentur.* Argumentum est ex Mose, qui Genes. xi. 2. testatur, Noachidas profectos esse *קרק* ab oriente, & invenisse campum in terra Sennaar, ibique habitasse. Atqui si ex Armenia in campos Sennaar profecti sunt, non posse eos dici ab oriente profectos, sed potius à Septentrione aut Circio. Non ignoro diversas virorum doctorum loci illius explanationes, quorum alii *קרק* non orientem sed principium vertunt, alii *קרק* transferunt orientem versus: alii orientis nomine *Sufianem* intelligunt, alii *Kedemum*. Verùm simpliciter statuendum, illos non ex Armenia in Babyloniam moventes omnino *קרק* ab oriente profectos; quia Armenia trans Tigrim sita. Assyrii autem omnes imperii sui partes trans Tigrim Orientales, eas verò quæ cis Tigrim sitæ, occidentales vocabant. Cùm igitur Armenia trans tigris sita sit, rectè *קרק* ab oriente profecti dicuntur. Alterum Temporario argumentum est ex autoritate Nicolai Damasceni petitum; qui testatur apud Josephum, montem, eum in quò arca quievit, vocatum esse *Bæris*, seu potius *Būeis* cum circumflexo, uti Scaliger scribendum monet, *Baris*. Hanc vocem is facit Cimbricam, parti Tauri montis seu Paropaniso impositam, quæ plurimum glaciæ habet. *Is enim, inquit, glaciem sonare diximus bar purum significat, bargels pura pecunia. Sic Baris congruit cum Paropaniso; undecunque Damascenus hoc nominis hauserit. Paropaniso proxima est regio Margiana, vitium adeo ferax, ut imum truncum vix duo homines complecti queant. Curtius in ea regione Nysam locavit, in cujus monte, Mero nomine, Exercitus Alexandri totes decem dies epulis vino & corollis Deo operatus est. Arrianus ad Paropanidas non solum Nysam refert, sed Prometheus etiam antrum: ut dubium non sit & Prometheus & Liberi patris fabulas, ad Nonam referendas esse, qui in ea regione usum vini reperit. Atqui is ipse Nicolaus Damascenus vetustissimus scriptor montem Baris non in Scythia, sed potius in Armenia collocatum i vit. Clarè id testatur Josephus: *ὁ Νικόλαος ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῇ ἰννεηκαστῇ καὶ ἐκτῇ βίβλῳ**

βίβλω ἰστῶσθαι περὶ αὐτῶν, λέγων ἕτως. ἔστι ὑπὲρ τὴν Μινυάδα μέγα ὄρος καὶ τὴν Ἀρμενίαν, βάεις λεγόμενον, εἰς ὃ πολλὰς συμφύζαντες ἐπὶ τῷ κατακλυσμῷ λόγος ἔχει περὶ σωθῆναι: *Etiam Nicolaus Damascenus libro 96. narrat de iis hoc modo: Est super Minyadem ingens in Armenia mons Baris dictus, in quo fama est ex diluvio evasisse multos, unum verò in arca velum ad verticem, & lignorum reliquias ibi diu servatas.* Cæterum hunc Damasceni montem Baris malè Temporarius fecit Paropanifum, & quidem ex Cimbrica Dialecto. Est enim ברר *Barus* vel ברר *Baris* vox Arabica, quæ notat exitum, à ברר *exire foras*. Hac voce insignitus est mons ille, in quo arca quievit, quia in eo Noë cum suis ex arca exivit. Igitur idem Josephus scribit, Armenas montem, in quo arca quievit, vocare ἀποβαλίησον *egressum vel exitum*. Proinde Βάεις idem est quod ἀποβαλίησον. Nihil igitur simile habet cum Paropanifo. Quod si hæc conjectura non satisfacit, dicendum erit cum Josepho Scaligero in Notis ad fragmenta veterum Græcorum selecta pag. 44. Βάεις esse ברר quod Persis, Chaldæis & Hebræis significat *castrum, prætorium, palatium*. Quomodo & castrum seu Palatium, super cujus fundamentis instaurata est turris Antonia, vocatum fuit Βάεις. Hoc autem nomine montem Armeniæ nuncupatum, non quod ibi ullum castrum aut prætorium fuerit, sed quia & prægrandes naves & in sublimeeductæ vocantur Βάειδες. Unde Propertius: *Baridos & consia rostra Liburna sequi*. Quin & de Baride navi Ægyptia multi meminerunt, Herodotus, Diodorus, alii. Mons igitur ille Armeniæ juxta Scaligerum Baris dictus ab arca Noë. Cæteras conjecturas, quæ ex depravata historia Noë apud Gentiles sumuntur, omitto.

XXVII. Aquis paulatim defidentibus primâ die decimi mensis vidit Noë cacumina montium aquis nudata. Quippe aquæ היהך וחכור עד ההרש הישישי *abibant & decresebant usque ad mensem decimum: decimo verò primo mensis visa sunt cacumina montium*. Genes. VIII. 5. Quadraginta post dies cupiens cognoscere an quâ aliâ parte terrarum aquæ decessissent, corvum emisit, de quo ita habet textus Hebraicus: ושלח ארץ הערב דגמה יצאה וזבוב quæ ad verbum sic reddi possunt: *Et emisit corvum, & exivit exeundo & revertendo donec siccarentur aque super terram*, Genes. VIII. 7. Sensus est, corvum exivisse & vix exivisse revertens reversum esse, idque fecisse sæpius, donec aquæ cessavissent: cessantibus autem & exiccatis aquis non amplius exivisse exeundo & revertendo, si ve avolaverit, si ve in arcam reversus in eadem manserit, donec Noë cum suis & animalibus ex arca egressus esset quod posterius potius probaverim, quia avolante corvo si ve mare si ve scæmella actum fuisset de specie, quæ ex uno su-

pcr-

perstite post diluvium reparari non potuit. Quòd autem corvum emisit primò, sapienter omninò fecit Noë; non sanè quòd uti Hebræi fingunt, arcam intempestivâ libidine polluisset & incestâsset, sed quòd cognosceret Noë, corvum cadaverum odore allici posse, ut longiùs avolaret, si terra exsiccata esset. Verùm cùm nonnisi fœdas paludes offenderet, receptum in arca repetiit, sæpiusculè postea ex ea avolando & in eam redeundo. Rabbi Solomon nugivendus adnotat ad hæc verba : הולך וקוק כביצור ההיבדו ולא הלך בשליחותו שהיה חשוך על כר וזו כמו שמצינו באגרת חלק אביט & circumvolitavit arcam, nec missione seu legatione sua functus est quia sollicitus erat de conjuge seu famina (ne forte ab alio iniretur) sicut invenimus in Agudad. Et ineptius adhuc ac insulsius est quod finxere in Beresebit Rabba sect. 33. inter Noam & corvum illum colloquium. Cùm enim corvus imperata facere detrectaret, identidem quærens, cur ex omnibus pecudibus, avibus & feris mitteretur solus, respondisse Noam, mundo, corvo tanquam impuro animante facilè carere posse, cùm nec ad cibum nec ad sacrificium conducatur. Intercessisse tamen Deum, & ostendisse Noæ, futuris temporibus magnum fore corvi usum, inprimis tempore Eliæ Thesbitæ, cui pascendo eum submittere velit; proinde parcat ei, & melioribus eum temporibus servet. Hanc igitur causam fuisse, quòd corvus nimis procul ab arca discedere non debuerit. Ea res per Gematriam etiam confirmatur in Baal Hathurim ex sequentibus verbis, quibus corvus dicitur exivisse exeundo & revertendo כים בשת המים עד בשת המים donec exsicarentur aquæ. Verba sunt: בשת המים כגמטריא נחל כרית אמר לו הקדש ברוך רוח אלה מוסרן לשליחות אלה בני אלה בשת המים אלה בשת אלה השבי *Literæ vocum כים בשת המים per Gematriam idem valent quod נחל כרית* (torrens Cerith ubi Eliam paverunt corvi) *Dixit ei (corvo) Sanctus Ben: Tu servaris alii legationi tempore Eliæ obeunda. Et in בשת המים literæ השבי Thibi.*

XXVIII. Verùm de corvo hoc à Noa emisso longè aliter Græci Codices habent quàm Hebræi. Hi enim in verbis jam explicatis corvum reversum esse docent. At non reversum esse Græci interpretes habent: καὶ ἀπέστειλε τὸν κόρακα ἰδεῖν, εἰ κενόπαχε τὸ ὕδωρ. καὶ ἐξελθὼν εἰς ἀνίστησεν, ἕως οὗ ἐξεγενήθη τὸ ὕδωρ ἀπὸ πρῶτον τῆς γῆς. *Et emisit Noë corvum ut videret, an cessavissent aquæ* (quæ verba ἀπὸ κοινῆς sequente versu sumuntur.) *Et egressus non est reversus, donec aquæ siccarentur à superficie terræ.* Quod igitur Hebræi Codices affirmant, id ipsum negant Græci. Græcos sequuntur Syrus & duo Arabes M.S. quos contulit Bochartus. Syrus נתפך ספק ולא הפך *Et egressus est egrediendo & non rediit.* Arabes لم يرد *non rediit &*



77 פלם non rediit. Græcos codices vetusti Patres fere omnes sequuntur, solo excepto Procopio. Sequitur etiam vulgatus interpres, multum ea de re quiritante Paulo Burgensi Episcopo. Conati sunt Hebræos & Græcos codices conciliare nonnulli, quibus visum, utrosque, corvum dicere & reversum & non reversum: reversum super arcam; sed non reversum in arcam. Verùm conciliatio hæc nōminibus multis est nugatoria. Neque rectior illa Marri, qui sine probato aliquo exemplo contendit, 77 non tantum esse *reverti* sed etiam *abire*, *recedere*. Bocharto ego secundas facio, conjectanti, Græcos interpretes Hebræa sic legisse: 77 ישיב ישיב *exiit & non reversus est*, facili & levi mutatione literarum in exemplari quod ad manum habuerunt. Cū igitur apertum sit sententiarum divortium, utra hic præferenda, Hebræica an Græca lectio? Græcam & vulgati interpretis præferunt, ut de Patribus nihil dicam, quibus non innotuit, aliter legi in Hebræo; Pontificii permulti, & inter nostros Capellus, allegatâ Hieronymi autoritate. Quin & ὁ πάντων Bochartus, qui pro incredibili sua modestiâ præfatus, *Hebræicam lectionem ita se venerari solere, ut ab ea nunquam discedat nisi valde invitus*; tamen Græcam hoc loco lectionem perspicuam magis esse existimat. Verùm Hebræicam ego lectionem sequendam censeo, ut aliâs semper ubi lectiones pugnantes occurrunt. Nec duntaxat mox corvæ autoritate Samaritani Codicis, Jonathani; Onkelosi, Arabis Erpeniani, Josephi, vetustissimorum inter Hebræos librorum, quales Bereschit Rabbah & Aguddah, Hieronymi, secundum lectionem emendatam, sex Exemplarium M. S. Regiorum, quæ in Plantiniana citantur; qui omnes sensum retinent Hebræici codicis; sed in primis confirmor hinc, quòd in textu tum Græco tum Hebræico appareat argumentum, ex quo Hebræicam lectionem esse veram constet. Nam corvus in Hebræico exeundo reversus dicitur 77 ישיב הארץ כמים ישיב, *donec exiccarentur aquæ à superficie terræ*. Hoc manifestè arguit, corvum sæpius reversum in arcam, donec tandem aquis decedentibus locum inveniret consistendi in cadaveribus. Quomodo autem potest corvus dici non reversus, donec exiccarentur aquæ? An nondum exiccata terrâ avolavit tamen? Ubi igitur constitit? Et ut concedam, cadaveri aquis innatanti infedis, aut montium verticibus, qui quadraginta ante dies jam nudari cœperant, (quanquam durum est statuere tempore tam longo nunquam in arcam reditum eum molitum, in quo meminerat animalia cætera stabulari) an exiccatis jam aquis reversus est? Nam illud 77 ישיב figit terminum, usque ad quem corvus non est reversus. Exiccatis igitur aquis oportet reversus fuerit in arcam.

At

At cur exiccatis demum aquis, non potius aquis adhuc terræ innatantibus, quo tempore, satis longo vix stabilem sedem reperiit, reversus est? Igitur verbis Mosis longè convenientius est dicere, corvum ex arca sæpius evolâsse, & cùm locum consistendi idoneum non deprehenderet, solitum esse reverti, donec tandem aquæ terrâ decessissent. Sed cur Noë permittit liberâs illas volitationes corvi, quas clausâ fenestrâ potuit impedire? Ratio in promptu est, quia corvo liberè & sæpius dimisso speravit tandem futurum, ut eo non revertente certum augurium caperet exiccatae terræ. Neque enim aliud animal habuit, ex quo se certius documentum speraret habiturum. Nec necessum fuit corvum divagari per quinquaginta dies. Tantisper enim exivit exeundo & revertendo, donec siccarentur aquæ super terram. Atqui cùm tertia columba rediret, die, uti colligo vicefimo primo post emissum corvum, jam terram exiccata esse intellexit Noë. Proinde non ultra dies viginti & unum ista corvi divagatione durare potuit.

XXIX. Cùm corvus in arcam identidem reverteretur, Noë consilium cepit dimittendæ etiam columbæ. Cujus consilii ratio investigatu haud est difficilis. Etenim noverat probè, columbam avem esse docilem, amicam & sociabilem homini, innocente victu solitam uti, quæque die & procul volat, quin & humi lubenter pascitur, & semina terræ perquirit. Quin & hoc ei propemodum peculiare, ut ad nidum suum undequaque etiam è locis remotissimis redeat. Facile igitur columbam redituram sibi persuasit, & argumentum allaturam, ex quo faciem terræ cognosceret. Sed quo tempore emissâ sit prior columba, quæritur. Josephus Scaliger quadragesimo id die factum putat post emissum corvum. Verùm eam sententiam refutavimus Exercitatione XII. th. 7. Non dubito ego, quin primò emissâ columba sit post septimum à corvo emissò diem. Qua quidem in re calculum suum negat D. Bochartus, qui putat, corvum & columbam simul emissam, vel columbam die proximè sequente emissionem corvi. Sed septiduo post corvum dimissum, columbam primam emissam esse probant non obscurè verba Mosis Genes. VIII. 10. וְהָיוּ יוֹדוֹ שְׁבַע יָמִים אַחֲרָיו וְהָיוּ יוֹדוֹ שְׁבַע יָמִים אַחֲרָיו וְהָיוּ יוֹדוֹ שְׁבַע יָמִים אַחֲרָיו *Et expellavit dies alios, & addidit emittere columbam ex arca.* Loquitur de columba, quæ dimissa est secunda vice, quam dimissam testatur, postquam expectavit Noë וְהָיוּ יוֹדוֹ שְׁבַע יָמִים אַחֲרָיו *dies alios septem.* Est hæc *σχέσις* seu relatio ad dies septem præcedentes. Porro dies septem non potuerunt præcedere nisi inter corvum & primam columbam dimissam, quia reliquum tempus à Mose determinatum est.

XXX. Cùm columba prima non reperiens in terra *λιμναζομένη lacunosa*

& uliginosa, uti Iosephus vocat, spatium consistendi in arcam rediret; Noë expectavit ad huc septem dies alios, & rursum emisit columbam ex arca. Venitque ad eum columba tempore vespertino וַיָּבֹא עִלְיָהּ עֶרְבַי בַּיּוֹם & ecce folium olivæ raptum erat in ore ejus, & cognovit Noë; quoddam alleviatæ essent aquæ super terram, Genes. viii. 10, 11. Hæc igitur sub vespeream rediens attulit in ore suo עִלְיָהּ עֶרְבַי Græci φύλλον ἰλαίας κάρπος folium olivæ siccum & minutum, quomodo vocem κάρπος nonnulli interpretantur; V. l. ramum olivæ virentibus foliis, malè utrique. Neque enim עָרְבַי est vel siccum & minutum vel viride, sed notat *carptum*, *decerptum*. Quanquam vocem κάρπος quâ utuntur interpretes Græci, & eos secutus Chrylostomus, alii malunt interpretari *festucam*, vel *ramum* uti videre est apud Sixtum Senensem Bibl. lib. 5. Annotat. 84. ubi etiam adseverat Sixtus, Hebræorum עָרְבַי notare festucam. Verùm apud Hebræos in hoc significato nusquam occurrit. Est autem in עָרְבַי uti rectè adnotat Abenezra תָּאֵר חֲשֵׁם כִּנּוּ חֲכָם תָּאֵר דּוֹמֵר לְפִינֵי לְפִינֵי לְפִינֵי forma nominis ut in חֲכָם Et sensus idem est qui in עָרְבַי raptum. Habet enim formam Poël, & habet formam similem Paul. Porro ob quam causam columba illa attulerit folium olivæ, exponunt ridiculè Magistri in Pirke Eliezer cap. 23. Quare, inquirunt, attulit folium olivæ? Quia dixerat columba coram Sancto Ben. Domine omnium orbium, sint cibi mei amari tanquam oliva hæc, qui traduntur manu vel operâ tuâ; non verò dulces, qui dantur manu bœnis & sanguinis seu hominis. Eandem rationem ex parabolica narratione citat etiam R. Solomon. Verùm ineptiunt more suo. Potiùs dicendum, attulisse folium olivæ, quia illud se ei primò obtulit, vel quia cæteræ arbores virentibus foliis spoliatæ essent, oliva tamen sua folia retinuit, uti postea dicemus. Secuta est autem in eo columba naturæ suæ ductum, cùm ita soleant columbæ, cùm ad nidos suos revertuntur; sed magis etiam Divinæ providentiæ moderationem. Hoc enim indicio Deus Noë significare voluit, quousque jam aquæ decrevissent, quod in spe sua confirmatio non dubitaret, quin brevi successura sit terræ exiccatio, & redemptio ex captivitate arcæ, cujus ergastulus non sine magna molestia conclusi tenebantur.

XXXI. Cùm igitur diluvii aquæ etiam arbores vastaverint, quæsitum est, unde columba folium olivæ decerpserit? In Bereschit Rabba cap. 33. de ea re concertant Magistri Hebræorum. Et R. Abba filius Cohana pertendit, attulisse illud columbam מִשְׁבֵּשֵׁן שְׁבֵאֵרן יִשְׂרָאֵל ex arbustetis quæ sunt in terra Israël. R. Levi מִהַר הַמְּשַׁחַר ex olivæti monte, quia terra Israelis diluvio non sit submersa, juxta illud Ezechielis xxii. 24. Terra illa non mundata est neque pluviis aspersa die indignationis. Verùm quàm hæc

hæc sint frivola, vident omnes, quibus non est fibra cornea. Quomodo enim terra Israelis immunis esse potuit ab illuvie aquarum, quæ altissimos tamen montes superârunt? Præcipuè cum terra Canaan ante & sub diluvium æquè profana fuerit atque est hodie, cui proinde à contagio aquarum custodiendæ non minùs quàm reliquis terris Divina providentia invigilavit. Præterea si ex monte Oliveti non inundato asportatum est olivæ folium, falsus est vehementer Noë, qui allato eo folio terræ superficiem aquis levatam esse collegit. Neque verò ei commento faveat locus Ezechielis, qui de terra Israelis habet, quòd fuerit לֹא נִשְׁפָּטָה אֶרֶץ יִשְׂרָאֵל בַּיּוֹם הַהוּא non compluta in die indignationis. Ibi דְּיָוִם הַהוּא dies indignationis, non tempus diluvii notat, sed tempus funestum, quo Deus terram puniturus pluviam eidenegavit, id quod factum est tempore Eliæ 1. Reg. x. vii. Judicium igitur Dei notatur non beneficium. In eodem capite *Bereschit Rabbab* alia narratur sententia R. Bibi contententis, columbæ apertas esse פְּתוּחוֹת הַיַּמּוֹת portas horti Eden, & ex eo horto quem aquis diluvii vastatum negant, decerptum esse folium olivæ. Atque id etiam Bellarminus, Tostatus, Malvenda, alii ex Pontificiis studiosissimè propugnant, ne Paradisi, quem Enoch & Eliæ quondam ad debellandum Anti-Christum processuri domicilium faciunt, florem inundatione aquarum delibatum & decerptum fateri cogantur. Verùm etiam Paradisum locum sanè terrestrem, uti aliàs ostensum, non cœlestem, quale malè consulti Hèbræi & inter Veteres multi fecerunt, submersum esse, demonstrant verba Moysis, quibus aquas supra altissimos montes quindecim cubitis eminuisse testantur. In qua quidem aquarum inundatione Paradisus à vastatione immunis esse non potuit citrà miraculum. Miraculum autem fingere, ubi ejus nullum vestigium revelatum est, & imprudens est & impotentis animi. Præterea si ex Paradiso columba attulit olivæ folium, quomodo ex eo Noë indicium capere potuit terrarum aquis levatarum, quod fecisse eum clarè dicit Moses. Nos igitur nulli dubitamus, quin ex terra inundata antehac, folium olivæ sit arcessitum, & quidem ex vicina montibus Gordyæis, in quibus conqueverat arca. Montibus autem Gordyæis versus Austrum quòd & calor & ventus columbam invitârunt, vicina est Assyria, feracissima olivarum, aded ut eam Rex Assur etiam insigniverit אֶרֶץ אֲשׁוּר תְּרֵי אֵילֵי זַיִם terram olivæ olei, hoc est olivæ ferentis oleum. Cæterùm foliùm olivæ viride an siccum attulerit columba, non habet textus Hebræicus. Viridem tamen ramum facit vulgatus interpretes. Potuisse autem olivam etiam sub aquis conservari viridem, dubium non est ex tot testimoniis Veterum & experimentis, quæ tum alii recitârunt tum Bochar-

tus in Hierozoïci parte II. cap. 6. Ex multis unum testimonium adscribemus, petiitum ex Theophrasti Historia Plantarum lib. IV. cap. 8. Ἐν τῇ θαλάττῃ ἐρεθρῶ δένδρῳ πικρὰ φύεται. ἢ καλεῖσιν αὐτὰ δάφνην ἢ ἐλαιῶν. ἔστι δ' ἢ μὲν δάφνη ὁμοία τῇ δάφνῃ, ἢ δ' ἐλαιῶν τῷ φύλλῳ. καρπὸς δ' ἔχει ἢ ἐλαιῶν ὡς Ἑλληνιστῶν δ' ποτὶς ἐλαιῶν. Quæ Theophrasti verba sic compendiosè contracta vertit Plinius lib. XIII. 25. *In mari rubro (mirum est) sylvas vivere, lanrum mirum & olivam ferentem baccas.*

XXXII. Ex folio olivæ, quod columba secundò emissa retulit, col- legit Noë, *אֲרָא כִּי הָיָה מַיִם בְּיַד הַרְבֵּי* quodd' alleviatæ essent aquæ super terram. Ubi terra non montium cacumina, quæ jam pridem exiccata cognovit Noë, sed τὰ κατώτερα μέρη inferiores partes intelligere convenit. Neque enim folia olivæ ex cacuminibus montium sunt allata, quia, uti Columella habet lib. VI. 6. *neque depressa loca neque ardua, magisque modicos cli- vos amant oleæ, quales in Italia Sabinorum, vel tota provincia Bætica vide- mus.* Nihilominus *אֲרָא כִּי הָיָה מַיִם בְּיַד הַרְבֵּי* אֲרָא כִּי הָיָה מַיִם בְּיַד הַרְבֵּי *Ex- pectavit adhuc septem dies alios, & dimisit columbam, & non addidit ut ad eum revertretur amplius.* Genes. VIII. 12. Quodd' septimùm diem ter Noë observavit, occasionem dedit nonnullis opinandi, factum id religione Sabbathi Periodici; atque hæctenus adseverant, diem Sabbathi etiam ante Mosaïca tempora sanctificatum esse. Verùm id longiùs peti- tum est. Observavit jam olim Tertullianus libro adversus Judæos, Sab- bathi ante legem Mosis nusquam ullam fieri mentionem, neque quen- quam Sanctorum ejus cultorem referri. Nulla est igitur etiam in hac actio- ne Noë religio Sabbathi. Credibile verò est, septenarium placuisse Noë ob cognitum cursum Lunæ, quæ singulis septem diebus novam nobis faci- em exhibet; secundum quem etiam menses & tempora Noë dimetieba- tur, uti fusè asseruimus, cùm de anno Patriarcharum instituta esset su- perius disputatio.

XXXIII. Avolante tertia columba divinavit quidem Noë, absces- sisse aquas. Cæterùm non accinxit se confestim ad exeundum ex arca, quamvis terram ante oculos haberet, quæ domicilium offerre videbatur. Itaque se continuit diu satis. Nam à tertiæ columbæ emissionem quantum spatium temporis lapsum sit usque ad sexcentèsimi primi anni Noë, primi mensis primum diem, præcisè non liquet. Ac post illud tempus mansit in arca usque ad mensis secundi diem vicesimum septimùm, Genes. VIII. 13, 14. Causa moræ fuit duplex potissimum. Prima, quia cogitare po- tuit, licet à facie terræ celsissent aquæ, tamen terram lutosam & uligi- nosam haud adhuc tutò calcari posse. Hanc causam Abenezra elicit ex verbis

verbis Moſis Genef. viii. 13. וַיֹּאמֶר הוֹרֵנוּ עַם הָאָרֶץ וְאָמְרוּ אֵלֵינוּ וְעָלְנוּ אִתְּךָ וְעָלְנוּ אִתְּךָ וְעָלְנוּ אִתְּךָ *Et vidit; & ecce exsiccata erat superficies terræ.* Ad quæ verba sic ille: לֹא-יָלֵךְ הָאָדָם לְהַטֵּל אֶת-רַגְלוֹ לְרוּחַ עַל-הָאָרֶץ *Propterea non poteris more consueto calcare terram, quia illa mollis est. Nam sola ejus superficies exsiccata est, & postea ipsa etiam terra exaruit.* Posterior moræ causa & potissima ea fuit, Noë viri sancti obedientia, non sustinentis nisi prævia Dei vocatione & mandato ex arca efferre pedem. Quæ quidem Noë virtus & tolerantia tanta fuit, ut verbis exprimi non possit. Quippe post incredibile anni totius ad finem jam præcipitantis tædium, ubi diluvium cessavit & illuxit nova vita, non tamen ex sepulchro pedem movere sine mandato Dei audet. Post hanc demum moram in arca exactam, succedit mandatum Dei mensis secundi die primo, his verbis enuntiatum: *Egredere ex arca tu & uxor tua ac filii tui & uxores filiorum tuorum. Omnem bestiam quæ est tecum ex omni carne, tam de volatili quàm de jumento & omni reptili quod reptat super terram, educ tecum: & repant in terra & crescant & multiplicentur super terram,* Genef. viii. 16, 17. Sic igitur Noë cum omni comitatu suo ex arca exivit, & liberum jam spiritum colligens, gratitudinem suam testificaturus Deo Soteria ex omni mundo pecore & volucribus immolavit. Quæ Deus grata & accepta habuit, tanquam documentum animi pii & fiduciam suam in sospitatore Jesum Christum exerentis. De qua re in sequentibus uberius agendum erit.

XX XIV. Habuit & arca Noë & diluvium πνευματικὴν δέλωσιν *spiritualem significationem*, de qua nunc paucis. Petrus igitur eam nobis explicat i. epistola cap. iii. 19, 20. *Ἐν ᾧ καὶ τοῖς ἐν Φυλακῇ πνεύμασι πρηνῶς ἐκήρυξεν, ἀπειθήσοσι ποτι, ὅτι ἀπαξ ἐξεδέχετο ἡ ὁ θεὸς μακροθυμία ἐν ἡμέραις Νῶε, κατασκευαζομένης κιβωτοῦ, εἰς τὸ δλίζαι (τυπῆσιν οὐκὼ) ψυχὰς διεσωθήσαν δι' ὕδατος. ᾧ καὶ ἡμεῖς ἀντίτυπον ὡν σώζει βάπτισμα (ἡ σαρκὸς ἀπίθεσις ῥύψι. ἀλλὰ συνειδήσεως ἀγαθῆς ἐπιπέρισμα εἰς ἑσὶν) δι' ἀγαπίως ἡσὸ χεῖρσιν.* In quo spiritu suo (hritus) *is qui in carcere sunt profectus prædicavit spiritibus quondam inobedientibus, cum semel expeclaret. Dei longanimitas in diebus Noë constituta arca, in qua per aquam conservatae sunt animæ paucæ oelo nimirum. Cujus & antitypon Baptismus nos salvat (non carnis sordium depositio, sed conscientie bonæ stipulatio ad Deum) per resurrectionem Jesu Christi.* Nolumus hic multum contendere de genuina lectione versus vicefimi. Sive cum vulgatis codicibus legamus ὁ, sive cum Complutensibus & Beza ᾧ, sive cum Salmasio ἡ, res eò redit, ut Spiritus S. mens sit, venerationem arcae super aquas esse typum similem baptismo, & diluvium ac baptismum esse antitypon, non eo sensu, quasi aquæ diluvii typicæ, in baptismo autem novi Testa-

menti rei veritas typo illi respondens contineatur. Cùm enim ipse etiam baptismus sit typicus, non potest in eo impleri alterius typi veritas. Igitur certum est, non typum à Petro comparari cum rerum veritate, sed typum cum typo, ut ἀντίτυπον hoc loco idem sit, quod ὁμοίωμα, ὑπίδειγμα, exemplum, exemplar, simile, instar: propter communem utrobique analogiam, & figuram cum figura correspondentem & eodem tendentem. Duo igitur meo iudicio accuratè hic distinguenda, diluvii nimirum tanquam typi comparatio cum repræsentata sua veritate; & diluvii tanquam typi comparatio cum altero typo simili, baptismo nimirum, qui consignatissimè vocatur à Petro ἀντίτυπος, uti jam olim etiam annotavit Nazianzenus sermone de baptismo; quia videlicet & ipse baptismus typus est, & relativè ὀππονitur ac respondet alii typo. Quod priorem comparisonem attinet, res ita habet. Ut vetus ille mundus fuit olim, ita est semper vetus homo. Veteri mundo maledixit Deus. Eodem jure maledicit veteri homini. Veterem mundum Deus perdidit & sepelivit aquis, reliquias verò gratiæ seu semen sanctum in aquis & quidem impositas arcæ servavit eluendo peccata antecedentia veteris mundi. Sic Deus in Christo veterem hominem mortificat, sepelit illius peccatum, & à peccato abluens iisdem aquis & eadem arca Christo, qui solus est arx & rupes salutis, & מוסדא repositus fidelium, excitat novum ad imaginem suam in Christo. Aquæ symbolum sunt obedientiæ Christi purissimæ, & vim justificandi ac liberandi habentis in morte. Patet id ex promissione quæ extat Ezechiel. xxxvi. 26. *Et fundam super vos אֶיִם מַחַיִּים aquas mundas, & purificabimini ab omnibus impuritatibus vestris, & ab omnibus stercoreibus vestris purificabo vos.* Ubi intelligitur id per aquas mundas, quod respondet sacrificiis pro peccato & reatu, quod omnem accusationem peccati tollit, plenamque remissionem ac justitiam conciliat, & ab omnibus carnalibus operibus, quæ veluti stercorea sunt, liberat: hoc est obedientia & sanguis Christi, quo aspergimur & purificamur à reatu & à servitute liberamur. De qua purificatione loquitur etiam David Psal. li. 9. *Expiabis me byssopo & purificabor; lavabis me & præ nive albescam.* Unde etiam Christus Joh. iii. 5. Ostendit, eum qui in regnum Dei ingredi vult, nasci debere ex Aqua & Spiritu, hoc est, imputatione meriti & obedientiæ Christi, & Spiritus S. virtute. Unde perspicuum est, aquas diluvii, quæ & sepeliverunt veterem mundum, & reliquias gratiæ conservârunt, spiritualiter significare obedientiam & justitiam Christi purissimam, sufficientissimam, perfectissimam, quâ partim vetus homo & peccatum regnans in mortali corpore submergitur quoad condemnationem seu reatu-

tum,

tum, retunditur quoad labem seu maculam; partim novus homo excitatus & vivificatus conservatur. Summa repræsentationis hæctenus explicatæ est, aquas diluvii quibus & impii puniti sunt & fideles vivificati, significatam habere veritatem tum corruptionis & mortis spiritualis, tum justificationis, sanctificationis ac glorificationis fidelium. Deinde & alia veritas est in Christo, nimirum capite nostro, ejus in primis morte & resurrectione, cujus typum gesserunt aquæ diluvii & arca. Sicut arca servavit Noachidas, & qui extra eam fuerunt, miserè perierunt. Ita soli ii salvantur, qui in Christo sunt per fidem, qui eum tanquam arcam salutis apprehendentes cum Deo pacem faciunt; reliqui in peccatis suis moriuntur. Sicut aquæ mortificantes omnem carnem elevarunt arcam & salvârunt: ita mors Christi, quæ est mortificatio carnis, eum extulit ad vitam. Id enim Christus consecutus est moriendo, ut justificaretur per resurrectionem, hoc est, justitia ejus perfectæ peccatori acquisita à Deo acceptaretur, declararetur Christus sponsioni suæ fecisse satis, ei populus, hæreditas, fines terræ jure peractæ obedientiæ & sponsionis donaretur. Accedit & tertia veritas, quam diluvium typicè figuravit. In ergastulo arcæ veluti carcere quodam tristi conclusus & in media quasi morte positus Noë habuit tamen fiduciam ad spem vitæ per verbum Dei. Sic mors fidelibus est fiducia ad spem resurrectionis ac vitæ per verbum Dei. Verùm, quærat aliquis, unde consistet, harum rerum typum fuisse in diluvio? Primò id constat ex Petro qui diluvio fecit ἀντίτυπον baptismum. Cujus igitur rei typus fuit baptismus ejusdem & diluvium typus oportet fuerit. Conventiã enim est in figurando & repræsentando inter utrumque. Jam baptismus typus est earundem rerum, quarum & diluvium typum fecimus. Etenim baptismus significat mortem ac sepulturam tum Christi tum fidelium in abolitione veteris hominis, tum initiali in hac vita, tum perfectæ in depositione corporis peccatorum carnis: resurrectionem & vivificationem primò Christi, deinde & nostram: obedientiam Christi usque ad mortem, quæ vim habuit justificandi & liberandi à morte: gratiam regenerantem & spiritum corda purificantem: nostram cum Christo συναμαρτων & communionem ipsorum fidelium: denique & resurrectionem ad vitam. Necesse igitur est earundem rerum typus fuerit in diluvio, siquidem verè Petrus ei baptismum fecit ἀντίτυπον. Responderi possit: convenientiam utriusque typi in eo esse, quòd sicut diluvium figuravit corporalem salutem, ita baptismus spirituales. Atqui Noë structâ arcâ utique non corporalis tantum salutis typum habuit, verùm maximè spiritualis. Inde est, quòd Paulus Hebr. xi. 7.



interna & propria fuit ad salvandum Noam; quin potius sibi permiffa eum submerfiffet eodem modo, quo & cæterose xitio devotos. Igitur salutem corporalem attulit Dei gratia, promiffio, discretio Noachidarum à cæteris, & gratiæ Dei instrumentum arca: quæ gratia & promiffio fundamentum fuit fiduciæ eorum qui in arcam intromiffi funt. Multò minus spiritualem salutem aquæ proprio munere fuo attulerunt. Quam enim vim habent aquæ peccatorum remiffionis & fanctificationis procurandæ propriam? Sed redemptionis fpiritualis caufa propria fuit fœdus Dei quod cum Noa pepigit, quod importabat promiffionem feminis benedicti & redemptionem per ipfius fanguinem quondam fuccelfuram. Ac id demum peperit apud Noam *ἐπερώτησιν καλῆς συνειδήσεως & παρρησίας*, quæcunque petiturus efferet à Deo fe accepturum. Hactenus igitur ex mente Apoftoli Petri explicatam habemus propriam & deftinatam fpiritualem fignificationem diluvii.

XXXVI. Cæterum in diluvii & arcæ Noëtici allegoriis depromendis ingeniofiffimi & fœcundiffimi fuere Patres; imprimis Auguftinus & Ambrofius, quin & Hieronymus contra Jovinianum, & Luciferianos, Cyprianus de fpiritu S. Origenes alii. Nos velut in compendio totius hujus hiftoriæ ἀποκατερέμεινα ex Auguftino & Ambrofio repræfentabimus. Arcam igitur Noæ quod attinet, eam cum Chrifto & Ecclefia feu civitate Dei in hoc feculo peregrinante variis modis contulit Auguftinus, lib. xv. de civitate Dei cap. 26. Arca in qua funt fervati Noachidæ ex lignis contexta erat. Sic Ecclefia fit falva per lignum, in quo pependit Mediator Dei & hominum Iefus Chriftus. Menfuræ ipfæ longitudinis, latitudinis & altitudinis fignificationem habent corporis hominum, in cujus veritate Chriftus ad homines prænuntiatus eft venturus & venit, quia humani corporis in longitudine, latitudine & altitudine eadem eft proportio, quæ in iis dimenfionibus ex Dei præfcripto fuit arcæ. Oftium arcæ in latere ejus fimilitudinem habet cum vulnere, quando latus crucifixi lancea perforatum eft. Ligna quadrata ex mente Auguftini undique stabilem vitam fanctorum fignificant. In arca fuere bicamerata & tricamerata. Bicamerata eft Ecclefia propter duo genera hominum, circumcifionem fcilicet & præputium, Judæos & Græcos. Tricamerata, eò quod omnes gentes poft diluvium ex tribus filiis Noæ funt reparatæ. Alias etiam allegoriam arcæ Auguftinus perfecutus eft in opere adverfus Faufum Manichæum, negantem in fibris Hebræorum aliquid de Chrifto elle prophetatum. Quanquam pleraque talia nullam vim demonstrationis habere poffe, quippe familia tantum, quæ explicationi & institutioni potius quam pro-

probationi inserviunt, non ignoravit credo Augustinus. Nec nos aliter iis assentimur, satis gnari, non omnia hæc ex propria intentione Spiritus Sancti fluere.

XXXVII. Diffusus in primis & prædives in proferendis arcæ & diluvii allegoriis ac tropologiis est Ambrosius toto libro de Noë & arca, cujus altiorem sensum hic sollicitè scrutantis medullam paucis exhibebimus. Gigantes igitur primo loco confert cum hominibus, qui cultui student carnis suæ, animæ autem nullam curam habent, sicut illi qui de terra secundum poetiæ fabulam orti, mole corporis sui freti seruntur habuisse contemptum Superiorum. Arcæ dimensiones cum humano corpore Christi & hominum comparat eodem quo Augustinus modo. Quod cum homine etiam animalia submersa sunt, ejus altiorem & profundiorē interpretationem hanc reddit, quod ubi anima mole passionum curvatur gravi, & quasi diversarum cupiditatum mergitur æstu, terrenæ simul omnes cogitationes & concupiscentiæ ruant in præceps. Cœli fenestras apertas & ruptos abyssi fontes comparat cum mente humana & corpore ac sensu. *Magna, inquit, naufragia, cum mentis pariter & corporis, sensuumque omnium turbo & procella miscentur.* Excelsos montes quos quindecim cubitis superârunt aquæ, contendit cum quinque sensibus, qui sunt in corpore velut excelsi montes, qui hanc carnem passionum obumbrant. Per hos montes Christum advenisse, comprimentem Evangelicis disputationibus feroces corporis motus, atque illam altitudinem cordis & extollentem superbiam obedientia & humilitate sui destruentem. Quod corvum primò ex arca emissum ait Moses, significat ipsi, quod omnis justus quando mundare se incipit, quæ tenebrosa sunt & immunda & temeraria primò à se repellit. Siquidem omnis impudentia atque culpa tenebrosa est & mortuis pascitur sicut corvus. Post corvum emissam columbam, *quia malitiam simplicitas & culpam virtus resolvit.* Cùm corvum non rediisse, at rediisse columbam non invenientem locum ubi consisteret, scribat Moses, altiore interpretatione signari ait, quod malitia inquietis passionibus & cupiditatibus, quibus corrumpitur anima, se miscere solet, & quasi cognatis & domesticis delectetur, ibique commorationem suam locet, virtus autem primâ statim specie visionis offensa regredi festinet ad montem animamque justî, quod illic diversorium sibi tutissimum sit locatum. Columbam in ore ramulum oleæ detulisse, eò quod virtus & sapientia in sermone sui habeat claritatem, & ipsâ statim specie lumen ejus effulgeat, maximè cùm pacifica loquitur, quoniam hunc quoque ramulum petentes præferre consueverunt. Hæc pauca ex longa narrationis serie

delibasse sufficiat. Omnia ut prudenter & cum grano salis accipiantur volumus, memores allegorias nimium adfectatas plerunque cum veri sensus periculo conjunctas esse.

XXXVIII. Non prætereundum est inprimis mysterium columbæ ore suo folium oliuæ decerptum referentis. Omni ævo termes seu ἱερὴ γῆ folium oliuæ habitum est symbolum pacis & foederis. Hieronymus epist. 83. ad Oceanum: *Ramo refellionis ac luminis pacem mundo adnuntiat.* Chryostomus in Matth. homil. 12. κλάδον φέρον ἐλαίας, τὴν κοινὴν τῆς δικαιοσύνης γαλιλήης ἐκχυσελίαισιν. *Ramum oleæ ferens communem orbis euangelizavit serenitatem.* Mansit & posteris temporibus ramus oliuæ pacis sacramentum. Græcis illud symbolum tribuit Livius lib. xxix. cap. 16. *Decem legati Locrensiū obsiti squallore & sordibus, in Comisio sedentibus Consulibus velamenta supplicum ramis oleæ, ut Græcis mos est, porrigentes, ante tribunal cum flebili vociferatione humi procubuerunt.* Idem tribuit Carthaginensibus lib. xxx. 36. *Haud procul aberat (Scipio portu Carthaginis) quum velata insulis ramisque oleæ Cartaginensium occurrit navis, decem legati erant Principes civitatis auctore Annibale missi ad petendam pacem.* Barbaris etiam hunc morem tribuit Polybius lib. iii. de Annibale in transitu Alpium. Οἱ περὶ τὴν δίοδον οἰκῆντες, συμφρονήσαντες ἐπὶ δόλῳ συνέχων σύλῳ, θάλασσε ἔχοντες καὶ στεφάνους. Τῶτο γὰρ σχεδὸν πᾶσι τοῖς βαρβάρους εἰς σύνθημα Φιλίας, καὶ θάπερ τὸ κηρύκειον τοῖς Ἕλλησιν. *Vivæ accolæ, clam conspiratione factâ, cum virentis oleæ ramis & coronis fiunt illis obviam. Fere enim ubique apud Barbaros hoc pacis & amicitiae signum est, ut inter Græcos caduceum.* Ovidius primo Fastorum: *Frondbus Alliæ comptos redimita capillos Pax ades.* Frondes Actiæ seu potius Actææ folia sunt oleæ, ex quibus Paci texebatur corona. Quin & in ipsa America moris hujus reperit vestigia Columbus, qui de Americana quadam insula non procul ab Hispaniola cap. 103. *Navigat. Primo adventu, inquit, occurrerunt adolescentulæ triginta, quæ &c. ramos oliuarum manibus gestabant & ubi appropinquabant Præfecto, in signum foederis pacisque illis ramos porrigebant.*

XXXIX. Jam & in corvi ac columbæ triplici emissione mysterium venati sunt Patres. Nonnullis triplex columbæ emissio notat triplex exilium Judæorum ex terra Canaan. Primum, cum in Ægyptum secesserunt; secundum cum Babylonem deportati sunt; tertium cum Romanorum servile jugum subiverunt. Atque tertium hoc exilium est ἀπὸ ἀγῶν, cui finis nullus est, nec spes reducendi in terram Canaan, quomodo nec tertia columba rediit in arcam. Corvum alii cum lege, columbam cum Evangelio comparant. Corvus exiens exeundo, & revertendo, sive

planè non reverfus ludibriis suis nullam omnino spem, fiduciam nullam attulit iis, qui expectabant in arca lætum aliquod catastrophes & evanescentium aquarum omen. Contra columba. Columba secundâ & tertiâ vice emissa incredibilem lætitiâ & certam spem mutatæ rerum faciei & versæ in melius attulit. Sic lex quidem, hoc est *διακονία θανάτου ἐν γράμματι* et ministerium mortis in literis nullum habet argumentum omnino fiduciæ, nec furoris Divini aquas vel imminuit ipsa vel imminutas esse docet. Evangelium ex adverso nuntiat *αιχμαλώτους ἀφῆσεν*, captivis remissionem, pacem Dei, reconciliationem mundi in Christo. Ut interim varias tropologias quas hic commenti sunt Patres, silentio transeam.

XL. Arcam Noë typum Ecclesiæ plerique fecerunt Patres. Cum primis Afri, qui ex eo typo contra Novatianos & Donatistas concluserunt, sicut extra arcam nemo servatus est, sic nec extra Ecclesiam servari quenkam. Id verum est de Ecclesia tum Veteris tum Novi Testamenti, sed observato utriusque discrimine. In V. T. Deus se testatus est fore Deum Abrahami, Isaci, Jacobi atque seminis ejus. Proinde promissiones, filiatio, testamentum, legislatio erant Israëliitarum. Deus autem hæc alligavit certæ sedi & loco, cum quo communionem habere debuerunt, quotquot promissionum Divinarum haberi participes voluerunt. Proinde Ecclesia Israëlitica, hoc est, homines qui legem & cultum Dei præscriptum susceperunt, & eum exercuerunt in eo loco, in quo Deus posuit memoriale nominis sui, fuerunt arca illa, extra quam nemini concessum est spiritum ducere. In N. T. Ecclesia sunt homines subjecti obedientiæ Christi, per fidem in ipsum uniti, congregati in nomine Christi ad narrandum & audiendum verbum ipsius & jussa ejus faciendum. Cæterùm non est sicut illa V. T. alligata vel personis vel certæ sedi & loco. Quicumque igitur non audit verbum Christi, ei non obedit, & sicubi contingit coire in cœtum multorum fidelium idem fundamentum tenentium, congregationem eam non frequentat, sed eam vel habet despiciat vel probriis incessit; is non est in arca eorum qui liberantur ab aquis Divini furoris, adeoque cum mundo moritur in suis peccatis. Hoc demum sensu accipimus & probamus elegantem arcæ Noëtice allegoriam. Quam autem parum arca hæc Noëtica faveat Hierarchiæ Romanæ, satis ex iis quæ jam diximus, liquet. Hactenus igitur de typis & mysterio diluvii.

XL I. Ad fidem diluvii historiæ conciliandam nobis abundè sufficit narratio Dei per os Moïsi, qui fidus fuit in tota domo Dei Heb. III. 2. 5. Et potuisse ea omnia fieri manifestum est, si consideremus Dei justitiam, sapien-

fapientiam, potentiam. Porro ita facta esse, testimoniis etiam  $\neq$   $\epsilon\kappa\omega$  abundè liquet. Quæ enim de diluvio narravit Moses, iis haud absumilia Pagani scriptores posteris noscenda reliquerunt. Non dissimulandum quidem est, Gentilium narrationem in nonnullis à Mosaica deflectere. Et curavit hoc Sathanas solertissimè, ut Divina veritas fabulis & commentis humanis permixta quoquomodo vel deprimeretur vel sopiretur. Interim, cui studium erit singula excutere, & cum Mose comparare, eum verecundia & pietas prohibebit de certis & compertis ultra mediocriter etiam dubitare. Nos paucis hoc jam penso, colligendæ nimirum memoriæ diluvii apud Gentiles defungimur.

XLIII. Noam igitur, sub quo diluvium contigit, Gentilium scriptores insigniunt nominibus Xisuthri, Saturni, Promethei, Deucalionis, Ogygis, Liberi seu Bacchi, & Jani. De nomine Xisuthri decimi Chaldæorum Regis non sinunt nos dubitare fragmenta Berosi Chaldæi & Abydeni, quæ nobis conservârunt ab interitu Josephus, Eusebius & Cyrillus. Xisuthrum autem Chaldæorum, Janum fuisse Latinorum, cui rerum initia tributa sunt, quæmque & Noam ipsum fuisse infra dicemus; conjicit G. J. Vossius ex ipsa voce Xisuthri, quæ Assyriaca est, teste etiam Cyrillo. Est enim Syris  $\pi\omega$  unde  $\pi\omega\sigma\tau\iota\varsigma$  *postis, limen*. A *Ziz* igitur vel *Zus*, quatenus *postis* vel *liminis* habet significationem, per  $\alpha\nu\alpha\delta\iota\pi\lambda\omega\sigma\iota\nu$  fuerit Xisuthrus: ut ita dictus sit Noë tanquam *postis* sive *limen* vel *Janua*, hoc est, primordium omnium qui ab diluvio fuerunt vel erunt. Is igitur Xisuthrus postquam Sipparis, quæ Euphrati adjacet, quâ Bærealem Babyloniam præterfluit, scripta sua deposuisset, & in terram defodisset, consensu maximo navigio contra aquas se tutatus est. Quod posterius Noë apprimè convenit. Saturnum seu  $\kappa\rho\delta\omega\nu$ , qui in Hymnis Orphæi vocatur  $\pi\alpha\rho\gamma\theta\epsilon\iota\omega\varsigma$  &  $\theta\upsilon\alpha\delta\epsilon\rho\chi\eta\varsigma$ , Noam fuisse, Vossius, Bochartus & Goropius Becanus certissimis argumentis docuerunt. Etenim Saturnus inclytus justitiæ laude homines adduxit  $\pi\epsilon\delta\epsilon\varsigma$   $\neq$   $\pi\epsilon$   $\delta\iota\kappa\alpha\iota\sigma\acute{o}\nu\epsilon\lambda\epsilon\upsilon$   $\kappa\alpha\iota$   $\alpha\pi\lambda\acute{o}\tau\eta\tau\epsilon$   $\psi\upsilon\chi\eta\varsigma$  *ad justitiam & simplicitatem cordis* teste Diodoro; sub eo fuit aurea ætas, quâ indivisa fuerunt omnia, teste Justino & Hesiodo; sub eo communis fuit lingua hominibus & brutis, teste Platone; ei commissa credebatur cura  $\kappa\epsilon\alpha\tau\iota\varsigma$ ,  $\omega\delta\eta\varsigma$   $\alpha\gamma$   $\mu\acute{\epsilon}\theta\eta\varsigma$ , *plausus, cantus & ebrietas*, Luciano teste; legem is tulisse fertur, ne quis Deos nudos impunè contempletur; Saturnus & uxor ejus Rhea cum comitibus nati dicuntur ex Oceano & Thetide; ejus insigne fuit navis; devorâsse dicitur liberos omnes præter tres  $\mu\epsilon\lambda\upsilon\theta\epsilon\upsilon\lambda\lambda\eta\tau\iota\varsigma$  Jovem, (Hammonem sive Chamum) Neptunum (Japetum) Plutonem (Semum. Est enim  $\pi\omega\sigma\tau\iota\varsigma$  vastitas, desolatio.) Qui tres liberi orbem

inter se diviserunt. Hæc autem omnia quàm belle congruunt Noë, qui justus fuit & ambulans cum Deo, sub quo post diluvium usque ad dispersionem, orbis fuit indivisus: sub quo homines fuerunt *ἡνὶ γένει ἑνὸς λαοῦ* unius labii; qui ebrietate peccavit; qui maledixit filio nuditati ejus illudenti; cujus fuerunt filii tres Sem, Cham & Japhet, inter quos fertur orbis distributus: quis non planissimè videt? Prometheus Noam fuisse, arguit, quòd sub eo Diluvium contigisse prædicant Scriptores; Diodorus Siculus lib.

1. Τὸν Νείλον Φασί ραγνύνει καὶ ἀκλύσει πολλὴν Αἰγύπτου. καὶ μάστιγα τὴν τὸ μέγεθος ἐπέλειν, ἢ Προμηθεὺς εἶχε τὴν ἐπιμέλειαν, διαφθάρειτων ἀεὶ δὸν ἀπάντων τῶν καὶ ταύτην τὴν καὶ ἔσεν. Nilum ajunt ruptis aggeribus magnam Ægypti partem inundasse, maximeque eam partem, cui Prometheus cum imperio præerat; cum omnes pene ejus ditiosis homines diluvio perirent. Et Noë cum Prometheo mirè convenit. Προμηθεὺς est qui sapit ante malum, sicut Ἐπιμηθεὺς qui post malum. Sic Noë Divinitus edoctus prævidit diluvium, & justitiæ dans operam servatus est in arca, cæteri verò serò sapientes stultitiæ suæ pœnas dederunt. Audiamus de Prometheo narrationem Apollodori Atheniensis lib. 1. Προμηθεὺς ἦ ἐξ ὕδατος καὶ γῆς ἀνθρώπους πλάσσει, ἰδοὺκεν αὐτοῖς καὶ πῦρ λάθρα Διὸς, ἐν νάρθηκι κρύψας. ὡς ἦ ἤθελε Ζεὺς, ἐπέταξεν Ἡφαίστῳ τῷ Καυκάσῳ ὄρει τὸ σῶμα αὐτῷ προσηλώσει. τῷ τῆ ἢ Σκυθηῶν ὄρει ἐστίν. ἐν ἧ τῆ τῶ προσηλωθεὶς Προμηθεὺς, πολλῶν ἐτῶν ἀρδην ἐδεδετο· καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀετὸς ἐφιπιάμενος, αἶψα τὰς λαβὰς ἐνέμετο τῆ ἡπάτων ἀνέκαρμένων ἀπὸ πυκνῆς. καὶ Προμηθεὺς μὴ πυρὸς κλαπέσει δίκην εἶνε ταύτην, μέχρις Ἡρακλῆς αὐτὸν ὑπερὶ ἔλυσεν, ὡς ἐστὶν καθ' Ἡρακλῆα δηλώσειμι. Interea verò Prometheus formatis ex aqua & terra hominibus, clam foris ignem in ferula furatus immisit. Quod ubi sensit Jupiter, Volcano ad montem Caucasum religandum affigendumque dedit. Scythiæ mons est Caucasus, ubi Prometheus clavus confixus multorum annorum curriculo religatus permansit. Ad quem Aquila quotidie devolans hujus hepatis fibras per noctem succrescentes depascebatur. Scitur ob ignis furtum hanc pœnam Prometheus dedisse memorant: donec Hercules eum vinculis liberavit: quemadmodum in rebus ab Hercule gestis demonstrabimus. Habemus hic vestigia Noëtiæ historiæ inter tradendum corrupta. Prometheus ex aqua & terra formavit homines. Noë per gratiam Dei impositus arcæ se & cæteros, qui cum eo erant, ab aquis liberavit, atque sic genus humanum aliàs interiturum salvavit. Prometheus jussu Jovis à Vulcano ad montem Caucasum religatus est & adfixus. Sic Noë arcæ inclusus quasi religatus & adfixus est ad montes Gordæos. Quorum montium permutatio in traditione hujus historiæ facilis fuit. Cum enim traderetur, diluvium super celsissimos montes exundasse, & arcam quievisse in montibus,

bus, finxerunt id factum in Caucaſo, quem Græci putârunt montium altiffimum eſſe. Ad Prometheum in Caucaſo poſitum aquila quotidie devolans ejus hepatis fibras per noctem ſuccreſcentes depavit. En corvum Noæ mutatum in aquilam, & fabulam arroſi hepatis. Accedit, quòd Promethei uxor Herodoto lib. 4. dicitur Aſia. At non alia uxor Noæ quàm Aſia ſive Aſiatica: omneſque ex terra Aſia originem ducimus. Obſtare tamen videntur duo, alterum, quòd diluvium ſub Prometheo particulare faciant ſcriptores, nimirum Ægypti; alterum, quod Apollodoro authore Prometheus ſtatuitur filius Japeti, qui filius fuit Noæ. Verùm facilis eſt reſponſio. Nimirum ut Græci omnia ſuis tribuunt Heroïbus, ita & ſuis Ægypti. Itaque ex diluvio univerſali fecerunt particulare Ægypti, quale tamen nullum unquam fuit. Sic quòd in ſeculis tam remotis, comitante per tot ora fallacia, traditione, Patris & filii nomina confuderit antiquitas, minimè equidem mirum eſt. Accedamus nunc ad Deucalionem quem & ipſum Noam fuiſſe pertendimus, & jam olim Theophilus Alexandrinus Epiſcopus Noam à quibuſdam habitum ſcribit. Huic rei demonſtrandæ hiftoriam Deucalionis ex Apollodoro eſcribere juvabit. Iſ autem ſic habet libro 1. Προμηθεὺς ἢ παῖς Δουκαλίῳν ἐγένετο. ἄτ' βασιλεύων τῷ πρῶτῳ Φθίᾳ πόσιν, γαμεί Πύρρῳ τῷ Επιμηθεὺς ἢ Πανδῶρος, ἡ ἑταῶσαν θεοῖ πρῶτῳ γυναῖκα. ἐπεὶ ἢ ἀφ' αὐτοῦ Ζεὺς τὸ χαλκῶν γένος ἤφελῆσεν, ὑποθέμενος Προμηθεὺς, Δουκαλίῳν τεκτῶν ἀμφὶ λαίνακα, καὶ τὰ Φθιηθῆκα ἐν ἡμέρῳ, εἰς ταύτων μὲ Πύρρα ἀνέθη. Ζεὺς ἢ, πλὴν ὑπὲρ αὐτῶν ἔργων χέρας, τὰ πλεῖστα μέρη τῶν ἑκατόν κατέκλυον· οἱ σωέφυγον εἰς τὰ πηλοσίων ὑψηλὰ ὄρη, τότε καὶ τὰ καὶ Θεσσαλίῳν ὄρη διέστη, καὶ τὰ ἑκείνῳ Ἰσθμοῦ Πιλοποννήσου συνεχθῆναι πάντα. Δουκαλίῳν ἢ ἐν τῇ λαίνακι, ἀπὸ τῶν θηλάσων Φερόμενον, ἐφ' ἡμέρας ἑνέα, καὶ νύκτας ἴσους, τῷ Παρῆσσῳ προσέειπεν, κακεῖ τῶν ὄρων παύσαν λαβόντων, ἐκβάς ἐξυστε Διὶ φυξίω. Ζεὺς ἢ, πέμψας Ἐραλίω πρὸς αὐτὸν, ἐπέτελεν αἰτιῶν ὅτι βέβη. ὁ ἢ, αἰτιῶν ἀνθρώπων αἰτῶν γένος. καὶ Διὸς ἐπένοστος, ὑπὲρ κεφαλῶν αἰρών ἔβαλε τὸν λιθόν. καὶ ὅς μὲν ἔβαλλον ὁ Δουκαλίῳν, ἄνδρες ἐγένοντο. ὅς ἢ Πύρρα, γυναῖκες ὅσων καὶ λαοὶ μεταφορικῶς ὠνομασθησὶν ὡς τῶν λαῶν ὁ λιθόν. Cæterùm Deucalion Promethei filius fuit. Hic imperio tenens eam partem quæ ad Phthiam jacet, Pyrrham Epimethei & Pandoræ filiam uxorem ducit, quam mulierem omnium primam Dii finxerunt. Poſt, ubi prolem aeneam tollendam Jupiter cenſuit. Deucalion Promethei conſilio fabrefactâ à lignis arcâ, in eamque ad vitam tranſigendam rebus neceſſariis impoſitis, cum Pyrrha ingreſſus eſt, Mox Jupiter largè effuſis de Cælo imbribus, maximam Græciæ partem cooperuit: ut, quicquid in ea mortalium foret, interierit, præter admodum paucos, qui in altiffimos montes confugerant. Tum verò Theſſalicos montes aqua-

rum diluvii immunes fuisse ferunt. Nec non, quæ sunt Isthmum extra & Peloponnesum loca undarum vi omnia contexta fuerunt, quo tempore Deucalion novem dies, totidèmq; noctes pelago circumlatus, Parnassum demum appellit, ibique post imbrium pausam egressus Jovi Phyxio, qui ad eum confugiensibus opem ferre consuevit, sacris operatur. Jupitur interea demisso ad Deucalionem Mercuria, ut rogaret, quid ab eo vellet, injunxit. Quo facto Deucalion humani generis reparationem deposcit: inde Jovis monitu sumptos de Terra lapides trans caput jactavit: tum quos misit Deucalion, virorum faciem traxerunt: qui verò Pyrrhæ jactu transmissi sunt, in feminas abièrunt. Hinc itaque λαοί, quod est populi, translatione quadam dicti sunt, quasi lapidei λαός enim Latinis lapidem significat. Quilquis mediocri judicio & reflexione memoriæ hæc legit, Noam & diluvium sub eo immissum reperiet. Quid proles ænea χαλκῶν γένος aliud quàm Nephilim, Gigantes, Thubalcain & similes? Cùm eam perdere vellet Jupiter, Deucalion condidit ἀρκαῖα arcam, ex lignis fabricatam, in eamque post impositas res necessarias cum uxore ingressus est. Habemus arcam ex lignis fabricatam, comteatum ei impositum, Noæ & uxoris in eam introitum. His peractis Jupiter omnia implevit imbribus, cooperiens aquis totam Græciam exceptis paucis, qui in altissimos montes confugerant. Quomodo Noâ arcam cum suis subeunte nimbi aquarum præcipitati totum mundum obruerunt exceptis iis, qui in arca super altissimos montes sunt elati. Deucalion novem dies totidèmq; noctes pelago circumlatus Parnassum demum appulit, ibique post imbrium pausam egressus, Jovi Phyxio sacris operatus est. Eodem modo Noa cum suis multum diuque aquarum æstu jactatus tandem in Gordæis montibus confedit, & tandem terrâ exiccata ex arca egressus Jehovæ salvatori suo hostias obtulit. Post diluvium Deucalion humani generis reparationem molitus est: unde posteros ejus sollicitè in sequentibus enumerat Apollodorus. Sic & Noa post diluvium factus est Genearchus & totius generis humani parens. Cujus posteros exactè descripsit Moses Geneleos decimo. Addo nunc, quòd Plutarchus eo libro, quo bruta uti ratione demonstrare conatus est, columbam à Deucalione emissam proditum refert ab iis qui fabulas scripserunt, ex quo didicerit, aquas terræ exiccatas esse. Quæ omnia meridiano sole clariùs demonstrant & Noam Deucalionem fuisse, & diluvium Deucalionis fuisse ipsum Noëticum diluvium. Quod si cui nondum plena ejus rei fides facta est, perpendat velim etiam ea, quæ de Diluvio Deucalionis habet Lucianus in Dea Syria, ubi cùm de Templo quod erat Hierapoli, agere cœpisset, adjungit: Ὅτι μὲν ἔν ποταμῷ Δευκαλιωνῆος τὸ ἱερόν ἐπιστάθαι λέγουσι, τῆτον Δευκαλιωνῆα,



Ἰππὶ δὲ τὸ πικρὸν ὕδωρ ἐγένετο· Δούκαλιὼν ὁ δὲ φεῖ λῆγον ἐν Ἐλλάδι ἠκουσθη, ὅτι Ἐλλῆνες  
 ἐπὶ αὐτῷ λέγουσι· ὁ δὲ μῦθος ὡς ἐχθρὸς· Ἦδε ἡ γῆνα, οἱ γὰρ ἀνθρώποι, ἃ πρῶτοι ἐγένοντο,  
 αἰὶν ἐκείνη μὲν ἡ γῆνα πάντες ὄλοντο· ἄπο δὲ γένετο δὲ δούπερ εἰσι, τὸ αὖτις ἐκ  
 Δούκαλιων εἰς πηλὴν ἀπίκετο, ἐκείνων δὲ φεῖ τῶν ἀνθρώπων ταῖδε μύθηον· Ὑβρι-  
 σαι κάρτεροντες, ἀθήματα ἔργα ἐπέσασον, ἔπειθ' ὀργία ἡ φύλασσαν, ἔπειθ' ἐξήκει ἐδέχο-  
 ντο, ἔπειθ' ἐκείτων ἠέλιχοντο, αὐτῶν ἂν σφισι ἡ μεγάλη συμφορὴ ἀπίκετο. αὐτίκα ἡ γῆ  
 πικρὸν ὕδωρ ἐκείθει, καὶ ὄμβροι μεγάλοι ἐγένοντο, καὶ οἱ περὶ σμῶι κατέβησαν μείζονες, καὶ  
 ἡ θύλασκα Ἰππὶ πικρὸν ἀνέθη, ἐς ὅ πάντα ὕδωρ ἐγένετο καὶ πάντες ὄλοντο. Δούκαλιὼν  
 δὲ μὲν ἀνθρώπων ἐλίπετο ἐς θύλακας δούπερ, ἐυκαλίς καὶ δὲ εὐσεβέσθ' εἶνεκα· ἡ δὲ  
 οἱ σωτηρία ἦδε ἐγένετο, λάρνακα μεγάλην, ἣ αὐτὸς ἔχε, ἐς ταῦτ' ἠὲ ἐσθελάσας  
 παιδάσ τε καὶ γυναῖκας ἐουτῶ, ἐσθή, ἐσθεάσασθ' οἱ ἀπίκοντο σπες, καὶ ἴπποι, καὶ  
 λεόντων θύλας, καὶ ὄφεις, καὶ ἀλλὰ, ὄργος ἐν γῆ νέμοντο· πάντα, ἐς ἄλλ' ἄλλα, ὅ τ' ἄνθρωποι  
 ἐδέχοντο, καὶ μὲν σπες εἰόντο, ἀλλὰ σφισι μεγάλη θύλας φιλίη εἶνετο, καὶ ἐν μὴ λα-  
 ναι πάντες ἐπαλάσων, ἐς τὰ τὸ ὕδωρ ἐπεκράτε. Τὰ μὲν Δούκαλιων περὶ  
 Ἐλλῆνες ἰστέροισι. τὰ δὲ λοιπὰ τάτω, λέγετο λόγος ἑσθ' ἐν τῇ Ἰβῆρα πῆλει μεγάλως  
 ἀξίον· θωμάσκι, ὅς ἐν τῇ σφίπερ χωρὴ χάσμα μέγα ἐγένετο, καὶ τὸ σμῶι ὕδωρ  
 κατέβησθε Δούκαλιων δὲ ἐπὶ ταῖδε ἐγένετο, βωμῆς τε ἴθιτο, καὶ νηὶ Ἰππὶ τῷ χάσματι  
 ἤρης ἄρλον ἐθήσασθ' ἐγὼν δὲ καὶ τὸ χάσμα εἶδον, καὶ ἐσι ἑσθ' ἐν τῷ νηὶ κάρτε μικρὸν εἰ μὲν  
 ἂν πάλαι καὶ μέγα ἐόν, γὰρ ταῦτ' εἶνετο, σπκοῖδα τὸ δὲ ἐγὼ εἶδον, μικρὸν ἐσι. σῆμα δὲ  
 τῆ ἰστέρις πῆδε πῆσασθ'· δις ἐκάσθ' ἔπειθ' ἐκ θύλαστας ὕδωρ ἐς τὸ νηὶ ἀπίκνεε).  
 Φέρονσι δὲ σπες ἰβῆς μόνον, ἀλλὰ πᾶσα Συρία καὶ Ἀραβία πῆρθη δὲ Ἐυφρητίω πῆλοι  
 ἀνθρώποι ἐς θάλασσαν ἔρχοντο, καὶ πάντες ὕδωρ φέρονσι τὸ πρῶτον μὲν ἐν τῷ νηὶ σπκεσσι  
 μῆ δὲ ἐς τὸ χάσμα κατέβη, καὶ δέχετο τὸ χάσμα μικρὸν ἐόν ὕδαθ' ἄρημα πικρὸν.  
 τὰ δὲ ποίοντες Δούκαλιων ἐν τῷ Ἰβῆρα, πῆδε νόμος θύλας λέγουσι συμφορῆς  
 τε καὶ ἐνεργείας μύθημα ἔμμελαι. ὁ μὲν ἂν ἀντίς λόγος ἀμφὶ δὲ Ἰβῆρα πῆσις δὲ ἐσι.  
 Plerique à Deucalione structum ajunt hoc templum, eo scilicet Deucalione, cu-  
 jus ætate vis aquarum fuit maxima. De eo autem Deucalione in Græcia audiri  
 quod Græci narrant. Est autem sermo talis. Hoc quod nunc est hominum genus  
 non ab initio exiitisse, sed id periisse stirpitum: qui verò nunc sunt homines, se-  
 cundi esse generis, quod ortum à Deucalione paulatim in ingentem multitudinem  
 excrevit. De illis autem qui antè fuerant hominibus, hæc sunt quæ memoran-  
 tur. Contumeliosi homines cum essent, iniqua facinora perpetrabant: nam ne-  
 que juijurandum servabant, neque excipiebant hospites, neque curabant sup-  
 plices: ob quas res maxima eis supervenit calamitas. Statim enim terra pluri-  
 mum aquæ de se extulit, tum verò plurimi de celo cecidère imbres: flumina  
 quoque ultra modum exundavère, & mare ipsum superfusum est terris, ita ut  
 res omnes aqua ferent, homines verò perirent omnes. Solus tunc ad secundi ge-  
 neris exordium Deucalione relictus est, prudentiæ & pietatis ergo. Servatus au-  
 tem

tem hoc modo est. In arcam magnam quam habebat liberos mulieresque domus suæ imposuit, ipseque eam ingressus est: quod cum faceret, venere apri, & equi, & leonum genera, & serpentes, & alia quæ in terra pascuntur, bina quæque: ille hæc ad se animantia recepit omnia: quæ nihil nocere: sed magna ei cum illis Divinitus amicitia obvenit: unaque in arca navigarunt omnes, quando aqua super terram fuit. Hæc sunt quæ de Deucalione referunt Græci. De iis verò quæ post acciderunt fertur ab illis qui Hierapolim habitant res admirabilis, in sua regione terræ fuisse hiatus, qui aquam aborsperit omnem. Id ubi factum esset, à Deucalione positas aras & Junonis templum super illo hiatus. Hiatum ipse vidi. Valde exiguus est sub templo quod dixi. An olim major fuerit, contraelusque sit cum tempore, equidem nescio: id scio quod vidi parvum esse. In història hujus signum quod agunt hoc est: bis anno ex mari aqua in templum defertur. Ferunt aquam non sacerdotes tantum, sed omnis Syria Arabiaque. Quin ab Euphrate usque eunt ad mare homines, omnesque aquam ferunt: eam primum effundunt in templum. Descendit in hiatus aqua: & is hiatus, quamvis parvus, immensam vim aquæ recipit. Hoc cum faciunt, ritum hunc ajunt à Deucalione institutum, in calamitatis simul & salutis partæ memoriam. Talis est vetus de Templo hoc sermo. Nunc etiam Ogygem Noam, & diluvium Noëticum Ogygium fuisse dubitari non potest. Ogygium Diluvium, quod regionem Atticam sub Ogyge, regnante apud Argivos Inacho & Phoroneo, submersisse ajunt, fertur antiquius illo Deucalionis. Eusebius inter Deucalionem & Ogygem interponit annos ducentos & viginti novem. At Solinus Polyhistor. cap. 18. Inter Ogygum sanè & Deucalionem medium ævum sexcentis annis datur. Ubi CL. Salmasius legendum conjecit: medium spatium C C. annis datur, Exercit. Plin. pag. 179. Ogygus erat, uti habet Eusebius Chron. lib. 1. πρώτος πater Ἀθηναίους βασιλεύς. Primus apud Athenienses Rex. Eum Ifacus Tzezes ad Lycophrontem facit ἕδ. Ποσειδῶν & ἡδὲ Ἀλφειῶς Filium Neptuni & Aliftræ. Confunduntur rursum, ut in rebus antiquissimis solet, qui certis monumentis destituuntur, Patris & filii nomen, Neptunus seu Japetus filius erat Noë seu Ogygis non Pater. Interim argumentum habemus in ea ipsa corruptione convenientiæ. Ogyges conditor fertur Thebarum. Pausanias in Bœoticis: Γεωργίου Θεβαίων οἰκιστὴν πρώτον λέγουσι τῆς Ἐκλήνας. Βασίλειος ἡ εἰναίων Ἐκλήνων ἀνδρῶν αὐτοῦχθονα Ὀργον. κ. ἀπὸ τῆς τοῖς ποταμοῖς τῶν ποιητῶν ἐπικλησις ἐς τοῖς θεοῦ ἐστιν, ὠργίας. Terram verò Thebanam prius habitasse ferunt Ecclenas; atque eorum Regem fuisse virum indigenam Ogygum; à quo multi Poëtarum Thebas cognomento Ogygias dicunt. Hinc & Thebani apud Statium vocantur Ogygii, & teste Paulania eodem, porta est Thebis quæ Ogygia nominatur.

tur.

tur. Sed de Thebarum ab Ogyge condito falsa est narratio, si verum, quod alii Thebas conditos dicunt à Cadmo Agenoris & Thelephastæ filio, qui mortua matre venit in Græciam Bœoticam. Fabula de Ogyge ortum habet à תבת נח *arca*, quam condidit Noë. Hoc cum audirent ex longa memoria Græci, antiquitatum suarum vanissimi adsectores, Ogygem, hoc est, conditorem *Ἰθης arcae* Noam, fecerunt conditorem Thebarum. Antiqua omnia Græci dixerunt Ogygia. Hesychius, *ὠγίγια, ἀρχαία. Ogygia, antiqua*. Eodem modo Suidas & Eustatius ad Dionysium. Philo Judæus de sacrificiis Abeliæ & Caini: *παλαιαῖς καὶ ἀρχαίαις ἐν τῇ Θεοδωρικῇ δόξαι, antiquis & vetustis opinionibus innutiri*. Quid antiquius in mundi post diluuium restitutione Noæ? Rursum Græcis magna omnia dicta Ogygia. Suidas: *ὠγίγιον, ἀρχαίων, παλαιὸν ἢ ὑπερμεγέθες. Ogygium, vetus, antiquum aut prægrandæ*. Et Heliodorus hominem staturæ ingentis appellavit *ὠγίγιον ἀνθρώπων*. Nempe quia Noam & priscos illos homines grandi statura fuisse creditum est posteritati. Ogygem Hesiodi Scholiastes vocat *πρώτον τῶν θεῶν, primum Deorum*, quia Noa parens fuit eorum, quos postea Gentiles Deos vocarunt. Jam diluuium Ogygis descriptum à multis, Platone in Timæo, Africano Chron. lib. 3. Eusebio Chron. lib. 1. Augustino de Civ. Dei xviii. 8. Clemente Alexandrino Strom. 1. Cedreno, aliis. Paucis Tatianus contra Græcos: *μνημονεύεται παρ' Ἀθηναίους ὠγίγιος, ἐφ' ᾧ κατέκλυσε τὸν κόσμον ὁ πρῶτος. Memoratur apud Athenienses Ogygius sub quo primum diluuium fuit*. Et ex eo sospitem evasisse solum Ogygem Africanus testatur. Hujus sanè prout & Deucalionis illius Diluuii fama ficta est ex antiquissima illa Noëtici diluuii memoria. Nec obest, quodd utrumque feratur particulare. Atticæ regionis Ogygium, Thessalicæ Deucalionis; quoddque Ogyges vulgò rejicitur in tempora Moïsi, Deucalion in tempora duobus seculis præter propter post Ogygem excurrentia. Utrumque enim arguit corruptionem traditionis, vanitatem Græcorum, antiquissima quæque & maximè celebrata sub Heroum, quos ipsi finxerunt suos, nomine, venditantium. Deucalionem diluuium quàm expressa & indubitabilia vestigia habet diluuii Noëtici? Quodd si illud tamen & particulare Thessaliæ, & posterius Ogygio fecerunt scriptores Græci, an mirum, si idem contigit Ogygio? Præterea ipsorum Gentilium de iis diluviis & eorum tempore admodum discrepans est narratio. Deucalionis diluuium quod alii particulare faciunt, universale faciunt Pindarus, Virgilius, Ovidius, alii. Quin teste Diodoro, tradebant Ægyptii, diluuium Deucalionis universale fuisse. Et de tempore Ogygis quàm incerta sunt Gentilibus omnia? Denique & hoc meminerimus, quæ de diluviis illis narrant

Pagani, incidisse in tempus quod Varro *μυθικόν* fabulosum vocat. Proinde nec mium est, vetustæ traditioni fabulas permixtas admixtas esse. Pergo ad Gentilium Deum Liberum, seu Bacchum, quem & ipsum Noam esse vel hoc unum luculenter probat, quod sicut Noë primus vites plantavit, γιαικῆ conficiendi rationem docuit, sic etiam Liber Deus fuit *εὐρέτης ἀμπέλων ἢ τῆς περὶ πάντων ἐργασίας ἢ δ' ἐνομοσίας*, inventor vitis & ejus culturae, nec non vini faciendi modi, uti Diodorus Siculus lib. v. docet. Sunt eruditi multi, qui huic sententiæ ipsum nomen Bacchi favere putent, ut ex eo sit *Noachus* & inde *Bacchus*. Verum id duriusculum est. Denique & Janum, qui Deorum, quos *σελεῖστος* vocaverunt Gentiles, facile princeps, fuisse Noam non pauca sunt quæ comprobent. Primum Janus à vino dictus est. Unde Latium, in quo cultus est Janus (unde & parti Veteris Romæ nomen erat Janiculi) terra ænотria dicta est. Fuit & Noë post diluvium repertor vini. Janus fingitur bifrons, quia & priorem viderit mundum & illum post diluvium. Id in Noam mirificè quadrat. Jano tributa sunt rerum initia. Itaque & initio ædium nomen datum *Januæ*, & initio mensium *Januarii*. Sic à Noa rerum postdiluvianarum initia arcessimus. Sed verò, inquires, cur ipsum nomen proprium *Noë* in Gentilium scriptis nullibi invenitur? Plana ratio, quia Gentiles nomina propria soliti suâ linguâ interpretari, vel ex notabili aliqua parte historiæ nomen ipsi proprium sinxerunt. Sic Alexander Polyhistor Itacum Græcè scribens *Γίλωντι* vocat, ut ex Eusebio discimus: multa que sunt talia apud Historicos omnes. Hactenus igitur Noë ipsius & diluvii in genere memoriam in Gentilium scriptoribus ostendimus. Nunc singulorum historiæ illius sacræ partium rudera persequemur.

XLII. Nephilim igitur, quorum ferina vita mundo primò cladem attulit, sub nomine *Gigantum* frequens est apud Latinos & Græcos mentio. Confer Homerum *Iliados* 9. Hesiodum in operibus, Ovidium 1. *Metamorphosèdôn*, Lucanum, alios. In diluvii historiam ferme omnium gentium memoria desinit. Proinde Censorinus sic dividit tempora: *Nunc verò id intervallum temporis tractabo, quod ἰσθεκόν Varro appellat. Hic enim tria discrimina temporum esse tradit. Primum ab hominum principio ad Cataclysmum priorem, quod propter ignorantiam vocamus ἀέηλον. Secundum à Cataclysmo priore ad Olympiadem primam: quod quia in eò multa fabulosa referuntur, μυθικόν nominatur. Tertium à prima Olympiade ad nos, quod dicitur ἰσθεκόν, quia in eo res gestæ veris historiis continentur.* Porro diluvii illius universalis vestigium Philo etiam ostendit in conchis, quæ in montibus reperiuntur, libro de mundi immortalitate. Facit huc sententia Stoicorum,

Stoicorum, statuentium, ut est apud Laërtium & Censorinum, mundum ἐξακυσθῆναι καὶ ἐξυδαῖσθαι, exaquescere & exignescere, de qua re alibi. Arcæ & montium, in quibus illa quievit, meminerunt vetustissimi scriptores Chaldæorum Berofus, Assyriorum, Abydenus, Melo, Hieronymus Ægyptius, Nicolaus Damascenus, Alexander Polyhistor, Lucianus, Apollodorus. Horum loca ut fidem faciamus allegationi, ponere lubet. De Beroso Chaldæo sic habet Josephus Antiqu. 1. 4. Ουπερποινὺν ὁ Βήρωσος ἦ δόξα κοινῆς ἐπιπερικλυθῆναι ἀναρχαφαίς, πάλτε θρομένην τὸ κατὰ κλυμῶν, καὶ τὸ ἐν αὐτῇ φησὶς ἦ ἀνθρώπων, καὶ ἵπερ Μωυσῆς, ἅτως ἐστὴν ἤκεν, καὶ πάλαι ἰάονακ, ἐν ἡ Νῶχ, ὁ δὲ γένος ἡμῶν ἀρχηγὸς διεσώθη, περὶ στερεοῦσιν αὐτῆς τὸ ἀκρωρείας τὸ Λαμυρίων ὄρων. *Is igitur Berofus antiquissimis inherens scriptis, eadem quæ Moses narrat de diluvio, ac interitu in coelo: minuit, & de arca, in qua Noë generis nostri principi servatus est, cum ea ad cacumina Armeniorum montium se applicuisset.* Post historiam recitatam diluvii, hæc verba addit Berofus: λέγεται ἡ ἑσπλοὶ ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ περὶ τῶ ὄρει τὸ Κορδυαῖον ἐπὶ μέρ, εἶναι, ἢ κομίζον πνοῆς τὸ ἀσφάλτου ἀφαιρῆναι (ἔσ. χρῶν) ἢ μάλα οἱ ἀνθρώπων τῶ κομίζομενα πρὸς τὰς δοπιτομαίους. *Dicitur etiam nunc in Armenia in Cordæorum monte pars esse sibi navigii, & quosdam inde biiumen auferre.* *Eo autem ablato utuntur homines maxime pro amuleto.* Abydeni Assyrii locum conservavit Eusebius lib. ix. de Præparatione Evang. cap. xii. Is ejus relatu ita sonat: Μεθ' ὃν ἄλλοι περὶ τῶ καὶ Σείσθρο, ὡ δὲ Κρόν, πρὸς ἡμῶν μὴ ἔσθαι πηλῶ ὄμβρον, Δεῖς πέμπη θη δέκα, κελδὶ ἢ πᾶν ὃ, π γρομμάτων ἐν ἐχθρόν, ἐν Ἡλίᾳ πάλι τῇ ἐν Σιπταίροισιν δοπιμύλαι. Σείσθρο ἢ πᾶν τῆ θηπέλαι πημῶς, ἐν τῶ ἐπ' Ἀρμενίᾳ ἀνάπλε, ἢ πρὸς ἡμῶν κατελάμβανε τὰ ἐκ θεοῦ. τρίτη ἢ ἡμῶν ἐπὶ τῶ, ὡ ἐκδραστὶ, μετὶ τὸ ὄρνιθον πείρου πιδ' ἡμῶν, ἐκ κα γλῶ ἰδολεν ἢ ὕδατος ἐκδιδαν. αἱ ἢ ἐκδραχόμενα ἑφέας Πελάξο ἀχάνο, δοπιμῶσιν ὄκη καπομῶσιν, πρὸς τὸ Σείσθρον ὁπίσω κομίζον, καὶ ἐπ' αὐτῶν ἐπεσε. ὡς ἢ τῆσι τῆσι ἐπιπῶσιν ἐν πῶσιν, ἀπὸ κα πρὸ δὲ πηλὸς κατὰ πλεοὶ τὸς τυροῦς, θεοὶ μιν ἐξ ἀνθρώπων ἀφαιρῶσι. Τὸ ἢ πλοῖον ἐν Ἀρμενίᾳ πείλαια ξύλων ἀλαξίφάρμακα πῶσιν θηπρωέοισι παρὲς χετ. *Huc cum alii plerique, tum etiam Sisithrus in Imperio successisset, cui cum Saturnum imbrium vim maximam decimo mensis Disi fore prædixisset, & quicquid literis comprehensum erat, id totum apud Heliopolim Sippatorum occultari seponique jussisset: Is Dei mandatis obsequiis, continuò navigationem Armenios versus instituit, in qua repentino divinæ prædictionis eventu occurratur. Tertio autem die, quàm tempestas remitti cæperat, aures emittit explorandi gratiâ, sicubi terram undis emersam atque existentem viderent. Quæ cum immensum in Pelagus incidissent, nec quo succederent omnino quicquam*

occurreret, ad Sefisbrum denuo revolarent, aliaque postea similiter emissæ. At cum tertio idem fecisset, votique compos evasisset (quippe volucres alio limo plenis redierant) illic de Deum Numine, hominum societati oculisque subducitur; navigium autem ad Armeniam appulsum, amuleta suis è lignis confecta, quæ de collo suspensa gestarent, indigenis suppeditavit. De Hieronymi Ægyptii, & Nicolai testimoniis sic Josephus l. l. Μέμηνη ἡ τῆτων καὶ ἱερώνυμο ὁ Αἰγύπτιο; ὁ τῶν ἀρχαιολογῶν καὶ Φοινικῶν συγγραφέαυ, καὶ Μνασίης ἡ, καὶ οἱ ἄλλοι πατέρις, καὶ Νικόλαο; ἡ ὁ Δαμασκωτὸς ἐν τῇ ἐκκενηκῶσῃ, καὶ ἐκ τῆ βίβλου ἰσραὴλ περὶ αὐτῶν, λέγων ἕτως, Ἐστὶν ὑπερὶ τὴ Μινυάδα μέγα ἐρῶ καὶ τὴ Ἀρμῆνίαν, Βάβυλας λεγόμενον, εἰς ὃ πολλοὶ συμφυζίντας ἔπι τοῦ κατακλυσμοῦ, λόγῳ ἔχοντες παλαιωτάτων, καὶ ἕνα ἔπι λάρνακα ἐχόμενον ἔπι τῶ ἀκρωτηριασθέντι, καὶ τὰ λείψανα τῶ ἐξύλων ἔπι τοῦ σωβλήου. γένοιτο δὲ αὐτῶ ἐν ἕνα ἐ Μωσῆς ἀνεγέγραψεν, ὁ Ἰσρααίτων Νομοθέτης. Eiusdem rei mentionem quoque facit Hieronymus Ægyptius, qui priscam Phenicum historiam conscripsit, isemque Mnasæas, alique complures. Quibus Nicolaum Damascenum adde, qui libro nonagesimo sexto hæc habet. Est, inquit, supra Misyardem Mons ingens in Armenia, Barin vocans, ad quem plerique cum Diluvii tempore confugissent, eos periculum effugisse narrans. Præterea certum quendam arcæ velum, summum ad montis verticem appulisse, ac lignorum ibi reliquias per diu conservatas fuisse. Is verò non alius utique fuerit, quam qui à Moysæ Judæorum legislatore memoratur. Alexandri Polyhistoris insignem locum recitat Cyrillus libro i. adversus Julianum. Ὁ παρὶς ἡ πλεονήσων ἡ τὴν αὐτῶ εἰσθερον βασιλευσῶ σῆρας δέκα ὀκτώ. Ἐπὶ τῆτω τὴ μέγα Φασὶ ἡνέδω κατακλυσμοῦ. Εἶτα σωβλήου λέγει τὴ εἰσθερον περὶ ἀπογείλασθαι αὐτῶ ἐ Κρόνος τὸ ἐσόμενον, καὶ ὅτι περὶ οἰκίαν ἀπογείλασθαι λάρνακα, καὶ ὅτι πτωχοῖς, ἐρπετοῖς τε καὶ κτῆσι παλίν ἐν αὐτῶ. Mortuo Otiarie filium ejus imperasse Xisuthrum per octodecim annos, quos Saros vocant. Hujus tempore fuisse quondam diluvium magnum. Narrat deinde servatum Xisuthrum, Saturno ipsi quod futurum erat, prænuntiante, & fabricandam ipsi arcam: in eo ipsi una cum volucribus reptilibus ac jumentis navigandum. Melonis suffragium describit Eusebius de Præparat. Euangel. ix. 19. Ὁ ἡ τὸ σοκευλὸν τὴ κατὰ Ἰσρααίτων γράψας Μήλων, καὶ τὴ κατακλυσμοῦ Φησιν, ὅτι τὴ Ἀρμῆνίαν ἀπέλθειν τὴ παλαιόθεντα ἀνθρώπων μὲν τῶ ἡν, ἐκ τῶ ἰδίων ἐξελεωνόμενον ὑπὸ τῶ ἐργωρίων, ἀφῆσαντῶ ἡ τὴ μετῶ χύσασθαι, ἐλθεῖν εἰς τὸ δρενλὸν τῶ Συρίας ἔσων ἱσημον. At Melo, inquit adversus Judæos opus integrum edidit, virum quendam qui cum filiis Diluvium effugerat, ab indigenis Armeniâ pulsus, edibusque ac possessionibus eieclum suis, intermedia regione peragrata in desertos Syriæ montes secessisse commemorat. Luciani & Apollodori testimonia quia supra produximus, nihil attinet denuo advocare.

**XLIII.** De reliquiis arcæ supra ad testimonium citavimus Berosum, Theophilum, Isidorum, Haitonem Armenium, alios. Nunc de corvo & columbis Noëticis pauca. Quod corvum Noëticum attinet, ejus vestigium relictum est in historia Apollinis, qui corvum aqutum misit, non nisi post ficus maturas reversum. Hyginus libro 11. *Akronomicorum* in Hydra: *Corvus Apollinis tutela usus, eo sacrificante missus, à fonte aquam puram petivum, vidit arbores complures ficorum immaturas: eas expectans dum maturecerent, in arbore quadam earum confedit.* Paulo aliter *Ælianus Histor.* 1. 47. *Ὁ Ἀπολλών αὐτὸν θεοῦ ποταμοῦ ὄντα ὑδρόσεμον ἄπειπέμεν, ὃ ἔ ἐν πυγῇ ἀντ' ἀλλήω βαθεῖ μὴ, ἐπὶ τῇ χλωρῷ, καὶ μὲν ἐς ἄν ἄσων γένη, τῷ πρῶτον περὶ πλάσσει βυλεῖ μὴ, καὶ ἔπειτα ἀγμάτῃ ἀλλογώρισεν.* Cum ad aquisitionem eum famulum suum misisset Apollo, ille in magnam segetem adhuc viridem cum incidisset expectavit dum maturuisset, grana frumenti frui volens, & mandatum neglexit. Hinc de cessatore proverbium: *κατὰ ὑδρὸς, corvus aquatur,* ἔπειτα *τῷ δουλεύει πνος πυγχαυθίων de iis qui dissimulat aliquid consequuntur,* uti Suidas habet. Hæc nata sunt ex historia corvi in diluvio, quem, cum à Noa emitteretur ad explorandam faciem terræ, finxere Gentiles ab Apolline missum esse aqutum. Ex eadem historia ortum alterum adagium: *corvus nuntius;* de quo videtis Drusium in adagiis. Florentior est adhuc columbarum Noëticarum apud Gentiles memoria. Ut de Abydeni testimonio supra allegato nihil dicam, clarus est eam in rem Plutarchus, ubi de diluvio Deucalionis, in libro *Utrum animalia &c.* *Οἱ μὴ ἐν μυθολογίαι τῷ Δευκαλίονι φασὶ περιεργὸν ἐκ τῆς ἀρνακῆς ἀφαιμένῳ δὴλωμα ἡβῶσσι, χειμῶτος μὴ εἶσω πάλιν ἐδουμένῳ, ἰδίας ἔσπεπῆσσι Columbam ex arca emissam tempestatem Deucalioni significasse. Mythologi dicunt, cum intus remeabat, & serenitatem cum avolavit.* Quin & Onirocriticos Arabes τῷ ἰκστη *Wasfen* id est, palumbi tribuere ideum quod columbæ Moses, docet ex Damire Arabico scriptore D. Bochartus Hierozoïci parte 11. p. 31, jam & folii olivæ à columba relati memoriam apud Gentiles remansisse, vel id unum efficaciter arguit, quod termitem pacis symbolum variæ gentes usurpârunt, uti jam supra commemoravimus.

**XLIV.** Unum adhuc velut in œmulum addere lubet, quod de Americæ partibus, Cuba, Mechoacana, Nicaragua narrant testes ἀνέγκοι Josephus Acosta & Antonius Herrera, apud eas diluvii animalium servatam esse memoriam: quin & diluvii ipsius in ea parte, quæ nunc Castella au-rifera vocatur. De Peruvianis & Mexicanis etiam aliorum testimonia in procinctu sunt, Augustini Coratzæ, & Lupi Gomarez. Quorum ille scribit, Peruvianos tradere terras eas omnes aquismersas latuisse, periisse homi-

nes exceptis paucis, qui in lignea vasa se receperunt, velut naves: ibi com-  
 meatu proviso egisse, donec aquæ decreverent & abirent, quod indicio  
 canum collegerunt: quos foras identidem emittebant, & cum madidi à  
 natatu redirent, sciebant aquas superesse; cum denique sicci, deesse.  
 Hic Gomara Mexicanos tradere scribit *quinque soles ad hoc ævi luxisse. Et  
 primum illum aquis periisse, unâque cum eo homines & quicquid in terris esset.*  
 Hæcque illos picturis & notis prodita ab antiquo habere. Quod si nupero  
 Jesuitæ Martino, Martinio fides historiæ suæ Sinicæ constat, ipsi etiam  
 Sinenfes Noëticum diluvium pro comperto habent. Testatur enim is lib.  
 1. Historiæ Sinicæ pag. 13. Sinensem de diluvio historiam non multum  
 à Noëtico abesse, quippe quæ quater mille circiter annis vulgarem Chri-  
 sti epocham prægrediatur.

## EXERCITATIO XIX

DE

## PALINGENESIA MUNDI.

## Breviarium.

*De Palingenesia mundi opiniones Gentilium imprimis Stoïcorum. Annus  
 magnus. Ratio hujus παλιγενεσίας ex eorum mente. Ἐγκύκλιος  
 κείμενα. 1. Vera mundi Palingenesia ex scriptura ostenditur duplex,  
 altera post diluvium, altera sub finem mundi. Argumentum exer-  
 citationis. 2. Palingenesiæ occasio sacrificium Noë. Illud fuisse  
 partim ἱλαστικὸν partim ἑυχαριστικὸν. Non fuisse deprecatorium alius  
 instantis diluvii, ostenditur contra Josephum. 3. Cuius holocaustum  
 Noë Deo obtulerit? Ejus rei corruptio apud gentiles in historia Pro-  
 methei. 4. An ante diluvium usus fuerit altarium? Mysterium al-  
 taris. 5. Sacrificii Noëtici acceptatio. Quia τὸ ἄρωμα odor quietis?  
 Quid fuerit in sacrificio Noëtico Deo odor quietis? 6. Decretum Dei  
 de exitio per maledictionem mundo non amplius importando. Aben-*

ezra



ezra notatus, qui maledictionem, quæ propter peccatum Adami incubuit, hic sublata putat. Conciliatur cum hoc decreto comminatio conflagrationis ultimæ. An in decreto hoc fuerit juramentum? An duplicatus sermo loco juramenti? 7. An figmentum prævum hominis fuerit causa, ob quam Deus promissit se non amplius maledicturum terræ? 8. מַלְאָכִים רַר מַלְאָכִים à pueritiis. Græci & V. J. מוֹתֵי. Adolescentia מוֹתֵי. Quando incipiat ex meque Hebræorum? An malum figmentum Deus imposuerit materiæ? Menassis ben Israel sententia de origine figmenti mali discutitur. Adigitur ad confessionem peccati originalis. 9. Promissio explicata de conservando naturæ ordine. Syzygiæ quatuor. Quid מוֹתֵי? Ovidius notatus; statuens perpetuum sub Saturno ver fuisse. 10. Aternales reserati. Quid מוֹתֵי? 11. Benedictio Dei pertinens ad generalem Palingenesiam explicata. 12. Quòdnam semen fuerit Palingenesiæ? ἀποκατάστασις hominum rejectus. Cur Deus mundi semina in arca conservare, non potius de novo creare vel ex mortuis suscitare voluerit? 13. Palingenesia hominum in statu æconomico. Subjectio animalium, & dominium in ea hominis. Gentilium de ea subiectione testimonia. 14. An monoceros, Behemot & Leviatan dominio hominum sint exempta? De iis loca Jobi illustrata. 15. Animalium victus. Quæ ratione Deus in familia hominum prospexerit societati tum conjugali tum herili? 16. Restauratio hominum quoad statum Politicum. Hebræorum explicatio legis Dei contra homicidas discutitur. 17. Grotii de eadem lege sententia proponitur & refutatur. 18. — 22. Jus Rhadamanti. 18. Jus talionis à nullo privato administrari potuisse ostenditur contra Grotium. 19. Ante diluvium supplicia capitalia an fuerint in usu? Respondetur ad exemplum Caini ob cædem fratris exilio multati, necnon Lamechi. 20. An post diluvium usque ad legem Moysis, privati jus talionis exequi poterint, idque probeatur ex lege Dei contra homicidas? Vindices sanguinis, seu proximos cognatos occisi non debere privatos censeri probatur. 21. Vera sententia legis Dei contra homicidas cruciatur. Institutio judiciorum. 22. Cum homo peccator imaginem Dei amiserit,

lixè nobis exposuit Eusebius de Præparat. Evangel. lib. xv. 19. Περὶ το-  
σῶτο ἡ ἀναστρέψασαι τὸν κόσμον, καὶ κοινή φύσις μίξιν καὶ πλείων ἡμετέρη, τή-  
λθ' ἀναστρέψασαι πᾶν τὸ, καὶ εἰς ἐκείνῳ ἀναλαμβάνουσι ἐν τῇ πύλῃ ἡστέ γδ, ἔπαυ  
ελλῶσα. εἰς τὸ πᾶσι τὸ ῥηθέν τὸ λόγον, καὶ εἰς τὴν ἀνάστασιν ἐκείνῳ τὴν ποιούσαν  
ἐναντιὸν τὴν μίξιν, καὶ ὃν ἀπ' αὐτῆς μόνης εἰς αὐτὴν πάλιν γδ ἡ ἀποκαταστάσις.  
ἐπανελθούσῃ, καὶ τῶν τῶν, ἀφ' οὗτος ἀνακοσμοῦν ὁσίου ἡρεσάτω, καὶ λόγον πάλιν  
ἢ αὐτῷ διεξαγαγῆναι ποιήσει, τὸ πᾶσι περὶ οὗτος εἰς αἰδίου γαμομένων ἀκατα-  
στάσις.

Posteaquam, inquit, eo usque progressa est ratio communis, commu-  
nisque natura non à magnitudine, ac novis incrementis aucta, res demum ex-  
ficcavit, atque in seipso recepit universus; in seipso constituitur integræque sub-  
stantiæ; quippe quæ ad principem illam; ut appellatur, rationem, atque ad  
resurrectionem illam magni effectricem anni redierit: quo quidem anno, ex ea  
sola in eandem rursus restauratio fieri consuevit. Ad eum porro statum revocata,  
eodem prorsus ordine, quo jam ante Mundum similiter ornate cæperat, eandem  
iterum, quo modo ratio postulat, rerum dispositionem atque administrationem  
instauravit, ejusmodi conversionibus ex omni æternitate ac sine ulla cessatione re-  
deuntibus. Rationem verò hujus παλιγγενεσίας ex mente Stoicorum reddit  
Eusebius, quia mundus cum ortu careat, etiam interitum nullum sit habi-  
turus. Proinde necessum esse, ut post corruptionem sive per aquam sive per  
ignem denuo restitatur in integrum. Proinde sustinet Stoicis, posse mun-  
dum propter hanc παλιγγενεσίαν corruptibilem & incorruptibilem dici, di-  
verso sensu. Id explicat ex eorundem sensu Philo Judæus Περὶ ἀφθαρσίας τῆς  
κόσμου. Cujus verba: Δύναται ἢ καὶ τὸς Στωικούς ὁ μὲν τις κόσμος ἀίδιος ὁ ἢ τις  
φθαρτός λέγεσθαι. Φθαρτός μὲν ὁ καὶ διακόσμησι. ἀίδιος ἢ ὁ μετα τῆς ἐκπύρωσις πα-  
λιγγενεσίας καὶ περιόδου ἀθανάτησιν ἀίδιοι τε ληθόμενοι. Potest juxta Stoicos  
alius mundus dici corruptibilis, incorruptibilis alius. Corruptibilis ille, qui  
novum ornatum accipit. Incorruptibilis seu æternus, qui Palingenesiæ & perio-  
dis nunquam cessantibus fit immortalis. Seneca eandem παλιγγενεσίαν in dilu-  
vio suo explicat Natural. quæst. lib. 111. 30. Rejeleus è nostris sedibus in  
sua secreta pelletur Oceanus: & antiquus ordo revocabitur. Omne ex integro  
animal generabitur, dabiturque terris homo inscius scelerum, & meliortibus  
auspiciis natus. Sed illis quoque innocentia non durabit, nisi dum novi sunt. Ci-  
tè nequitia subrepsit: virtus difficilis inventu est, rectiorem ducèmq; desiderat.  
Etiam sine magistro vitia discuntur. Eandem illam omnium rerum restitu-  
tionem ἀναβάσις vocat Basilus Cæleriensis in Hexaëti. orat. 3. Et Marcus  
Antoninus Imperator Στωικῶς τοὺς ἀνάστασιν ἀνακοσμοῦν ἀνακοσμοῦν ἀνακοσμοῦν ἀνακοσμοῦν ἀνακοσμοῦν  
per intervalia certa renovationem. Quæ subjicit, nisi fallor; intelligenda  
sunt

sunt de circulatione mundi, quam alibi ἐγκόκλια κόσμῳ vocat scitissimus author. Θεορεῖ, inquit, ὅτι ἄδεν νεώτερον ὕφονται οἱ μετ' ἡμᾶς, εἰδὲ θεολόγον ἔιδον οἱ περὶ ἡμῶν, ἀλλὰ τρέπον τινα ὁ πασαρχοντάτης, εἰάν νῦν ὀποσον ἔχη, πᾶν τὸ τὰ γενέσθαι, καὶ τὰ ἐσθμῶα εἰσραχε καὶ τὸ ὁμοειδὲς *Vides sapiens animam, quod nihil novi visuris sint posterī nostri, sicut nec amplius quicquam videntur antecessores nostri, sed ita fit quodammodo ut quadraginta annos qui egerit, mentem modo aliquam habuerit, & res gestas animadverterit, ex uni formitatis ratione, & præterita & futura viderit.* Sed quæ sit futura post hanc renovationem mundi rerum facies, ex sententia Stoicorum explicat Origenes contra Celsum lib. v pag. 245. Τῶν γὰρ ἀστέρων, inquit, κατὰ ἴνας θεοειδὲς πεπαγμένας τὰς αὐτὰς ἀνημαπίζουσ καὶ χροῖσας πρὸς ἀπλήλους λαμβανόντων, πᾶντα τὰ ἐπι γῆς ὁμοίως ἔχου φασι ποῖς ὅπε τὸ αὐτὸ χῆμα τὸ χροῖσας τὸ ἀστέρων θεοειδὲν ὁ κῆρυμ. Ἀνάγκη ποῖνω καὶ τῶπον τὸ λέγον, τὸ ἀστέρων οἱ μακρῶς θεοειδὲν ἐλθόντων ἐπι τὸ αὐτῷ χροῖσας πρὸς ἀπλήλους, ὅποιαν εἶχον ἐπι Σωκράτους, πάλιν Σωκράτη γῆραδ ἐκ τὸ αὐτῶν, καὶ τὰ αὐτὰ παθεῖν, κατηγορέμῃον ὑπὸ Ἀντύ καὶ Μελίτη, καὶ καταδικαζόμενον ὑπὸ τῶ ἐξ Ἀρείου πάγου βυλλῆς. *Ajunt statim annorum circulis, stellas ad eandem quam olim habuerunt configurationem & inter se respectum recurrere, & inde in terra quoque eandem rerum faciem necessariò consequi, qualis ante aliquot secula sideribus in simili statione dispositis fuerat. Necessè est igitur sideribus ex longo intervallo ad eandem stationem reversis quam tenebant Socratis ætate, rursum Socratem nasci patique eandem quæ ante passus est, eisdem Anyto Melitòque accusantibus, eisdemque Areopagitibus damnantibus.*

II. Cùm igitur rerum omnium conversionem & παλιγενεσίαν successuram post diluvium & conflagrationem Gentiles ac inprimis Stoici Philosophi cognoverint; tamen quando utraque illa παλιγενεσία facta vel futura sit, & qualis omnino illa, quotiesve processura sit, solide ignorarunt. Hoc verò totum nos ex verbo Dei, in quo ejusmodi memorabilium rerum historia infallibili testimonio consignata reperitur, felicissimè discimus. In eo nobis describitur gemina παλιγενεσία, ἀνάστασις, ἀποκατάστασις, ut terminis utar scripturæ, qui extant Matt. xix. 28. Act. iii. 21. xvii. 18. Altera quidem & posterior successura proximè τῆ συντελείᾳ τοῦ κόσμου, consummationi mundi, postquam Coeli & terra quæ nunc sunt & igni servantur, conflagraverint, quos excipient novi Coeli & nova terra juxta promissum Dei, in quibus justitia habitabit, 2. Pet. iii. 7. 10, 12, 13. Altera & prior illa, quæ proximè infecuta est Cataclysmum, seu interitum universalem mundi per aquas. Cùm igitur diluvii historiam expederimus, rectè ducimur ad Palingenesiam mundi explicandam. In

quo

quo instituto eum delectum habebimus, ut primò quidem restitutionem & reparationem universi, postea reparationem hominum, eorundemque restitutionem in integrum perpendamus.

III. Palingenesiæ universi occasio Deo data est per Noam, quam primùm is cum comitatu suo pedem, jubente ita Deo, ex arca retulit. Statim enim עָרַב נֹחַ מִכָּל הַחַיָּוִת וּמִכָּל הַבְּהֵמָה הַשָּׂמַיְמָה וּמִכָּל הַיָּם וּמִכָּל הַחַיָּוִת יָרַד עִיֵּר עִיֵּר בְּיַד נֹחַ אֲשֶׁר בָּרוּךְ הוּא  
*Ædificavit Noë Deo altare, tulitque ex omni animali mundo, & ex omni volatili mundo, obtulitque holocausta in altari illo.* Gen. VIII. 20. Est in hoc opere Noë conspicua ejus singularis fides & pietas erga Deum. Egressus ex arca nihil prius, antiquius nihil habet, quàm ut Dominum & Sospitorem suum recognoscat. Non eum sollicitant curæ rerum temporalium, non victus, non habitationis futuræ. Primò Deum, & regnum ejus ac justitiam quærit, & primitias operum suorum Domino consecrat. Igitur altare struit, & Deo holocausta immolat. Quâ re primò fidei suæ in Christum futurum Sospitorem, certissimum indicium dedit. Is enim solus sacrificium est bonæ apud Deum fragrantia, & in quo Deus beneplacitum habet. Hinc Christus, qui semetipsum tradidit pro nobis oblationem, dicitur factus *θυσία τῷ θεῷ ἵς ὁσμῶν ἰουδαίας* *vilima Deo ad odorem bonæ fragrantia*, Ephes. v. 2. Planè uti sacrificium Noëticum hoc loco dicitur Deo fuisse *עָרַב עִיֵּר ὁσμῶν ἰουδαίας*, quomodo Græci interpretes reddunt. Ex quo vel solo constat Noam sacrificasse fide in Christum, & non tam fiduciam habuisse in beneficio pecorum, gnarum Dei esse mundum & plenitudinem ejus; quàm in futura illa oblatione Christi, agni mactati ante jacta fundamenta mundi. Proinde perspicuum est, Noam sacrificium hoc testificatum esse, mundum restitui propter Christum, semen mulieri promissum; propter eum se in arca conservatum: eum mundi credentium unicum esse Goël assertorem & Sospitorem; ejus beneficio se conservatum in hac vita, & melioris vitæ participem futurum; eum sibi reliquisque credentibus promissum in plenitudine temporum venturum, & sacrificio unico consummaturum eos omnes qui sanctificantur. Hactenus igitur sacrificium ejus fuit *ἱλαστικὸν propitiatorium*, quo is conscientia suæ consolationem quæsit; id quod ex acceptatione Dei, de qua postea, luculentius apparebit. Secundò gratitudinem animi sui erga Deum Sospitorem suum claro hoc testimonio demonstravit, Deus eum liberaverat ex universali totius orbis exitio. Erat igitur cur arcam egressus beneficentiam Dei singularem & stupendam toto pectore agnosceret: neque rectius agnoscere potuit quàm ejusmodi foteria Deo immolando. Fuit igitur sacrificium illud non propitiatorium duntaxat, sed etiam eucharisticum. Addit Joseph,

phus Noæ sacrificium fuisse deprecatorium alius diluvii, quod ipse extimere visus fuerit. Verba ejus sunt Antiq. lib. 1. cap. 4. Νῶχ<sup>ος</sup> ἢ Φοβέμενος μὴ κατ' ἕκαστον ἐτ<sup>ος</sup> Ἐπιπλῦξ ἢ γλιῶ ὁ Θεὸς φησὶν ἀνθρώπων καταψήφισίμου ἑρρείαι καύσεις ἐδέτο ἔλοιπ<sup>ον</sup> ἢ Θεὸν Ἰθὶ τ<sup>ῷ</sup> πρῶτης μένειν εὐταξίας καὶ μηδὲν Ἰθὶ ποῶτον ἐπεινεγκεῖν πάθ<sup>ος</sup> ἢ φ<sup>οβ</sup> ἢ κινδυνεύσει πᾶν ἄσπολιέσθαι τ<sup>ῷ</sup> ζῶων γέν<sup>ος</sup>, ἀλλὰ π<sup>ο</sup>νηρημένων τῆς πονηρῆς Φειδωπιήσασθαι τ<sup>ῷ</sup> ἄφ<sup>ρον</sup> χρηστ<sup>ῶ</sup> ἐλελειφθέντων, καὶ τ<sup>ῷ</sup> δένδρ<sup>ος</sup> ἄφ<sup>ρον</sup> φυγῶν κεκελεμένων. Κακοδαίμονες εἰς τ<sup>ῷ</sup> τῶν ἐσθλαμ σκάνων καὶ χειρον καταδεδοκαμύνας, εἰ μὴ σπ<sup>ασ</sup> τ<sup>ῷ</sup> παντῆρες εἰεν σπουδ<sup>ως</sup> τ<sup>ῷ</sup> τ<sup>ῷ</sup> π<sup>ο</sup>νηρῶν ἢ ἐπ<sup>ε</sup>ρῶν κατακλιμῶν π<sup>ο</sup> μὴ π<sup>ο</sup> τ<sup>ῷ</sup> φ<sup>οβ</sup>ον καὶ ἢ ἰσ<sup>τ</sup>ερίαν παθόντες, ἢ δ<sup>ο</sup> δ<sup>ο</sup> π<sup>ο</sup>νηρῶν ἢ ἀπώλειαν. Ευμῶς τε ἂν αὐτὸν σπ<sup>ασ</sup> δέχεσθ<sup>αι</sup> ἢ ἰσ<sup>τ</sup>ερίαν παρεκάλ<sup>η</sup> καὶ μηδ<sup>ε</sup>μίαν ὀρ<sup>η</sup>σ<sup>αι</sup> ἐν (lege Ἰθὶ) ἢ γλιῶ ὁμοίαν λαθεῖν, ὅπως τε τ<sup>ῷ</sup> τ<sup>ῷ</sup> ἐργοῖς τ<sup>ῷ</sup> τ<sup>ῷ</sup> π<sup>ο</sup>νηρῶν σπ<sup>ασ</sup> σπ<sup>ασ</sup> π<sup>ο</sup>νηρῶν ἐπ<sup>ε</sup>ρῶν ἀναστ<sup>ῶ</sup> π<sup>ο</sup>νηρῶν ἐνδ<sup>ο</sup> αἰμόνως ζ<sup>ῶ</sup>ν ἔχοιεν. Ἐ μ<sup>η</sup> δ<sup>ο</sup> τ<sup>ῷ</sup> π<sup>ο</sup>νηρῶν ἐπ<sup>ε</sup>ρῶν ἀπ<sup>ε</sup>π<sup>ε</sup>ρ<sup>η</sup>σ<sup>αι</sup> ἢ ὑπερῶν ἀγαθῶν, εἰς μακρόν τε τ<sup>ῷ</sup> τ<sup>ῷ</sup> π<sup>ο</sup>νηρῶν ἐβ<sup>ί</sup>β<sup>η</sup> μ<sup>η</sup> κα<sup>ὶ</sup> ὁμοίον τ<sup>ῷ</sup> τ<sup>ῷ</sup> π<sup>ο</sup>νηρῶν ἐπ<sup>ε</sup>ρ<sup>η</sup>σ<sup>αι</sup> ἢ μ<sup>η</sup>δ<sup>ο</sup>ι. *Nochus autem metuens ne Deus quotannis terram inundaret, hominibus ad exitium damnatis, incensivicinis precabatur, ut in posterum infisteret primarum habitudini, nullamque amplius tantam induceret calamitatem, per quam universum genus vivens in periculum salutis adduceretur, sed puniis sceleratis parceret ob benignitatem superstitibus & judicio suo absolutis, ut interitum effugerent. Hos enim illis fore infortunatiores & gravius damnatos, nisi omnino salvi essent, sed servarentur alteri diluvio ut prioris metum, & spectaculum perpeffi, secundi autem interitum. Orabat igitur, acciperet sacrificium propitiis, neve posthac tantam adversus terram conciperet iram: quo eam suis operibus exercentes, urbibusque conditis feliciter vivere possent, neque carerent illis, quibus ante inundationem fruebantur commodis, ad longam senectutem & ævum simile superioribus pervenientes. Verum terroris à Noa concepti nullum vestigium extat. Et noverat satis, diluvium grandes & fonticas causas habuisse, minimè quotannis locum habituras. Præterea qui gratiam invenit in oculis Dei, ut diluvio mundum infestante in arca conservaretur, quomodo metu tali pleno servitutis abjectæ capi potuit? Nihil igitur hoc Josephi commentum utimur.*

IV. Sacrificasse Noam non θελον<sup>τα</sup> seu voluntario cultu verum ex Divina institutione, satis patet ex iis, quæ haud semel jam dicta sunt de sacrificiis Patriarcharum. Quibus singularis hæc ratio accedit, quod Deus, qui in mandatis dederat, ut ex puris animantibus septena in arcam introduceret, haud dubiè ei, rei illius causam exposuerit, nimirum sacrificiū post diluvium offerendi necessitatem. Porro nec hoc mysterio caret, quod in altari extructo sacrificavit τ<sup>ῷ</sup> τ<sup>ῷ</sup> ὀλοκαύτωσιν, holocausta. Holocausta enim significationem habuerunt vel amoris illius, quo Deum supra omnia

nia

nia tenemur diligere, & ei nos totos consecrare: vel expiationis hominis, qui eum amorem non præstat, & contra multis peccatis faciendis & bonis negligendis legi Divinæ contrariatur. Quorum utrunque est in Christo, qui non tantum perfecte Deum amavit, sed etiam eos, qui per peccatum rei sunt facti mortis, expiavit totos & sacrificavit ita, ut & ipsi toti charitate erga Deum flagrent, & se ac sua omnia Deo offerant ad nominis sui gloriam consumenda. Cæterum sacrificii illius Noëtici memoria etiam ad Gentiles pervenit mediâ traditione veterum, sed hactenus depravata, quod pro holocaustis pacifica substituit, sive talia, in quibus pars extorum præfecta, quæ & *præscium*, vel *proscium* inde dicta, ut aræ porriceretur sive porrigeretur, pars consumpta ab iis, qui sacrificio intererant. Hunc enim morem à Prometheo, hoc est, Noa originem duxisse volunt, cum antehac tota hostiarum & illibata viscera igne consumerentur. Verum nec ejusmodi sacrificium Noëticum hoc fuisse, ostendit Moses, qui *חֹלֶבֶת* holocaustum vocat; nec sola holocausta ante diluvium fuisse alibi nos demonstravimus.

V. Cùm in Noëtico hoc sacrificio primum mentio fiat *זבֹּחַ* seu altaris, quod ille extruxisse dicitur, visum est multis, altarium usum non ante diluvium cœpisse, & nunc demum à Noa institutum esse. Verum ut ita concludant, rationem non habent. Quamvis enim Habel sacrificans altare ædificasse non legatur, tamen in altari eum vel Adamum sacrificasse, & quidem mandante Deo; atque ita fecisse etiam eos, qui postea rem divinam fecerunt; dubium est nullum, quia nec Noë nunc demum ædificandi altaris mandatum Divinitus accepisse legitur: & altaris usus mysterium habuit, *ὑψώσεως* seu exaltationis Christi, quo antediluvianorum sacrificia caruisse non sit credibile. Sicut enim aris & altaribus victimæ exaltabantur ut Deo devotæ, & in iis typicam sustinebant maledictionem, quâ sibi benedictionem quærebant offerentes. Sic in ligno crucis facta est illa exaltatio Christi, quâ ipse factus *κατάρα* maledictio, se ipsum pro nobis sanctificavit & benedictionem nobis acquisivit. Inde est, quod & Christum haud obscure nostrum altare fecit Paulus Hebr. XIII. 10. *Habemus altare, ex quo comedere non possunt illi, qui tabernaculo inserviunt.* Non igitur altaris inventor est Noë, sed potius exemplum secutus est eorum, qui eum præcesserunt; imò morem jam pridem ex Divina institutione molitum. Quæ verò fuerit materia altarium ante legem, an vel terra vel lapides impoliti, quæ duplex altarium materia sub lege fuit in usu; defini non potest. Chrysostomus homil. 27. fortassis non malè vocat *ἑσθιασθῆλον ἐκ ἐθιασθῆμενον*, altare tumultuaria operâ constructum.

VI. Sacrificium Noæ, & magis etiam animum ac fidem sacrificantis Deus benignissimè accepit. Nam ירוח ארת ריח הנוח *ωσφραγίνθη Κύμα* & Θεός ὁσμὴν ἰσώδης *odoratus est Dominus odorem quietis*. Cùm nec sensus odoratus in Deum incorporeum cadat, & odor sacrificiorum seu carniùm combustarum per se ingratus & insuavis *ὁσμὴ ἰσώδης odor bonæ fragrantia* esse nequeat, palam est, locutionem hanc metaphoricam esse, & petitam ex humani sermonis imitatione. Homines enim delectantur & recreantur iis quæ sunt ἰσώδη; contra τὰ δυσώδη sunt iis ingrata, ab iisque refugiunt, quia olfactum lædunt, bilem cient & ad iram provocant. Sic Deo gratus odor est ejus rei, quæ unicè delectatur, in qua beneplacitum habet. Notat igitur odoratus ejus acceptationem oblatæ hostiæ, & delectationem, quam in ea habuit. Unde meritò Chaldæus reddidit: וקביל יהוה ברשאיר קרבניה *Et suscepit Deus cum beneplacito oblationem ejus*. Vox porro ירוח est, uti bene Abenezra מלשון מנוחה וחירות כפול *eadem cum quiete, quiete, & Chesb duplicatum est, sicut alibi Pe*. Odor igitur quietis id est, in quo Deus acquiescit. Rursum Abenezra כחוקף הרח שחניו והסגים *sensus est, quòd odor ille Deum quiescere fecerit ab indignatione*. In qua autem re putamus hîc Deum acquievissè? Non sanè in fumo combustarum carniùm, qui nec suavis est per se, nec si talis foret, Deum utpote incorporeum afficeret. Fuit igitur ὁσμὴ ἰσώδης in animo & fide sacrificantis. Fides autem sacrificantis respexit Christum tum temporis sponsorem, & sui oblatione quondam expiatorum peccata hominum. Hoc igitur solum Deo placuit, in hoc solo ejus ἰσώδης beneplacitum, quies, acceptatio fuit. Sumus enim Deo gratus odor in Christo, Filio dilectionis. Cætera omnia, qualia sunt falsa justitia, fiducia in operibus vel ritibus etiam Divinitus mandatis, absque hac fide in Christum, δυσώδη sunt & nausea Deo, haud secus quàm si σκώλακα forent.

VII. Eadem illa paterna Dei gratia, favor & acceptatio, quæ amplexus est Noam fidem suam in Christum sacrificii religionè exercitantem, describitur nobis ut causa reparationis mundi, quòd id ante omnia consistet, Deum propter solum Christum in quo acquiescit, pepercisse mundo, ne æterno exitio damnaretur. Nam postquam Deus odoratus esset odorem quietis, יאמר יהוה לבו כח אסף לקלל עור את הארצה בעבור האדם כי יצור לב האדם רע כנעורו ולא אסף עור להכרת את כל חי כאשר עשיתי עור כל ימי הארץ ורע וקצר וקר והם Dixitque Jehova in corde suo: Non addam ut maledicam ultra terræ propter hominem: quia cogitatio cordis hominis mala est à pueritia sua: neque addam ultra ut percussiam omne vivens quemadmodum feci. Adhuc omnes dies terræ, sementis & messis, frigusque & æstus, nec-

non

non æstus & hiems, dies quoque & nox non cessabunt. Duo hic sunt, pertinentia ad generalem Palingenesiam seu restaurationem mundi. Prius est decretum & promissio Dei de exitio universitati mundi deinceps non importando v. 21. Posterius de ordine naturæ in hac universitate deinceps gratisè conservando v. 22. Prius est in his verbis: *Non addam ut maledicam ultra terræ propter hominem: quia cogitatio cordis hominis mala est à pueritia sua: neque addam ultra ut percutiam ultra omne vivens quemadmodum feci.* Promittit Deus nunquam se commissurum deinceps, ut similis maledictio, quali mundus tempore diluvii obnoxius fuit, terræ incumbat propter hominem. Hominis peccatum & vanitas acceleravit perniciem omni viventi, quod per aquas extinctum est, & terræ ipsi vastitatem ac desolationem. Hæc illa erat maledictio terræ, à qua cum imposterum securum esse jubet genus humanum, clarè significat, ab ejusmodi exitio nec terræ, nec animalibus, nec hominibus imposterum omnino metuentum esse; proinde procul omni metu multiplicationem sui & incrementum procurent. Non placet Abenezra, qui maledictionem terræ, cujus hic meminit Deus, interpretatur illam ipsam, quâ Deus propter peccatum Adami terræ maledixit. *לֹא אֶמַךְ עוֹר לְקִלְיָל כְּאִשֶׁר קִלְיָל, וְסִיֵּם* inquit, *עַל יַד אָדָם כִּי בֵן כְּתוּב אֲרִוּרָה הָאֲדוּמָה* *sensus est, non addam amplius maledicere terræ sicut illa maledicta est propter Adamum, sicut scriptum est: Maledicta esto terra.* Etenim per promissionem hanc Dei non est sublata vel revocata generalis illa maledictio terræ, quæ post peccatum Adami incessit. Nam maledictionis primæ effectus hodieque durant, & durabunt usque ad redemptionem filiorum Dei, cujus *ἀπαλάττω* anxie expectat omnis creatura vanitati constanter subiecta propter eum qui eam subjecit, *Rom. VIII. 19, 20.* Itaque & terra non nisi subacta fert fructus, & ubi non subigitur, spinis ac tribulis miserè luxuriat. Quæ primitivæ maledictionis certissima sunt vestigia. Proinde non simpliciter Deus dicit: *Non maledicam, non percutiam ultra;* sed addit *עַשִׂיתִי כְּאִשֶׁר עָשִׂיתִי* *sicut feci*, nempe per diluvium in universali hominum deletionem, quæ immediatè acciderat. Neque etiam promissioni huic adversatur comminatio illa, quæ extat apud Petrum, de mundo hoc per conflagrationem perdendo sub finem mundi. Nam conflagratio illa universitatis nec fiet maledicendo, nec propter hominem, quomodo factus est interitus mundi per diluvium; sed propter conversionem, lustrationem & mutationem rerum omnium in melius, adedque propter futuri seculi statum, in quo *χρῆμα* seu figura hujus mundi non amplius locum habet. Præterea Deus negavit se perditurum deinceps mundum, nempe per diluvium; uti ex *Genes. IX. 11.* colligitur



ligitur. Non obstat igitur huic promissioni comminatio finis mundi & instantis proximè conflagrationis rerum omnium. Porro quia Deus bis dixit: לא אדם non *addam*, concludunt in tractatu *Schebuoth*, teste Jarchio, quòd Deus hic *improbitates*  $\delta\epsilon\alpha\alpha$  medio juramento promissionem suam confirmaverit. Verba Jarchii ככל הדבר לשמוע הוא שבהוב אשר נשבעתי כיגור כי גור ולא סגנו ברה שבעתי אלה וזשככל דברו והיא שבעתי וכן רדשו חכמים ככסכתו שבעתי *Sermo duplicatus indicium habet juramenti, sicut scriptum est* (Esa. LIV. 10.) *ut juravi non transisturas amplius aquas Noachi per terram. Neque tamen alibi invenimus juramentum quàm hoc loco in sermone duplicato. Et hoc juramentum est, sicut tradunt Sapientes in tractatu Schebuoth.* Sanè intercessisse Dei juramentum luculenter confirmat Esaias. Verùm in duplicato sermone juramenti mysterium subesse non adfieverim. Duplex illa locutio, non *addam*, duplicem ostendit reparationem, nimirum tum terræ antea maledictæ, tum omnis viventis in terra. Potius juramentum Dei inest fœderi Dei cum Noacho per sacramentum iridis confirmato, de quo infra dicendi locum habebimus.

VIII. Promissionis illius de exitio universitati mundi deinceps non accelerando causam externam, quam procatarteticam vocant, multi collocant in verbis Dei: *quis cogitatio cordis hominis mala est à pueritia sua.* Magna inde dubitatio torfit eruditos, quomodo Deus qui ob figmentum cordis hominum omni die malum, diluvium mundo immisit, uti videre est Genes. vi. 5. nunc eadem illâ causâ, nimirum figmento cordis hominis à pueritia malo commoveatur ad parcendum deinceps mundo, & eum benignissima promissione perpetuæ securitatis reparandum? Hic sanè ex eadem causa contrarii effectus fluere videntur, quod indicium foret haud constantis propositi. Præterea in universum quomodo Deus inductus est ad parcendum mundo, eò quod figmentum hominis malum esse à pueritia consciverat? Cùm hæc ipsa causa potior fuerit suadendis omnis generis malis & suppliciis. Verùm omnis illa disputatio iudicio meo supervacanea omnino est, quia non promittit Deus, se homines in integrum restitutum, hanc ob causam, quia figmentum cordis ejus malum à pueritia, sed id promittit, se partim non maledicturum terræ propter hominem, cujus videlicet figmentum malum est à pueritia, partim non percussurum omne vivens, quale est homo, animal. Prondè illa particula *כי* nec *causalis* est, uti communiter existimatur, nec *adversativa*, uti Junius & Rivetus accipiunt, sed exegetica explicans id quod erat in homine cujus intuitu Deus terræ maledixit. Non igitur in verbis Dei est causa externa seu procatartetica, ob quam parcere constituerit homini, uti malè explicant,

plicant, sed est remotio illius causæ, quæ maledictionem terræ inexit, nimirum peccati & figmenti humani. Quia vidit Deus, quod multa esset malitia hominum in terra, quodque omnis imaginatio cogitationum cordis eorum tantummodo sit malum omni die, statuit & hominem excindere, & maledicere terræ, ut videlicet aquis diluvii miserè vastaretur & desolaretur. Quamvis autem post diluvium malitia figmenti cogitationum humanarum non cessatura esset, tamen eadem illa malitia perseverans desit esse causa talis effectus, nimirum maledictionis terræ. Idque omne ex liberrima Dei voluntate fluxit, cujus judicia sapientissima modo ad severitatem justam, modo ad misericordiam flectunt. Severitatis quidem fuit, quod propter peccatum humanum etiam terræ maledictio & vastities incubuit. At misericordiæ est, quod post gratam illam sacrificii Noëtici fragrantiam Deus iram suam in terram ipsam & animalia non obstante peccato hominis cohibebit. Utrunque Deo licuit. Neque ulla hic inconstantiæ labes, quando Deus utrunque, & severitatem strictam & misericordiam, sapienter, sanctè, prudenter, sine consilii semel initi mutatione exercet. Non obstat, quod viri docti heic urgent, explicationem quam posuimus, tollere præcipuum promissionis fructum, quæ hominibus data sit ad suam consolationem, non ad animalium exemptionem. Nam primò fructus is est promissionis, quem promissio continet. Atqui promissio, quâ Deus recepit, non additurum se ut maledicat terræ propter hominem, cujus figmentum inde à pueritia malum, non continuit fructum immediatè ad hominem redundantem. Deinde distinguenda est promissio, quatenus concernit terram, cui Deus non amplius maledicturus erat, & quatenus concernit omne vivens, quod Deus se universali clade deinceps percussurum negat. Prior pars promissionis solam concernit terram; posterior omne vivens, ac in primis hominem, cujus etiam restauratio tum in Oeconomico tum in Politico tum in Ecclesiastico statu in sequenti capite prolixius proponitur. Nempe hic de generali Palingenesia rerum omnium, non de speciali hominis agitur, uti supra monuimus.

IX. Cùm Deus hominis, propter quem imposterum negat se maledicturum terræ, & cordis ejus *hæc figmentum* pronuntiat esse *malum à pueritia sua*, explicat id ipsum, quod ante dixerat Genes. vi. 5. nimirum *figmentum cogitationum cordis hominum tantummodo malum esse omni die*. Quibus phrasibus humanæ naturæ per peccatum corruptio, & voluntaria depravatio, quæ cumulatis quotidie peccatis crescit, graphicè depingitur. Nam quod malum est *ἐξ ὀνύχων ἀπαλῶν à pueritiis* necdum prædomi-

nante ad patrandum actuale peccatum voluntate, id haud dubiè malum est propter corruptionem fontis seu naturæ. Emphaticam hanc vocem כנערי *a pueritiis suis* corrupere tum Græci tum vulgatus interpretes. Græci quidem transtulere ἐκ νεότητος αὐτοῦ. Est autem νεότης ætas media & pubescens. Suidas Νέων. Ὁ μᾶλλον ἡβόντων οὐ λέγει νέον ἀλλ' ἡλικίαν, ἀλλὰ καὶ μεσοτητιοῦ δίων νεωσὶ ἡβόντων. *Juvenem* Homerus vocat pubescentem. *Non vocat juvenem ob ætatem, sed ob ætatis medietatem, quasi dicas recens pubescentem.* Sic & V. V. *ab adolescentia sua.* Est autem adolescentia ætas pueritiam & infantiam conseqvens. Quantò rectius vocem נערים explicat Jarchius his verbis הרע כנערי אנו נתנו בו יצר הרע *statim ac excussus est ex visceribus matris suæ, posuit in eo figmentum malum.* Et Abenezra de fragilitate humana כנערי h. e. *ab eo tempore quo prodit è ventre suæ matris.* Notat igitur נערים primam ætatem hominis recens nati & vitam in infantia ac pueritia continuantia. Neque defunt etiam qui הרע יר doceant dominari homini statim post absolutam formationem foetus ante ipsam nativitatem. In Thalmude Cod. Sanhedrim quærit Antoninus ex R. Jehuda אימתי שו'טבאום השנית יצר הרע יצא או כשיר יצא *Figmentum malum à quo tempore obtinet dominium in hominem? an à tempore exitus? an formationis?* Respondet Rab. יצא : *ab hora formationis.* Sed malè Jarchius malum figmentum in homine recens nato positum à Deo innuit. Et Thalmudistæ ad verba illa Dei, quibus confitetur, figmentum cordis humani pravum esse à pueritia, adnotârunt יצא רעה פשימה *Pessima massa est, quam ipse pistor fatetur corruptam esse, quasi fateretur Deus abs se massam corruptam esse.* Qua in re Deum, qui neminem tentat, non citra blasphemiam faciunt autorem mali & tentationis ad malum. Nam הרע יר fatentibus ipsis Judæis notat concupiscentiam malam. Unde eandem vocem alibi explicant per præputium, figmentum immundum שו'טבאם oforem, uti videre est apud Buxtorfium in Lexico Thalmudico ad vocem יר. Puduit illius sententiæ Menassen Ben Israël, qui l. l. quætionem disceptat: *Quis tantum malum in animum introducat, & unde perversa illa inclinatio oriatur?* Respondet: *Ad hoc diluendum dicimus, hominem, cum corporeus sit, inque mundo terreno, ac corpore vivat, facile ab exterioribus objectis vinci, cum oculus & cor, juxta antiquos, duo peccati sunt proximes. res mundanæ, & hujus vitæ deliciae per se sint desiderabiles, hominem ad pejorem partem semper inclinari. Quemadmodum enim, ut Avicenna docet, membrum quoddam corporis, propria qualitate calidum, frigidum redditur vicinitate alterius membri sui naturæ frigidi; ita quoque homo, propter vicinitatem*

tatem mundi, ipse sit mundanus. Quamvis enim anima descendat in corpus & superiori mundo; nihilominus statim divini sui ortus obliviscitur, ac solum adhæret objectis visibilibus, & corporeis, propter quæ facile ad mundana inclinatur. Hæc est veraratio, ut arbitror, perversæ istius ac malæ inclinationis. Deinceps explicat, cur mala illa inclinatio in aliis major, in aliis minor sit. Et causas reddit, primam planetarum aspectum, secundam temperamentum, tertiam tum aeris ac regionis constitutionem quam quisque inhabitat, tum cibum & potum quibus utitur. Rectè quidem Menasse docuit, oculum & cor, duos peccati proxenetas hominem ad pejorem semper partem inclinare, & hominem adhærentem objectis visibilibus & corporeis facile ad mundana inclinari. Cæterùm expedire debuit ulterius, quæ causa sit, cur animus junctus corpori seducatur per objecta à sensibus representata, & ad malum potius quàm ad bonum omni die inclinet? Nam nisi fallor in altera & meliori vita nullum periculum erit hujus seductionis ad malum, quamvis & ibi corpus animo sit futurum conjunctissimum. Nempe aqua hîc hæsit Magistro, qui cum suis non agnoscit, homines omnes propter peccatum Adami subesse naturâ reatui mortis, & naturâ ac prima origine esse immundos & peccatores. Sed facile nunc est eum Judæum vel adigere ad peccati originalis confessionem, vel ad confessionem pejorem, nimirum blasphemix contra Deum tanquam autorem mali. Etenim fatetur Menasse, in animo hominis esse *רע רע* seu appetitum malum, & quidem *רע רע* à pueritia ejus, hoc est, ab eo tempore quo prodit à ventre matris suæ. Unde verò pravus is appetitus? A materia inquit, seu seductione corporis. Porro materia seu seductio corporis, & inclinatio animi ad sequendum corpus, vel, verbo dicam, status ille corporis & animi ad malum inclinans estne à Deo creatore necne? Si à Deo creatore est, oportet is per inexpressibilem blasphemiam statuatur author mali illius status, qui est in corpore & anima. Si non est à Deo, quæ alia ejus causa esse potest quàm peccatum Adami, quod & ipsum fecit reum mortis & peccatorem; & totam posteritatem propter communionem naturæ ab ipso derivatæ; & reatui & peccato involvit totam posteritatem?

X. Hactenus priorem partem vidimus promissionis Divinæ concernentis generalem mundi restitutionem, qua Deus promisit non futurum imposterum, ut similis *παροληθεία* mundo incumbat. In posteriori promissionis parte pollicetur Deus conservationem naturæ in eo ordine, quem ante diluviym tenuit. v. 22. *Adhuc omnes dies terræ, sementis & messis, frigusque & aestus, necnon aestus & hyems, dies quoque & nox non cessabunt.* In universum octo sunt, vel potius quatuor *συνέται* rerum per destinatas vi-

ces sibi succedentium, quarum continuationem & conservationem in natura promittit Deus. Prima sunt זרע וקציר *σπέρμα καὶ θερισμός*, *sementis & messis*, inservientes ordinariis actionibus hominum, quibus vitæ humanæ sustentandæ media procurantur. Secunda sunt קרח וקציר *ψυχὴ καὶ αἵμα*, *frigus & æstus*, quæ inserviunt constitutionibus temporum, puta quatuor תקופות conversionum seu vicissitudinum anni. Nam illæ constituuntur qualitatum illarum contrariarum dispositione. Tertia sunt קציר וזרע *θέρμος καὶ ἕλα*. Sic Græci malè. Non enim קציר notat *εἶς υἱοῦ*, sed potius hyemem. Non enim ver sed hyems opponitur æstati. Unde etiam קציר *frigus* notat proprium hyemi Proverb. xx. 4. Et apud Arabes etiam קציר *frigoris* notionem habet. Rectè igitur in Chaldaica paraphrasi pro קציר positum est כחום *hyems*. Porro Syzygia hæc significationem habet tempestatum anni, quæ hyeme & æstate varietatem maximam recipiunt. Quarta denique sunt זרע וקציר *dies & nox*, quibus minutæ partes temporum per vices labori & quieti consecratorum circumscribuntur. Et hæc quidem sunt, quibus naturæ ordo constanter conservatur, & absque quibus singulis, exiguum vel nullum fructum homini Cælum & terra suppeditabit; quin fieri non potest, ut vel ad breve tempus homo spiritum vitalem in hoc mundo trahat. Si enim deficiat tempus sementis, nulla erit messis. Si frigus cessaverit, cuncta æstu torrefacta pessumibunt. Si defuerit æstus, frigore cuncta obrigescent. Si nulla fuerit æstas, nec messi nec sementi locus supererit. Si cessaverit hyems, calore terra exiccabitur & reddetur infrugifera. Tolle diem, perpetuâ nocte squalebunt omnia. Tolle noctem, simul animorum, corporum, telluris recreatio & refrigerium evanescet. Hæc igitur vicissitudo potenti verbo, ac sapientissimo Dei consilio constituta vigit diluvium usque, quo tempore non mediocri damnum perpeffa est. Proinde Deus universitatem mundi ad pristinum vigorem revocaturus benignissimè promisit illarum vicissitudinum continuationem, sinè quibus omnis reliqua benedictio & promissio frustra fuisset. Scitè Ambrosius lib. de Noë & arca cap. 21. *Secundum litteram significatur his verbis, permanensura manentibus secundum institutionem Domini & statum suum incorrupta temporibus animalia. Nam cum corrumpuntur tempora, corrumpuntur etiam illa, quæ suis quæque temporibus generantur. Ergo tempora sunt quæ aut corrumpunt, aut conservant, prout ipsa sui habuerunt qualitatem. Ideoque annus ex contrariis ducitur, verè, autumno, æstate, hyeme: sicut harmonia cantilenæ permixtis gravibus & acutis videtur consistere. Sic ergo & mundus iste ex contrariis continetur, Aërè & terra, Igne & aqua. Nostra quoque corpora frigore & calore, humore & siccitate quendam naturæ ordinem servant. Nam si naturalis*

*turalis ordo & mensura confunditur, tunc necesse est sequatur interitus. Ergo certum ordinem temporum Dominus, remota confusione diluvii ad permanentiam mundi promissis servandam. Patet etiam hinc, quàm vana sint Poëtarum Schemata, fingentium, hanc temporum vicissitudinem non fuisse durante seculo aureo Saturni, sed perpetuum id temporis fuisse ver: alternam verò per vices successionem degenerante demum seculo orbi indutam esse. De qua re sic canit Ovidius lib. 1. Metamorph.*

*Jupiter antiqui contraxit tempora veris,  
Perque hyemes æstusque & inæquales autumnos,  
Es breve ver spatium exegit quatuor annum:  
Tunc primum siccis aër fervoribus ustos  
Canduit: & ventis glacies astricta pendit.*

Rectius nos ex Mose docemur, sicut retro diluvium ille alternantium temporum ac tempestatum ordo vixit, ita eundem post diluvium ad finem usque mundi per Dei gratiam perennaturum. Quid si perpetuum antehac ver fuisset, non jam promissio illa Dei beneficium sed poenam contineret.

XI. Ad verba illa Dei: *עַד כִּי הָאָרֶץ וְרֹעַ וְלוֹ לֵי שָׂכֵנוּ* *Adhuc omnes dies terra sementis &c. non cessabunt*; sic adnotat doctus interpres Abenezra *עַד כִּי הָאָרֶץ וְרֹעַ וְלוֹ לֵי שָׂכֵנוּ* *in signum quod ipsi (terræ) imminet quandoque finis certus seu determinatus. Qui quidem magis hic lyncæus fuit, quàm veteres hæretici, Æternales dicti, qui, quia Deus promiserat, omnibus diebus terræ non cessaturas illas vicissitudines, ineptè concluderunt, nullum fore mundo finem, & in præsentī figura ac statu in æternum omnia permanfura. Quæ est vana detorsio Divinæ promissionis, Mosi, Prophetis, Christo, Apostolis è diametro opposita. Non negat Deus mundi & terræ vicissitudinibus instare finem, sed id solum asserit, quando erunt* *עַד כִּי הָאָרֶץ וְרֹעַ וְלוֹ לֵי שָׂכֵנוּ* *dies terræ, seu, uti Hebræi loqui amant, עַד כִּי הָאָרֶץ וְרֹעַ וְלוֹ לֵי שָׂכֵנוּ* *seculum præsens, vel, uti Apostolus, ἀρχὴ τοῦ αἰῶνος τούτου* *figura hujus mundi*; tandiu non cessaturas sementem & messem, æstum & frigus &c. Proinde validius hinc argumentum nos stringimus contra æternitatem mundi. Si enim sunt definiti seu certi *עַד כִּי הָאָרֶץ וְרֹעַ וְלוֹ לֵי שָׂכֵנוּ* *dies terræ, intra quos non cessabunt commemoratæ ejus vicissitudines, utique finis quandoque erit dierum terræ, seu status hujus seculi. Aliàs cur diceret Deus: Adhuc omnibus diebus terræ non cessabunt*; & non potius: *Non cessabunt unquam: in æternum non cessabunt?*

XII. Ad generalem mundi Palingenesiam pertinet etiam benedictio, quam Deus tum animalibus tum hominibus impertivit his verbis *עַד כִּי הָאָרֶץ וְרֹעַ וְלוֹ לֵי שָׂכֵנוּ* *Repente in terra, crescite & multiplicamini supra terram.* Genes. VIII. 17. IX. 1. 7. Deus terram propter malitiam hominum vastaverat,

verat, & hominum usibus ademerat. Tum etiam occasione multiplicati generis tum bestiarum tum hominum creverat ante diluvium malitia in superficie terræ adeo ut prævalida vitia nisi universali interitu mundi refecari non potuerint. Hinc & terræ novæ calcandæ usus, & multiplicandi se facultas videbatur tum animalibus tum homini illicitus. Quomodo multiplicationi sui studuerint non accedente nova Dei benedictione illi, qui primæ vâ benedictione sese indignos præstiterant? Proinde quo bona cum conscientia homines & terram ingredi, & multiplicationi incumbere possent, Deus earum rerum verbo & benedictione sua potestatem iis facere voluit. Et hæc ipsa benedictio Dei ac verbum efficit, ut & posteri omnes bonâ conscientia terram inhabitemus & in ea crescamus, quia quod Noë tanquam Parenti nostro & capiti dictum est, universo generi mortalium dictum esse constat. Jam benedictio illa rebus ipsis & eventu quantopere valuerit, ex sacris & profanis monumentis abundè cognoscitur. Ex quibus id planissimè constat, post diluvium maturè admodum humanum genus in tantam multitudinem crevisse, ut non magnâ temporis intercedente intercapedine jam locus fuerit Regnis & Rebus publicis plurimis iisque non aspernandis.

XIII. Porro cum in omni generatione semen seu materia præjaceat, ex quo generatio procedit: oportet in ipsa etiam mundi Palingenesia seu regeneratione semen præsto fuerit, ex quo mundus regenerandus formaretur. Semen autem illud quale fuerit, minimè obscurum est. Illi enim qui in arca conservati sunt, quatuor paria hominum, & ex animalibus quidem mundis in singulis speciebus septem, ex immundis duo, quid aliud fuerunt quàm semen mundi, super aquas arcæ inclusum, tantùm non mortuum, & postea revirescens, ac lætis incrementis exurgens? Poterat sanè Deus omnibus submersis vel homines ante diluvium mortuos & humi defossos revocare, quomodo in ultimo judicio dormientes in terra exsuscitantur; vel novos de integro creare. Idem de animalibus dicendum. Neque tamen audiendi abnormes & monstruosi Philosophi, quales olim fuerunt Platonici, Empedocles, Avicenna, alii, qui in eam insaniam inciderunt, ut dicerent, syderum conventu fieri posse formas, quæ in materia ita imponantur, ut homines hunc ad modum enasci queant è terra. Ac utinam illius *ἀντιπαλοῦ* non ipsos inter Christianos defensores ac patroni existerent, ed foediore & detestabiliores, quòd humanam dignitatem tam miserè prostituant. Errorem illum de fortuita hominum generatione meritò *desestandum* vocat Julius Cæsar Scaliger, qui eum his etiam verbis Exercit. vi. ff. 6. debellat: *Quibus queso Cælorum circumacliombus*

bus id baſtenus compertum eſt? Aliquando enim extitiſſet. An verò etiam Pyrrhæ ſaxa nobis & admittenda, & agnoſcenda, & recipienda ſunt? Quare ſapienter divinus vir, cum alibi tum in decima quæſtionum ſeção: Quædam animalia tum ex aliis, tum fortuita origine: quædam ex mutuo tantum coitu naſci, ſcripſit: ut Homo. Sed cum nec ſponte poſt diluvium naſci poterint vel homines vel animalia perfectæ: & non tam creare eos vel ex mortuis reſuscitare; quàm conſervato in arca ſemine locupletiffimo, hominum nimirum & animalium paribus, eos poſt diluvium propagare Deus voluerit, inquirenda eſt conſilii illius Divini ratio. Eſt autem illa multiplex. Primò enim Deus ſemel à creatione deſtiterat, & mortuorum reſuſcitatio ſervata eſt ultimo iudicio. Secundò Noë invenit gratiam in oculis Dei, cui proinde dignatio habita, ut futurus mundi Genarchus conſervaretur ſimul cum familia & animalibus. Tertio vana exiſiſſet aliàs promiſſio facta in Paradifo, quòd mulieris ſemen contritrum ſit caput ſerpentis. Quomodo id fieri potuit, ſi ſemen mundi hominum in arca conſervatum non fuiſſet? Quarto ſi alio modo propagâſſet & regenerâſſet mundum, quàm conſervando ſemen illud à primo homine Adamo derivatum, non feciſſet *ἐξ ἑνὸς αἱματος πᾶν γένος ἀνθρώπων κατοικῆν ἐπὶ πᾶν τὸ ὄρησιν τῆς γῆς*, ex uno ſanguine omne genus hominum habitare in omni ſuperficie terræ. Act. XVII. 26. Id tamen ut faceret Deus conveniens fuit, quia unum mediatorem Chriſtum ejuſdem cum omnibus carnis & ſanguinis participem in mundum mittere deſtinaverat. Si novi homines creati fuiſſent, ex iis natus eſſet Chriſtus, eorum tantum naturam aſſumpſiſſet. Pereundum igitur fuiſſet omnibus qui ante diluvium deſuncti carnis & ſanguinis communionem cum poſt diluvianis nullo habuiſſent.

XIV. Verùm cum & omnia creata, & mundus ipſe regeneratus ac reſtauratus ſit præcipuè propter hominem, qui gloria Dei eſt; Potiſſimum Deus curæ habuit, ut in integrum reſtitueret hominem, qui per abundantem ante diluvium malitiam felicitatis ſuæ jacturam feciſſe videri poterat. In quo loco continetur altera pars inſtitutæ noſtræ tractationis, nimirum ſpecialis reparatio ſeu Palingeneſia, & reſtitutio in priſtinam dignitatem ac felicitatem humani generis. Porro cum certum ſit, dignitatem ac felicitatem hominis potiſſimum conſiſtere in conſtitutione Familiæ, Politicæ & Eccleſiæ, Deus humano generi triplicem illum ſtatum, Oeconomicum puta, Politicum & Eccleſiaſticum ſapientiſſimè confirmavit. Ad ſtatum Oeconomicum pertinet partim benediçtio *ἐν τρυφῆς*, partim ſubjectio animalium tum ad uſum quotidianum, tum ad alimentum corporis



poris. Utrumque est Genes. IX. 1, 2, 3. הכרך אלהים את־נח ואת־בני ואת־כל־הארץ וסוראכם וחתכם יהיה על־כל־חית הארץ ועל־כל־עוף השמים בכל אשר תרמש האדמה ובכל־רגלי הים בידכם נתנו כל־רמש אשר הוא־הי לכם יהיה לאכלה כירק יעשב נהתי לכם את־כל־אשר תאכלו על־הארץ וכל־אשר יחיה על־הארץ יהיה לכם חיות כחיות הארץ וכל־אשר יעוף בשמים יהיה לכם חיות כחיות השמים וכל־אשר יחיה על־הארץ וכל־אשר יחיה בשמים יהיה לכם חיות כחיות הארץ וכל־אשר יחיה בשמים יהיה לכם חיות כחיות השמים. *Es benedixit Deus Noab, atque filius ejus, dixitque ad eos, crescite & multiplicamini, ac replete terram. Timorque vester & pavor vester sit super omne volatile Cæli: cum omnibus quæ gradiuntur in terra, & omnibus piscibus maris manus vestræ tradita sunt. Omne reptile quod est vivens, vobis erit in escam: sicut germen herbæ dedis vobis omnia.* Quod promissionem multiplicationis per benedictionem Dei concernit, de ea supra actum. Animalia subjecta sunt homini per dominium denuo concessum, de quo non semel etiam jam diximus. Ejus partes duæ hic ponuntur, quarum prima, quod animalibus indicitur timor & pavor erga hominem; altera, quod destinantur & animalia & olera terræ ad victum hominibus. Utrumque repetitum ex pristina concessione domini. Et de subjectione quidem animalium ad usum œconomicum dubium nullum est. Deus enim primo homini dominium indulsit in bestias terræ. Timor autem & pavor subjectorum est erga dominos. Qui dominatur, eum timent & expavescunt subjecti. Interim ambigendum non est, quin vigor domini sicut is per peccatum fractus & debilitatus est, ita & restitutus sit talis, qualis ante à lapsu ad diluvium usque obtinuit. Neque enim tantam homini reverentiam præstant, inprimis ferocia illa, & quæ natura armavit, quin vel fame stimulata, vel immitiùs habita contra homines insurgant. Et id quidem totum est à *μεισθησις* illa, cui per peccatum hominis animalia sunt facta obnoxia. Interim pavor & timor animalium erga hominem etiam ferocissimorum durat, quatenus non læsa vel necessitate coacta non nocent homini, & subigi se patientur robustissima quæque per curam & industriam hominum, & pleraque usibus hominum promptissimè ministrant, denique nocentissima & maximè infesta homini animalia circumveniuntur tamen & coercentur faciliè. Meritò Simonides apud Plutarchum in lib. *utrum anim.* ita scribit: *Βεβηχὺ μὲν ἀνθρώπου ἀνδρεία, ἀλλὰ πικιλία πσαπίδων, δεινὰ μὲν πόντις, χθονίων ἀερίων τε δάμασαι παιδιδύματα.* *Parvum est homini robur, sed mentis versutia maris, terræ, & æris animalium, solertissimas artes superat.* Plutarchus de Fortunâ, equos velocissimos hominibus ait currere, canes pugnacissimos hominem ferre, eidem pinguescere porcos, & pisces suavissimos esse pro obsonio; Elephantem quoque qui tantus & tam terribilis est, illi esse pro ludicro. Oppianus lib. v. *Halieuticôn*:

— εἰς δὲ τὴν πέλει καθυπερέβρον ἀνθρώπων,

N 304

Νόσφι θεῶν μύνοισι δ' ὑπεξομῆ ἀθανάτειν.

Ὅσους μὲν καὶ ὄρεσφι βίβω ἀπέσειν ἔχοντας

Θῆρας ὑπερφιάλως βροτῶς ἐσθες; ὄσα γ' Φύλα

Ὄϊωνῶν, νεφελοῦσι κ' ἤρι δινδύοντα,

Εἶλε, χαμῶσιζήλον περ ἔχον δέμας; ὕδ' ἑλίοντα

Ῥύσατ' ἀγέλωρα δρηθήματα. ὕδ' ἐσπίουσι

Ἄπειν λιθάμεις πηρύγων ῥήσας. αἰθ' αἰ κ' Ἴνδον.

Θῆρα κελαινέρινον ὑπερίον ἀχθ' ἀνάγκη,

Κλίνας Πηλοῦσαισας, ὑπερ' ὄγλησι δ' ἐθιγκας

Ὀυρίαν ταλασπῶν ἔχειν πῖνον ἐλευσέσας.

*Non enim quidquam est hominibus superitis, præter Deos: & solus immortalibus cedimus. Quantas quidem in montibus vim imperterritam habentes feras, extinxit homo? Quot autem secula avium, quæ in nubibus & aere versantur, cepit, licet humile corpus habeat? Neque leonem liberavit fortitudo, quò minus subjiceretur. Neque aquilam servavit ventosus alarum motus. Sed & Indam belluam nigro corio, vi flexerunt, vastum onus ei imponentes, & sub mulorum jugis posuerunt, ut difficilem trahendi laborem sustineret.*

XV. Neque hic obstant, quæ de animalibus nonnullis, pavori & timori hominum non obnoxii obduci possent. Quomodo Monocerotis tantam velocitatem esse scriptores ajunt, ut non possit ulla vel in indagine hominum cingi, vel cursu etiam citatissimo capi. Aelianus: Διοσκουρῶν, ἐκείνον τῆ το δὴ τὸ πινυλῶν, μετὰ δὲ τὰ ἀκινῆτα ἐστὶ. Fieri potest ut quis illum insequatur, at ut assequatur est impossibile. Cui videtur consentire Jobus cap. xxxix. 12. *Numquid voles Monoceros servire tibi. Simile quid de Leviathane pronuntiatur Job. xl. 20. &c. Num extrahas Leviathan bano & fune, quem demerseris ad linguam ejus? Numquid pones bannum in naribus ejus, & spinam perforabis maxillam ejus? Numquid multiplicabis ad preces? numquid loquetur ad te mollia? Numquid feriet sædas tecum, atque accipies eum in servum perpetuum? Numquid ludas eò tanquam ave, & ligabis eum puellis tuis? Quæ omnia sonare videntur vim indomitam Leviathanis. Adde nunc ea quæ de Behemoth eodem capite differit Jehova.*

Quomodo igitur non timor & pavor hominis est supra omnem bestiam? Verùm primò, non si indomita quædam animalia sunt vitio & timiditate hominum, sequitur ea nullo modo timere & expavescere homines. Si enim id robur eamque auctoritatem, quæ ad coercitionem requiritur animalium, fide ac precibus conservarent, nullum dubium est, quin ejus vim omnia animalia reformidatura & Deus beneficium semel concessum semper ei exhibiturus & conservaturus esset. Deinde quæ de Mono-

cerotis, Leviathanis, Behemoth, aliorumque similium ferocia afferuntur, cum grano salis accipere convenit. Nam quæ de Monocerote Ælianus, Ctesias, Plinius, Solinus alii dicunt, pleraque sunt fabulis quàm vero similia. Jobus autem, qui quaerit: *An volet Rem servire tibi?* non eximit hoc animal à jugo hominum, sed tantum ab arandi necessitate, cui animal illud non est obnoxium. Præterea Jobo ער לאו non est *Monoceros*, de quo quicquid scribitur naturæ studiosi, id omne suspectum est; & cornua ipsi tributa & passim ostentata potius sunt Ceti dentes, quàm cornua Monocerotis, quod primus aperuit Bellonius & post ipsum confirmârunt multi, imprimis Peyrerius in tractatu de Gronlandia: sed potius *Urus*, uti Bodius, vel *caprea* seu *Oryx*, uti Bochartus existimat. Utrunque autem animal in servitute hominis redigi posse satis compertum est. Quæ de Leviathane à Deo differuntur apud Jobum, non eò pertinent, utis à servitute & timore hominis planè emancipetur; sed id duntaxat probat, quod Leviathan tanquam animal & mole vastum & robore tremendum, non ita facilè subjugari & in potestatem hominis venire possit. Leviathanem esse Crocodilum probatum à D. Bocharto. Atque Crocodili quamvis difficulter, capi tamen possunt, teste tum experienciâ, tum Herodoto referente, olim eos hamis captos; & Diodoro Siculo, qui in Nilo Crocodilos retibus ferreis interceptos olim esse narrat. Idem ferendum iudicium de *Behemot*, quod animal alii Elephantum, Beza & Deodatus Niloticum Crocodilum, Bochartus Hippopotamum, quæ omnia humanæ potestati & timori subijci possunt, faciunt. Relinquitur igitur, dominium post diluivium homini concessum in omnia animantia hodièque ei saluum & integrum permanere, non obstante qualicunque imminutione vigoris.

XVI. Altera pars dominii in animalia concessi spectat victum seu alimentum hominis. Deus enim concessit homini כֹּל אֲשֶׁר חַי עַל פְּנֵי הָאָרֶץ לְבָרִית וְכֹל אֲשֶׁר יִצְרָאֵל כִּי יִרְדּוּ בְּיָמָיו לְבָרִית וְכֹל אֲשֶׁר יִצְרָאֵל כִּי יִרְדּוּ בְּיָמָיו לְבָרִית *omne reptile quod vivit in cibum, simul cum olere*. Hunc usum animalium etiam retro diluivium concessum esse, ostendimus tum contra Curcellæum lib. de libertate Christianorum à lege cibaria veteri de sanguine & suffocato. cap. II. & III. tum harum Exercitationum decima quinta contra Curcellæi Hyperaspistem. Proinde eam heic operam ad compendium lubentes ponimus. Præterea etiam exceptio sanguinis, quem Deus victui humano subtraxit, cum ad mysterium potius pertineat Ecclesiæ datum quàm ad Oeconomiam, de cujus nunc reparatione agimus, inferius attingenda veniet. Cæterum ex iis quæ dicta sunt, liquet, qua ratione Deus Oeconomix seu familiæ hominum providerit. In familia duplex est societas, uti notavit etiam Philosophus Polit. lib. I. cap. I. altera viri & fœ-

minæ,

minæ, quæ conveniunt ad generationem prolis adeoque humani generis propagationem: altera domini & servi. Quod respexit etiam Hesiodus qui ita canit: *Οἶκον μὲν πρόβατα, γυναικά τε, βοὸν τ' ἀποθήσθαι. Sic domus imprimis uxorque, & taurus arator.* Quodd si servi, homini facultas non est, ἡ βίη αὐτ' οἰκῆν τοῖς πένθεσιν ἔσθαι. *bos tenuibus servi est loco*, uti ibidem Aristoteles. Nempe servi in Oeconomia necessitas est propter ministerium circa necessitates familiaræ. Quod ab animalibus à Domino ad agendum applicatis ritè satis peragitur. Nunc igitur videmus, quàm bellè Deus utrique huic in Oeconomia humana societati consuluerit. Nam quod societatem concernit mariti & foeminae, Deus ei benedixit, & ut crescant & multiplicentur, efficaci & ἰσχυρῶ imperio iussit. Sic quoad secundam societatem, hominem fecit Dominum. Ei subjecit famulantia omnia animalia, quibus ingeneravit timorem erga hominem tanquam Dominum, cujus nulla adspectare & prompta sequi coguntur. Igitur propter hanc subjectionem animalia serviunt homini in omni ferè genere officiorum ad familiaræ comoda proficientium: arant, gestant, custodiunt, delectant, vestiunt, alunt.

XVII. Neque tantum Deus familiaræ seu Oeconomiae hominum consulere voluit, sed etiam civitati & Politiae. Quia enim homo est animal sociale, societatem appetit & sequitur. In societate autem non omnes vivunt æquabili jure; & mali inveniuntur multi, semper ad nocendum ac infestandum parati, quales fuerunt illi ante Diluvium Nephilim. Ut igitur in societate quietam vitam transfigerent homines, Deus Politiae futuræ his verbis prospexit. *וְאָךְ אַתְּ רֹמְמִים לְנַפְשֵׁיכֶם אֲדַרְשׁ כִּדְ כָּל חַדָּו אֲדַרְשׁוּ. וְזִמְדֵּי הָאָדָם מִדֵּי אִישׁ אֶחָד אֲדַרְשׁ אִישׁ נַפְשׁ הָאָדָם שֶׁפֶךְ דָּם חָאָרִים כְּאָדָם רְטוֹ שֶׁפֶךְ כִּי כָלֵם אֱלֹהִים עֲשֵׂה אִישׁ הָאָדָם* *Et profecto sanguinem vestrum animarum vestrarum, requiram: de manu cunctorum animalium requiram illum, & de manu hominis, de manu inquam viri fratris ejus requiram animam hominis. Qui effuderit sanguinem hominis in homine, sanguis ejus effundetur; quia ad imaginem Dei fecit hominem.* In explicatione horum versuum variant Hebraei. Verba illa *אֲדַרְשׁ כִּדְ כָּל חַדָּו אֲדַרְשׁוּ* *Sanguinem vestrum animarum vestrarum requiram*, plerique explicant de ἀνθρώπων *Jarchius* ad *לְנַפְשֵׁיכֶם* sic commentatur: *אִישׁ חַוּבּוֹב עֲצוּמוֹ אִף עֵיף שְׁלֵיף יָצָא כְּמֹתוֹ דָּם* *Etiam qui laqueo sibi finit vitam, licet sanguis ejus non effundatur*, committit in hanc legem. Et Nachmanides: *וְזִמְדֵּי הָאָדָם רִבְתֵּשׁ דְּרִשׁוּ בּוֹ חַוּבּוֹב אִישׁ עֲצוּמוֹ וְעוֹ* *de manu hominis*. Verba sequentia *וְזִמְדֵּי הָאָדָם אֲדַרְשׁוּ* *de manu cuncti animalium requiram eum*, alii explicant aliter. Vetusta & receptior explicatio est, de notari eadem ex instinctu hominis à bruto factam. Sic in Bereschit Rab-

bah Parafcha 34. מיד כל חיה ויה המוסר את הביו לחיה להרגו. *a manu cunctis animalis, eum indicat, qui alium animali alieni tradit, ut ab eo occidatur.* Et perpetuus glossator R. Solomon Jarchi: סיד כל חי לפי שחשבו דור הטבול והופקרו למאכל החיה רעה לשלום בתן: *Id quod legitur, a manu omnis bestiae, ideo ad-jicitur, quia apud homines antediluvianos mos invaluerat alendi bestias nocentissimas, quarum auxilio dominarentur commodius.* Alii interpretantur locum de poena homicidio-coelitus infligenda, si homines defint officio, vel planè nulli sint in mundo. Ita Abarbanel, cujus verba sunt ואח' אויש אין בארץ לעשות משפט ברות רעו כי הרבה פתחים למקום לנקום במקומו ולכן במקום שאין אדם לנקום דם הוציא מיד כל חיה ארשעי כלומר שיעל יד החיה השורפת והיה מקפט הרוצח וזאת *Quod si cogitaveritis, hominem deesse posse, nec in orbe terrarum repertum iri, qui in homicidam sententiam ferat, scitote alius modus me vindictam expetere posse. Ideoque si desit homo vindex sanguinis defuncti, a manu omnis bestiae seu ab omni bestia requiram eam, veluti a bestia quae dilaceret homicidam. Et sic in eum sententiam exequar. Ubi verò fuerit homo, sequiram ab ejus manu sanguinem occisi.* Nec defunt tamen inter Hebræos, qui de vindicta ab ipsa bestia hominem occidente sumenda locum capiant, uti videre est apud R. Bechai in Bereschit, fol. 20. Quæ sequuntur מיד אשה אויב מיד האדם מיד אשה *de manu viri fratris requiram animam hominis,* alii interpretantur de sicario submisso ut interficiat, id est altero, quod per fratrem designari solet: alii de cæde ex errore patrata ab amico vel socio. Posteriorem sententiam amplectitur Jarchius, cujus verba: מיד אשה אויב שהותא אהב לו באח והרגו שונג אני ארש אים לה יגלה ובקש עלי קנאו ליסחר שאף השונג צריך בפרתו גם אין עדים להיבו גלות והוא אצו נבנוי חקבה דרש כמנו: *Ex manu viri fratris sui. Nempe qui cum amet ipsum æquè ac fratrem, tamen eum per errorem occidit, ego requiram, si videlicet non revelaverit, & non quaesiverit propitiationem propter peccatum suum. Nam etiam is qui errans aliquid facit, necessarium habet ut expietur. Et si non sint testes, qui ejus facinus revincant, ipseque non humilietur. Deus benedictus requirit ab ipso.* Quæ igitur relinquuntur verba *v. 6. Qui effuderit sanguinem hominis, per hominem sanguis ejus effundetur,* explicant Magistri de poena ab eo sumenda, qui alium occiderit בעצמו *per se ipsum* (ita vocem באדם multi explicant) non per alium, non errore, sed datâ operâ. Cæterùm Abenezra ad illam vocem וסעים באדם בעתים או לעני הכל, lic scribit: *quæ obscurius posita est, lic scribit: sensus vocis est, per testes, vel coram omnibus, vel propter hominem, cujus sanguis effusus est.* Chaldaeus באדם *per testes ex sententia judicium.* Præterea ex sententia communi Hebræorum priora verba Dei *v. 5. quibus se requisiturum*

turum aut sanguinem, intelligenda sunt de vindicta Divina, seu poena Divinitus tantum ob homicidium expectanda; posteriora, quæ extant v. 6. de homicidio ab humanis etiam Magistratibus jure & potestate gladii vindicando. Hacenus complexi sumus Hebræorum de homicidio vario ejusque poena vel Divinitus vel per summas potestates in mundo infligenda interpretationem. Summa est, saltem juxta communiorem sententiam: Deum certo supplicio destinasse homicidas, *primò*, qui se ipsos occidunt; *secundò*, qui terras armant in cædes hominum; *tertiò*, qui per errorem occidunt alios, nisi fortè, errorem agnoscunt & deprecantur; *quartò*, qui per se ipsos & ex destinato consilio manus humanis cædibus imbuunt: & trium priorum generum homicidas Deum ipsum immediate vindicare constituisse; at ultimi generis ex sententia judicum. Fateor ego interpretationi huic, quam video placere quibusdam viris doctissimis, inesse videri quædam duriora, & nonnulla etiam frivola. Etenim primò durum est, ut de ἀποχρησίου explicentur verba: *Requiram sanguinem vestrum animarum vestrarum*. Hæc enim verba quid aliud continent quàm generalem Dei sententiam de vindicando sanguine humano vi & temerè profuso? Sanguis animæ hominis est is sanguis, qui sedem præbet vitæ vel animæ, quomodo verba Dei proxima *per manus* non malé his verbis explicat Josephus: *χρῆσις διπλοῦς, ἐν τῷ πρῶτῳ ἐστὶν ἡ ψυχή* Absque sanguine, in hoc enim est anima, quem sensum ibi etiam R. Saadias & non ignobiles Hebræorum magistri, sequuntur. Sanguine fuso perit vita & resolvitur anima, proinde mors certa oppetenda est. Ut ita sanguini nomen detur animæ, quia, uti Empedocles dicit, *ἐκ ψυχῆς ἐστὶν ἡ ἀνὰ πνεῦμα*. Nihil igitur hic definitè de ἀποχρησίου sed de quacunque effusione sanguinis, cui conjungatur certum periculum mortis. Secundò & illud contortum est, quod verba *ἐκ τῆς χειρὸς* de manu animæ animalis poscuntur, de homicidio per bestias submissas patrato explicant. Planum tamen est, Deum sanguinem humanum velle requirere de animalibus quod eum effudit, non de homine, qui bestias subornavit. Dicit enim: *Requiram eum τὸ ἐκ τῆς χειρὸς*, non τὸ *per manus*, quomodo animal credi possit instrumentum humanæ sevitæ, proinde in homine potissimum vindicandæ. Et cur distingeret Deus causas homicidarum, quorum alii per se immediate, alii subsidio bestiarum, occidunt? Annon quod quis fecit per alium, per se fecisse putatur? Eadem absurditate laborat altera illa explicatio Ababaelis de poena homicidis per bestias immitteada, si homines judices vel mundo vel partibus suis desint. Nunquam τὸ est nota instrumenti, ut significet *per*. Tertio quàm illud dilatum est, quòd de involuntario homicidio

micidio seu per errorem commissio interpretantur verba: *De manu viri fratris ejus requiram?* Nam si hoc voluisset sibi Deus, utique apposuisset conditionem; *nisi agnoscant, & desistentur errorem.* Neque enim quoscunque, qui occidunt proximum בַּשָּׂרָה per errorem Deus vindicare decrevit. Quartò, non melius est quod כָּאִשָּׁר explicat מָוֹתָא per se ipsum, vel כָּאִשָּׁר per testes, vel הכל לפני ה' in oculis omnium. Sequeretur enim solos eos à Magistratibus plectendos, qui per se ipsos & immediatè occidunt. Cur verò potius vertunt per testes, coram oculis omnium, quàm per hominem? Quod nec insolens est, & sensum maximè concinnum gignit. Quatò denique, illud in primis frivolum & nullius momenti est, quod Magistri illi verbum quintum de pœna homicidis Divinitus infligenda, sextum verò de pœna per humanos Magistratus exequendo explicant. Ex quâ interpretatione conjuncta cum iis, quæ ante dixerant, consequetur, eos duntaxat homicidas humanis subjacere judiciis, qui per se & immediatè fundunt sanguinem proximi: cæteros, quales sunt ἀνόχοι, qui occidunt subsidio ferarum, qui per errorem, ita tamen ut facti nulla penititudine ducantur, etsi divinam pœnam declinare nequeant, tamen ab humanis judiciis penitus exemptos esse. Ex quibus satis apparet, parum sobrii continere illam Hebræorum expositionem, quicquid etiam ei applaudant alii.

XVIII. Hugo Grotius in verbis Dei existimat statuminari jus talionis, quod aucto demum humano genere & in gentes distributo solis iudiciis permissum fuerit extra casus quosdam exceptos, in quibus manserit jus illud primævum; Annot. in Genes. ix. 6. Idem de jure belli & pacis lib. 1. cap. 12. 5. diductiùs hoc explicat. Nempe naturâ dicit non iniquum esse, ut quantum quisque fecit mali, tantundem patiatur, juxta illud quod *Rhadamantis jus* dicitur: *ὅστις πῦθ' ἢ τὰ κ' ἔρεξε δικη κ' ἰδεία γένοιτο.* Quæ fecit si quisque ferat, jus fiet & æquum. Quæ Seneca sic retulit: *justissima patiendus vice quod quisque alieno excogitavit supplicio, excipit suo.* Ex cujus æquitatis naturalis sensu Cainum parricidii sibi conscium dixisse: *Qui inveneris me, interficiet me,* Genes. iv. 14. Sed Deum primis illis temporibus aut ob hominum raritatem, aut quia paucis adhuc grassantibus minùs opus erat exemplo, id quod naturaliter licitum videbatur, edicto repressisse, & contractum quidem ac commercium homicidæ defugi voluisse, at vitam ei non eripi. Quomodo & Plato in Legibus constituerit, & olim in Græcia usurpatum his verbis doceat Euripides:

Καλῶς εἶπεν πῦθ' πατήρσ' οἱ πάλαι  
 Ἐπὶ ὀμμάτων μὴ ὄψιν εἶεν ἔκ τινος πρῶτον,

Ὅυδ'

*'Oud' iis ἀπάρητα', ὅςτις αἰμα' ἔχων κρηθί.*

*Φυγαῖσι δ' ὄστων, ἀντὶ τῶν κληῶν ᾧ μῆ.*

*Quam bene parentum provida aetas statuerat :*

*Us cogeret de vita decedere*

*Hominumque visu cæde patratâ nocens,*

*Fugâque lueret triste, non lesbo, scelus.*

Idem Thucydidis & Senecæ testimoniis confirmat. Porro ab uno facto illustri sumtam conjecturam Divinæ voluntatis in legem ivisse, ita ut Lamechus quoque simili facinore perpetrato impunitatem sibi ab hoc exemplo promiserit Genes. iv. 24. At cum ante Diluvium Gigantum ætate, promiscua cædium licentia invaluisset, instaurato post diluvium humano genere, ne mos idem invalesceret, severius voluisse occurrere Deum, adeoque repressâ prioris seculi lenitate, quod natura non iniquum esse dictabat, & ipsum permisisse, ut insons esset, qui homicidam occidisset. Idque postea demum institutis judiciis summas ob causas ad Judices solos restrictum esse, ita tamen ut moris pristini vestigium manserit in jure ejus, qui occisum sanguine proximè attingeret, etiam post legem Moïsi. Interpretationis hujus auctorem sumit Grotius Abrahamum, qui non ignarus legis hujus Noë datæ, in Reges quatuor arma sumpsit. Summa huc redit, ante diluvium pœnis mitioribus nec capitalibus consultum esse in homicidas: post diluvium propter prioris ævi scientiam Deum hoc loco, quem heic discutimus, jus talionis sanxisse, ut ab homine quocunque occidatur is, qui alterum occidit. Jus illud talionis restrictum esse posterioribus seculis quibus vindicta solis Judicibus mandata fuit, remanentibus tamen alicubi pristini juris reliquiis. Hæc viri maximi sententia meretur hoc non alieno loco ad judicii sanioris simam revocari.

XIX. Primò igitur illud Rhadamanti jus sic interpretandum puto, ut per illud fas sit quantum quisque fecit mali, tantundem patiat, sed non à quovis, certè non à privato, verùm ab iis, qui post Deum rerum humanarum Domini & Judices eluent. Nunquam enim cuiquam mortalium licuit privatâ autoritate punire alium, vel vindicare illatas sibi injurias. Deus ipse testatur: *Ἐγὼ ἐκδικῶ, ἐγὼ ἀντιτάσσω. Mea est vindicta, ego retribuam* Deut. xxxii. 35. Rom. xiii. 19. Ubi non quid sibi ex peculiari placito reservet, explicat Deus, sed quid sibi tanquam Domino & Judici nostro naturaliter debeatur. Neque Cainus metuens, ne à quocunque obvio occideretur, naturalis æquitatis sensu vel juris naturalis dictatu eruditus, sed potius conscientiz malæ, quæ omnia tuta timet, angoribus perturbatus; vel certè gnarus, se justè passurum quod injustè & præ-

ter



ter personæ jus alius inferret, ita locutus est. Nam præceptum Dei, *Non occides*, cum sit inter ea, quæ Deus legislator cordibus hominum inscripsit, à nemine conscientiam suam consulente naturaliter ignorari potest. Cuius sanè non hic modo sensus est, neminem innocentem occidendum esse: sed ne noxios quidem occidendos esse ab iis, quibus Deus vel Magistratus peculiari præcepto ultionem non mandavit. Quique animis primorum hominum insculpsit illud: *Non occides*; idem eis impressit ordinem parendi & imperandi, ac proinde facinororum coercitionem in dubio non reliquit. Et eam ipsam legem non occidendi quenquam privato ausu ante cordibus hominum insculptam Deus confirmavit iis ipsis verbis quibus Caino respondit: *Quisquis occiderit Cain septuplum vindicabitur*. Quâ responsione Deus ita vitam Caino donavit, ut simul pravam ipsius ex conscientia mala persuasionem, quâ metuit, ne à quovis occideretur, correxerit. Quin & ipse Lamechus dicens: *Septuplum vindicabitur Cain, & Lamech septuagies septies* Genes. 1v. 24. Nimirum naturalis rationis ductum secutus promisit sibi securitatem à quovis temere incururato. Deinde jus ἀρχαίας talionis privatâ vindictâ exequendum, multiplex etiam ratio validissimè refutat. Ante omnia jus illud societati humanæ confusionem & certissimum interitum invehisset. Pessimis enim quibusque & in perniciem humani generis natis facile fuisset alios fictis criminibus impetere & non discretis juris & iniqui causis ad necem exposcere. Et ii ipsi, qui injurias passi sunt, quàm difficulter custodivissent vindictæ modum, si ejus exequendæ libera iis potestas concessa fuisset? Nam leviter incitatus furor hominum sædè in tra moderationem consistit, & damnum sibi illatum majõri compensare homines plerunque student. Nemo leves injurias reputat sibi factas; ac proinde neque omnes Rhadamanti sunt, qui se corrumpi affectibus odii & maligni livoris non patiuntur. Quomodo de Rhadamanto, alicubi Pindarus: Ο ἦ Ραδάμανθυς ἐν πέπταρχῶ, εὐφραίνων ἔλαχε καρπὸν αἰμώμητον, εἰδ' ἀπίστου θυμὸν πέπετα ἔνδοθεν: *Fortunatus Rhadamantus qui fructum judicii sortitus est inculpatum neque imposturis intus in animo deletatur*. Unde natum proverbium Ραδάμανθυς κείσται, de judicio integro & incorrupto. Tum vindicanti scelus quid si se sceleratus ferociter opposuisset? Annon innocentissimorum cædes quotidie consecutæ hinc essent? Et quod magis improbo cuique vires suæ placuissent, hoc etiam majus ab eo societati humanæ periculum imminuisset. Proinde jus illud fuisset latissima via ad invehendam postliminio licentiam Nephilim seu Gigantum, quam tamen certum est Deum ab humano genere hoc ipso præcepto averruncare voluisse. Præterea quis hominum occisi vindicem gerere

gerere debuisset? Con sanguineus, amicus? Sed cujus imperio ipsi provincia hæc mandata fuisset? Quid si tales occisus nullas reliquisset? Quid si invalidos, timidos, negligentes? An sic inultus perire debuit, qui cæsus est? Denique nullus fuisset finis cædis, quippe cui semper aliquis obnoxius fuisset. Quo argumento utitur Scholiastes Græcus ipsius Euripidis, cujus testimonio usus est Grotius, in Paraphrasi sequentium versuum. Διόλω δὲ, inquit, ἀπὸ κεντοῦ ἐνέξεται, ἤγυν ἐνοχλοῦσιν ἔσται δὲ ὁ Φονεὺς ἴσται. Ἐπεὶ δὲ Φρονί, ὁ πρὸς τῷ ἴλεε ἐμείδεν εἶναι μεμιασμένους ὕπτιοι, ὁ μηκέτι ἔχων μεθ' ἑαυτὸν ἄλλον, οἰονοῖς ἐνα Φονεὺς. Ἐξ ἀδοχλαῖ καὶ ἡδὲ εἰς μίσησ ἀλλο, ἐν ᾧ Φονεὺς μέγαι, ἐι μὴ εἰς. Ἐκ τῶν μῦθων ὁ μὴ Φονεὺς ἡσόμεν, μεμιασμέν, ὁ πρὸς τῷ ἴλεε. Nimirum si jus fuisset eadem cæde ulcisci privatim, omnino in infinitum processisset cædes, cui semper aliquis fuisset obnoxius. Ita futurum erat, inquit, ut unus, id est, ultimus tandem pollutus facinore maneret, qui post se non alium haberet interfoclorem, in quem quasi successione cædes transmitteretur: neque jam esset causa odii aut vindictæ in occidendo eo qui unus esset. Igitur ultimus ille non occideretur, periculo tamen obligatus sive pollutus aus consceleratus esset. Quid quod ipsi illi versus Euripidis ex Oreste citati à Grotio alia omnia significant quàm Jus talionis olim sine Judicum interventu usurpatum. Potius testantur, eadem cæde, sanguinem sanguine expiari privato ausu nunquam licuisse. Non tam, verba sunt viri summi Joh. Henrici Boecleri ad Grotium commentantis, quòd mites pœnæ antiquis placuerint, aus quod nefas universò haberetur hominem interfici: sed quòd hoc modo, id est, à privato indictâ causâ, citra auctoritatem judicii hominem occidî antiquitus injustum crederetur. Ac eodem sensu capienda est lex duodecim tabularum apud Romanos in hæc verba concepta. Si membrum rupsit, ni cum eo pacit, talio esto. Quæ lex non hoc sanxit, ut suo exemplo nocens prematur privato ausu, sed ut judicum arbitrio talio suscipiatur. Consule sis de lege talionis quam Aristoteles vocat ἀνταποδοθὲς contra passum, Augustinum lib. XIII. contra Faustum cap. 25. necnon Isidorum Pelusiotam lib. 11. Epist. 133.

XX. Secundò, quòd ante diluivium mitibus pœnis transactum docet Grotius, hac lege amplectendum puto, ut pœnis illis mitioribus non opponantur capitalia supplicia, quasi videlicet retro diluivium homicidæ alive scelerati multæ duntaxat vel exilio, non etiam capitis supplicio affecti essent. Quamvis enim de homicida capite plectendo ante diluivium præceptum perscriptum nullum appareret, tamen quis nullum datum esse asserere audet? Barbararum quidem gentium legibus quondam pecuniariam multam in homicidas constitutam esse scimus, nec tamen diu intra levioiorem hanc pœnam eas substitisse. At ante diluivium per sedecim

plus secula, mundo plurimis jam populis, nationibus, civitatibus frequentato, capitalia supplicia defuisse quis induci potest ut credat? Quod si Divino mandato ad occidendos homicidas incitati maximè non fuissent, at eos naturalis ratio, aut sua securitas, aut necessitas, quæ delictis crescentibus poenas augeri imperat, docuit, tam iusto supplicio refrenandum esse scelus. Sed præterea comminatio capitalis supplicii tantum non est in sententia Dei: *Quisquis occiderit Cainum, septuplum vindicabitur*, Genes. iv. 15. Quæ utique comminatione posteris traditâ, intellexerunt illi, non levem oportere vindictam expetere de homicidæ, sed gravissimam, ita ut plus patiatur quàm ille qui iniuste est occisus. Malè autem statuitur, Deum vel ob raritatem hominum, vel quia paucis adhuc grafsantibus non erat opus exemplo, id quod naturaliter licitum erat, edicto repressisse. Nunquam enim naturaliter licitum hoc fuisse ut privati ultionem fumerent, jam supra demonstravimus. Deinde si rari fuerunt homines, eorum securitati prospiciendum fuit tantò diligentius. Et post diluvium, cum paucissimi essent homines, nihilominus Deus minatus est vindictam in ipsum sanguinem seu vitam homicidæ. Præterea ut ab initio rari fuerint homines, at non procedente tempore. Neque etiam primi ante diluvium homines putandi sunt minùs dediti fuisse sceleribus, quàm alii quocunque ævo, cum Deus ipse pronuntiaverit figmentum cogitationum cordis humani tantum malum esse omni die. Nec juvat exemplum Caini homicidæ, cujus Deus parricidium exilio non morte expiavit; ex cujus quidem exemplo sumtam à posteris conjecturam Divinæ voluntatis in legem ivisse putat Grotius. Etenim Deus eo exemplo quid sibi liceat demonstravit, non quid aliis hominibus, nec eo vel legem dedit hominibus; vel voluntatis suæ significationem, ut parricidæ vel homicidæ vitâ donarentur. Non magis quàm Christus legem dedit non puniendi adulteros, cum adulteram apud Johannem absolvit. Nempe edictum illud Dei de Caino in exilium conjiciendo simile est illis re-scriptis Principum, quibus alteri sine exemplo subveniunt, quæque *personam non transgrediuntur*, ut loquitur Imperator. Quòd si, uti Grotius putat, Deus Cainum occidi noluit propter paucitatem hominum, quomodo posterì multiplicatis jam hominibus ex illo Dei factò conjecturam capere poruerunt voluntatis Divinæ, ne homicidæ supplicio capitis puniantur? Nam cessante ratione & exuberantibus hominibus potius naturæ ductum sequi debuerunt, qui jubet sanguinem ulcisci sanguine, quemque etiam secutum esse ipsum Cainum putavit Grotius, cum exclamavit etiam post exceptam de exilio arando sententiam: *Erit, ut quicumque invenis*

*venit me, occiderit me*, Genes. iv. 14. Præterea cogitandum quàm gravis fuerit pœna Caino dictata, quæ cum maledictione & exilio non simpliciter, sed miserrimo, in quo quietem omnino nullam nancisci potuit, conjuncta fuit. Qualem quidem pœnam nemo hominum posterorum infligere potis fuit. Aded verò non licuit ex impunitate Caini conjecturam capere de lenitate Dei, ut potius ex addita Dei comminatione, fore ut qui occidit Cainum, septuplum vindicaretur, discere debuerit, gravissimum puniendum esse nefas homicidii. Lamechi orationem disceptavimus Exercit. iv. th. 8. 9. Ubi eam ostendimus fuisse merè Thraſonicam, non declarantem jus gentium quod tum in usu fuit, vel perpetrata eadem hominum, sed inventam salutis suæ causâ, ut rebelles & immorigeras uxores ab exacerbatione sui impostero abstereret. Quod si ejus sententia sensu Hebræorum acciperetur, juxta quem impunitatem sibi promittit à Caini & Thubal-caini cæde, ne sicquidem stabiliret commune jus inter homines usitatum; sed ad id unice comparata esset, ut uxoribus ejus eadem metuentibus consolationem præberet, vel privatos aut judices etiam à suo corpore & capite abstereret. Quomodo ille apud Cominæum lib. x. Medicus simili oratione Regis Ludovici xi. iram avertit, sanctè ipsi adseverans, si ipsum æquè ac cæteros omnes ejiceret, futurum, ut non octavum diem Rex vivendo supergrediatur.

XXI. Tertio perperam Grotius in textu, quem ad manum habemus, ubi Deus requisitum se minatur sanguinem de manu occisoris, Jus talionis institutum subintelligit, in quo licuerit vindictæ studio, privato ausu in homicidam animadvertere & injurias suas ac lites manu exequi, usque ad illud tempus, quo Jus illud ad solos Judices restrictum fuerit. Nam tale Jus talionis esse pessumdandæ societati humanæ, nec unquam inter homines viguisse, saltem jure, jam demonstravimus. Non sequitur, cuiuslibet homini licuisse vindicare scelus, quia Deus pronuntians: *Qui effuderit sanguinem hominis, per hominem sanguis ejus effundetur*, hominis non etiam Judicis mentionem fecit. Nam *per hominem* rectè intelligitur *בְּאִישׁ מִן הַבָּיִת דְּמוּתוֹ דִּיכְרִי דְּמִיּוּתוֹ דְּמִיּוּתוֹ דְּמִיּוּתוֹ*, uti loquuntur Hebræi, seu homo qui est in qualitate Judicis vel personæ publicæ. Idque evincunt rationes, quibus Jus talionis à privatis non posse administrari probavimus. Sic cum Christus dicit Matth. xxv. 52. *Omnes qui sumpserint gladium, gladio peribunt*: & Johannes Apoc. xiii. 10. *Si quis gladio occiderit, oportet eum gladio occidi*, non à quovis id fieri posse, sed ab iis demum, ad quos sermo Dei factus est, & qui potestate publica instructi sunt, subintelligitur. Nam Magistratus est, qui *μαχάραον φορεῖ gladium gestat*, Rom. xiii. 4. Quid si

tale Jus talionis à privatis sine interventu Judicum exercendum Deus hoc loco concessit, oportet id alicubi omnino exercitum esse. Certum autem nullum hic legitimum exemplum ostendi posse. Nam quod Abrahami factum attinet, Reges externos persequentis & ulciscantis, de eo, in loco agimus, ubi quàm parum faveat huic causæ, simul manifestum facimus. Pariter de Judæ factò, quod extat Genes. xxxviii. 24. alibi dispicimus. Id puto liquere quodvis scelus non à quovis vindicari potuisse citra ordinis publici laxationem. Quod si admittimus ad rem minimè facit exemplum Judæ, qui Thamaræ supplicium vivicomburii decrevit. Jam quòd reliquias pristini illius Juris talionis, juxta quod vindicta à quolibet privato attentari potuerit, ostendit Grotius in jure ejus qui occisum sanguine proximè attingeret, etiam post Mosis legem, omnino fallitur. Nunquam enim sub lege cuiquam concessum est, privatâ cupiditate illatas injurias ulcisci. Jus talionis sic sonat Levit. xxxiv. 19, 20. *Vir qui dederit maculam in proximum suum, secundum quod fecit sic fiat ei. Fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente, sicut dederis maculam in homine, sic dabitur in eo.* Verùm id jus privato ausu non potuisse administrari, docet clarissimè locus Exod. xxi. 22, 23. ubi marito permittitur Jus talionis contra eum, qui percussit uxorem prægnantis, verùm disertè additur: ותן כפי לים & dabis secundum judices. Quæ verba sic reddidit Paraphrastes Chaldæus ויתן כן כפי לים *Es dabis juxta sententiam judicum.* Ita Deut. xix. 19, 20. ubi de teste mendaci: *Neque pareet oculus tuus, & animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede;* Præcedit tamen diserta Dei sententia ורשו השופטים *Et inquirent judices diligenter.* Jam nec jus גאליהו *asserionis*, quo cognatus occisi constituitur vindex cædis his verbis: גאל הרום יסיה ארת הרצח בנפשו *Propinquus sanguinis interficiet homicidam, quum ipse occurrerit illi.* Num. xxxv. 21. nobis obstat. Etenim homicida qui se receperat in asylum, non poterat à vindice sanguinis nisi prius constitutus לטעם *ante congregationem ad judicium* occidi, uti clarè habetur v. 12. At qui omisisset confugere in civitatem asyli, is sanè patebat vindicis furori. Neque tamen propinquus sanguinis ultionem occisi executus hic considerari debet ut privatus, qui sine interventu Judicum propriâ libidine occidendi homicidæ potestatem habuerit. Nam qui occidisset alium, & in civitatem asyli, in quo facultas dabatur innocentie asserendæ, se recipere neglexisset, is habebatur pro eo, qui publicâ autoritate jam condemnatus esset. Quippe non cædem istantùm perpetravit, verùm etiam neglecto mandato confugiendi in asylum reum se esse publicâ quasi confessione testatus est

est. Qui igitur talem occidit propinquus sanguinis, occidit eum qui pro condemnato habebatur, & consentiente quidem ac approbante auctoritate Judicum, tanquam is qui commisit *עון פלילים* *scelus & iniquitatem judicum*, seu *judicatum*, ut ita loquar ex Jobi xxxi. 11. Hoc, nisi fallor, non est Jus talionis privata auctoritate sine interventu Magistratus exercere. Quid quodd casus incidere potuerunt, quibus vindex, occidens videlicet homicidam & ipse cædis reum se fecit: veluti si occideret eum, qui post mortem Summi Sacerdotis ex civitate asyli exivit. Hoc satis arguit, totum hoc negotium nutu Judicum administratum fuisse: nec posse eos, qui sanguinem cognati vindicârunt, privatos censeri, cum quicquid fas erat eis heic præstare, id publicis moribus, ac auctoritate publicâ, quâ hoc indultum est, omnino niteretur, & moderatio varia intercederet Judicum, quâ provisum satis est innocentes. Similis fuit ratio illius, qui vindex extitit sanguinis, atque eorum, quibus permittitur furem nocturnum ædes in valurum ab ædium Domino vel custode occidi quemadmodum etiam ex lege xii. tabularum & Platonis talis impune occidebatur. Ubi qui furem non pertractum ad judicium occidit, privatus dici non potest, quia publica auctoritate munitus id fecit. Sic Deus præcepit Levit. xix. 16. *Non stabis adversus sanguinem proximi tui*. Quo præcepto Hebræi sancitum volunt, ut proximus liberetur ex manu aggressoris etiam cum periculo mortis ejus. Et eodem pertinent jura *in culpatæ tutelæ*, & *Zelotarum*, quo posteriore deprehensi in criminibus quibusdam atrocioribus à quolibet impune verberabantur vel occidebantur. Quo utroque jure qui usi sunt, nihil privato ausu perpetrâsse censentur. Ex quibus omnibus ad liquidum perduco, nunquam in usu fuisse Jus talionis non restrictum ad Judices, nec talis juris reliquias visi in Jure talionis publicè concessio vindicibus seu cognatis occisorum.

.XXII. Nunc igitur, ut legem illam Dei contra homicidam à Deo post diluvium latam verius & simplicius exponamus, dicimus in ea tria contineri, ad instaurationem Politicæ hominum post diluvium apprimè facientia. Primum est, quod Deus interdixit, ne quisquam alterius vitæ insidias struat, vel sanguinem hominis effundat. Secundum, quod pœnam talionis Deus statuat in eum, qui sanguinem effudit Tros Rutulive fuit, hoc est, sive cædem perpetret bestia, sive amicus cui parci fortasse optet ille qui occisus est, sive denique quisvis alius. Tertium quoad executorem illius pœnæ talionis, statuit Deus, vel se ipsum cædem hominum vindicatorum, vel id facturum homines, quibus eam provinciam expetendæ vindictæ sit mandaturus. Quæ distributio hoc

arguit, quòd nemo eadem alterius impunè sit laturus. Fieri sanè potest, ut hominum manus latro aliquis fallat & ludificetur. At ut Divinæ vindictæ sagacitatem eludat, fieri non potest. Ut enim vel conniveant vel potentia destituantur homines, tamen Deus aliunde carnifices mittere potest, qui sanguinariis hominibus mercedem rependant. Ejus comminationis veritas rebus ipsis & tot experimentis quibus Deus vel per Magistratum vel per singularia judicia homines ultus est, cognita est, ut prolixiori explicatione minimè indigeat. Hoc igitur modo Deus vitæ hominum post diluvium in societate versantium providit, ac simul Judicia publica, quibus & Republicæ & singulorum hominum securitati consulere- tur, instituit illis verbis: *Qui sanguinem hominis effuderit* בַּאֲדָמָה, *per hominem sanguis ejus effundetur*. Ubi ex iis quæ antehac dicta sunt, satis apparet, בַּאֲדָמָה *per hominem* explicandum esse בְּפִלִיִּים vel בְּשֹׁפְטִים *per Judices* juxta Exod. XXI. 21. בְּפִלִיִּים נָתַן דָּבִיב *dabit per Judices*. Quin autem in hac institutione judicum & commissa iis vindicta sanguinis, contineatur potestas puniendi quælibet alia scelera, societatem humanam turbantia, vix dubitari potest. Etenim Deus hac institutione voluit cavere tranquillitati humanæ societatis. Atqui alia etiam scelera sunt, cum quibus humana societates consistere nequit. Deinde conjectura Divinæ voluntatis ipsa adjuvante naturali ratione à similibus processit ad similia, ut quod in homicidas constitutum est, in alias quoque eximè nocentes non iniquum videretur. *Sunt enim*, uti præclare Grotius *de jure Belli & pacis* lib. 1. cap. 11. 5. *quædam quæ vitæ equiparantur, ut existimatio, pudor virginialis, fides matrimonii, aut sine quibus vita tuta esse non potest, ut Imperii societatem continentis reverentia: adversum quæ qui faciunt, ii homicidas meliores non videntur.*

XXIII. Cæterùm Deus, cur sanguis hominum non sit fundendus, rationem reddit talem: כִּי בְּצֶלֶם אֱלֹהִים עָשָׂה אֱתָר הָאָדָם *quia ad imaginem Dei fecit hominem*, v. 6. Deus qui creavit hominem ad imaginem suam, solus in eum dominium habet. Quomodo dominaretur ejus vitæ homo, qui Deo quoad imaginem gestatam similis est? Annon hoc esset dominari ipsi Deo? Cui verò dominari homo non potest, quomodo potestatem eum occidendi sibi sumet. Verùm, inquires, homo post lapsum non Dei amplius imaginem gestat, sed Diaboli potius, & hominis generantis. Peccator non Deo similis est, quia Deus non est ut peccator Psal. L. 21. nec peccator ut Deus 1. Joh. 1. 7. iv. 17. Quin potiùs homo peccator est בְּתַבְרֹתָא *ut brutum*, ut ζωον ἀλογον *animal irrationale* Psal. XLIX. 21. Judæ v. 10. Et multitudo hominum animalium vocatur ζῷον bestia in Apocalypsi

Iypſi ſæpius. Quomodo igitur ea ratio evincit, non eſſe occidendum hominem? Reſpondet Calvinus inter alia: *ipſum cæleſtem fictorem, uſcunque corruptus ſit homo, finem tamen primæ creationis habere ante oculos: cuius exemplo reputare nos doceat, quorſum homines conſiderit, & quod excellentiã eos dignatus ſit præ animantibus reliquis.* Creationis finis erat, ut homo eſſet imago, gloria & ſemen Dei; proinde non ſubjaceret ulli præterquam Deo. Hanc in hominem poteſtatem non amiſit Deus, quamvis ipſe homo imaginem amiſerit. Proinde ex ipſo jure creationis ad imaginem ſuam cum Deo ſubſit ſoli homo, nemo in ejus vitam niſi ſolus Deus jus habet.

X XIV. Reliqua nunc ſunt ea quæ ad Eccleſiæ reſtaurationem pertinentia Deus Noë propoſuit. Inſignis erat ſtatim poſt lapſum Protoplaſtorum promiſſio, quã Deus eis Semen benediſtum, contriturum caput Serpentis pollicitus eſt. Quæ quidem promiſſio continebat nucleum fidei Patriarcharum, uti ſuo loco oſtendimus. Non impleta erat hæcenus ea promiſſio. Et videbatur per diluvium non leviter obſcurata, maximã parte ſeminis Evæ ſimul ſubmerſã. Quid verò ſi plura ejuſmodi mala metuenda fuiſſent? Annon laborare potuit fides promiſſionis? Annon ſuſpicio innãſci potuit imbecillitati humanæ, non amplius tolerare velle Deum hominem, nec ei miſericordiam impertiri? Itaque ad fidem Eccleſiæ ſtabiliendam & roborandam duo potiſſimum pertinent, quorum alterum eſt fœdus Dei cum Noa, alterum prohibitio Sanguinis, quæ myſterium complectitur. Fœdus quod attinet percuffum cum Noa, deſcribitur illud Genef. ix. 8 — 18. Fœderati circumſcribuntur v. 9, 10. Ego ſtatuo pactum meum vobis cum & cum ſemine veſtro poſt vos: Et cum omni anima vivente quæ eſt vobis cum, tam de volatili quã de jumento, & omni beſtia terræ quæ ſunt vobis cum ab omnibus egreſſis ex arca uſque ad omnem beſtiam terræ. Subſtantia fœderis eſt: Non excindetur omnis caro ultra ab aquis diluvii, neque erit ultra diluvium ad diſperdendam terram v. 11. Siquis ſeu ſacramentum fœderis ſtatuit *ꝛꝛꝛ* arcus ſcuis in nubibus v. 12 — 18. Et dixit Deus, iſtud erit ſignum fœderis quod ego do inter me & inter vos, interque omnem animam viventem quæ eſt vobis cum in generationes ſæculi. Arcum meum ponam in nube, eritque in ſignum fœderis inter me & inter terram. Eritque quum obnubilavero nubem ſuper terram, tum apparebit Arcus in nube ipſa. Et recordabor fœderis mei, quod eſt inter me & inter vos, & inter omnem animam viventem in omni carne: neque erunt ultra aquæ in diluvium, ut diſperdant omnem carnem. Eritque Arcus ille in nube, & videbo illum, ut recorder pacti perpetui inter Deum & inter omnem animam viventem cum



cum omni carne quæ est super terram. Et dixit Deus ad Noab, Hoc est signum fœderis quod statui inter me, & inter omnem carnem quæ est super terram.

X XV. Ante omnia fœdus illud Noëticum jure mihi videor restringere ad Ecclesiam, interquam *noah* & Deum intercessisse illud existimo. Non obscure id innuit Esaias cap. LIV. 9, 10. כי מי נח וזאת לי אשר נשבעתי סעבר מי נח עוד על הארץ כן נשבעתי סקעף עילך ובער כן : כי הררים יטשו והנובעים יהרהר. *Nam aquæ Noachi hoc mihi, cui juravi quod non transirent aquæ Noah ultra super terram: sic juravi quod non irascar contra te nec increpabo te. Montes enim movebunt sese, & colles nutabunt: misericordia autem mea à te non recedet, & fœdus pacis meæ non nutabit: dixit miserator tuus Jehova.* Ubi cum fœdere Dei, quod Deus percussit cum Ecclesia N. T. & in quo promittit gratiam & misericordiam immotam in Christo jam pro peccatis mundi tradito, comparatur gratiosum illud fœdus, quod cum Noa quondam percussit, quo pariter gratiam & misericordiam suam Ecclesiæ obligavit. Sed magis id liquet ex ipsa substantia fœderis, quæ Deus promissit, & ut Esaias explicat, *juravit non iri deletum omnem carnem diluvio.* Quo juramento & justificatio & hæreditas mundi, Christo & Ecclesiæ danda obsignatur. Non aliam enim ob rationem Deus conservationem mundi vel juramento promissit, quam quia præcivit Christum ante jacta mundi fundamenta præcognitionem pro peccato hominum quandòque satisfacturum, & post satisfactionem hominibus futurum justitiam, ac in iis Regnum occupaturum, ut per eum Ecclesia sanctificetur & conservetur. Ex hoc igitur fœdere fideles certam spem concipere potuerunt futuræ suæ justificationis & hæreditatis mundi. Nam Deus cum promittit non simpliciter non deletum iri bonos & fideles, sed *כל בשר omnem carnem*, eo ipso innuit, Deum quondam etiam Gentilium futurum Deum, ut æquè partem & accessum habeant in Regno Dei, atque illi qui hæctenus in familia Semi, inprimis Jacobi, soli populus & peculium Dei fuerunt. Quæ est ipsa κληρονομία & ἕξις, hic Noæ, alibi Abrahamo & fidelibus promissa. Fallor, an etiam signum hujus fœderis Arcus nimirum cœlestis non notat Christum, factum nobis Ecclesiæ caput & justitiam? Is enim tanquam Angelus ille fortis qui descendit à Cœlo amictus nube, etiam iride caput cinctum dicitur Apoc. x. 1. *Και ἴδεν ἄνθρωπος νεφέλης & ἰρις super caput.* Nimirum ipse est qui pacem adfert, & averruncat iræ Divinæ diluvium. De qua re rursum infra dicimus. Quodd verò etiam animalia fœderi huic includuntur, non impedit quòd minùs ad Ecclesiam solam pertineat fœdus. Nam propter Ecclesiam & fideles, quorum omnia sunt, etiam *mundus*, cujus

do-

dominium ipsis concessum est, *ipsi autem Christi, Christus autem Dei*, 1. Cor. III. 21, 22, 23. Deus etiam animalia inclusit fœderi, & eorum conservationem spondit, ita tamen ut quo discrimine fœdus Dei ad utrosque pertineat, nemo ignorare possit, qui cogitat ordinem, quem Deus hominem inter & animalia posuit: & quod à parte animalium stipulatio nulla fieri potuerit, quod indicium est, directe ad ea fœdus non pertinuisse. Quomodo nec signum sequens bestiis datum, quippe quæ eorum significationem non percipiunt.

XXVI. Fœderi huic cum Noachidis inito Deus adjunxit אום נים signum seu sacramentum fœderis. De quo sic Deus v. 13. אום קשת נתי נתתי בעין הארץ אום קשת נתי נתתי בעין הארץ *Arcum meum posui in nubibus, eritque in signum fœderis inter me & inter vos.* Admirabilis est Dei & indulgentia & sapientia, qui ejusmodi adminiculis sublevat infirmitatem humanæ fidei, & promissionibus suis robur addit: neque hoc duntaxat, verum etiam traditione talium Symbolorum, & secundum traditionem perpetuo vigore & notitia historix & fœderis sui veritatem confirmat. Nam tale signum cum perpetuo extet, & per traditionem cognoscant plurimæ gentes, cujus rei signum sit, uti postea etiam confirmabimus, non potuit res ipsa tali signo adumbrata hominum notitiam fugere. Cæterum per אום arcum Ambrosius intelligit figuratè virtutem invisibilis Dei, quæ severitatem Divinæ justitiæ, & rigorem quo aliàs punit scelera, clementer remittit & relaxat, ne extensus nimium rumpatur & perniciem adferat hominibus, quam Dei virtutem ex similitudine arcus quo sagittæ jaciuntur, illustrat. Verba sunt lib. de *Arca & Noë* cap. 27. *Non enim sicut plerique arbitrantur arcum istum dicit quem ajunt homines esse, quo pluviarum signa aliqua declarentur, in quo colores diversi tanquam radiorum solis nunc rutilantium, nunc lumine lucentium claviore figurantur. Unde & pluvia futura significatur, eo quod inconstantia quædam serenitatis versicoloris specie demonstratur. Arcum hunc Iris quidam appellant. Sed absit ut hunc arcum Dei dicamus. Hic enim arcus qui Iris dicitur per diem videri solet, per noctem non apparet. Etiam per ipsum diem, si obductus aër tetrus nubibus fuerit, ne sic quidem videtur, nisi forte cum graviores nubes se cæperint relaxare. Ergo videamus, ne quia arcus quo sagittæ jaciuntur, nunc tenditur, nunc resolvitur, quandam extensionem & remissionem videatur scriptura significare, per quam neque penitus per nimiam extensionem universa rumpantur, sed sit quædam mensura & quoddam Divinæ virtutis examen. Est ergo virtus invisibilis Dei, quæ & specie istius arcus extendendi & remittendi moderatur pro Divina voluntate, misericordia, potestate, quæ neque omnia confundi nimis solutione, neque dirumpi nimis ir-*

ruptione patiat. Quam ideo in nubibus dicit poni, quia tunc maximè opus est Divinae auxilio prudentiæ, quando agmina nubium in procellas tempestateſque coguntur. Ideoque dicit: Arcum meum ponam in nube, non ſagittam ponam. Arcus enim instrumentum jaculandæ ſagittæ eſt. Itaque non ipſe arcus vulnerat, ſed ſagitta. Et ideo Dominus in nubibus arcum magis quàm ſagittam ponit, id eſt, non illud quod vulneret, ſed quod habeat terroris indicium, vulneris effectum habere non ſoleat. Verùm hæc arcus explicatio obſcura & μυθριώδης non tam illuſtrâſſet promiſſionem Divinam & fœdus, quàm intricâſſet. Et quomodo illa virtus Dei in nubibus poni ſtatuitur? Nam ſi per nubes intelligantur adverſa temporum, durum fuit uno loco tot figuras quæ rem implicant, ponere. Quid quòd Deus de arcu illo ita loquitur, v. 16. Eritque arcus ille in nube, & videbo illum ut recorder pacti perpetui inter Deum & omnem animam. Quæ quomodo juxta ſenſum literæ intelligi poſſint de ea virtute Dei, non video. Clarum eſt ex totius hiſtoriæ ſerie, per τὸν πῶρ intelligi iridem, ſeu arcum eum qui in nubibus crebro viſitur, qui cum arcu ex quo ſagittæ emittuntur, maximam ſimilitudinem habet. Paucis hic de iridis natura, ſignificatione tum naturali tum ſupernaturali, origine & traditione apud gentiles receptâ dicendum fuerit.

XXVII. Iridem definiſt Suidas: Ἴρις ἑστὶν νεφὸς ὑγρῶτος καὶ ἑμπλοῖσιν ἡλίου περικυλισμένη, διὸν τὸ πῶρον. Iris eſt nubes humiditas variatæ (ſeu varios habens colores) ob ſolis incurſum, arcus inſtar. Aliter ἑμφατικῶς ἡλίου ἱμῆρια τῆς ἡσπέρης ἐν νεφῶν δευροσμηθῶν, κελύκη καὶ σωρευτὴς φαιβῶσιν, ὡς ἐν κατόπρῳ φαταζομένη, καὶ κύκλῳ περιφύεται. Conſpectus partem ſolis aut lune in nube roſcida cava & in ſpeciem continua, quæ tanquam in ſpeculo conſpiciſtur apparet rotunditate circuli. Efficit igitur iridem poſſimum Sol, ſive radius ſolaris in vaporem receptus, inque eo refractus propter diſverſa receptacula, unum rarius, aëra, alterum denſius vaporem, qui & ſolare recipit radium & in oculum refleſcit. Ut ita in iride ſit partim ἀνάκλασις, ſive radii luminofi, in profunditate vaporis refractio; partim ἀφῆκλασις, ſive radii ejus ad oculum reflexio. Quæ non poſſent ſociari niſi in nube rorida, & in pluvias jam jam reſolvenda, quippe in tantum rara, ut eam aliquantum radius ſolaris penetret, & in tantum etiam denſa, ut ubi radius ſeſe paululum inſinuârit, eundem repercutiat. Circularis & arcuata eſt ejus figura ob figuram ſolis ipſius, quia ſemper iris apparet ex adverſo Solis, repercuffis ejus radiis ab oppoſita nube. Colores iridis ex varia lucis & umbrarum mixtura ſunt tres poſſimum, Φοινίκης, ruficæ & rubicundus, κροκίνης, portacæ ſive viridis & ἀλκυονίδος, Cùm enim ſolares radii primùm ſubeunt nubem, quia

quia minus transitur opaci, color est rubicundus sive puniceus. Ubi paulò magis penetrârît, impeditur aliquantum coloris ardor, atque sic fit viridis. At in profundum vaporis admissus, usque ad infimam arcus curvaturam ob opacitatem remittit color, estque cœruleus. Aristoteles adjecit quartum ξανθὸν sive flavum, qui in punicei & viridis confinio constitutus ex utriusque mistura oritur.

XXVIII. Significationem naturalem quod attinet iridis, eam his verbis depromit Seneca lib. 1. Natural. quæst. cap. 6. Arcus non eandem, undecunque apparuit, minas adfert. A meridie ortus magnam vim aquarum vehet. Vinci enim non potuerunt nisi valentissimo sole: tantum est illis virium. Si circa occasum refulsit, vorabis & leviter impluet. Si ab ortu circæve surrexit, serena promittet. Quæ causa est, quòd Poëtis iris dicatur *venit quartus & pluvius vates*. Quod Plautus attendit Curcul. act. 1. scen. 2. ubi de Muliere Meribiba. *Ecce autem bibit arcus; pluet credo, hercle hodie*. Crediderunt autem veteres imperitiores, ut elephantis proboscide, ciconiæ rostro, sic iridem bibere vapores cornu utroque terris incumbente, ac inde plerunque iridem pluvias portendere. Quanquam nec pluvias nec serenitatem certo & infallibili indicio significat. Non pluvias, quia nubes rorida & vapores à solis calore crescente absorbi potest. Non serenitatem, quia contingere potest, ut solis calor debilior factus nubem non rarefaciat vel consumat. Proinde pro vero dixit Plinius 11. 59. *Arcus vocamus extra miraculum frequenter & extra ostentum: nam ne pluvios quidem aut serenos dies cum fide portendunt*. Supernaturalis significatio iridis est ea, quam Deus Noë indicavit. Nimirum iris ex instituto Dei significavit, non delendum esse aquis omne vivens, sicut in diluvio factum est: conservare velle Deum Ecclesiam in hoc mundo, eam justificare & hæreditate mundi augere. Hæcque omnia futura in Christo Salvatore mundi, & propter eum. Unde is caput cinctus iride introducitur apud Johannem in loco supra allegato.

XXIX. Ex iis quæ hætenus de iride dicta sunt, nullo negotio intelligi poterit, quale fuerit signum iris, & quæ ejus cum re significata analogia. De qualitate signi disceptant, utrum iris fœderis Noëtici signum sit naturale vel quodammodo naturale, an potiùs voluntarium & quod vocant, *ἔκ τινος ἰσχυρὸν ἐκ ἰσχυροῦ*? Quodammodo naturale, signum esse statuerunt, qui dicunt, apparente iride in nubibus, aërem, utpote in quo sunt nubes non planè opacæ & densæ, neque etiam confertæ & totum aëra implentes sua caligine & opacitate, quæ ubi sunt impossibile est ut iris generetur; nullo modo dispositum & præparatum esse ad generationem

diluvii. Si enim, ita Valesius de S. Philosophia cap. 9. *totum Cælum esset nubibus obductum, neque ulla parte pateret Sol, nulli radii in oppositam Cæli partem abirent, neque si nubes objecta, esset densa admodum, penetraretur à radiis aliquatenus, sed tota appareret atra ob opacitatem, fit ergo iris ab adverso sole mittente radios in nubem non densam, significat ergo naturaliter, quod & jussu Dei, imbrem nequaquam obruturum mundum, qui enim possit, cum neque Cælum totum obductum nubibus sit, neque quæ adsunt, sunt valde dense.* Ea sententia est etiam Thomæ Aquinatis & Cajetani, nec non Chrysofomi Javelli & Cardani, & inter Hebræos R. Levi Ben Gerson; quos sequitur Gerardus Johannes Vossius de *Origine & progressu idololatriæ* lib. 111. 13. Quorum sententiæ ne calculum subsignem, multa efficiunt. Fateor quidem iridem naturaliter significare, non venturum diluvium ex causis naturalibus: sed nullo modo venturum diluvium quod Deus signo aliquo Noachidis confirmare voluit, nego naturaliter iride significatum esse. Etenim cum diluvium pendeat à causis quidem naturalibus, quas tamen solus Deus vel certè virtus major vel naturæ vel hominis virtute movere possit ad agendum, quomodo res aliqua purè naturalis talem effectum qui *quoad modum productionis*, uti loquuntur in Schola, supra naturam est, significare poterit? Tum si naturale signum est iris non venturi diluvii, cum naturam suam habuerit inde à creatione, cur diluvium tamen secutum est tempore Noë? Præterea cur Deus hanc iridis significationem instituit, si eam à natura habuit? Neque ratio opposita valida est ad evincendum quod volunt. Iris, inquit, ostendit aërem non planè spissis nubibus obductum esse, proinde non superventurum proximè diluvium. Etenim primò Deus non id tantum promisit, iride apparente proximè non imminere diluvium, sed nunquam imminere. Secundò existente in nubibus arcu quamvis aër præparatus non sit ad generationem diluvii per naturales & proximas causas, semper tamen & omni momento præparatus est ad obediendum Deo, si per omnipotentem nutum, cujus solius non naturæ hoc opus est, is diluvium producere velit. Quid enim? An Deus aquas in momento creare non potest, ut opus habeat præparatione vaporum in aëre? Et ut immensa vaporum & imbrium vis requiratur ad diluvium generandum, an Deo deest potentia illam cogendi subitò undiquaque? Omnino igitur statuendum puto, iridem nullo modo naturale signum fuisse diluvii non amplius immittendi, sed quicquid significavit, id omne ex institutione & sola gratiosa voluntate Dei significavisse, haud secus quàm signum Circumcisionis, Paschatis, sanguinis fœderis, aquæ in Baptismo, panis & vinum in Eucharistia.

XXX. Habuit autem arcus cœlestis similitudinem & analogiam manifestam cum fœdere, cujus signum ex instituto Dei fuit. Etenim iris naturaliter, uti ostendimus, significationem habet pluviarum non magnarum nec diuturnarum, & subinde etiam serenitatis. Sic fœdus Dei cum Noachidis in initium habuit promissionem de mundo per longanimitatem & clementiam Dei non amplius per diluvium vastando, ac in primis confervanda Ecclesia. Fieri sanè potest ut & mundus totus & Ecclesia singularibus Dei iudiciis sit obnoxia, & ut imbres ac fluctus iræ Divinæ collum usque penetrent. At ut submergatur penitus, ut portæ inferorum prævaleant, nulla vis, nullus omnino astus efficere poterit. Arcus signum naturale mediocrium pluviarum vel serenitatis in Cœlis ab ipso Deo positum est, & ex Cœlo ab utroque latere porrigitur in terram usque. Sic gratia Divini fœderis eum cœlestis sit originis descendit & diffunditur in cordibus credentium. In iride sunt colores conjuncti ruber, viridis, cœruleus. Hi colores tantum non *δακρυλόεινος* significant, quod per sanguinem fiat mixtura sanctitatis & misericordiæ, ut utraque manifestata per sanguinem fufum, Deum faciat nobis venerabilem & amabilem ob utrunque? Iris nunquam circulum implet, nec semicirculi magnitudinem excedit. Quæ res adumbrat Regnum Christi in Ecclesia in terra militante. Regnum Christi in Ecclesia tum militante tum triumphante est veluti circulus descendens è Cœlo, rursusque è terra in Cœlum remeans. Cum veniret in carnem Christus post mortem Regnum in Ecclesiam occupavit, & in Cœlum ascendit, indeque redibit sub tempore restitutionis omnium. Hic circulus est. Hactenus tamen semicirculi rationem habet, quia quàmvis Christus à Deo datus sit Ecclesiæ Rex & caput, tamen multæ afflictiones Ecclesiæ durant, donec perveniatur ad consummationem Regni Christi; nec hostes Christi positi sunt scabellum pedum ejus, nec ultimus hostis mors debellatus. At ubi Christus abolevit omnem principatum, potestatem & potentiam, & Deo Patri tradet Regnum, post iudicium ultimum, implebitur circulus ille, & Deus erit omnia in omnibus.

XXXI. Cum Deus arcum cœlestem instituerit signum fœderis sui cum Noachidis, quæsitum est, an jam ante illam institutionem iridis ut signi, fuerit secundum substantiam suam in rerum natura? Negat Abenezra, qui ad vocem קשת sic commentatur: הנה כי קשת בענן וכן כיושר כאשר אשר הגאון כי בתהדר התורה. *Ecce dedi nunc arcum in nubibus. Nec explicandum hoc juxta Saadium, pertendentem, quod jam ab initio fuerit arcus.* Negant etiam inter Christianos non pauci. Verùm illi oppidè falluntur. Neque enim Deus loquitur de arcu, tanquam de re nova, &

nunc demum secundum substantiam suam instituenda. Verùm in præterito dicit נתי קסתי *dedi arcum meum*, quasi diceret: vidistis & observastis hæcenus illud in nube meteorum, quod ego posui. Huic autem arcui accessit novus usus, quem statim instituit Deus his verbis והתיר לאור ההרר בריר בני וכן הארץ *Et erit* (illud ipsum quod antehac dedi, posthac) *insignum faderis inter me & inter terram*. Non igitur verba illa rem novam, sed institutionem novam docent à Deo processisse, nempe institutionem rei, quæ res ante fuerat, ad usum & significationem novam. Quemadmodum etiam in omnibus sacramentorum signis partim res sunt sua natura, partim res illæ efficiuntur signa. Quid quod eadem causæ naturales liberæ & non impeditæ inde ab orbis conditu fuerint, ex quibus iris generari solet, puta sol radios fundens, & vapor ac nubes ita disposita, ut arcum talem ad oculos transmittere potuerit? Proinde ex concursu eorundem causarum iris etiam ante diluvium adeoque à principio extiterit necessarium est. Huic argumento in hæc verba respondere conatur Abenezra אלו חתו מאסנים בדברי הכמיון שכלהם השמש הולך הקשר יש לומר כי השם חוק או היאדר נבחר לכין או השמש אחר הכנול והיאדר נבחר לכין *Si credimus verbis sapientum Græcorum, quod à sole inflammante generetur arcus, dici potest, quod Deus post diluvium lucem solis corroboraverit. Quæ vera via est ad intelligendum*. Verùm cur hoc dicemus? Annon ante diluvium radii solis, cujuscunque demum roboris fuerint, luminosi penetrârunt in terram? Annon incidere potuerunt in nubem non admodum densam, à qua & refra&ctio & repercussio idoneè fieri posset? Quo ipso utique generari arcus debuit.

XXXII. De iride magnificè sentiunt etiam Gentiles, inprimis Poëtæ, qui ex ea Divam fecerunt, quam Thaumantis fixere filiam. Plato in Theæteto: *ἡ ἰοικεν ἐλὴν ἕλει Θάύματος ἐκγονον Φήσας ἢ κακῶς γενεαλογεῖν*. *Et videtur, qui Irim Thaumante aut progenitam, non male originem indicare*. Plutarchus de placitis Philosphorum III. 5. Πλάτων Φησὶ Θάύματος αὐτὴν γενεαλογεῖται τὸς ἀνθρώπους, ἀπὸ τοῦ θαυμάσιου παύτην. *Plato ait, homines ejus genus deducere à Thaumante, quod eam admirarentur*. De eadem re Apollodorus Biblioth. lib. 1. Θάύματος ὄνη καὶ Ἡλένης ὁ Ἰών Ωκεανῶ. Ἴρις καὶ Ἄρπυιας, Ἀετῶν, Ἀκυπέτη. *Ex Thaumante autem & Eleetra Oceanii filis natae sunt Iris, Harpyæ, Aello & Ocypete*. Videtis etiam Hesiodum in Theogonia. Passim etiam Pœtæ hanc Divam nuntiam fecere Junonis, quia nimium iis Juno est aër, iris autem aëris constitutionem indicat. Nec planè abludunt, qui hoc argumento nisi vocem Ἴρις derivant à ἱρ; quod μετὰ ληπικῶς *Angelum* sive *nuntium* notat. Quin & Peruani, auctore Josepho à Costa

à Costa iridem ut Deam venerati sunt, eamque cum duobus à latere serpentibus pinxerunt.

XXXIII. Ad Ecclesiæ post diluvium reparationem retulimus etiam legem cibariam, sive exceptionem sanguinis à communi alimento hominum. De quo sic Moses v. 5. וְשֵׁן בְּנֹפֶשׁוֹ רִפּוֹ לֵאמֹר תֹּאכְלוּ *Verum amen carnem cum anima ejus sanguine non comedetis.* Sensus est, non esse comedendum sanguinem animalis, in quo est vita ejus. Sensus hunc, ut & rationes præcepti, putatypicam, physicas, morales prolixè ventilavimus de libertate Christiana à lege cibaria veteri, quæ erat, de sanguine & suffocato cap. 4. quò lectorem cupidum remittimus. Summa huc redit, Deum prohibuisse Ecclesiæ sanguinem animalium quippe sibi sacrum, cum ante Christum sanguis animalium destinatus fuerit altari ad expiationem typicam peccati; in plenitudine autem temporum Deus pretiosum sanguinem Christi, adumbratum sanguine hircorum & taurorum, qui conscientias consummare non potuit, admiserit, per quem peccatum expiatum ac plenissimè abolitum, & peccator apud Deum consummatus & sanctificatus est. Unde liquet, quanta hæc Dei erga Ecclesiam post diluvium restaurandam gratia fuerit, qui tam evidenti & conspicuo typo Ecclesiæ insinuavit mysterium, quo non aliud cognitu salutaris & præstantius fuit.

## EXERCITATIO XX

D E

## PROPHETIA NOETICA.

## Breviarium.

Noë Propheta fuit. Id tum arca, tum inprimis Prophetia Genes. ix. 25, 26, 27. comprobatur. 1. Prophetiæ hujus occasio edisseritur. An Noë usum vini primus in mundum invexerit? RATIO Chrysolomi solvitur. Noachi ebrietas an excusari debeat? Calvinus defensio à Saliano. Jesuitæ pulsati. 2. Nudatio Noachi quomodo contigerit? Chami



*Chami facinus : Unde Noachus cognoverit, sibi à Chamo illudum ? Hebræorum de ea re figmenta perstringuntur. 3. An Noë per filium natu minimum intellexerit Chamum ? Chamum filium Noë natu minimum contra Theodoretum, Procopium, Scaligerum, Schottanum ; Japhetum verò ejus filium primogenitum fuisse ostenditur. Locus Genes. xi. 10. excutitur. 4. Prophetia Noachi tripertita. Chami imprecatio. Cur Noë loco Chami maledixerit filio ejus Canani ? Hebræorum profana deliria. Examinatur Sententia Chrysostomi & Lyrani. Augustini & Theodreti responsio probata & confirmata. 5. Quo sensu Canaan fieri debuerit servus servorum ? Quæ causa nigredinis Africanorum omniumque Chamitarum ? 6. Semi benedictio. Cur Noë in benedictione Semi Deo benedixerit ? Quo sensu vocaverit Jehovah Deum Semi ? Fædus Dei & prærogativa Ecclesiæ, familiæ Semi appropriatur. Fæderis Abrahamici & benedictionis Semi ἡ εὐαγγελία. 7. Japheti benedictio. Japheto Deus quomodo dilataturus ? Habitatio in tentoriis Semi de Deone an de Japheto enuntietur ? Semi tabernacula sunt Ecclesia. Japheti igitur habitatio in tabernaculis Semi notat futuram conversionem gentium. Terra Canaan etiam à Semi posteris subjuganda. 8. Summa capita Prophetiæ Noëticiæ. 9. Eventus hujus Prophetiæ demonstratus. Japheti posteros præ posteris Chami in tentoriis Semi, hoc est, Ecclesia Christiana insignem prærogativam habuisse. Hancque causam fuisse, cur Japheti habitaturi in tentoriis Semi non item Chami meminerit Noë. 10.*

- I. **N**oachum Sanctissimum Patriarcham in Chorum Prophetarum haud exiguo jure suo jam pridem retulit Augustinus de Civitate Dei lib. xviii. c. 38. *Jam verò, inquit ille, si longè antiquiora repetam & ante illud grave diluvium noster erat usque Noë Patriarcha, quem Prophetam non immeritò dixerim : siquidem ipsa arca quam fecit, & in qua cum suis evasis, Prophetia nostrorum temporum fuit. Fuit sanè Prophetico munere insignis Noë. Id ab Arca si discesseris cujus mysterium supra edisseruimus, fortissimè probant tum diræ adversus Chamum, tum pia & ardentia vota pro Semo & Japheto concepta, quæ paucissimorum complexu*

plexu verborum tum Regnorum tum Ecclesiæ futura fata comprehendent. Ita autem hæc Prophetia breviter sonat יְהוָה בְּנֵן עֵבֶר עֵבֶר לֵאמֹר : בְּרוּךְ יְהוָה אֱלֹהֵי שָׁם וְהוּא בְּנֵן עֵבֶר לְמוֹ : יִפְרֹא אֱלֹהִים לִיפְרֹא וְיִשְׁכֵּן בְּאֶחָיו שָׁם וְהוּא : כְּנֵן עֵבֶר לְמוֹ : *Maledictus sit Canaan servus servorum erit fratribus suis. Benedictus Febova Deus Semi, & erit Canaan servus ejus. Dilatet Deus Japbetum, & habitet in tabernaculis Sem, sitque Canaan servus ejus, Genes. IX. 25, 26, 27.* Singula ferè verba singula Vaticinia eaque amplissima complectuntur. Idque interpretatio eorum statim successura faciet quàm planissimum. Non negligenda tamen est ipsa occasio vaticinii, nimirum tum Noachi parentis ebrietas, tum faciendus pudendum filii, sopitum vinopatrem temerè inludentis.

II. De ebrietate Noachi Moses ita infit: *Capit' Noë agricola plantare vineam. Bibitque de vino & inebriatus est, Genes. IX. 20, 21.* Noachum, quoddam vini, cujus usus demum post diluvium ab ipso investus sit, spiritus & vires haberet incompetas, imprudentem incipientemque in ebrietatis incidisse vitium, sententia est tum Hebræorum tum Patrum plerorumque, qui bene affecti erga pietatem Noachi hanc potissimum rationem culpæ ejus elevandæ invenerunt. Ita Maimonides, Kimchius in libro Radicum; inter Christianos, Cyrillus, Theodoretus, Hieronymus, aliique. Chrysostomus Serm. 29. in Genes. in. tom. 1. p. m. 226. id ipsum sic comprobare studet: 'Αὐτὸ τὸ τοῦ εἰπεῖν, ἤρξατο, δείκνυσθαι ὅτι αὐτὸς τὴν ἀρχὴν εὖρε τὴν οἰνοποιίας, καὶ ἀπέπεδὴν ἀγνοίας, καὶ ἀπέπε μὴ εἰδέναι τὴν μεταβολὴν τοῦ μέθης εἰς ἐξέκλιψιν. Id ipsum quod dicitur, & capit, demonstrat, ipsum invocasse potum vini, & per magnam incitiam, quoddamque ignoratè modum hauriendi vini, ebrietatis succubuisse. Verùm nec sententia ipsa certa est, nec admodum solida ratio. Non enim vini nullum hæcenus inter mortales usum fuisse, persuaderi possum. Quomodo enim homines inprimis longævivi, qui alia longè difficiliora nec parvis utilitatibus invenierunt, quique ingenii intellectusque perspicacia posteris suis inferiores fuerunt minimè, tanto temporis tractu, cum obvix essent ubique terrarum vites, arcanum illud exprimiendi ex iis succi, qui tantum non ultro defluxit, ignorare potuerunt? Inprimis cum indigentia ipsa tam obvium & salubre remedium commendaverit. Christus, qui antediluvianis exprobrat intemperantiam tum in edendo tum in bibendo, satis innuit, iis usum fuisse potus alicujus, qui homines suo vitio intemperantes facit. Qualis hæud dubiè vini potus fuit. Præterea difficilior fuit paratu potus factitius ex hordeo vel alia quacunquere re, quàm qui ex vitibus confit. Nec quia dicit Moses de Noacho: *Et Capit;* sequitur ipsum invenisse potum vini.

Nam & *agricola esse capis*, uti verba Mosis sonant. Et tamen ante dilu-  
vium, ulum fuisse agriculturæ notissimum, creberrimumquæ constat.  
Igitur hoc demum Moses innuit, Noachum artes illas *βιωτικὰς* huc usque  
usurpari desitas postliminio in ulum revocasse. Quid quod illud *חמין* in  
Hiphil derivatum à *חמ* significat non *& capis*, sed potius *& permansit*?  
Quomodo etiam Onkelos & Jonathan vertunt eodem sensu *והי עמין* *& perman-*  
*sit*. Qui sensus ubi vicerit, contrarium ex eo demonstrari poterit. An  
verò Noachi ebrietatem simpliciter damnandam putamus? Calvinus no-  
stras, vir integerrimi iudicii, postquam asseruit, vini usum non videri  
sibi fuisse ante diluvium incognitum, addit; *Ego hoc in medio relinquens po-*  
*tius ex ebrietate Noë descendum esse arbitror, quam sæda & desestabilis sit*  
*ebrietas*. Subjungit postea: *Sanctus Patriarcha insigne frugalitatis ac tem-*  
*perantiæ exemplar, surpem ac pudendum in modum sui oblitus, nudum se in ter-*  
*ram projicit, ut omnium sit ludibrio*. Sic scapham scapham, & ligonem  
ligonem appellat. Sed Salianus Jesuita nequissimus Calvinum ita esse lo-  
cutum criminatur *pro innata in Sanctos maledicentia* ad A. M. 1671. Vide-  
licet, quia Calvinus acerrimus hostis vitiorum Sancti Patriarchæ næ-  
vum candidè detexit, maledicus est. Jesuitæ autem flagitiorum doctores  
famossissimi, qui cum Gratiano Decreti 1. p. dist. 26. vinolentiam, nisi  
consuetudo eam graviolem fecerit, inter culpas leves & veniales nume-  
rant, quique cum Nicolao Abramo contribule suo ebrietatem Noachi  
non interpretantur nisi *processum per pauld liberaliores haustus ad hilarita-*  
*tem*, atque ad eò ebrietatem lomentum & nitrum faciunt, ut cum Cice-  
rone loquar; sancti sunt innocentisque erga manes Sanctorum. Atqui  
conveniebat agnoscere, Spiritum S. ejusmodi nævos virorum San-  
ctorum in aprico ponere, partim ut retundat noxiam eorum, ipsorumque  
adeò Papistarum stultitiam, qui de Sanctis viris haud aliter sentiunt,  
quàm quod sine gratuita peccatorum remissione solis justitiæ propriæ me-  
ritis salutem ac felicitatem Cœlestem consecuti sint, partim ut infirmita-  
ti aliorum consulat. Non igitur in eo laborandum nobis est, ut patrocina-  
turi ebrietati Noæ prætextus varios fingamus, puta Orientalis vi-  
ni fortitudinem, ignorantiam virium vini, ægritudinem animi ob  
vastitatem & desolationem mundi, & si quid aliud. Sed nec est, ut  
peccatum Noachi extollamus in majus; quia quamvis ebrium fuisse  
Scriptura testificatur, tamen ebriosum fuisse non constat, uti rectè  
Augustinus monet *de peccatorum meritis* cap. 10. Neque ex unico de-  
licto, quod per se quidem omnino malum & vera *avopia* est, semel  
præter opinionem admisso, de ingenio & moribus cujusquam sententia  
ferri

ferri debet. Præsertim si aliâs extent pietatis illius testimonia & argumenta,

III. Ita inebriatus Noë בתוך אהלה זך ומתואר עזומא־הִתְעַבְרָה עַל לֵב אִתּוֹ אִשְׁרָיִם, nudatus est in domo vel tabernaculo suo. Vatablus reciprocum sensum adoptavit. Et cooperuit se. Pallivum tamen malo; sic tamen ut nuditas non tam detecta putetur scelere filii, quàm casu, non adverteat id ebrio. Cum id observâisset Chamus, pudori paterno illulit, ejusque propalati indicium fecit duobus fratribus Semo & Japheto. Cæterùm fratres, quos tum pietatis erga Patrem tum honestatis sensus perculit, ὀπιθοφρανας accedentes pallio injecto, paterno pudori consuluerunt. Noë expergefactus *Unde verè id cognoverit, quæritur. Alii בנבואה per Spiritum propheticum, alii per conjecturam scivisse existimant. Conjecturam Hebræi comminiscuntur ejusmodi. Nempe Noachum in ipsa adhuc arca Chamii libidinofum animum arcam intempestivâ Venere polluentis notâsse. Hinc expergefactum statim culpam ludibrii hujus in eundem conjecisse. Hanc esse traditionem Magistrorum quorundam, R. Solomon Ephraim in פי כל יי scribit. Alii in Tanchuma per intuitum libidinosum corporis Chami habitum planè immutatum esse, & oculos quidem factos rubicundos, detorta labia, capitis cæsaïem barbamque adultam, quin & nudum eum inaccessisse fingunt. Hinc Noachum facillè conjectâsse, non alium quàm Chamum auctorem stessarii hujus ludi esse. Cæterùm cum Noachus Propheta fuerit, multi propheticum ei lumen ad hanc notitiam prævisse putant. Sic enim Elizeus factum Giezi pueri sui absens cognovit. Ita pastorum Siculorum & Glossæ interlinearis author, nec non R. Levi ben Gerson. Verùm Chrysofotomi sententiam amplector, qui patri, cum se alieno pallio coniectum videret, percontanti id significâsse filios Semum & Japhetum existimat, non accusandi gratiâ, sed rem, ut facta, docentes.*

IV. Cæterùm quia Chamus, qui id nefas perpetravit, à Mose diseretè hîc vocatur *פּוֹק בֶּן פִּיפִּי filius natu minor, indicium nonnullum hinc promissus Ordinis filiorum Noachi, qui non planè controversiâ caret. Primum enim hinc constat fuisse Chamum fratrem natu minimum, non secundum ut multi, qui decepti arbitrario ordine Scripturæ, Semum primum, Chamum secundum, & Japhetum ultimum faciunt, arbitrantur. Non ignoro Hebræos quosdam, R. Levi ben Gerson, Aben Esram, aliosque quos Christiani nonnulli Theodoretus, Procopius, Gazæus, Josephus Scaliger, Ch. Schotanus imprudenter sequuntur, Filium illum natu minore[m] exponere non tam de Chamo Filio, quàm de Canaanepote. Verùm*

rùm ut nepotem dicat *filium natu minorem*, quæ ratio est? Quomodo sic distingueretur Canaan à cæteris ex Semo & Japheto nepotibus Noachi? Præterea is est *filius natu minor*, qui perpetravit scelus. Atqui id fecisse Chamum disertis verbis habetur v. 22. Nam quòd Scaliger ita quærit: *Quid fecit Cham Patri suo? Nihil. Tantùm fratribus de Patris probro nuntius fuit*; illud nescio quomodo nimis argutum est. Illud *nihil* Scaligeri factum est indignissimum filio, quo oculus ejus meruit, ut effoderetur à corvis vallis aut comederetur à juvenibus aquilis, uti pronuntiat Solomon Proverb. xxx. 17. Quòd si Sem & Japhet ob testam ignominiam Patris benedictionem consecuti sunt: utique ob contrarium factum Chamus maledictionem meruit, quippe qui Patris nuditatem non texit, sed publicavit. Chrysoctomus Serm. 29. in Genesin, fatetur intelligi Chamum. Negat tamen inde sequi, Chamum fuisse natu minimum. Δέντι οὐδὲ, inquit, ἦν ἡ ἀπειροὶ ἑλάφου. Ἄλλ' ἐστὶν ἡ τὴν ἡλικίαν ἦν ἀπειροὶ ἐκείνου, ἀλλὰ τῆ γνώμῃ νεώτερος, ἢ ἡ ἀπειρία αὐτὸν ἐξέβαλεν. Secundus enim erat, & antecedebat Japhetum. Quamvis autem ætate illo prior erat, voluntate tamen minor, & temeritate eum excessit. Eadem mens est Philonis Judæi. Verùm id inconsideratius est quàm ut recipi debeat. Si Noë vocasset Chamum minorem natu, possset id fortâsse affectu dictum videri tali, qualem exponit. Nunc non tam verba Noachi hæc sunt, quàm Historiographi Mosis. Manet igitur omnino, Chamum fuisse fratrem natu minimum. Relinquitur dubitatio de Japheto & Semo, uter prior fuerit. Si ordinem gratiæ respicimus, haud dubiè Semus prior est, quippe quem fratribus ex mera indulgentia sua Deus prætulit. At nascendi ubi spectatur ordo, non dubito, quin Semo præferendus sit Japhetus, tanquam primogenitus. Nam Semum Moses disertè vocat *fratrem Japheti majoris*. Rectè enim LXX. Seniores illud *accipiunt* de Japheto potius quàm de Semo, qui Semum vocant *fratrem Japheti majoris*. Et fuisse Japhetum primogenitum, patet ex demonstratione temporum. Nam Genes. xi. 10. Sem centum annorum natus genuisse dicitur Arphaxadam biennio post diluvium, adeoque anno ætatis Noë 602. Nam diluvium inivit anno Noë 600. Genes. vii. 11. Ex quo sequitur Noam generasse Semum anno ætatis 500. uti disertè habetur Genes. v. 32. Itaque biennio antè Semum genuit primogenitum Japhetum. Josephus Scaliger in elencho primæ Orat. Chronologicæ Paræi conatur demonstrationem hanc infringere, sed ratione planè frivolâ, quæ malè tuetur, diluvium incessisse anno Noë 599. cum anno 600. Noë cœpisse, & anno ejusdem 601. finitum esse testetur scriptura Genes. vii.

32. & VIII. 13. Cōsule sis doctīssimū Armachanū Chronol. 5. p. 11. cap. 4. Ubi erroneam Scaligeri demonstratiōem egregiè debellat. Proinde naturalis ordo filiorū Noë hīc constitui debet, ut Japhet primus, Semus secundus, Chamus ultimus dicatur.

V. Hæc de Occasiōe Prophetiæ Noëticiæ præfati ad ipsam nunc Prophetiam accedimus. Est autem ea juxta numerum filiorū, quibus vel imprecari vel benedicere voluit Noë, tripartita. Prima est in imprecacione Chami, quam Noë præmisit, eò quòd is flagitio suo ansam prophetiæ huic dederit, concepta est v. 25. his verbis: וַיִּמְדַּרְתִּי כִנְעַן עַבְדִּי עֵינֵי אִרְכָּשׁ Et dixit (Noë) maledictus Canaan. Servus servorum eris fratribus suis. Ante omnia inquirendum, Cur Noë loco Chami filio ejus Canaanis maledixerit? Hebræi, Theodoretus, Procopius Gazæus, Lyranus, Abulensis, aliiq̄ respondēt, Canaan protervum petulantemq̄ue puerum, cū primus Avum indecorè jacentem vidisset, Chamo Patri extratabernaculum nuntiāsse, primumq̄ue aded fuisse, qui dormienti detectis virilibus, Noacho procaciter illuderet. Sic itaq̄ue, uti R. Nehemia in Tanchuma loquitur, maledictionem rediisse ad principium suum. Verūm cū hoc Canaanis scelus ab hominibus potius conjectatum quàm in Scripturis indicatum sit, eādē facilitate negatur, quā asseritur. In Tanchuma Magistri quidam, homines ineptissimi aliam causam commenti sunt. Dum Noë, inquiunt, erat in arca dixit, in corde suo: utinam essent illi filii mei servi, ut sedcant, & servus suis ministrent. Sed ubi egresus fuero hinc, quicquid genuero, faciam ipsis servos. Confestim dicit Chamus: Tu non fines me filium gignere quartum, qui sit servus. Propterea filius quartus, quem tu gignes, erit servus & dixit; Maledictus &c. Juxta sententiā illius, qui dixit, quòd Cham castraverit Patrem. Excogitarine à quopiam possunt crassiora mendacia, & figmenta magis frigida? Lyrano videtur, maledictum esse Patri in filio, ut ostenderetur, quòd non in sua duntaxat persona maledictus sit Chamus, verūm ad posteros quoque ipsius ista maledictio dirivaretur. Verūm ratio hæc generalior est, quàm ut huic quæstioni convenire possit. Chrysoſtomus ita solvit. *ἐκ ἐικῆς, ἡ παιδὶς ἐμνημόνευσεν, ἀπὸ τῆς λέξεως λέγον ἐγκυκλιμμένον. Βυλόμεν ὅτι ἄρα καὶ ἀψευδαὶ αὐτῆς λέξεως τὸ πλημμελεθῆναι, καὶ ὑβρεῖν, ἢν εἰς αὐτὴν ἀπειθείηται, καὶ μήτε ἢ τῆς λέξεως ἡ θεὸς ἔδωκε μηχανήσασθαι ἐυλογία λυμνίασθαι. Ἴνα ἂν μὴ δοκῆ εὐδὸν ἀπαξ ὑπὸ τῆς θεοῦ ἐυλογίας πυχόντα κερτασθαι, ἐκείνοι μὲν πῶς τὸν ὑβρεῖν ὄντα ἀθήσει, ἢ ὅτι κατὰ εὐδὸν ἐπάγει. Non frustra meministi filii, sed ob rationem occultam. Volebat enim corrivere eum ob peccatum & consumeliam quæ se affecerat, neque tamen præjudicare benedictioni, quæ Deus jam ante affecerat Chamum (Genes. IX. 1.)*

*Ne igitur cum, cui Deus semel benedixerat, videretur maledictio profcindere, ipsum quidem contumeliæ autorem præterit, cæterum in Filium maledictionem derivat.* Causa igitur, cur Noë non Patri Chamo, sed filio Canaani maledixerit, Chrysofotomohæc est: quia Chamo jam divinitus benedicto, Noë maledicere non potuerit. Verùm non video, quomodo maledictio paterna non stare potuerit cum præcedente benedictione Dei, quâ is Noam & filios ejus jussit crescere & multiplicari supra terram. Nam & crescere ac multiplicari potuisset supra terram, & simul esse servus servorum, quod vel Judæorum hodie constat exemplo. Ego solidissimam esse judico responsionem Augustini, quam is adfert quæst. 17. in Genesin: *Queritur, inquit, quare cum peccans Cham in Patris offensa, non in se ipso, sed in filio suo Canaan maledicitur? nisi prophetatum est terram Canaan ejusdem Cananæis inde & debellatis, accepturos esse filios Israël, qui venient de semine Sem.* Eodem modo Theodoretus in Genes. 58. ubi Noachi verba non tam imprecationem in se continere ait, quàm futurorum prædictionem. *Ἐπειδὴ δὲ, inquit ἤμεθεν ὁ Ἰσραὴλ ἐκ τῆς Σὴμ κατὰ γὰρ τὸ γένος ἡ Παλαιστίνης ἐκ τῆς Χαναάνειον ἢ δεσποζῆσαν, ταύτην ἢ πάλαι ὤκουν ὁ ἐκ τῶν Χαναάν βεβλασθηκόπε. Eis ἀρχὴν ἀνατίθει ἢ πόρρησιν, πείσασθαι μὴ τὰ ἰσμήνα, δεδιτόμεν ἢ τὴν ὑπεροῖσμήνας μὴ ἀδικημελεῖν eis γενεάς.* Nam cum Israël ex Semo genus ducens, Palestinam occupaturus esset, quam olim incolerunt, qui ex Canaan descenderunt; in maledictionis formam Prophetiam effert; prædicens quidem futura, deterrens autem posteros, ne peccent in Parentes. Ita est. Non tam maledictionis (quamvis & vera maledictio insit) quàm prædictionis rationem de eo quod Mosi temporibus posteros Canaan singulari Dei Judicio eventurum erat verba Noachi habent. Nec de rationibus illius rei disputandum sollicitè, sed tota hæc causa in abyssum Judiciorum Dei imperscrutabilem rejici debet. Quamvis id satis constet; Deum posteros inobedientes visitare ob peccata parentum. Deus igitur Chamo in sua persona non maledixit, ne ea maledictio ad ejus posteros omnes spectare videretur. Canaanem autem nominatim perstrinxit, propter Judicium Dei, quo posteri ejus olim erant percutiendi. Eam igitur ob causam Moses hanc Prophetiam attulit & descripsit, ut Israëlitas in spem erigeret, maledictionis hujus vi jam jam se exerturâ, futurum, ut iis tanquam posteros Semi, Cananæi succumbant.

VI. Sensus igitur Prophetiæ hujus manifestus est. Prædicat enim Noë futurum, ut Canaan seu posteritas Canaanis, sit servus servorum fratribus suis, Semo nempe & Japhetho? quo genere locutionis servitus exprimitur eorum, qui ad vilissima quæque servitia mancipantur. Implemen-

tum

tum Prophetiæ hujus postea viderimus. Id unum monendum duco, Noam non aliis hic posteris maledixisse quàm Canaanis. Nulla enim mentio vel Chuschî, vel Mizraim, vel Phuti. Idque Deus fecit pro liberrima sua voluntate. Proinde falluntur, qui nigredinem Æthiopum, Arabum Scenitarum, Ægyptiorum, aliorumque, qui à Chamo Originem duxerunt, acceptam ferunt maledictioni, qua Noë eorum Genearchum Chamum profecutus est. Verior causa nigredinis est, quòd qui olim Solis calore fulci erant, qui illis color turpis videbatur, succis & unguentis nigricantibus (hæ sunt Æthiopum cerussæ) fuscum colorem atro permutarunt. Versa est postea ars in naturam. Eandem causam tum in Macrocephalis tum in simis naribus Maurorum, & variarum, tum Indorum tum Æthiopum, gentium observat Vir doctissimus Isaacus Vossius. Not. in Pomp. Melam pag. 304. 305.

VII. Secunda benedictio est in Prophetia Semi, quam continet verus 26. : וְכָל עַדְוָה בְּנֵי יְהוָה וְכָל עַדְוָה בְּנֵי יְהוָה *& dixit (Noë) benedictus Jehova Deus Semi, & sit Canaan servus ejus.* Benedictio Dei redundat in benedictionem ipsius Semi. Hoc pulchrè explicat Chrysostomus, his verbis : *εὐλογίᾳ τοῦ πατρὸς ἢ Θεοῦ, ἐφελέτην αὐτὸν κατ᾽ ἴσους μείζονα & εὐλογίας, ἢ ἀπὸ γένου τοῦ Σὴμ ἀλλοίον & ἀμοιβῆς, ἧς αὐτὸς αὐτὸν, εἰ δὲ ταῦτ᾽ εὐλογίᾳ.* *Dum benedixit Deo, eum reum fecit debendi majorem benedictionem, & causa factus est Semo majoris retributionis, quàm quæ ipse Deo per semet ipsum benedixit.* Subest & aliud huic rei Mysterium. Antea Noë reo. vel ejus potius filio in propria persona maledixit : quia nimirum reatus in solidum ipsi debebatur. At Semi delectatus pietate, maluit Deo quàm Semo benedicere, quia pietatis Semi paterno pudori consulenti, authorem esse non tam Semum, quàm Deum ipsum omnis boni authorem noverat. Cæterùm duo hac benedictione & Prophetia tribuuntur Semo. Primum, quòd Jehova sit futurus *וְכָל עַדְוָה Deus, vel in Deum Semo.* Hoc longè amplissimum & excellentissimum est. Nam esse Deum alicujus, vel alicui, locutio est federalis, quæ declaratur. Dei specialis gratia, quæ alicui ut restis ita & author fit summi boni. Ex quo justitia seu δικαιοσύνη illud quò justis sumus coram Deo, nec non vita æterna Cœlestis secundum corpus & animam importatur, Matth. xxii. 31, 32. Luc. xxv. 35, 36, 37, 38. Heb. xi. 16. Quia enim Deus non potest esse Deus peccatoris, ne ei similis videatur, iccirco cujus Deus est, eum justificare debet, quòd ejus Deus esse & cum eo communionem colere valeat. Porro qui justificatur à Deo, is pacem habet cum Deo. Qui cum Deo pacem habet, spem habet vitæ Cœlestis tum quoad animam, tum quoad corpus. Igitur manifesta hic est declarata



claratio, Deum promissionem illam, quam Protoplastis proposuit in Paradiso ratam velle haberi in Semo & certa parte posteritatis ejus. Proinde in eadem verba Deus foedus suum postea pepigit cum Abrahamo, qui fuit ex posteris Semi Genes. xvii. 7. *Statuam pactum meum inter me & te &c.* וְכָתַבְתִּי לְךָ בְּיָמֵי אַבְרָהָם וְלִזְרַעְךָ אֲחֵיךָ ut *sim tibi in Deum & semini tuo post te.* Porrò quia foederis illius pars facilè princeps datio Christi ut Sponforis, venturi quondam in carnem ad expiationem peccati, hinc intelligitur, eadem phrasi Noachum Christi nativitatem ex posteris Semi innuisse. Quod luculentius probat versus sequens, ubi Japhetus dicitur habitaturus in tabernaculis Semi. Quod satis arguit, Messiam perpetuæ mansionis auctorem nasciturum ex tentoriis Semi. Alterum quod Semo tribuitur in hac Prophetia, est in his verbis: וְיִשְׂרָאֵל כְּנָעַן עַבְדִּי *Sis Canaan servus ei.* Hæc est aperta prædictio de terra Canaan à posteris Semi subigenda & possidenda. Quæ est altera pars foederis cum Abrahamo initi Genes. xvii. 8. *Daboque tibi & semini tuo post te terram peregrinationum tuarum, totam terram Canaan in possessionem perpetuam.* Ex quibus manifestè colligitur in benedictione, quam Noë impertitus est Semo, quæcunque sed *μάλα ἐμφαλτικῶς* representari id ipsum foedus, quod Deus postea cum Abrahamo pepigit Genes. xvii. 7, 8. Sicut enim in foedere eo Abrahamico promittitur partim datio Christi Sponforis & Mediatoris, ubi Deus se Abrahamo & posteris ejus futurum in Deum recipit; partim datio terræ Canaanæ ut pignoris: ita in benedictione Semi Noë vaticinatur, fore, partim, ut Jehova sit Deus Semi, adeoque ei posterisque reveletur Christus Justificator & futurus peccati expiator; partim ut posteris Semi certant hæreditatem terræ Canaan, certissimi pignoris tum Christi in ea revelandi, tum vitæ æternæ credentibus impertiendæ. Meritò igitur Sem vocatus est *שֵׁם* hoc est *celebris* aut *magni nominis*, quia tantis privilegiis emicuit supra fratres, *καὶ ἐδόξαζεν ὑπὲρ πάντων ἐν τῇ κτίσει* Ἀδάμ. *Gloriam adeptus est supra omnia in creatione hominum, seu inter homines creatos, ut Sirach de eo loquitur Cap. xl. v. ult.*

VIII. Tertia Prophetia est in benedictione Japheti vers 27. וְיִשְׂרָאֵל כְּנָעַן עַבְדִּי לְפָנֶיךָ בְּיָמֵי אַבְרָהָם וְלִזְרַעְךָ אֲחֵיךָ quæ verba optimè Septuaginta Seniores, quos secuti sunt Onkelosus, Arabes, Hieronymus, alii transtulerunt hunc in modum: *κατὰ τοῦ ὁ Θεὸς τῷ Ἰάφεθ. καὶ κατοικήσεται ἐν τοῖς οἴκοις τοῦ Σήμ. Dilatet Deus Japheto, & habitet in interioris Semi. Et sit Canaan servus ejus.* Tria potissimum hæc Prophetia complectitur. Primum est, quòd dilataturum Deum Japheto pronuntiat Noë, puta habitationem. Promittitur igitur illi, fore, ut in divisione terræ amplissimum locum

cum

Sum obtineat. Alterum est, quod Japhetus habitaturus sit in tentoriis Semi. Non ignoro, quosdam hanc Pericopen non tam ad Japhetum quam ad Deum referre, ut sensus sit, Deum habitaturum in tentoriis Semi, quomodo eum postea constat habitasse in tabernaculis Mosis, templo Solomonis, denique inter posteros Jacobi, intra quos Ecclesiaz suæ fines continuit. Ita Philo Judæus, Onkelofus, Theodoretus, Lyranus, Abulensis, alii hanc prophetiæ partem interpretantur, conferentes locum Psalm. cxxxii. 14. *Elegit Dominus Sionem, elegit eam pro habitatione sua, dicens: hæc requies mea in seculum seculi, hic habitabo, quoniam elegeram.* Hanc expositionem fusè profequitur Fullerus Miscell. 11. 4. qui vaticinium hoc tum in universum ad habitationem Dei in familia Semi, tum in specie ad Christum, qui ἐν κήποις tanquam *in tabernaculo habitavit* inter Judæos posteros Semi. Nihilominus non tam ad Deum quam ad Japhetum hæc verba referenda existimo; partim quia, cum hic sensus quem ex his verbis reddunt, jam antea, ubi Noë prædixit, Deum futurum Deum Semi, expressus fuerit; in tam brevi & nervosa prophetia tautologia admittenda foret; partim, quia, cum præcedentes versus singuli pertineant tum ad Chamum tum ad Semum, probabile sit, etiam hunc totum ad Japhetum pertinere; partim denique quia, cum sequentia: *Et Chanaan sit servus ejus*, haud dubiè referenda sint ad Japhetum, ratio nulla sit, cur non & proximè præcedentia referantur ad eundem. Cum igitur omnino de Japheto dicatur, eum habitaturum in tentoriis Semi, quo id pacto fieri debuerit, manifestum est. Tabernacula enim Semi quid aliud sunt quam Ecclesia, hæcenus intra familiam Semi, cui Jehovah in Deum futurum prædixit erat Noë, seu posteros ejus ex Jacobo oriundos, comprehensa. Igitur Japheti posteris innuuntur certo & definito divinitus tempore accessuri ad communionem externam Ecclesiaz, valere jussis Diis gentium *αλλοθιμίνοις* agnitori ac celebraturi eum Deum, qui hæcenus erat *Θεὸς Ἰσραὴλ Deus Semi*. Uno verbo Noë prædicit vocationem gentium, successuram post mortem Christi: de qua disertè hæc verba accipiunt Chrysostomus in Genesin Serm. 28. Hieronymus, Augustinus, alii. Ultimum, quod Japheto in benedictione hac tribuit Noë, est, quod Chanaan ei sit serviturus. Sicut igitur à Semi posteris terram Canaan subjugari oportere antea pronuntiavit, ita à Japheti etiam posteris eandem aliquando in servitutem redactum iri vaticinatur, clarè innuens servitutem infidelium Judæorum à Japhetis quondam subjugendorum. Atque hic sensus est tripartitæ Prophetiæ Noeticæ.

IX. Hujus Prophetiæ summa nunc capita delibemus. Sunt autem sequentia.

quentia. I Prædicat Noë filiis suis, dividendum orbem, & divina bonitate maximam ejus partem Japheto concessuram, ibi: *Dilates Deus Japheto.* II. Deum fœdus & Ecclesiam suam conservaturum in familia Semi, ibi: Et dixit: *Benedictus Jehova Deus Semi.* III. Posteros Semi definito tempore subjugatos terram Cananæam, camque ut hæreditatem suam possessuros, ibi: *Et sit Canaan servus ejus.* (Semi) IV. Messiam auctorem perpetuæ mansionis oriturum ex tentoriis Semi, ibi: *Jehova Deus Semi;* nec non ibi: Et habitet Japhet in tentoriis Semi. V. Japheti posteros quondam Judæis terram Cananæam erepturos, & eisdem in servitutem redacturos, ibi: *Et sit Canaan servus ejus.* (Japheti.) VI. Post Christi mortem ad communionem Ecclesiæ vocandos esse etiam gentes, imprimis autem posteros Japheti, ibi: *Et habitet (Japhet) in tentoriis Semi.* Hæc capita perspicuè & manifestè sequuntur ex Prophetia Noëtica: Cæterùm ex ipsis his Capitibus plurima alia concatenata per *obviam interpretationem* facili negotio deduci possent. Sed id iudicio & prudentiæ lectoris relinquo. Id sanè hinc clarissimè liquet, paucissima hujus Prophetiæ verba Canonem Prophetiæ, & omnium ferè subsequentiū Prophetiarum epitomen meritò haberi.

X. Quem hæc oracula exitum fortita sint, nihil ferè attinet dicere. Res est inter Christianos quàm notissima. Quis enim ignorat Japheti in divisione orbis terrarum prærogativam? Cùm enim Semo quidem non cesserit nisi Asiæ majoris pars potior, Chamo autem præter Africam exigua portio Asiæ; uni Japheto cessit Europa quanta quanta est, tota Asia minor, nec non Asiæ majoris pars haud postrema, denique quod ex conjectura probabili colligimus, ipsa etiam America. Idque probatè evidenter Exercitatio nostra XXIII. in qua de Patriarchis gentium uberius differatatio sequetur. De Ecclesia intra Semi posteros ex Israele oriundos, definito Dei iudicio, exclusis & velut murali sepimento ab ea divisum Chamitis tum Japheticis, conservatâ, de subjugata terra Cananea & à Semi posteros auctore Mose, & duce Josua in servitutem redactâ, debellatis triginta regibus, excisis impiis gentibus, denique mancipatis quibusdam vilissimo servitio, quales Gabaonitæ, qui postea mutato nomine נתיני *Nethinai* seu *dedisiti* nuncupati sunt; de Messia nato intra tentoria Semi; de terra Cananea à Romanis, posteros Japheti (sunt enim ipsi *Cistim* qui ex Javane, filio Japheti Originem duxere, uti Exerc. 23. probaturi sumus) post destructam à Tito, Vespasiano Hierosolymam, subactâ, res notior est, quàm ut ulla vel probatione vel explicatione indigeat. Jam de vocatione Japheticarum ad communionem Ecclesiæ, postquam, Judæi

callo

callo obducto indurati & ex tentoriis Semi ejeti sunt, res æquè in vulgus nota est. Testantur id vel solæ Epistolæ Pauli scriptæ ad Romanos, Corinthios, Galatas, Ephesios, Philippenses, Colossenses, Thessalonicenses, qui omnes ex posteritate sunt Japheti, scriptæ. Atqui, inquis, non etiam ex Chami posteris plurimi ad Communionem Ecclesiæ externam sunt aggregati? Sunt sanè. Non ignoro enim, florentissimas quondam in Ægypto, totaque Africa Ecclesias fuisse. Non ignoro, hodieque per Africam plurimas Christiano nomini devotas Ecclesias comparere. Non enim amplius in Ecclesia est Græcus vel Judæus, circumcisio vel præputium, Barbarus vel Scythæ, liber vel servus: sed omnia & in omnibus Christus, Coloss. III. II. Igitur gratiæ ventus non uni loco, non solis Japheti posteris spirat. Ubique Deus habet cultores, qui eum in Spiritu & veritate adorant. Qui igitur constat oraculum, quod solius Japheti habituri in tentoriis Semi meminere? Optimè. Nam disertis verbis Chami posteritas à tentoriis Semi non excluditur. Quod verò non nominatur, indicio est, singularem futuram in Ecclesia Christiana sortem & prærogativam Japhetarum. Hoc jam facile colliget, quisquis posteros Chami & Semi contenderit cum posteris Japheti. Primò enim in universam Japhetus maximam orbis partem possedit. Proinde haud dubiè gentes Christianæ ex Japheto ortæ numero & amplitudine vincunt cæteras. Quædam igitur hætenus fuerit prærogativa Japheti. Deinde quæ olim florentissimæ in Africa erant Ecclesiæ, pleræque vel hæresibus teterrimis sunt infectæ, vel per Apostasiam penitus collapsæ. Quæ hodieque ibi visuntur, pleræque itidem labem contraxerunt pravarum hæresium. Eutychanismi & Nestorianismi. At Japheti posteris, imprimis per Occidentem tum plurimæ ad Christum sunt conversæ, tum incorruptam fidem retinuerunt diutissimè, & cæterorum hæreses pestíferas damnarunt, donec Antichristus in Ecclesia dominans hanc iis gloriam decerpit, delibavitque. Tametsi nec adèd Antichristus grassari potuit unquam, quin passim fideles & cordati homines ei resisterent, & integri tandem hæque per Europam celeberrimi populi ejus obedientiam exuerent. Itaque hodie puritas & integritas, Religionis Christianæ, addo & inculpata ejusdem libertas longè latius & lætius per Dei gratiam inter Japheti posteros emicat, quàm unquam inter Semi & Chami posteros effloruerit. De Semi posteritate nihil dicam, quæ quâ ab Euphrate in Orientem extremum per continentem insulasque disseminata patet, modicos vel nullos Christianismi radios admisit. Manet igitur Japheti posteris salva hæc prærogativa, quòd ante Chami Semi-que universam progeniem, in tentoriis Semi, hoc est Ecclesia Christi,

possimas partes habeat. Atque hic est benedictionis Noëticæ, divina bonitate ita dirigente, fructus pulcherrimus. Utinam verò pari erga Deum pietate & gratitudine nos, qui Japheti sanguine creti gratiosissima hæc Semi tentoria inhabitamus, tanto nos beneficio dignos reddamus! Utinam Christum omnes sincerè & ex divini verbi præscripto confiteamur! Utinam tandem illud dedecus, Antichristianismi labes tentoria Semi purgaret! Sed spes est, id omnino futurum, quando Christus illum *avorum* illustri potentia suæ præsentia conficiet. Atque tum, solo Christo in tentoriis Semi regnante, antiqua gloria Japheti posteris redibit.

## EXERCITATIO XXI

DE

## TURRI BABEL

ET

## CONFUSIONE LABII.

## Breviarium.

*Noë post exitum ex Arca quoniam se cum suis ex montibus Gordæis contulerit? Sulpitius Severus, & Vir doctus statuens, primos homines ante generalem dispersionem diversa loca & insulas habitasse, examinatur. 1. Solvitur ratio Viri docti inde petita, quòd cum Babylonii, Assyrii, Cananæi linguam Hebræam conservaverint, atque sic puniti non sint, par sit credere, eos inter Turris conditores non fuisse, atque sic jam ante sedes suas incoluisse. 2. Vagatio primorum hominum, & dispersionis metus occasio fuit condendæ Turris. 3. An Semus, Chamus & Japhetas communi consilio Turrim*

rim condiderint ? Josephus vindicatur. Pererius refellitur. 4. Semi familiam non consensisse Chamitis in hoc opere ostenditur. Euty chius Alex. Glycas, Const. Manasses notati. 5. Quomodo in Campum Sennaar venerint  $\square$   $\square$  ex Oriente, cum Armenia campis Sennaar sit septentrionalis ? Sententia Chaldæi, Jacobi Capelli, Bocharti, Fulleri. 6. Homines primos statim ex Armenia in proximam Mediam, ex Media in Assyriam, & ex Assyria in Campum Sennaar progressos, atque sic verè ex Oriente versus Meridiem perfectos esse. 7. Campus Sennaar quis fuerit, & unde dictus ? Hautho Armenius notatur. 8. Inquiritur quis scopus fuerit ædificantium ? Abydeni sententia rejecta. Thracum & Hiacovo Sinensium Imperatoris insania. 9. Josephi statuens voluisse se primos homines adversus aliud futurum diluviium vel incendium urbis munire, sententia examinatur. 10. Verus hominum illorum scopus eruunt. 11. Nimrodus auctor fuit hujus structuræ. 12. An turrim unam, an potius urbem turtitam ædificare voluerint. 13. Materiam delegerunt lateres. Laterum quam lapidum stabilior est materia. Quid Lagour apud R. Benjamin ? 14. Lateribus bitumen interstratum esse. Copia bituminis in Babylonia. 15. Civitas Babel à Nimrodo structa, à Semiramide, Nebucadnezare & Nitocri aucta. Justinus & Ctesias notati. 16. Babylon ab initio nominis magna fuit. Turris forma & magnitudo. Hebræorum nugamentum. 17. Oratio Dei Genes. xi. 7. ad quos sit facta ? 18. Confusio Labii quomodo facta, sententia Pererii, Scaligeri. 19. Casauboni Isaci, & Merici sententia. 20. Epicrisis. Confusionem Labii talem omnino fuisse ut se invicem non intelligerent amplius structores. An Deus ventis immisissis Turrim perdidit ? Modum confusionis explicatu esse difficilem. Non videri verisimile, quoddam variæ linguæ plenæ & perfectæ subitò per illam confusionem emerferint, variis argumentis probatur contra Pererium & Torniellum. 21. Fuisse tamen Confusionem Labii haud infimam causam varietatis linguarum ostenditur. Verus Confusionis modus enuntiatur. 22. Gentilium cavillationes contra historiam Turris Babel & Confusionis Labii. Philonis infelix congressus cum eorum sophismatibus. 23.

*Solvuntur gentilium sophismata. Discrimen inter Gigantomachiam & Historiam Turris. Gigantomachia gentilium unde petita? An confusio linguarum simile quid habeat cum fabula de confusis animalium linguis? 24. An varietas linguarum data sit in remedium peccatorum? 25. Babylonis antiquæ cum Babylone mystica in Apocalypsi comparatio. 26.*

I. **I**N montibus Gordæis Armeniæ exivisse Noam ex arca, supra visum nobis probabile. Ibi tantisper cum suis confedit, dum aquarum metus evanesceret. Cæterùm dubitandum non est, quin Noë paulatim ad plana & amœniora digressus fuerit. Utrum verò, quod innuit Sulpitio Severo, & ex eo recipit vir Doctissimus, Mortales ante susceptam in Campos Babylonis profectionem diversa loca atque insulas habitaverint, atque aded generalem illam dispersionem gentium post Babylonicam confusionem præverterit alia prior & antiquior, parum sanè liquet. Quicquid etiam Torniellus multos alios, uti præfert, secutus, asserat, jam ante Arphaxadam cum suis Tigrin transfretasse, colonias quæsitum. Scripturæ quidem tale quid non ianuunt. Quin potius Noachus inebriatus & coopertus dicitur: *בְּתוֹךְ אֵלֶּיךָ בְּמִדְבַּר שֶׁנֶּאֱמַר בְּמִדְבַּר אֵלֶּיךָ* in medio tabernaculi sui. Genes. ix. 21. Et in benedictione Japheti, respiciens haud dubiè ad usum suorum temporum, meminit *אֵלֶיךָ שֶׁנֶּאֱמַר* tabernaculorum Semi. Genes. ix. 27. Quod satis arguit homines primos hæcenus Nomadum & Scenitarum more dispersos in tabernaculis vixisse.

II. Quòd verò vir Doctissimus hæcenus receptæ sententiæ obducit, in prima hac divisione orbis Canaanem, Assyriam, Babyloniam, Syriam habitatas fuisse, quia incolæ illi linguam Hebraicam retinuerint, atque aded inter turris conditores non fuerint, quippe jacturâ aliàs primitivæ linguæ plestendi; etsi speciem magnam habet, conjectura tamen mera non res est. Quis enim à vanitate illa turbæ nova temerè molientis exceperit Canaanem, aliosque maledicti Chami posteros, quibus Canaanæ, Assyria, Babylonia celsit; cum peculiari nomenclatura turrim ædificasse dicantur *בְּנֵי הָאָדָם* Filii hominum, qui Ecclesiæ universum opponuntur? Deinde princeps & *אַרְכָּרְשָׁד* in sanæ hujus structuræ haud dubiè Nimrodus fuit, qui Babylonem fecit *ראשית מלכותו* principium sui regni, cæteris inde discedentibus. Qui convenit autem, Nimrodum Babylona habitasse ac occupasse, & eò tamen irruisse, ut peregrinas in sedes, & tanti operis periculum fecisse? Denique & Babel & Campus Sennaar post confusio-

fusionem demum fortiti hanc appellationem, hæc tunc in habitati faciliè credi possunt. Quòd primitivam autem linguam retinuerunt Babylonii, Assyrii, Cananæi & Syri, indicio non est, illos inter turris conditores non fuisse, atque aded jam ante divisa loca incoluisse. Non dicam enim primitivam linguam non retentam esse puram & limpida, qualis mansit in sola Hebræi linea. Varietas autem Dialecti, & evidens discrepantia à matre supplicii loco esse potuit. Atqui etiam potuit Deus iis veterem loquendi ritum conservare, quippe quibus eadem illa loca Deus in dispersione destinavit, ut ea incolerent. Cæteris qui linguam mutaverant, in remotiores plagas distributis ipsa separatio & loci & linguæ poena fuit temerariis coeptis infligta.

III. Hæc tunc igitur seu in editis illis montium jugis, seu in planioribus, ad quæ aquarum recessu invitati penetrabant, conjunctim habitabant, vel incertis potius sedibus Nomadum more sunt vagati. Prælagiabat dubio procul animus, futurum quandoque, ut societate dissoluta à se invicem deducantur. Proinde consiliùm eis fuit grande aliquod facinus incipere, nimirum moliri turrim, quæ stupenda altitudine posteris etiam religioni & admirationi esset. De qua in præsentiarum Mosaicæ narrationis callem prementes, non nihil differere constituimus.

IV. Principiò non caret dubitatione, quinam illi fuerint, qui ad condendam turrim communi consilio animum applicarunt. Josephus videtur edam propendere, quod & Semus, & Chamus & Japetus suis ad profectio-nem authores ac duces fuerint. An vero iidem ad condendam turrim omnes consenserint, non exprimit. Proinde cum Pererius advocato Josephi testimonio tale quid probare in animo habet, nihil agit. Nec momentum habet ratio, quæ asserit, universos homines ad ædificium turris conspirasse: *quia, qui convenerunt in campum Sennaar, fuerint ii, qui erant unius labii & eorundem sermonum. Ante turrim autem ædificatam omnes omnino homines fuisse labii unius.* Atqui non sequitur: Si omnes venerunt in campum Sennaar, omnes conspirarunt ad ædificandam turrim. Deinde, cum Moyses docet, terram fuisse *אחד לשון* unius labii, non asserit, omnes, qui labii unius fuerunt, conspirasse. Hæc duntaxat exprimit, hominum illorum vitio inductam linguarum divisionem, cum hæc tunc communi eademque lingua animi sui implicatam notionem homines evolverent.

V. Assentior igitur iis, qui benedicti Semi familiam negant in hoc cœtu fuisse. Hoc innuit Moyses, scribens, turrim ædificasse *בני בני אדם* Filios hominum, Genes. xi. 5. Quò indigitamento Scripturæ profanos intelligi volunt. Nec convenit, ut opinemur, ipsum Noë & Semum ad primogenitum quemque in ejus familia, qui cultum Dei intemeratum custodi-



stodiverunt, eadem cum cæteris vertigine actos fuisse. Præterea constat, per Heberi lineam linguam illam, quã retro concordēs utebantur homines, puram & integram ad posteros traductam esse. Atqui si communis culpæ socii extitissent, par erat communi eos pœna exæquari, & sancto illo ac verè *ἑομενί* æque ac cæteros idiomate privari. Socii in opere socii in pœna. Unde liquet falli eos, qui Semo consultore ædificatum statuunt. Quorum in numero etiam est Eutyebius Alexandrinus, cum scribit *Annal. pag. 53. Insuper fuisse à Semi filijs viginti quinque, qui ab Euphrate & Musal ad extremum usque orientem habitaverunt.* Rectius Glycas citato Epiphaniï loco: *Heberum, auctorem & propagatorem Hebraicæ Gentis linguam suam propterea retinuisse, quod cum turrim structibus commune nihil habuisset, Annal. p. 3. Cui consentiunt, quæ Constantinus Manasses Annal. pag. 14. habet: Solus Eber ab ea pœna immunis evasis, quod vana molientibus non adfentiretur.*

V I. Processerunt homines illi *קרא* ex Oriente, Genes. xi. 2. Atque hinc venerunt in campum Sennaar. Constat sane ex Geographis exactioribus, Armeniæ majoris partem, maximè Orientalem, à Campo Babylonico rectã ad Septentrionem vergere. Cum igitur ex Armeniæ montibus profecti credantur, (nam Temporarii sententiam, qui arcam quævisse in Paropanisio, qui Babyloniz est Orientalis, alibi refellimus) nodus inde solutu difficillimus nectitur, qui censerî possint profecti *קרא* ex Oriente? Hic Chaldæus quidem Onkelos nodum declinat potius quam solvit. Convertit enim *קרא* in *in principio*. Pariter Hierosolymitanus *קרא* ab *initio*. Quamvis autem vox *קרא* significatum hunc ex genio Linguz non respuat, sensus tamen hic alienus efficeretur, quando manifestè apparet, duos terminos profectiois Mosen sibi mutuo opponere. Jacobus Capellus per *קרא* intelligit eam regionem, quæ postea dicta est Kedem à Kedma novissimo Ismaëlis Filio Genes. xxv. 25. Homines igitur antiquos ex Armènia progressos in Kedem; ex Kedem in Campum Sennaar. Samuel Bochartus in eruditissimo opere Phaleg præsidium quærit in more apud Assyrios recepto, qui Orientales vocabant Imperii sui partes, quæ trans Tigrim erant sitæ, ut Occidentales, quæ cis Tigrim. Ex qua divisione pertinerent sanè montes Ararat ad Orientem, quia pars erant ditionis Trans-tigritanz. Non desunt etiam Viri eruditi, qui præfultore Doctissimo Fullero contrarium significatum induant voci *קרא* ut sit, non ex Oriente, sed *Orientem versus*. Quomodo particula *קרא* verti solet Genes. xiii. 11. 1. Sam. xiv. 5. Nempe Babylonem ad meridiem montium Ararat ita esse sitam, ut ad Orientem nonnihil inclinet.

V II. Bochar-

VII. Bocharti sententiam laudavimus Exercit. 18. Quòd si tamen & ea suas difficultates haberet, verisimillimum isthoc videretur, primos homines in montosis & asperis Armeniæ non semper permanisse, sed brevi post diluvium tempore aliò se contulisse. Et rationem ejus rei satis certam habemus. Quia enim montes Ararat, teste Haithone Armenio, perpetuis aggestarum nivium molibus cumulentur, necesse habuerunt primo quoque tempore inde discedere. Quia verò clementiorem haud dubiè auram secuti sunt, non in Armeniam subjectam, cujus partes Aquilonares, teste Strabone, perpetuis horrent nivibus, sed in partes proximas Mediæ descenderunt. Præterea cum Noë vites panxerit, id in Armenia facere non potuit, in qua *ne quidem vitis facile nascitur*, uti Strabo loquitur. Non dubium est igitur, quin in partes Mediæ proximas descenderint. Hinc sensim progressi in Susianæ & Assyriæ campos, in unum veluti agmen postmodum collecti, profectiois initio inde facto, per Assyriæ æquora ad Tigridis ripam universi pertenderunt. Atque adeo verò dici potest, iter illud factum מִקְרֵי ex Oriente, cum Assyria Babylonis sit Orientalis. Nec obstat, quod Tigris, fluvius ibi locorum amplissimus, profundus & rapidus, hominibus illis trajectu difficilis existimetur, ob navigandi imperitiam. Quodque regionem totam, quæ ripæ Tigridis præterditur, materiæ navalis inopem fuisse, teste amplissimo Dione Epit. in Trajano, constet. Nam peritiam navigandi hominibus illis defuisse gratis asseritur. Si tamen & artem navigandi, & materiam navigio habilem defuisse pertendas, illud cogitandum, circa Gordyzam, quæ non procul abest à fontibus Tigris, etiam sine scaphis & cymbis Tigrin trajici potuisse. Quin circa Ninum & Arbelam, ubi multis annibus alveo suo receptis fluvius rapidissimus est, Alexander, teste Diodoro, Curtio, & Ariano, cum toto exercitu reperto vado transivit.

VIII. Ex Orientalibus his partibus profecti dicuntur invenisse vallem בְּאֵר שֶׁנַּי in Terra Sennaar & ibi habitasse. Sennaar in Græca versione redditur Βαβυλων Zach. v. 11. Βαβυλωνία Esai. xl. 11. In Arabica Pentateuchi بَغْدَاد Bagdad. In Chaldaica בָּבֶל Babel. Jonathan & Hierosolymitanus modo בָּבֶל Babel, modo פִּנְטוּס Pontus. Historiam & rerum eventa dependentium non potest esse obscura nominis ratio. Liqueat enim, ante confusionem non fuisse nomine Sennaar insignitum hunc campum. Sed post confusionem nomen בְּאֵר שֶׁנַּי campus accepit, quasi diceret campum, *qui excutit*. Quippe שֶׁנַּי est excutere. Dicitur igitur Sennaar ex eventu, quia, ejus incolæ justo Dei judicio in omnes mundi oras excussi & dissipati. Por-

ro fallitur Haitho Armenius, scribens, esse Sennaar montem Chaldææ. Certum enim est, fuisse Terram Sennaar circa Babylonem. Nam in eo campo ædificata est Babylon. Et Genes. x. 10. expressè Babel dicitur fuisse in Terra Sennaar. Quin & Nebucadnezar legitur vasa Templi deportasse in Terram Sennaar בְּרֵר אֶלְחֵיזַר *in domum Dei sui*, hoc est, fanum Beli, quod erat Babylone, interprete Abydeno apud Eusebium, Dan. 1. 2. Apud Josephum lib. 1. cap. 5. & Euleb. lib. 10. Præp. Evang. Histæus Milesius, rerum Phœniciarum vetustus scriptor meminit Σενναῖος ἢ Βαβυλωνίας, Sennaar Babyloniae.

I X. In hoc campo cum considerent, nata sunt infausta consilia, quæ mox consentiens populi vox firma & rata effecit. Nimirum inquit, בְּנֵי הָאָדָם וַיִּבְנוּ תוּרֵי נֶפֶשׁ לָנוּ עַד וּמִגֵּרַל וַיִּאֲשֶׁר בְּשֵׁם אֲלִיטוּדוֹ *adificemus nobis civitatem & turrim, cuius altitudo ad Cælum pertingat* Genes. xi. 1. Penetrandum ante omnia nobis in rationem hujus instituti. Abydenus hanc affert quod homines illi antiqui viam sibi ad Cælum planam munire voluerint. Tam stolidos autem & rerum ignaros fuisse minimè nobis probabile fit. Reperti quidem sunt, quos stulta opinio dementavit, ut crederent ascensum talem in Cœlos parabilem esse. Quomodo apud Polyenum lib. 17. Thraces quidam existimârunt, Ducem suum Cosingam, Junonis Sacerdotem, per scalas, quas paraverat, ascensurum in Cælum, ut eos apud Junonem accusaret. Et de Imperatore Sinensium Hiaovo memorat Martinus Martinus Histor. Sin. Decad. 1. pag. 365. ipsum accessum paraturum in Lunam, ad Changoæ suæ complexus, quam ibi post decessum vivere & spirare ei Magus impostor persuaserat, turrim extruere conatum, per quam ad Lunam eniteretur. A quo infano consilio ipsum deducere potuit unus architectus, evidentissimè demonstrans, id fieri non posse. Ingenti enim fundamento opus esse, ad quod ponendum totam, quâ patet, Sinam non esse suffecturam. Sed antiquissimis hominibus nihil ejusmodi in mentem venire potuit. Cognoverant satis, nuper aquas super altissimos montes exundantes, & in iis fluitantem arcam nihilo fuisse Cœlo propiorem. Deinde scientiæ fideralis haud inexperti fuerunt, quippe nepotes Sethi, qui ante diluvium Astrologiæ operam dedisse, & inventa sua columnis duabus inscripssisse posteris noscenda à Josepho perhibetur.

X. Josephus ergo aliam pandit consilii hujus causam. Videlicet voluisse illos homines se munire adversus universale diluvium, si quo alio imposterum eos infestari contingeret. Hoc insolenter jactasse Nabrodum, posse etiam Divino fato humanam industriam obniti. Eandem rationem allegant Glycas, Manasses & Patricides. Atqui metu Diluvii vacare poterant.

terant propter disertam Dei promissionem etiam iridis Sacramento firmatam. Si ejusmodi fuit illis hominibus consilium, cur ex montibus descenderunt, in plano turrim ædificaturi? Cur inter duos vastissimos amnes, Euphratem & Tigrim, quorum inundationibus est obnoxia Babylonia? Cur lateritiam turrim struxerunt contra vim aquarum, quam ne firmissimæ petrae sustinent? Nec multo probabilius, quod alii asserunt, ad Adami vaticinium, quod Josephus describit, haud dubiè animo intenti, incendiū metu de ejusmodi asylo cogitasse. Nam in universali futuro incendio, quod sanè etiam Petrus præcinit, in lateritia hac turri quæ fiducia illis percipi potuit? Si tale quid meditentur, convenientius erat cubilia terræ abdita penetrare, quam turrim fabricari.

XI. Aliorum etiam conjecturas recenset Benedictus Pererius ad Genes. xi. Disput. 3. Et peculiarem sententiam proponit Usserius Armachanus Annal. lib. 1. pag. 5. Putat enim, eos structurâ turris sibi providere voluisse adversus dispersionem à Noacho prædictam. Nobis clarè satis Moses scopum istorum hominum edisserit, videlicet: *ut consistuant sibi nomen, ne dispergantur, & non manerent populus unus, eosdem sermones loquens*, Genes. xi. 2, 3, 4. Nil utor hic Judæis, qui per  $\Theta\omega$  intelligunt Deum, ut sensus sit,  $\Theta\omega$   $\Gamma\epsilon\upsilon\gamma$  *faciamus Deum*, hoc est, idolum. Quasi animus fuerit templum facere, & Belo illum consecrare, cum tamen Belus necdum orbem salutaverat. Per nomen quod constituere parabant commodè intelligi potest celebris Senatus residens in civitate Babylone, qui custodiret depositum & traditionem verborum, quæ tum homines ut edocti à Noacho pariter omnes loquebantur. Sic fore rati, ut genus humanum concors maneret, si nemini liceret quidquam dicere nisi in nomine Senatus Babylonici, quippe  $\alpha\mu\theta$   $\xi$   $\theta\epsilon\upsilon$   $\omega\pi\alpha\chi\epsilon\iota\sigma\sigma\omega\upsilon\eta\mu\epsilon\upsilon\upsilon$ . Hujus enim futurum sermones antiquos custodire & tradere, ut sic retineatur doctrina  $\pi\alpha\tau\epsilon\omega\sigma\delta\epsilon\delta\omicron\tau\omicron\varsigma$ . Si aliud consilium Antiquis adscribimus, & non hoc ipsum, quod speciem habet magnæ sapientiæ, pueros illos & fatuos faciemus; verba sunt Viri Summi. Neque enim res digna videbitur, ut Deus descenderet, & linguas eorum confunderet, si fortè nihil spectarent aliud, quam ut magno ædificio ostenderent posteris, quanto olim numero unà fuerint.

XII. Consilio huic exequendo ducatum haud dubiè præbuit Nimrodus. Hinc & Josepho lib. 1. Antiq. cap. 5.  $\alpha\pi\chi\eta\gamma\epsilon\mu\omicron\varsigma$  vocatur hujus structuræ. Cum Josepho Augustinus facit, de Civ. D. xvi. 4. Unde colligitur Gigantem illum Nimrod fuisse illius civitatis conditorem: qui propterea dictus est venator contra Dominum, quod erigere voluit cum suis popularibus turrim

*contra Dominum, quod est impia significata superbia.* Persuasum hoc etiam Constantino Manassi, cujus verba Annal. pag. 14. *Nebrothus auctor fuit hominibus rejiciendi Creatorem, primusque fremuit adversus Deum vivum. Dedit & consilium extruendæ turris, ut contra Deum se defenderet, si rursum vellet humano generi diluvium immittere.* Nec alio fortassis jure dominationem Babylonis Nimrodus rapuit, & tantum imperium venatus est. Unde & tota regio *Terra Nimrodi* cognomentum accepit, Mich. v. 6.

XIII. Constitutum illos habuisse & Urbem & Turrim condere innuunt verba illorum apud Mosen Genes. xi. 4. *Venite faciamus nobis civitatem, & turrim.* Non desunt, qui de multis turribus hoc explicant, tanquam civitatem turritam moliti dicerentur per figuram usitatam *in דא דבוי*. Quibus obstat consentiens autoritas Mosis, Abydeni, Eupolemi, Sibyllarum, Arabis Paraphrastæ, cui turris hæc est אלכאר Alcafar, seu Babylonis acropolis, quorum testimonia infra producemus. Babylonem quidem turritam fuisse nulli dubitamus. Præcipuè tempore Semiramidis, quam Diodorus scribit ducentas & quinquaginta turres erexisse. Primitamen conditores, inter multas fortassis alias, unam, eandemque celsissimam, tanquam illius urbis Capitolium, quomodo & Hieronymus vocat, excitare voluerunt.

XIV. Materiam vasto operi delegerunt *לאתר וזכר לראון הלבר lateres pro lapidibus, & bitumen pro cæmento.* Genes. xi. 3. Laterum iis major quam saxorum copia fuit. Terra enim Sennaar cum campestris fuerit, & plana, saxis abundare non potuit. Neque omnibus locis, inquit Vitruvius, lib. 1. c. 5. *quas optamus copias, eas habere possumus. Sed ubi sunt saxa quadrata sive silix sive cæmentum, aut coctus later sive crudus, hu erit usendum.* Græcorum idem consilium fuit apud Plinium lib. xxxv. 14. *Græci, ait, præterquam ubi è silice fieri potuit structura, parietes lateritios protulerunt. Sunt enim æterni, si ad perpendicularium fiant: ideo & in publica opera & in Regias domos adduntur. Sic extruxere murum Athenis, qui ad montem Hymettum spectat. Sic Patris ædes Jovis & Herculis, quamvis lapideas columnas & epistylia circumdarent. Quin & apud Babylonios septingentorum viginti annorum observationes Siderales coctilibus laterculis inscriptas & conservatas esse, teste locuplete Epigene, idem Plinius probat lib. vii. cap. 56.* Benjamin Tudalensis in Itinerario p. m. 77. turrim illam ædificatam dicit *לאתר* lateribus quos Lagour vocant. Ubi eruditè & verè notatum Bocharto, in *לאתר* Lamed esse particulam, & *אתר* vocem Arabicam, nempe quæ laterem significant. Certe Arabs interpres ab Erpenio editus pro *לאתר* usurpat *אתר*. Non significat igitur *Lagour* nisi lateritiam turrim.

XV. Vice cæmenti ῥον seu *bitumen* lateribus est interstratum. Chaldæus & Arabs, ac communiter Hebræi hîc ῥον interpretantur ῥο *lutum*. Diodorus Tharsensis, cujus fragmenta nonnulla residua in Catena Patrum inserta sunt, negat vocem Hebraicam & Syram ῥον in hoc loco significare bitumen. \* Ασφαλτοϛ ρον, inquit, ἐστὶ οἰκοδομῆν ἀρχαῖος ἀσβεστος ὁ ἐπιτηδεύοντάτη. *Bitumen ædificationi ineptum, aptissima calx vivæ.* Proinde tacite perstringitur à Theodoro ante quæst. 59. in Genesin, allegante experientiam eorum, qui iis in locis fontes viderunt bitumen cum aqua fundentes, & in turris particula abrasa bitumen notârunt. Et sanè cum ob penuriam lapidibus uti non potuerint, ex iisdem qui potuerint vivam calcem conficere? Probanda igitur Versio LXX. Viralis, Vulgata & Junio Tremelliana, quæ vocem originalem per bitumen explicat. Nam ῥον quod cæmentum est, oportet distinctum aliquid sit à ῥον. Deinde campum Sennar perpetuâ bituminis copiâ affluere, testimoniis firmissimis comprobatur. Strabo lib. XVI. *In Babylonia bitumen multum nascitur, cujus duplex est genus auctore Eratosthene, liquidum & aridum. Liquidum vocant naphitam, in Susiano agro nascens. Aridum verò quod etiam congelasce-re potest, in Babylonia fonte, propinquo Naphitæ. Ex hoc arido bitumine glebæ maximæ concresecunt, perquam idonea ædificiis, quæ ex coctilibus lateribus fiunt.* De Semiramide perspicuè Justinus Epit. lib. 1, 2. *Hæc Babyloniæ condidit, murumque urbis coctis lateribus circumdedit; arenæ vice bitumine interstrato, quæ materia in illis locis passim è terris exæstuat.* Consentanea scribit utroque antiquior Vitruvius lib. VIII. 3. *Babylone locus est amplissima magnitudine, habens supranatans liquidum bitumen: quo bitumine & latere testaceo structum murum Semiramidis Babyloni circumdedit.* Sed Hebræis & Diodoro, opinor, imposuit, quod existimarent, non aliud esse bitumen, quam liquidum, quod sanè ædificiis ferruminandis habile non est. Atqui & aridi bituminis genus, nobis Strabo auctore Eratosthene apperuit. De Jordane lacu notus Taciti locus Hist. v. 6, 7. *Certo anni bitumen egerit. Alter sudapte naturâ liquor, & sparso aceto concretus innatat. Gnari locorum tradunt, undantes bitumine moles pelli, manuque trahi ad litem; mox ubi vapore terræ vi Solis inaruerit, securibus, cuneisque ut trabes aut saxa discindi.* Confer, si lubet, Suidam in voce Ἀδιασπηνῆ.

XVI. Talis materia cum suppeteret humanæ indultrix, condita principio est civitas. Exigua tantum intia urbis tum extiterunt, à quibus profecta procedente tempore eò crevit, ut magnitudine tandem sua laborare inciperet. Nec enim convenit opinari, eandem semper civitatis faciem mansisse, & talem fuisse à primis illis conditoribus structam, qua-

lem prædicavere Herodotus, Diodorus, Aristoteles, Justinus, Curtius & alii. Nimrodus quidem opus affectum hæcenus perfecit, & da umbilicum perduxit. Semiramis vero integris pœnè annis mille, juxta computum verissimum Armachani, Nimrodo posterior, struxit *χοματὴ*, aggeres, quibus Euphratem coërcuit, antehac frequentius restagnare solitum, sicut tradit Herodotus lib. 1. cap. 184. Proinde erroribus scætet narratio Justinii: *Semiramidem condidisse Babyloniam, murumque cœcili latere circumdedit, arenæ vice bitumine interstrato*. Commentum sanè est, à Semiramide conditam esse Babylonem, jam ante à Ctesia, Theocrito, Theodoro Siculo, Strabone & aliis venditatum. Omnibus illis antiquior Herodotus nihil ultra aggeres ei tribuit. Et Eupolemus in libro *Ἐπι τοῦ αἰῶνος Ἀσσυρίων* apud Euseb. Præparat. Evangel. ab his conditam primum fuisse retulit, qui à diluvio evaserunt. Quin & Erranius apud Stephanum Byzantinum & Eustathium, Babylonem annis 1002. Semiramide antiquiorem fuisse innuunt. Ctesiaæ autem, cujus vetustissimi suffragium *ἰσθμὸς ἐρασίης* allegat, Berofus obduci potest, Sacerdos Babylonius, Vir magni nominis, qui Ctesiam & fide & ingenio longè superat. Is apud Josephum lib. 1. contra Apion. culpât Græcos scriptores, *ut qui vanè existimaverint ab Assyria Semiramide Babylonem esse conditam, & miris fuisse ab eadem operibus exornatam falsò scripserint*. Post Semiramidem septingentis pœnè annis exactis Babylonem magnificè instauravit Nebucadnezar, extra urbem veterem novam aliam construens, triplicique muro lateritio & hanc & illam circumdans, addito ingratiâ Medicæ suæ conjugis Amytis Filiaë Astyagis pensili illo horto celebratissimo, de quo apud Josephum Berofus; *κατισκίνασε τὸ καλόμενον κρεμαστὸν ὠχάδειον, ἵνα τὸ τὸ γυναικῶν αὐτῆ ἐπιθυσίῳ ὀρείας ἡγάθειας, ὡς πηδουμένῳ ἐν τοῖς κῆ τὸ Μηδίων τόποις*. *Construxit pensilem hortum, eò quod conjux in Media educata desiderio teneretur nemorum*. Adeo verè gloriari Nebucadnezar potuisset, urbem ab se lateritiâ inventam, relictam esse marmoream. Demum Nitocris Evilmerodachi conjux, mulier solertissima, Medorum Babylonis imminuentium potentiam & insidias verita, Euphratem, qui rectus & celer erat, depressis fossis flexuosum & lentum effecit. Aggerem deinde miræ magnitudinis ad utramque fluminis ripam excitavit, tum verò ripam intra urbem, ac descensus qui ex portulis ad flumen ferebant, muris lateritiis munivit, juxta mœnium, quæ urbem ambiebant, rationem. Circa mediam etiam urbem extruxit pontem lapideo opere, cujus mirandam fabricam describit Philostratus in vita Apollonii lib. 1. cap. 18.

XVII. Hinc omnino liquet, ab istis hominibus civitatem Babel non  
nimis

nimis amplam & magnificam extructam esse. Quæ causa est cur Moses non tam civitatem quam turrim celebrare videatur. Nec eam à posteris interpolatam esse constat, postquam semel Divinâ vi temeraria cœpta inhibita fuere. Inchoatam autem turrim quantæ magnitudinis & altitudinis reliquerint, non satis obvium & expositum est. Hieronymus lib. 5. Comment. in Esaiam, testatur, se accepisse ab iis, qui turrim illam propriis oculis curiosè inspexere, altitudinem ejus quatuor millia, tenere passuum. Addit: *Arceem illam paulatim ex lato in angustias coarctatam, ut pondus imminens facilius à latioribus sustentetur.* Ado in Chronica etiam mirificè auget: *Altitudinem videlicet quinquies mille centum septuaginta quatuor tenere passuum.* Herodotus verò, qui turris meminit sub nomine Templi Beli, sua adhuc ætate, ut ipse loquitur, existentis, sic habet in sua Clïo Cap. 32. *In urbis parte opposita fuit Beli Templum æreis portis, id quod mea etiam nunc ætate existit, duorum undecunq; stadiorum amplitudine, figurâ quadratâ. In Sacri medio turris solida, ædis τὸ μῦξ & τὸ ἐγξ, crassitudine simul & altitudine stadii (sic enim interpretatur Stephanus) cui alia rursus imposita turris, & huic subinde alia ad octavam usque. His forinsecus scalæ sunt in circuitu adhibitæ, per quas ad singulas conscenditur turres. In mediis gradibus ductus sellæque: quæ in hoc factæ, in quibus ascensuros liceat sedere ac quiescere.* Octo turres igitur Herodotus facit, paulatim ex lato in angustias coarctatas. Quomodo & Strabo eandem ob causam *περὸν πύλιν* vocat. Singulas porro turres tradit Herodotus fuisse *ἄδιν τὸ μῦξ & τὸ ἐγξ*, quod Stephanus vertit, *crassitudine, & altitudine stadii unius.* Quo sensu falsus profecèd esset Herodotus. Sed liquet, in Stephani versione pro *altitudine* scribendum esse *latitudinem*. Hoc enim sonat τὸ ἐγξ, latitudinem & amplitudinem. Unde & hoc conjectu proclive, Herodotum non loqui nisi de unica eademque infima turri. Qui enim fieri potuit, ut singulæ turres arctius crescerent, & æquali tamen mensura crassitudine & latitudine stadii unius essent? Proinde res ex Herodoto confici nequit. Et qui ejus autoritate freti turris altitudinem octo stadiis definiverunt, adulterata lectione interpretis in fraudem sunt inducti. In hoc quidem conveniunt Herodotus, Diodorus, Strabo & Hieronymus, quod octo turribus altitudo increverit, & quod singulis in circuitu ἀνάβασις adhaerit. Cæterum de altitudine, ad quam turris erecta, cum veteres minime consonent, præstabit rem in incerto ponere, quam vel parum firmis conjecturis roborata promere, vel prodigiosa loqui. Quomodo Hebræi in Pirke cap. xxiv. non verentur asserere, turrim constructam *septuaginta milliaribus*, ut sic mensura turris conveniat cum numero 70. Angelorum



gelorum thronum gratiæ cingentium, cum 70. populis & 70. Linguis. Sic nugari Recutiti & tempus perdere in deliciis habent.

XVIII. Cum in hoc opere perficiendo intenti essent, & flagrant omnium officia, Deus impiis conatibus intercedit. Sic enim inquit **אָגֵדוּם וְנִבְלֵהוּ שֵׁם סְפֵרָה** תְּבִירָה נִירָה וְנִבְלֵהוּ שֵׁם סְפֵרָה *Agedum descendamus & confundamus eorum linguam*, Genes. xi. 7. Qui vero sunt illi, quibus hoc dictum? Maimonides in Moreh Nebochim lib. II. c. 6. כתבו החכמים במאמר התורה הבה נראה ונבלה שם ספרה אשר זה לשון רבי אסתר כביכול אין עשה הבה רבר עישם סתכל בפסליא ונבלה שם ספרה אשר זה לשון רבי אסתר כביכול אין עשה הבה רבר עישם סתכל בפסליא של בעולה *Scripterunt Sapientes, cum Scriptura dicit: Agedum, descendamus & confundamus eorum Linguas, in hunc sensum inquirunt Magistri nostri: Si ita loqui liceat, non facit Deus quidquam, donec illud insuitus fuerit in familia superiori.* Utitur Maimonides voce פסליא quam explicat per *aciem*. In Beveschith Rabbah dicitur, intelligi Deum וְבִירָן דִּין *& domum iudicii*. Ubi Raymundus Martinus in Pugione Fidei p. 3. dist. 1. cap. 3. annot. ubi apud Judæos dici, quando tres iudices ad minus dabant aliquam sententiam. Domum vero iudicii Divini videri dici posse Deum Patrem, Filium & Spiritum Sanctum. Quod inde probat Josephus de Voifin, quia domus iudicii sumatur secundum intellectum & voluntatem Dei. Porro Deum intelligendo se producere Filium: volendo seu amando producere amorem, qui est Spiritus S. Quo sensu si ita locuti sunt veteres illi Judæi, palmam à nobis ferant, & à Judæis hodiernis invidiam. Non alii sunt, quos Deus Pater allocutus est, quam Domus sui iudicii, hoc est, Filius & Spiritus S. Quomodo etiam Cyrillus contra Julianum & alii explicant. Sed de Angelis Aben-Ezra. De quibus locum hunc intelligi posse etiam Augustinus concessit lib. XVI. de Civ. D. cap. 6. Quem sequitur Pererius, Jansenius, Enjedinus, & alii. Atqui ille qui locutus est, qui descendit, qui confudit, est Jehova, quo nomine nunquam Angeli veniunt. Et quos hic alloquitur, eos in pari gradu dignitatis & operis constituit. Si igitur Angelos affaretur, sic loqueretur, ac si esset unus ex illis, aut eodem modo descenderet, nempe mutando locum, vero & reali motu. Nec exemplum dari potest, ubi Deus in opere simili sibi proprio, Angelos absque distinctione conjungat. Præterea linguam unicam uno momento vertere in multas, quod hic factum illi opinantur, non alius potest, quam cuius velle & facere sunt idem. Recte Cyrillus Glaphyr. lib. 2. Γλώσσης μετασπασμένην ἐν τὸ ἐξουρύνεισθαι λέγειν ἐν ἑκῷ ἢ διαφορῶν. ἀναστῆναι πρὸς ἀνέκωτας τῶ γε ἀληθῶς μόνω περὶ καὶ φύσιν δημιουργῶν. *Linguæ transmutationem & sermonis in diversum sonum amplificationem meritis quæ soli naturæ Creatori verè tribueris.* Proinde solidum est argumentum, quod

quod nostri Theologi pro pluralitate personarum in Divinis hinc deprimere solent.

XIX. Poterat Deus Θεομάχως illos fulmine vibrato percellere, vel alio quovis modo officia operantium præpedire. Maluit linguas confundere, quia linguæ unitate in aliud usos confusione linguarum castigari conveniebat. Prætereatanti miraculi gloriam perpetuam esse voluit. De modo autem confusiois Linguarum variè divinant. Benedictus Pererius in Genes. lib. 16. Disput. 9. ita sentit. Primò inductam oblivionem pristinæ linguæ. Deinde pro diversitate gentium, diversos linguarum habitus mentibus hominum inſitos. Hinc secutam promptitudinem loquendi, prout quisquis habitu proprio imbutus fuit. Aliis ita videtur, prioris tantum Linguæ oblitos illos homines, ac deinceps in novos variosque sermones suâ sponte illos prorupisse. Neutrum ego video necessariâ ratione suffultum. Et disparata esse oblivionem & confusioem apparet. At Julius Cæsar Scaliger, quæ puer ab Hebræis de hac re didicerit, pulchrè edidit Exer. c. cclix. Sect. 1. *Ita illi intellexerunt, nullam esse additam sive Aramæa sive Chaldæa flexionem, aut crassitudinem, aut tenuitatem, aut rectitudinem aut tempus. Quippe omnia momenta, quæ à natura possunt in explicatione vocis expediri, in sua contineri lingua jactant ipsi, nec temerè. Sed deletas species priorum significationum, aliasque novas ac varias, alias alius mentibus ac recordationibus introductas atque impressas. Sic enim ajunt, quo impii propositi opus illud interciperetur atque prohiberetur, factum à Deo Opt. Maximo, ut lapidem petenti alius calcem, alius sabulum, alius maltham, alius bitumen, alius aquam ferret. Fortasse etiam non defuisse arbitror, qui sibi diſtam putarent contumeliã, atque propterea manum confererent. Ubi maxima intercedit occasio subtilitatis. Nam si lapidem petenti alius aliud, multi multa, diversa omnia afferebant, videretur unius somi modus in varias species diductus, diversis mentibus sese insinuasse. Una igitur prisca adhuc extaret Lingua: varii verò significatus. Hactenus Scaliger. Sanè fieri potuisse, ut Deo ita operante, turbatâ mente & confusis rerum notionibus, omnes Hebraicè loquerentur, aut Hebraica saltem verba proferrent, nec quifquam tamen alterum intelligeret, haud fecus, quam si diversis omnes Linguis locuti essent, dubitari non potest. An verò ita factum sit, sicut Judæus ille Scaligero persuasit, est vi κενώμενος.*

XX. Doctissimus & in omni cultiore literatura versatissimus Vir, Isaac Casaubonus negat se cum iis consentire posse, qui statuunt, Linguas toto genere diversas repente in Babel extitisse. Verba ejus, quia dignissima sunt, non pigebit hic exsignata dare. Sic igitur ille in adversariis ti-

tulo de *Linguarum confusione*. Repetentibus inquit, aliarum linguarum originem, è fonte Hebraico, objicitur Moses, qui videtur dicere, Linguas toto genere diversas repente extitisse in Babel. Negantur enim sese intellexisse: & inde volunt, omnes alias linguas esse ortas in totum ab Hebraica diversas. Nobis aliter videtur: non enim tam novas rerum notiones esse tum inventas, quam novas veteris linguæ ἰγκλίσεις ἢ περιστροφάς: ita tamen, ut & nova quædam vocabula tunc sint excogitata. Hoc eo probamus, quia certum est, eos populos, qui tum sparsi sunt per varias regiones, non in extremas Orbis partes repente transiisse, verum in propiores veteri Patriæ suæ. Itaque ex illis sine dubio Assyrii, Syri, fortè & Græci, sunt primo nati, deinde ex istis alii porro populi, qui paulatim ab ortus primi loco dilatati sunt ad quatuor Orbis cardines: donec progressu temporis πᾶσα ἡ οἰκουμένη incolis frequentaretur. Igitur si in Babele linguæ in totum diversæ factæ essent, necessariò Chaldaei, Assyrii, ἀδοκίμους illas linguas retinuisent. Atqui contrarium videmus accidisse. Est enim verissimum, linguas cæteras ed manifestiora & magis expressa originis Hebraicæ vestigia servasse, & nunc servare, quo propius ab antiqua & prima hominum sede abfuerint. Propinquitatem hanc duplicem facimus, loci, ac temporis: nam proximus quisque populus genti Hebraicæ, & sitûs & temporum ratione, proximè ad illius linguam accessit. Longinquitas verò, & locorum & temporum, alienationem subinde majorem intulit. Clarum hoc ex comparatione linguarum Syriacæ, Chaldaicæ, Arabicæ, Punicæ, &c. cum Hebraica. Clarissimum item, si Græcam linguam diligenter spectes. Græci primi in Asia habitârunt: inde Jones, vel, ut Æschylus vocat Hebraicè, Javones in Europam trajecerunt. Nos autem observamus, in antiquissimis quibusque Græcorum scriptoribus, multa vocabula Hebraica, quæ postea vel desierunt esse in usu, vel admodum sunt mutata. Observamus etiam Asiaticos Græcos magis ἰεραίους, quam Ευρωπαίους. Hæc igitur sunt nobis demonstranda. Hæcenus *Casaubonus*. Cum quo facit Filius *Mericus Casaubonus*, ingenii & doctrinæ gloria haud multum Parente inferior, in Commentatione de Quatuor Linguis parte 1. pag. 2, 3, 4. & seq.

XXI. Nostrum nunc est, paucis ἐπιχειρήσθαι. Arbitramur igitur I. Confusionem illam, qualiscunque demum fuerit, saltem ita comparatam fuisse, ut invicem se intelligere non possent, atque hinc ultro sequeretur incepti operis, putà tum turris tum civitatis terminatio. Equidem hoc fuisse consilium Dei palam est. Sed & exequutum fuisse Deum destinata, apparet ex verbis Moïsis: *Et desierunt ædificare civitatem. Propterea vocavit*

*nomen*

nomen ejus Babel, quia ibi confudit linguam totius terræ. Genes. xi. 8, 9. Proinde falsa est Sibylla & Abydenus, qui apud Josephum & Eusebium tradidère: Deos ventis immixtis turrim evertisse, & propriam unicuique linguam attribuisse. Nec eversam Turrim dicit Moyses, nec ventis disturbatum opus. Sumptum hoc ex historia Chaldaica, in qua legebatur facta hæc dissipatio בארבע רוחי שפית per quatuor ventos Calorum. Quod cum ambiguum sit, significare etiam potest, imo debet, dissipationem factam in quatuor mundi plagas, hoc est ut Moyses loquitur Genes. xi. 8. in superficiem totius terræ. Nec levem anam errori dedit το αμύμονος verbi πον quod & confringere & dispergere significat. Cum igitur Moyses eo verbo utatur in notione dispergendi, alii in dissipandi notione perperam intellexère. 2. Cum modus confusionis à Mose non sit indicatus, existimamus de illo rigidè nihil definiendum esse. Proinde committendum, ut quisque sensu suo abundet, dum contra fidei regulam & ea, quæ sunt scripta, temerè nihil designet. Cum enim hoc ambigüè traditum sit, nihil obstat, quin plures sententiæ quæ veri aliquam similitudinem habent, proponantur, & ex pluribus eam quisque amplectatur, quam judicat naturæ rerum & experientiæ, quæ argumentum præbet non contemnendum, quam maximè consentaneam. 3. Non videri illam sententiam simpliciter recipiendam, quod variæ linguæ ab Hebraica distinctæ plenæ & perfectæ subitò per illam confusionem emerferint. Nam primò illam linguarum planè distinctarum varietatem non necessariò significat כנל שפיר confusio Linguæ ædificantium. Planum est, disparata esse hæc duo, confusio linguæ seu sermonis & labii, & confusio Linguarum, hoc est, divisio linguarum, seu loquendi generum, verbis & idiotismis discrepantium. Sic enim duo tresve loqui possent confuso sermone, neque ulli invicem intellecto. An ideo duarum vel trium diversarum linguarum ritu? Pariter confundi potuit lingua seu labium ædificantium sine idiomatum diversorum multiplicatione. Secundò. Quis unquam confusionem linguæ vocare potuit introductionem novarum linguarum à priori specie distinctarum? Quod confunditur, jam est in rerum natura, tantùm turbatur & miscetur in ordinatione & compositione. Tertiò. Si diversæ Linguæ per confusionem sunt introductæ, eas retinissent maximè illi, qui Babylone, in Chaldæa, Syria ac Assyria vicina manserunt, & quos Turrim ædificasse magis quam quoscunque alios probabile est. Atqui in iis Dialectis quam sunt manifesta & expressa originis Hebraicæ vestigia? Quarsò. Viri periti & Linguarum-callentes perspicuè ostendunt, linguas cardinales à prima & Sancta Lingua in plerisque vocibus esse derivatas.

Tametsi enim haud perinde obvia est derivatio iis, qui simpliciter spectant voces, prout in diversis linguis jacent, quarum convenientia cum sua matre iis est *δυσήγητος* propter additionem terminationum, & aliorum, quæ cum heterogenea sint, ad radicis essentiam minimè pertinent; propter metathesin literarum, mutationem gutturalium & quiescentium in vocales aut diphthongos vel literarum ejusdem instrumenti, inversionem literarum radicalium: attamen, qui sunt emunctiorum rarum, gnari ara à lupinis discernere, præsidio regularum diacriticarum nullo negotio id præstant. Quo in genere extat invidendus labor Johannis Avenarii in eruditissimo suo Lexico. Cui successit Georgius Cruciger, qui convenientiam Græcæ, Latinæ & Germanicæ cum Hebræa matre feliciter ostendit. Ne quid dicam de Orientalium Linguarum, Syriacæ, Chaldaicæ, Samaritanæ, Arabicæ, Æthiopicæ cum Hebraica harmonia quam in Lexico Pentaglotto Schickhardus, & nuper admodum compendiosa & facili methodo accuratè & solidè exposuit *ὁ πικυμβας* noster Præceptor D. Hottingerus. Addo Anglicanos Bibliici operis *ἑρμηνείας*, quos idem labos tenet in Apparatu Lexici Universalis, quod *ἀποκατάδοκῆσι*. Colligimus hinc nullis fiduculis, Linguarum diversitatem non esse immediate per confusionem, ingeneratis novis habitibus, ut Pererius & Torriellus loquuntur, introductam, sed procedente tempore, divisim gentibus, notoriam illam linguarum mutationem & diversitatem ex uno principio, in quod per artem resolubilis est, obrepisse. Nec quisquam vel tueri poterit, vel faciliè intelligere, quo pacto aliàs Hebraica Lingua *מִלְשׁוֹן כָּל אֲמָרִים* *matrix omnium linguarum* dici possit; si admittatur illa assertio de novis linguarum habitibus in fufis. Denique experientia rerum magistra ipsa quoque lenocinari nobis videtur. Nulla enim ratio, cur aliter antiquitus linguarum varietatem obvenisse opinemur, quam hodieque linguarum mutationem contingere cernimus. Nimirum si populi seorsim habitent, si diversis imperiis contineantur, si diversis legibus, consuetudinibus & ritibus utantur, si peregrinis commerciis detineantur, si exoticorum populorum bellis & cladibus permisceantur, necessum est volventibus annis insigniter idioma mutari & variare. Eodem modo antiquitus unum idioma in varia, successu temporis divisum esse, proclive est divinatum, nisi miraculo intercedente aliter factum esse liquidò probari possit.

XXII. Quas hinc exprompsi rationes, persuasionem vulgi de orta in confusione Linguæ idiomatum varietate, nisi me ratio fugit, ex animo nostro eximere possunt. Tamen non eo inficias, ab hoc principio, anno-  
rum

rum sequentium fluxu Linguarum diversitatem profectam esse. Existimo igitur 4. varietatis Linguarum, confusionem hanc labii haud infimam causam esse. Nam à confusione quidem labii secuta est ilico dispersio ædificantium, sicut disertè à Mose traditum. Nihil autem est, quod necessitatem nobis injungat credendi, homines illos dispersos repentè in extrema orbis climata transiisse. Sed primò quidem viciniora loca appetierunt in Chaldaea, & Assyria. Hic natæ discrepantes ab Hebraica dialecti, putà Aramea, Chaldaica. Levis hæctenus declinatio, quando constat, vix aliud majus discrimen quam terminationum intercedere. Nam vocabula quidem nova etiam excogitari potuere, sed ea oppidò pauca sunt. In eodem censu est Punica, veterum Phœnicum idioma, cujus cum Hebraico identitatem clarissimè demonstrarunt Bochartus, Petitus, alii, & nos quondam persuadere pro virili laboravimus. Ex his alii populi sati, qui paulatim ab ortùs primi loco dilatati, se protulerunt in remotiores plagas. Unde origo variarum Linguarum, Arabicæ, Æthiopicæ, Ægyptiacæ, Scythicæ, Græcæ, aliarum pro diversitate populorum scaturientium. Atque sic 5. concludo, in quavis alia re magis constituisse illam confusionem, quam in novarum Linguarum productione. Ipse autem modus confusionis quia à Mose non est expressus, & hinc Divina potentia ac sapientia, cujus mille rationes nobis impervestigabiles, utramque paginam facit, nisi conjectando explanari nequit. Fieri igitur potuit, ut turbarentur sollicitæ mentes Divinitus, & turbatæ sermonem proximorum aliter atque aliter apprehenderent dijudicarentque. Prorsus ut apparet, inaffuetum sermonis genus esse, quo utebantur. Hic noster est de *confusione labii* sensus, quem nec pruritus juvenilis, nec alia omnia sentiendi libido elicit, sed veritatis enixum studium, cui soli & liberè canere ingenios decet. Cæterum cui placitum est aliorum etiam de Confusione linguarum sententias comparare, evolvat eruditissimam de hac re Diatribam Celeberrimi nostri Buxtorfii, Geographiam Sacram Bocharti, Authorem Phari V. T. Pererium in Genesin, Mericum Casaubonum de Sermonis ortu, & Comment. de quatuor Linguis, Schotanum in Tohu. De Dispersione & Divisione Gentium, quâ Deus feroces & temerarios illos-fabros punivit, quia verba facere, quantum necessum justumque est, non datur, propediem uberius.

XXIII. Historiam de Turri Babel & Linguarum confusione olim Gentiles fabulosam reputasse scribit Philo Judæus libro peculiari *Ἐξ Συγχύσεως Διαλέκτων*. Exscribemus locum Philonis, sicut eum Gelenius ex Græco transtulit. *Quibus, inquit, majorum instituta displicent,*

homines impii, & tantum ad accusandas leges disertis, arreptis impietatis an-  
 sis talibus, sic cavillantur: Etiam nunc extollitis præcepta vestra ut veritatis  
 regulas? Ecce Sacri, quos vocatis libri fabulas continent quales referentibus  
 irridere soletis. Satis erit hujus præsentis vos commonefacere. Hæc una certe  
 simillima est illi de Aloadis, quos optimus Poëtarum Homerus conatos narrat  
 fuisse, tres maximos montes, alium super alium aggerere, sperantes se hoc modo  
 facile sibi viam munistros, quâ ad ætheream sublimitatem evaderent, de qui-  
 bus extant hi versus: Ter sunt conati imponere Pelio Ossam. Scilicet at-  
 que Ossæ frondosum involvere Olympum. Olympus, Ossa, Pelius mon-  
 tium sunt nomina pro quibus Legislator inducit Turrim extructam ab ejus Seculi  
 hominibus, qui propter dementia & vastum animum conati sunt Cælum at-  
 tingere, consilio longè stultissimo. Nam etsi univèrsæ terræ partes superstrue-  
 rentur fundamenta modico, ut in unius columnæ formam attollerentur, amen lon-  
 gissimo intervallo abessent à sphaera ætherea, præsertim juxta opinionem Philosopho-  
 rum, qui scrutantur talia, terram centrum esse mundi asseverantium. Ac dein-  
 cept prolixè persequitur Philo cavillationes Gentilium, videlicet, quod  
 Moses dicit, homines unius fuisse labii, simile esse fabulæ de una lingua ani-  
 malium, quæ in multas mutata sit, cum animalia felicitatem suam non susti-  
 nentia, per legatos immortalitatem, *γῆρας ἐδύστην, ἢ ἢ εἰς ἀπὸ νεότητος ἀκμήν,*  
*immunitatem à senectute perpetuamque juventutem* sibi poscebant. Tum enim  
 variatas animalium linguas. Denique cum hæc *Φωνῆς εἰς μὲν ἑκάς διαλέκ-  
 τῶν ἰδέας τῆμῃ,* *Linguae in diversas loquelæ species dissectio,* existimetur in re-  
 medium peccatorum adhibita, ne communicato consilio crimen fiat pu-  
 blicum: ridiculum hoc esse. Mansisse enim inter homines malitiam post  
 confusionem. Causam communicatæ iniquitatis non linguam esse, sed  
*ὁμοτέλειαν τῆ ψυχῆς πρὸς τὸ ἀμαρτανεῖν ζηλώσις,* *similem animarum ad peccan-*  
*dum proclivitatem.* Etiam linguâ mutilatos voluntatem suam exprimere  
 posse. Sæpe unam gentem communi linguâ utentem ad tantam pervenire  
 malitiam, ut peccatis conferri possit cum reliquis omnibus hominibus.  
 Imo nocere imperitiâ linguarum, *πολυγλώττης* approbati, ac in socie-  
 tatem peritorum recipi. Non igitur malorum causam fuisse linguam, sed  
 confirmandam eam fuisse ut perutilem. Hæc sunt Sophismata, & obje-  
 ctiones, quas illi *κακοτήχνην* contra historiam Sacram de confusione jam  
 olim jactârunt. Platonicos autem Philosophos ita argutos, cum quibus  
 Philoni consuetudo intercessit, verisimile sit. Hic Philo Judæus ita cum  
 argutiis illis gentilium concreditur, ut tantum non causam bonam vel  
 deferuisse vel profutuisse censeatur. Contendit enim, totam illam  
 narrationem Moïsi *ἀληθοειδῶς* interpretandam esse. Ergo labii unitas est  
 ipfi

ipſi κακῶν ἀμυγήτων ἢ μεγάλων συμφωνία, *magnorum ineffabilemque malorum consonantia*. Profectio ab Oriente in campum Sennaar ipſi eſt διψῶν ἰδῶν ἢ ψυχῆν ἀνατολῆς, τὸ μὲν ἀμεινον, τὸ δὲ χεῖρον, *in animo duæ ſpecies orientis, altera melior, altera deterior*. Conſilium decoquendis lateribus eſt illi affectuum & vitiorum diviſio uſque in extremas qualitates & ſpecies, quo magis eorum uſumfructum percipiamus. Hoc enim modo informes affectus formari. Civitatem quam condiderunt, facit illam, quam homines in animabus ſuis circumferunt, in qua *ἑθνεαγενεῖς ἢ ἀδικίας ἢ ἀνομίας*. Turrim vero ἀκρόπολιν ἢ βασιλείον ἐχυρώσαν τῇ κακίᾳ τυραννῶς, *arcem & regiam munisſimam pro vitio tyranno*, quæ properat etiam ad cœleſtia per impios & Deo inſeſtos ſermones. Denique confuſiſſe Deum linguas tum, cum diſjecit τὸ κακὸς ἑφῶ *vitiorum conſtipatum cuncum*, & imperium eorum maximâ vi evertit. Talis eſt deſenſio Philonis contra Philoſophos. Satis, uti liquet, jejuna. Quippe traditiones Hiſtoricas in ejuſmodi allegorias qui convertit, fabulis quam ſimillimas eas efficit. Nam & Poëtas conſtat fabularum fœcundos Parentes, mendaciorum ſuorum involucris ejuſmodi ἀληγορήματα occultare ſolitos. Nos regiâ veritatis viâ incedentes offuſas has nebulas diſſipemus.

X XIV. Ergo narrationem Moſis comparant cum fabulis Poëtarum partim de gigantibus, qui montes montibus imponere parabant, ut Diis de ſua felicitate litem moverent: partim de animalibus, quæ olim unâ communi voce inter ſe egerint. Si homines illi antiqui inſaniæ pleni talia agitârunt, qualia liberrimis ſuis commentis Poëtæ traduxerunt, iccircone laborare debet fides Moſis, qui molimina illa & pœnam divinitus iis inſiſtẽtam poſteris noſcendam tradidit? Polyenum ſupra de Thracibus, & Hiſtoricum Sinenſium de Imperatore Hiaovo ſimilia narrantem vidimus. Nemo ſanus, niſi re aliter compertâ, eorum fidem propterea lubricam fecerit. Inſolens non eſt ingenio humano viribus majora audere. Deinde apparet, importunos homines blaſphemare, quæ non intelligunt. Ubi enim affectati in Cœloſ itineris primos Mortales inſimulavit? Ubi tam ſolemnia inſaniviſſe dixit? Credo ajens, turrim illos ſtructuros fuiſſe, cujus *בשמים שמי* *altitudo in Cælum*. Ergo cum Græci Scriptores, & Homerus toties, quæ ſupra communem altitudinem attolluntur, *ἀεθνομήκη* dixerunt, innuerunt, ea cœloſ attingere debere? Nemp̄ hyperbolica eſt locutio, plus ſignificans, quam intelligi oporteat. Quo genere loquendi exploratores, & ipſe Moſes urbes Terræ Canaan vocant *בנין* *בשמים* *בוצרון* *magnas & in Cælum uſque munias*, Deut. I. 28. IX. 1. utique non quæ ſaſtigio ſuo Olympum contigerunt, ſed quæ inuſitatæ non tamen



tamen prodigiosæ sunt altitudinis. Perspicuum igitur est discrimen inter Gigantomachiam Poëtarum, & historiam Turris. Nam montes quidem imponere montibus velle, est, quod dicitur, atlanticum more cotyla exorbere conari. At turrim condere insolitæ altitudinis non superat industriam hominum. Jam ipsa Gigantomachia à gentilibus decantata, quatenus ex Chaldæorum monumentis repetita est, veri vestigia retinet. Et quæ superaddita sunt, eadem pendent à Sacro textu sed sinistrè accepto. Abydeno sunt gigantes, qui Babylona condidère; quia Nimrod conditorum princeps נִמְרוֹד dicitur, hoc est, ut Græci volunt, gigas. Ovidio terra feros partus, immania monstra gigantes, edidit: quia Nimrodus ille dicitur מִן הַתְּהוֹמִים עָלָה exiens ex terra ea Genes. x. 10. Eidem gigantes ausi, in magnos bella movere Deos; quia Nimrod legitur fuisse מִן הַתְּהוֹמִים עָלָה וְנָתַן וְנָתַן וְנָתַן venerator coram Domino, seu, ut vertit R. Solomon & alii, contra Dominum. Gigantes etiam eidem extruere montes ad sidera summa parabant, quia de illa Turri dicitur & vertex ejus in Cælum. Denique Ovidio Fulmina de Cæli jaculatus supiter arce, veriti in authores pondera vasta suos, nempe quia פָּנָה quo verbo utitur Moses, non solum dissipare sed & confringere significat: unde fulmen vocatur פָּנָה Esai. xxx. 30. Est igitur in ea fabula, quod verum ex scripturis antiquissimis petitum, quod falsum & supra fidem, per traditionem & fraudes Sathanæ detortum ac corruptum. Altera autem fabula animalium unâ linguâ utentium quid simile habet narrationi Mosis? An igitur sicut hominibus ita etiam brutis natura impertit loquendi facultatem, ut eodem modo illorum lingua, quo hominum vel confundi vel dividi potuerit? Sanè si homines creatos esse, non sponte instar fungorum hinc inde natos dicimus, communem eis linguam à Creatore inditam esse fateamur oportet. At cum hodie innumerabilia pœnè idiomatica terantur, rem ipsam authorem perhibemus, aliquando ea multiplicari debuisse. Tametsi vero confusio Babylonica occasio fuerit multiplicationis hujus, præcisè tamen eo tempore novas linguas consurrexisse non dicit Moses. Et si qui omnino ita Mosen interpretarentur, credo impossibilia non jaçerent. Nam videmus hodieque effici, ut quos Dæmon exercet, subitò inassuetis sermonum generibus loquantur.

XXV. Porro & illud, quam dilutum & vile est, linguas non datas in remedium peccati? Primum enim non multiplicavit Deus linguas sed confudit. Planè hîc quidem convenienter animo nostro Philo Judæus ἐν Συχύσιως, Confusionem hanc rem appellat, qui si voluisset ortum indicare linguarum, apertius divisionem appellasset quam confusionem. ἡ δὲ συγχύσις τὰ μινόμενα, διακρίνεται δ' ἑμπαιλιν, non confunduntur enim quæ in partes di-

stri-

*scribuntur, sed discernuntur potius.* Deinde apparet, hoc sine linguas confusas, ut sufflaminarentur impii conatus. In remedium peccati datas linguas nec Moses dixit, nec dicere ex Mose debemus. Linguarum multitudo est in miseria & φθορῆ hominis. Cum Deo cordi fuerit nos æternum beare, simul αὶ γλώσσαι παύσονται, linguæ quiescent.

XXVI. Babyloni antiquæ Angelus in Apocalypsi comparat cœtum aliquem Novi Testamenti, quem vocat urbem magnam, quæ vinum iræ scortationis suæ potandum præbuit omnibus gentibus, Apoc. xiv. 8. Analogiam illam hic locus explicari postulat, sed cursim & stringendo. Antiqua igitur Babel ceu supra dictum, fuit cœtus hominum conspirantium; sociatus sub uno capite, nomen suum celebrantium, ne dispergantur, sed maneant populus unus eosdem sermones tanquam apud se depositos loquens. Talis & mystica Babel. Videlicet civitas, seu societas magna hominum inter se singulari jure copulatorum, quæ renovat institutum primæ Babel, nomen suum celebrans, ne dispergatur, hoc est, Senatium ordinans, penes quem maneat depositum antiquorum sermonum quos omnes loquuntur, ut sic vel invitis maneat unitas ejusdem sensus. Ex qua analogia liquet, Babelem esse cœtum eorum qui fidem Christi præferunt, & eodem modo aliis imperant. Characteres & γνωρίσματα mysticæ Babylonis sunt sequentia. 1. Est πόλις μεγάλη, quod non tam circumstantiam mœnibus urbem, quam πολιτεία significat. 2. Est mulier πόρνη μετρετρίξ, inebrians gentes poculo scortationis. Nempe simul ipsa Christo fidem datam violavit, simul gentes seduxit & compulit ad falsam Religionem. 3. Sedet in bestia, quæ ex analogia Veteris Babylonis, quæ bestia dicitur Dan. vii. 3. est multitudo aliqua regnum constituens. 4. Bestia illa succellit Draconi, qui est Diabolus, & instrumentum violentiæ illius; quale fuit vetus Roma Ethnica, idololatræ ac persecutrix. Adeoque ipsa bestia huic succedens, est multitudo Christiano nomine non in veritate ovans, & eandem potestatem usurpans. 5. Bestia habet septem capita & decem cornua. Septem capita septem montes sunt, intellige ista urbe ἵππεδίσφο. In quos hæc competant, sine Delio natatore cognoscitur. Et arguit insignis trepidatio Francisci Ribera, Comment. in Apocalypsin.

## EXERCITATIO XXII


DE .

## GENTIUM DISPERSIONE,

## Breviarium.

*Confusio Labii causa fuit dispersionis Gentium. 1. Tempus dispersionis Gentium. Quâ Phalegi ætate contigerit ? 2. Sententia Judæorum de eare convellitur. 3. Tornielli sententia & ratio eliditur. 4. 5. Saliani commentum de duplici divisione Orbis, altera sub nativitate Phalegi, altera anno post diluvium 275. examinatur. 6. Dispersionem cœptam esse ineunte ætate Phalegi. 7. Morini objectio ventilatur. 8. Dispersio facta est Divinitus. Patrum, Philastrii, Epiphaniï sententia de sortibus à Noacho in Rhinocorura jactis, per quas divisus fit inter tres filios Orbis, examinatur. Rhinocorura condita ab Actifane. 9. Ansa erroris de sortibus in Rhinocorura jactis detegitur. 10. Dispersionem Gentium respectu hominum hunc potius quàm illum locum inclementium fuisse fortuitam probatur. 11. An initiis dispersionis interfuerim omnes Patriarchæ Gentium, quorum Genes. x. mentio est ? probatur Phalegum sub cujus ortum facta est dispersio, natum esse ante Joëtanem, ejusque Filios. 12. Dispersionem factam esse successivè, probatur. 13. Josephi sententia de divisione Orbis. 14. An Semo præter Asiam etiam America obtigerit ? Sententia Ariæ Montani, existimantis, Ophir, in quam Solomonica Classis profecta est, esse Americam & ארצות הזהב aurum Peruajim ex Ophir petitum, esse aurum ex Peruvia, examinatur. An usus magnetis, tempore Solomonis fuerit notus ? Quid ηεγαλιε & λιθ & ? 15. Totum genus humanum post diluvium à Noë Filii propagatum est. Gentes, quarum Origo à temporibus Noë remotissima, à Noë ta-*  
men

men posteris oriundas esse ostenditur. 16. Ex locis, quæ Noachidæ inhabitârunt, possibilem fuisse transitum in Americam ostenditur. 17. In Asiam penetrare potuerunt tum Semitæ, tum Japhetæi, tum Chamitæ. 18. Quomodo animalia potuerint in Americam transfœduci? 19. Quinam primò in Americam transfretaverint? 20.

I.  Onfusionem Labii & à temerario opere cessationem Divino nutu procuratam, continuè est secuta dispersio Gentium. De qua sic Moses: כלל יהודים שמת כל הארץ וסעם חפצם יהודים על בני כל הארץ *Ibi confudit Dominus labium omnis terræ, & illinc dispersit eos in faciem omnis terræ.* Genes. xi. 9. Quod tacente etiam scriptura sic satis colligi possit. Etenim confusio labii haud dubiè contentiones peperit, dum invicem desiderata non faciebant, & unus alterius institutum, & intentionem disturbavit. Necessum enim fuit, verbi gratiâ, poscenti lateres alium aquas, alium bitumen offerre. Hinc se derideri & ludos haberi, sinistra suspicio erat. Suspicioni succrevit odium & mutua aversatio. Facile hinc evenit, ut societati hactenus inixtæ renunciarent, & promptius dispergerentur. Hujus igitur celeberrimæ dispersionis, cui similis Gentium migratio in historiis non occurrit, tempus, modum & latitudinem in præsentiarum ediffere animus est.

II. De tempore divisionis Moses: *Hebero nati sunt duo filii, nomen uni Phaleg, quia in diebus ejus divisa terra, alteri Joflan,* Genes. x. 24. Incidit igitur dispersio in dies Phalægi. Verùm si qua est eruditorum circa rationem temporum alibi dissensio, hinc sanè acerrima & maxima gliscit: Nam Moses quidem in genere nominans בלי בל *dies Phalægi.* Videtur in dubio reliquisse, quâ Phalægi ætate, incunte inquam, procedente an desinente, dispersio contingerit? Anni etiam Phalægi in universum numerantur ducenti triginta novem Genes. xi. 17. In tanta igitur latitudine difficilis relinquitur indagatio, in quam ætatis partem dispersionem hanc celeberrimam conjicere oporteat. In quam rem haud alienum fuerit paulò curatius inquirere.

III. Chronologia Judaica; præeunte R. David Ganz in נפח חיים dispersionem conjicit in finem vitæ Phalægi; atque aded in annum Mundi conditi 1996. Verba Judæi à Vorktio conversa sic habent: *Pelagus mortuus est anno 1996, filius 239. annorum. Atque hoc fuit tempus divisionis juxta traditionem: Sic enim magistri nostri, b. m., commentati sunt Cap. 1. Se-der Olam Rabbah; in diebus ejus divisa est terra, sub finem dierum ejus. Ita-*

que Abraham & Noach fuerunt quoque tempore ædificationis turrû. *Abraham autem tunc erat Filius 48. annorum ex Computo Seder Olam Rabbah: Eadem est sententia authoris Sehalsch. Hakab. pag. 7. הַיָּלְמִטְרִי שָׁכַן סָח שָׁנָה הַדוּ אַבְרָהָם בְּשֵׁנָה הַפְּלִיטָה שָׁכַן רִשְׁוֹ רִו"ל כִּי בִּסְפֵן נִפְלְטָה הָאָרֶץ בְּסִפְּוּ יָמָיו: Hinc discimus Abrahamum egisse 48. annum cum diviso facta esset. Ita enim explicant Magistri nostri, quod divisa esset terra sub finem dierum ejus. Eandem sententiam adoptavit Hieronymus, credo Judæis ipsi præeuntibus. Vi igitur hujus computationis diluvium inter & dispersionem intercesserint anni trecenti quadraginta. Atqui probabilene est, tam longi temporis tractu Noachidas incertis sedibus errasse, & in ordinatam ac fixam aliquam Politiam non coaluisse? Cum etiam hominum multitudo mirificè exundaverit? Quin sub tempora Abrahami, (ne dicam Tharæ) adhuc satis juvenis imo nascentis, jam passim Imperia & Regna ex S. Literis fuisse constat, videlicet Chaldaicum, Cananeum, Ægyptiacum, Pentapopolitanum, Senaariticum, Ellasar, Elam & Goim, quæ difertè Sacra Historia attingit. Facessat igitur tam cruda opinio, ex qua sequeretur, post magnam partem *ἡ ἀναμύμνις* jam habitatam demum dispersionem factam esse.*

IV. Inter Christianos Augustinus Tornielus in Annalibus Sacris ad A. M. 1931. arbitratur, per validam, quam adfert rationem, evitari non posse, quin statuatur, divisionem Orbis anno post diluvium ducentesimo septuagesimo quinto contigisse, qui annus in ejus tabulis cum anno vitæ Phaleg centesimo quadagesimo quarto coincidit. Patrem autem Heber, Spiritu Prophetico hanc rem prævidisse, & ex eventu futuro filio suo nomen Phaleg imposuisse. *Etenim, inquit, communis opinio est, Nimrodum fuisse Belum, & regnasse annos 67. Belo successisse Nimum, cujus annus 43. natus Abraham.* Cum autem Abraham juxta Tornielli supputationem natus sit sub annum à diluvio trecentessimum octogesimum tertium, consequenter Regnum Nimrod cœpisse à diluvio sub annum 371. quo tempore facta sit dispersio. Sed huic Tornielli calculo rationem constare negat Bonfrerius, ejusdem sectæ Theologus, Comment. in Genes. xi. 12. Et sanè non videntur hanc sententiam ferre verba Mosis: *In diebus Phalegi divisa terra* quibus innuitur, hanc fuisse rationem *ὁνομαστίας* Phalego, quod nato ejus filio cœpta fuerit divisio terræ. Quæ aliàs ratio, quod potius Phaleg quam Joctan hoc nomine insignitus fuerit, cum juxta opinionem Tornielli æquè dici possit, factam esse divisionem *בְּיָמָיו* in diebus Joctan? Utique annus Phalegi centesimus quadagesimus quartus fuit etiam annus Joctanis. Sed argumentum firmissimum mo commovet, quo minus

minus sic sentientibus adstipuler. Etenim anno Phalegi circiter centesimo ex Nachor natus est Thærach. Thærachus autem infedit Ur Chaldæorum. Fuit igitur jam tum Chaldæicum Imperium. Planè igitur sequitur, præcessisse dispersionem annum Phalegi centesimum vicesimum. Nam Chaldæam dispersione posteriore fuisse palam est.

V. Nec ratio, quam mirificè extollit, nos secus opinari cogit. Quam multa enim complectitur non certa & explorata, sed merè *σχηματισμῶν*? Nimrodi Imperium in confusione Babel cœpisse, cum non constet jam tum civitatem Babel extitisse talem, qualem Nintrodus pro Regia occupavit. Nimrodum eundem esse cum Belo; quem tamen in tertia demum Babyloniorum Dynastia collocat Africanus, & ex eo Eusebius. Denique Abrahamum natum esse à diluvio sub annum trecentesimum octogesimum tertium, cum tamen annus ille nativitatis Abrahamicæ ob tot scrupulos certè ac definitò sumi non debuerit.\*

VI. Salianus sub idem poenè tempus Phalegi ponit dispersionem. Sed distinguit ille duplicem divisionem à Noë filiis factam, & unam ab altera longè diversæ rationis. Unam factam esse sortitione, interveniente Noë, cujus meminit Epiphanius: & hanc contigisse in ortu Phaleg, & ab ea Phalegum nomen accepisse. Alteram, quæ se ipsa suas quisquæ regiones adierint, & hanc factam anno ducentesimo septuagesimo quinto à diluvio. Atqui illa distinctio fundamentum nullum habet. Moses dicit, Phalegum ita dictum, *quia in diebus ejus terra divisa*. Qualis hæc divisio? Non illa sanè, quam fingit Salianus, facta sortibus, sed ipsa dispersio Gentium & actualis divisio. Quis enim audiens Mosen, dicentem, diebus Phalegi divisionem accidisse, & paulò post exponèntem, quomodo sit & qua occasione facta dispersio Gentium, non statim animo concipiat, divisionem illam tempore Phalegi, esse actualem divisionem & dispersionem Gentium? Deinde Phaleg haud dubiè ex re singulari & eventu admirando nomèn suum sortitus est. Quid autem singulare, quid admirandum in divisione illa sortitò facta? Tum sortitio hæc non fuit necessaria ad divisionem, sed alio illa modo, uti infra liquebit, fieri potuit. Sed esto, necessaria fuerit hæc sortitio. Cur verò præcisè facta sub initium dierum Phaleg? An Noë non potuit commodiùs sortes jacere, cum necdum nata esset tantà multitudo liberorum & nepotum? Et si omnino expectandum fuit, annon satiùs erat operari illud tempus, cum jam se ipsa faciendâ fuit divisio, & occupanda singulis sua portio? Denique repugnat vox ipsa *ל* quæ nunquam significat sortitò dividere, sed simpliciter dividere. In divisione verò, quæ fit jactu sortium, Scripturæ særè utuntur voce *ל* in

Hiphil, quod significat, *cadere fecit*, כרס & simpliciter נח quæ verba significant sortitionem, quotiescunque illis vox כרס adjungitur. ●

VII. Nos rationibus omnibus ad calculum revocatis non dubitamus, quin dispersio sit cœpta ad ineuntem ætatem Phalegi, & diebus ejus sequentibus continuata. Nam ex iis, quæ infra dicemus, patebit, haud brevi tempore dispersionem perfectam esse. Sententiam autem nostram ita probamus. Etenim primò nulla ratio foret, cur Phalego nomen hoc imponeretur magis, quam tot aliis, qui in processu vitæ Phalegi vixerunt. Deinde si præcedentibus annis Phalegi cœpta est dispersio, oportet illam Heberus Prophetico Spiritu providerit, atque ex re futura, & hæcenus sanè non revelata nomen filio suo imposuerit. Atqui Prophetias fingi, ubi necessitas non postulat, minimè oportet. Denique idem sensus est Augustini lib. vi. de Civ. D. cap. xi. & Josephi Antiq. 1. 7. Atque sic necessum erit dispersionem reponere in annum post diluvium centesimum primum, quo Phalegus juxta Hebræicum & Canonicum Codicem in lucem est editus.

VIII. Verùm Morinus, & qui ejus ferè vitulâ arant, hanc rationem temporum simpliciter fastidiunt, clamantque hoc modo & Gentium historiis & Sacris literis meram inferri noctem. Qui potuisse eo tempore, quo Noacho necdum tertius natus erat hæres, eò excrevisse genus humanum, ut & turrim conderent & civitatem, & in integras gentes coirent? Quos ego affectato errore teneri minimè ambigo. Nam intra Seculi unius spatium ex tribus filiis Noë jam pubertatis annos tempore diluvii egressis, facile homines in eam multitudinem progredi potuerunt, quæ sufficeret & civitati condendæ, & Gentium discrimini. Neque tamen admittenda necessariò est min. methodus ad multiplicandum brevi spatio genus humanum, ut dicatur, *primos post diluvium Patriarchas tam fecundos fuisse, ut anno ætatis duodecimo, vel etiam prius liberis gignendis operam darent*, quam quidam methodum sibi obducunt, ut faciliùs exagitant. Nam si ponas quemlibet ex Noë filiis decem liberos generasse, & liberis sic nascentibus eandem tribuas fecunditatem ab anno ætatis vicesimo, tum anno post diluvium nonagesimo potuerunt, mundum occupare hominum multa millia, quod Logisticæ gnaris demonstratu est facillimum. Neque verò vel ad condendam civitatem, vel ad constituenda Regna tot hominum millia fuerunt necessaria. Nam ut rerum omnium, sic civitatum & Regnorum sunt parva principia. Tum post dispersionem pauca ab initio Regna fuerunt, nec potuerunt ea Regna jam existere, quorum conditores in rerum natura nondum fuerunt. Consule sis doctissimi

num

mum Præfulem, Ufferium Armachæum Chronol. S. pag. 78, 79, 80. &c.

IX. Dispersio hæc Divinitus haud dubiè procurata est: Quippe Deus sicut stellis in Cœlo, ita populis in Terra proprium metatur locum. Hinc dicitur definitivè statuta tempora *ἡ τῶν ἐροθησῶν τῆς κατασκευῆς αὐτῶν*, Act. xviii. 26. Respectu verò hominum certo consilio an fortuitò evenerit, ambigitur. Plerique veteres opinati sunt, omnino Noë filijs suis orbem divisisse antea quàm in campum Sennaar proficiscerentur. Philastrius ejus opinionis usque adeo fuit tenax, ut hæreticos pronuntiaret eos, qui disputant, quod Græci cœperint aut Ægyptiï aut Persæ describere Orbem terræ universum, non beatus Noë filijs suis tribus post diluvium dividerit, dederit, ac partierit ordine. Epiphanius in hæresi Manichæorum vult, Noë filijs suis tribus divisisse orbem, *βελόντα τὰς κλίμας ἐν Ῥινοκορύραις*, jacentem sortes in Rhinocorura. Ac diviso ita Orbe ipsum filios ac nepotes suos sacramento adegisse, ne quis fratris sui fines invaderet; cumque Canaan nihilominus relicta sua ob immodicos calores regione, in Senni sorte Palæstinam occupasset, Deum propterea Cananæos expulisse, & Israëlitas in antiquam suam possessionem introduxisse. Mirum verò persuaderi ita potuisse eruditos Patres, cum nec de divisione tali, nec de fortibus, nec de erepta Palæstina Semo, apud Mosen vel levissimum appareat vestigium, quo excepto, in re adeo antiqua nemo alius fidem meretur. Jam cum Orbis adhuc fuerit indivisus, & Gentium nulla nomina extiterit, miræ sagacitatis oportet fuisse Noë, qui posteris suis limites poneret per Orbem universum, quem ipsi post diluvium, quo omnia vastata sunt, tam exactè cognitum fuisse parum est probabile. Quin de occupata à Canaan Palæstina & Semo erepta, ac antiquo jure Israëlitis reddita quod dicunt, haud obscurè contra Mosen militat, innuentem, Deum terram Canaan gratis dedisse, non restituisse Judæis, & Canaanem, antequam divideretur Orbis, jam fuisse maledictum, atque aliis planè de causis ejus posteros ex Palæstina esse expulsos. Sed universum illud commentum prodit una mentio urbis Rhinocoruræ, in qua fortè à Noë missæ dicuntur. Et tamen Diodorus scribit lib. 1. 38. eam urbem conditam esse ab Aëtisane Æthiopiæ & Ægypti Rege, quem constat pluribus Seculis posteriorem dispersione fuisse.

X. Ansam errori de fortibus in Rhinocorura (alij Rhinocoluram vocant) jactis, dedit locus Jes. xxvii. 12. ubi pro *רִינֹקוֹרוֹרָא* Græci habent Rhinocorura. Rhinocoruram igitur existimant Hebræicè dici *רִינֹקוֹרָא*, quod Epiphanius interpretatur *κλίμα* scilicet *sortem*, quasi à sorte hac Noëtica nomen illa civitas acceperit. Atqui multa hinc occurrunt, nec verè nec

accu-



accuratè dicta. Primò, quò jure Græci Ῥινοκορυαῖν transfulerunt Rhinocoruram, cum significet torrentem Ægypti? Est quidem torrens Ægypti vicinus Rhinocoruræ, ipsa tamen Rhinocorura non est. Audiamus Adrichomium in Theatro Terræ Sanctæ pag. 135. *Sciendum, vocabulum hoc apud Hebræos non haberi, sed Septuaginta Interpretes pro torrente Ægypti propter notitiam loci Rhinocoruram transfulerunt.* Secundò, an credere fas est, Actisanem Regem sortitionis Noëticiæ memorem eam urbem hoc nomine Ῥου seu Νεὶλ voluisse insignire. Denique Ῥου non significat sortem, sed torrentem. Fateor Ῥου verti posse sortem, seu κλήρον, quatenus κλήρⓄ sumitur pro κληρονομία. Sed vox simplex Ῥου nunquam significatum hunc obtinet.

XI. Terræ igitur divisio sortitione non est facta, nec sortitio necessariò intervenire debuit. Quid enim? An non quo quemque Deus zultit, eam terram cum suis occupare potuit, ut loquitur Iosephus? An non convenire potuit inter ipsos filios Noë de heriscundis finibus? An non potuit id Parentis arbitrio relinqui, vel aliis Divinæ Providentiæ modis hæc res pacificè transigi? Migratio quidem inevitabilis fuit tum ob multitudinem, tum ob pœnam Divinitus indictam. Sed ut Assyriam alius, alius Phœniciam, Cananeam alius, alius Ægyptum, vel Æthiopiam, vel Mediam adiret, etsi, ut diximus, Divino nutu id factum, tamen necessum non fuit, ut certum hominum interveniret consilium. Imo casu & fortuitò factum esse confidimus. Res aperta in migrationibus Gentium, vèrbi gratia, Æolorum, Jonum, Gothorum, Hunnorum, qui eas terras insederunt, quas primas fortuna obtulit. Et tamen ibi humano consilio res faciliùs institui potuere, quia distinctio Gentium & terrarum jam locum habuit, quam nullam fuisse tempore dispersionis planum est. Huc facit, quod Histixus Milesius, rerum Phœniciarum Antiquus Scriptor de hominibus illis, qui in Sennaar Babylonis venerunt, scribit: *σκιδασι δὴ τὸ λοιπὸν ἐπεῦθεν ὑπὸ τῆ ἑμογλωσσίας* (ubi Borchart πολυγλωσσίας legendum ait) *ταῖς συνοικίαις ποιησάμενοι πανταχῶ. Καὶ γὰρ ἕκαστος καταλάμβανον τὸ ἐπιχῆσον.* De cætero inde dispersi propter Linguarum varietatem, habitaverunt ubivis, & unusquisque terram occupavit, in quam incidit.

XII. Dispersionis initiis interfuisse omnes illos Patriarchas, Gentium conditores, quorum Moses Genes. x. prolixè meminit, autoritate veterum apud multos est opinio nata. Dispiciendum igitur, an ita se res habeat? Pontifici Chronologi ac Theologi permulti non patiuntur hic se à Sanctissimorum, uti vocant, Patrum autoritate dimoveri.

Ta-

Tamet si alia omnia sentit Bonfrerius, nec facile se expedit ipse Petavius. Sed res ad liquidum perducitur unâ eâdemque evidentissima ratione, quòd certum & exploratum sit, dispersionem incidisse in primordia ætatis Phalegi, quod efficaciter supra probavimus. Inde sequitur, non omnes Patriarchas, quorum mentio fit apud Mosen, interfuisse Dispersionis principiis. Nam Phalego posterior fuit Joctan, cujus tredecim numerantur filii, singuli Gentium principes. Joctan igitur & filii ejus primæ dispersioni non adfuerunt. Non potuerunt enim iudem adesse & postea demum nasci. Respondent hîc ex Augustino, qui de Civ. Dei lib. XVI. II. scribit, *priorem quidem nominari Phaleg, sed longe post fratrem suum Joctan fuisse natum, cum Joctan duodecim filii tam grandes jam familias haberent, ut in Linguas proprias dividi possent.* Ego verò hîc præter meram principii petitionem nihil video. Joctan iis dicitur post Phalegum natus. Quo argumento? quia duodecim ejus filii grandes familias habuerunt, ut in Linguas proprias dividi possent. Hoc autem quæritur, an Joctan & ejus filii ab initio dispersionis in Linguas proprias divisi fuerint? Contendo autem, fieri non potuisse, ut & Joctan & tredecim ejus filii ante Phalegum nascerentur. Nam juxta Mosen Heberus egit annum tricesimum quartum, cum gigneret Phalegum. Si igitur & Joctan & filii ejus fuerunt Phalego antiquiores, & ponamus Joctanem singulis annis prolem generasse, necessum erit Heberum anno ætatis vicesimo secundo nepotes vidisse. Nec evadere aliter possunt, quàm si codicem Hebraicum emendent ex Græco, qui Hebero annos tribuit centum triginta quatuor, cum Phalegum gigneret. Sed qui ita hodie agunt, eos ego insigniter prævaricari ajo, & in re seria ac gravissima vanis rationibus nimium indulgere. Imo cum Moses ita dicit: Genes. xi. 15, 16. *Et erat Heber 34 annorum (in Græco 134.) cum gigneret Phaleg, & vixit post natiuitatem Phalegi 430. annos, & generavit filios ac filias:* quis non intelligit, hoc ipsum velle, Phalegum fuisse primogenitum, & inter filios Heberi post Phalegum natos etiam Joctanem numerandum esse?

XIII. Hoc jam firmiter constitutum cum habeamus, sequetur & aliud, de quo vulgò dubitatum video. videlicet, dispersionem Gentium non simul semelque factam esse, sed successivè, nec sine longi temporis tractu remotas terræ plagas habitatas esse. Sic ergo censemus, initio eos qui Babylonis turrim ædificabant, alios quidem Babylone relictos esse, qui antiquissimum Regnum Babylonicum inchoârunt; alios vicinas Regionès incoluisse, ibique tantisper moram duxisse, donec crescente multitudine digredi cogerentur, aliis inibi relictis, Atque sic proceden-

te tempore Imperia in mundo varia ab his Patriarchis qui à Mose numerantur, vel eorum posteris esse profecta. Fidem huic assertioni facimus sequentibus argumentis. Etenim primò, non potuerunt simul cum iis qui Babylone decefferant, dispergi etiam illi, qui necdum extitere. At quicumque Phalego fuerunt posteriores, necdum extitere, & tamen æquè ab iis Regna & Imperia processerunt uti postmodum probabimus. Secundò, Regna ab his Patriarchis manantia non eodem tempore cœpta sunt, sed alia citius alia tardiùs, uti ex profanis Scriptoribus haud omnino subleste fidei cognoscitur. Antiquissima Regna sunt Assyriorum, Ægyptiorum, Serum & Sicyoniorum, paulatim alia sequuntur. Si Gentium Patriarchæ continuo itinere terras sibi Divinitus destinatas adiiissent, quando Babylone colonias migratum ivère, haud dubiè Civitates & Regna longè haberemus antiquora, & ab se invicem modico intervallo distantia. Tertio idem apparet ex similitudine aliarum migrationum, in quibus maximè celebratur Ionica, de qua Pausanias habet in Achaïcis. Iones enim ex Achaja ab Heraclidis pulsus Athenas venerunt, ubi eos Melanthus hospitaliter accepit. Defuncto Athenis Codro, Iones Nelco & Androclo ducibus in Asiam migrarunt, nec omnes tamen eodem tempore in Asiam venerunt, sed paulatim Asiæ oram, quæ vocata est Ionia, oppidis frequentarunt. Quarto, evincit id scopus Mosis, qui non alius est, quam ostendere, ea Regna quæ tempore Abrahami in communi notitia hominum fuerunt, originem suam à Noacho & posteris ejus ducere, qui dispersi per Orbem in populos jam tum magnos & potentes exceverunt. An vero id simul semelque factum fuerit, an longo temporis tractu, non multum referebat ad scopum propositum. Quintò, suadet id manifesta ratio. Cùm enim terra per centum inde à diluvio annos inculta, indeque partim putrescentibus graminibus palustris effecta, partim etiam senticetis & dumetis obsita fuerit, non potuerunt Coloni uno eodèmpet impetu in remotiora loca discurrere. Proinde necessum fuit, ut primùm loca viciniora occuparent, procedentèque tempore & crescente populi multitudine ulterius progredierentur, atque in remotioribus regionibus longo post tempore sedes figere cogerentur. Quæ causa est, cur Moses *in diebus* potius quàm *in ortu* Phalegi divisas fuisse terras dixerit.

XIV. Josephus sedes eorum, qui dispersi sunt, ita definit, ut Japhet cum suis occupaverit totam Europam usque ad Gades, & in Asia à Tauro & Amanò montibus usque ad Tanaim & Regiones Septentrionales; Chamus cum suis Africam, & in Asia à Tauro monte usque ad Oceanum Arabicum, ab Oriente vero fines habuerit Babyloniam Euphratem

&

& Tigrim. Sem verò cum suis Orientalem Asiam occupâsse. Hanc Josephi *ἰεροσολίμης* etiam sequitur Hieronymus. Quatenus verò illa recipienda sit, proximis disputationibus liquebit, in quibus de Gentium conditoribus à Mose commemoratis uberius & distinctius dicendum. Nunc verò illud prætereundum non est, quid de Novi Orbis partibus, quas Americas appellant, censendum sit, an videlicet, quo modo & quibus Noë Nepotum ducibus humanum genus, & animalia in eas Orbis partes dispergi & penetrare potuerint?

X V. Non desunt Viri Doctissimi, quibus videatur omninò, Semo præter Asiam etiam Americam celsisse, & à nepotibus ejus, nominatim ab Jobab & Ophir, filiis Joctanis illam possessam esse. Hic sensus est Benedicti Arizæ Montani in libello, quem inscripsit *Phaleg*, hoc est, *de primis Gentium sedibus*, & Vatabli in Scholiis super cap. 1x. lib. 3. Regum. Existimant enim, Americam esse cum Asia majori continuatam, & utrumque Peru majus & minus, seu quod propriè appellatur Peru, & quod dicitur Mexico, ab Ophir descendere, & exprimi 2. Paralip. III. 7. ubi de auro ad Templi structuram adhibito sic habet Hebræus Textus; *אור הזהב הזה* *Es aurum erat aurum Peruajim*, hoc est (Peruajim enim duale faciunt ex singulari Peru) ex utroque Peru. Porro Solomonem aurum suum ex Ophir derivâsse notum est. Hæc opinio etsi Viris magnis ac nuper etiam Doctissimo Hornio, quoad rem ipsam, est probata, tamen veritati minimè consentanea videtur. Non enim hoc dicam, si probatissimas Geographorum tabulas curiosissimè lustremus, non apparere, quod Asia Orientalis sit cum America continuata sed potius freto Aniano ab ea distincta. Saltem illud abundè Viros doctos refellit, quod Ophir, ex quo Solomon aurum suum accersivit, nec America fuerit, nec eadem Terra, quæ ab Ophir filio Joctanis nomen est sortita. Non fuisse Americam, patet inde, quia ex Ophir Scripturæ membrant asportatos esse Elephantos, Pavos, Ebur, Ligna almugghim pretiosissima. Atqui constat, harum rerum in Peruana copiam nullam esse. Deinde classis Solomonis, quæ in Ophir transfretavit, uti notum est, solvit ex Afion-gaber. Cui vero probabile, eam Classem relictâ Indiâ Orientali viciniore, & notiori, multarumque rerum pretiosarum fertiliori, immenso circuitu navigationem instituisse ad regionem Americanam Peruenssem, præsertim cum ad eam Regionem ex Joppe vel alio portu Maris Mediterraneæ per fretum Gaditanum, multo breviori, faciliorque navigatione, spatio circiter quinque mensium pervenire potuisset. Tertio, Solomonis Novus Orbis sine usu Pixidis Magneticæ fuit planè *ἀνεπίστος*. Quippe

constans æquabilisque in tam longinqua navigatione requiritur directio, sine qua vacillabit & irrita fiet, variato in horas navigii cursu. Talis autem sine magnete nullus. At magneticæ pixidis usus Solomoni non videtur fuisse cognitus. Etsi enim doctissimus Fullerus persuadere laboret, Tyrios usum magnetis habuisse, à Solomone illum edoctos, tamen assensum hæcenus non impetrat. Nititur potissimum eâ ratione, quòd magnes Ptolemæo sit Ἡρακλειῶ λίθος, Hercules lapis, proinde dictus ab Hercule Phœnicio, cujus Numen navæ invocârunt propter vim ἡγεμονικῆν. Atqui plerique Grammatici Veteres Ἡρακλειῶν non derivant ab Hercule, sed potius ab Heraclea Lydiæ civitate, quæ, si Suidæ credimus, pars erat Magnesiæ. Si tamen ab Hercule derivare lubet, cur potius ab Hercule Phœnicio quam Thebano, quos duos fuisse distinctos notum est? Denique nihil videtur incertius, quàm quod author Chronicorum utriusque Peru fecerit mentionem sub nomine פֶּרֻ. Ne dicam, adhuc non liquere, utrum nomen illud proprium sit Regionis, an appellativum auri, certe Peru signare non potest, cum constet, Peruviz nomen recens satis esse, & ab Hispanis demum inventum, quod à Beru Piscatoris vel rivi nomine non intellecto eos deduxisse innuit Garcilasso de la Vega. Et ante ea tempora nomen habuit Tahuantimsuyo. Proinde rectius veteres plerique Solomonis Ophiram collocant in Indiæ sive Aurea Chersoneso, hodie Malaca dicta, quod facit Josephus, sive Taprobana Insula, sicut aliis videtur. Jam alterum etiam, quod Ophira Solomonis non fuerit ea terra, quæ à filio Joctanis Ophir dicta est, validissimè probabitur, ubi in speciali Prosopographia Ophir, ostendetur illam Ophir collocandam in Casanitis ad sinum Arabicum prope Sabæos.

XVI. Nos in difficili hac quæstione, maximè id satagentes, ut Scripturarum veritas in tuta arce collocetur, certa ab incertis & dubiis separanda esse ducimus. Ac primò, pro certo haberi debet, omne genus humanum post diluvium à Noë filiis propagatum esse. Neque enigi vel Paracelsi vel Peyrerii hic insaniam inoramus, quorum ille duplicem Adamum, alium in Asia, in America alium creatum esse asseruit, hic simili stupore negavit, Americanos ex Noëtica familia progressos esse. Nam si Scripturæ valet autoritas, ut valere maximè debet, diluvium Noëticum universum Orbem inundavit, nec residui fuere nisi Noëticæ familiæ octo homines. Tum dispersio facta est אֵין כָּל הָאָרֶץ in *superficiem omnium Terræ*, Genes. xi. 9. Et à filiis Noë divisæ sunt Gentes in Terra post diluvium Genes. x. 32. Jam Gentium etiam consensus est, conditores Regnorum esse illos, quorum Moses meminit, ac nominatim Strabonis, Ptolemæi, Melæ, Plinii, quorum

rum suffragia aliàs producemus. *Secundò*, & illud mihi dari postulem, etiam eas Gentes à Noë oriundas esse, quarum origo ab ejus temporibus est remotissima. Proinde Moses non fuit sollicitus, ut omnium Gentium proximos conditores describeret. Quippe hoc nec fieri potuit, cum post tempora Mosis multæ demum Gentes & Regna per ductas novas colonias cœperint, nec necessarium fuit, quia Moses potissimam rationem Ecclesiæ habuit, & ex eo, quod posuit, specimine satis manifestum fecit, Orbem habitabilem ex sola Noëtica familia propagatum esse. Et evidens est, quòd causa causæ sit etiam causa causati. Cum igitur Moses ostenderit primos conditores, & à Regnis ab illis conditis alia progressa fuerint, censendus est etiam implicite ostendisse eorum Regnorum conditores, quæ longo demum pòst tempore priorum illorum satis protrusa sunt. Quo posito sequitur, Americanos Noëticæ familiz posteros esse, quocunque tempore illos exortos esse statuamus, dummodo id liquidò veritati detur, posteris Noë in Terras novas transitum impossibilem non fuisse.

XVII. Proinde *tertiò* asserimus, ex iis locis, quæ à posteris Noë habitata esse unanimi consensu firmatum est, in Novum Orbem transitum possibilem fuisse. Possem hic eo uti argumento, quod, etsi sub iudice lis sit, multi tamen censeant, ac nominatim etiam Josephus Acolta Hist. Nat. Ind. lib. 1. cap. 20, 21. & Brerewodius de Ling. & Relig. cap. 13. Americam adhærere continenti Asiæ. Quod si verum foret, potuissent Asiatici terrestri itinere Americam petere. Possem & hanc rationem adornare, quod navigationibus veterum, quales fuere Phœnicum, longinquis & continuis homines vel casu vel dedita opera eò transire potuerint. Quando tamen utrique huic rationi difficultates graves objiciuntur, via certior faciliorque ineunda est, quæ nec terrestri itinere, nec navigationibus operosissimis eos hâc deferri potuisse patefaciat. Constat autem, Divinâ providentiâ factum esse, ut primariæ terrarum plagæ, quamvis ut plurimum vastissimis disjunctæ maribus sint, alicubi tamen vel tenui Isthmo copulatæ sint, vel exiguo inter se freto distinctæ. Sic enim Asia cum Africa conjungitur Isthmo, qui est inter mare Mediterraneum & Arabicum. Ipsa etiam America Mexicana & Peruviana connectuntur Isthmo tenui, inter Oceanum Occidentalem & Mare del Zur. Europam ab Africa circa fines Hispaniæ ac Mauritaniz separant non nimis spatiosum fretum Herculeum seu Gaditanum. Ac eodem modo Europa supra paludem Mæotidem fluvio Tanai cum Asia conjungitur, imo in parte magis Boreali Asia & Europa copulantur Isthmo satis amplo. Jam Asia ab ipsa America Mexicana distinguitur freto Aniano, quod vocant El Streto de Anian. Peruviana vero seu Australis

lis America ab Antartâcticis Regionibus freto tantùm Magellanico separatur. Nec defunt, qui arbitrentur, fretum Anianis recens esse, & olim continentem ibi fuisse. Præterea pleræque celebriores maris insulæ à continente non sunt admodùm remotæ, ut in Asia, Sumatra: in Europa, Anglia & Hibernia: in Africa Madagascar. Ac sæpe ita vicinæ sunt, ut ab una ad alteram, ac sic successivè facilis transitus sit. Hæc autem terrarum & insularum conjunctio non sine Numine facta est, sed mirâ omnino Dei providentiâ, ut videlicet homines Babylone dispersi in omnem Terræ superficiem, paulatim in unum versum Orbem commodè disseminari possent.

XVII. Potuerunt ergo in Americam venire ex Asia Semitæ, seu posterii Semi. Quippe ab extremis Asiæ littoribus, quæ illi incolabant, potuerunt se in medias inter Americam Aquilonarem & Asiam insulas diffundere, ac inde in ipsam Americam penetrare. Potuerunt & Japetæi, seu posterii Japeti. Postquàm enim per plagas Aquilonares Asiæ, ubi nunc est Tartaria, disseminati tandem venerunt ad Orientales Asiæ fines, prope fretum Anian, facilis fuit trajectus in Americam, in qua jungerentur cum Semitis, & paulatim latè patentes regiones, maxime ad ipsam Asiam respicientes, habitarent, donec ipsas oras, quæ nunc appellantur *del Sur*, habitatoribus replerent, & post multa Secula ad fretum Magellanicum appellerent. Potuerunt Europæi Americam invadere. Quàm enim proclivis gradus est ex Norwegia in Islandiam, ex Islandia in Groenlandiam, ex Groenlandia in Americam Mexicanam? Potuerunt Africani iter illud, tametsi longo usu circuitu, per Asiam vel Europam adfectare. Adeo causæ nihil est, cur dubitemus, posteros Noë quolibet tempore sibi facile viam in eas terras munire potuisse.

XIX. Quæ porro palmaria difficultas relinquatur de animalibus, ita expediri potest, ut dicamus, pleræque vel natatu, vel volatu, vel curâ hominum transducta esse. Quod ne de ipsis quidem noxiis, pestiferis ac venenatis animalibus dictu alienum est. Videmus enim nocentissimas feras ab extremis Regionibus transferre Principes, aliòsve inde quæstum facere, & humanam curiositatem pascere. Hoc sanè in iis etiam locis usu venire potuit. Si tamen id habere locum posse pertinaciùs neget, quid prohibet dicere, Divino instinctu animalia eò se contulisse, sicut pari modo quondam ad arcam Noë aggregata esse constat?

XX. Atque sic confido satisfieri posse modestis ingeniis hujus, & apparere omnino, verum esse, quod Moses dixit, dispersos esse Noachidas in omnes superficies terræ. Quo verò tempore, & à quibus Gentibus remotissimus ille Orbis frequentatus sit, res est altioris indaginis, nec facile putem

rem à quoquam ob notorium historiarum illarum in omni Antiquitate defectum definiri posse. Pro Phœnicibus & Carthaginensibus militant multi ac obstinatissimè author Phari V. T. ex tralatitio illo vel Theophrasti vel Aristotelis *Et Imperatorum* loco. Sed de iis negat celeberrimus Antiquitatum Phœniciarum ruspator Bochartus de Coloniais Phœnicum lib. 1. 38. Norwegorum colonias Americam fecit Grotius, quem prægnantibus argumentis, etsi non sine strepitu refutavit Latus. Goropius Becanus Atlantum, Genebrardus Israëlitarum à Salmanassare abductorum facit progeniem. Denique nulla in re alia gravior est diffensio, & liquet præter conjecturas & acutas opiniones nihil quidquam altius eruditos adferre posse. Cæterùm consulendi de ea re Commentarii Doctissimi Hornii. De Patriarchis Gentium in specie, proximæ dissertationes tractabunt.

## EXERCITATIO XXIII

DE

## PATRIARCHIS GENTIUM.

Ubi Origines omnium Gentium ex tribus Noæ filijs, Japheto, Chamo & Semo deducuntur.

## SECTIO PRIMA.

DE

## JAPHETITIS.

Seu populis ex Japheto oriundis.

## Breviarium.

*Græcorum & Romanorum circa Origines Gentium ignorantia. 1. Mosaïcæ Historiæ in hoc argumento diligentia & veracitas. Authores qui de hoc argumento egerunt, indicati. Bocharti encomium. 2. Japheti filij & nepotes enumerantur, 3. Gomer an fuerit parens Africa?*



*Africæ? an Franciæ? Pseudogorionides pulsatus. An Cimmericorum conditor fuerit? Phrygiæ authorem fuisse asseritur. 4. Magogum Scythiæ Parentem fuisse quatuor argumentis probatur. 5. A Madai Medos & Sarmatas ortos esse. 6. A Javanæ Iones & Græcos. Refutatur fabula quæ Ioniam authorem facit Ionem filium Xuthi. 7. A Thubale Tibarenos, à Mesecho Moschos in Armenia processisse ostenditur sex Argumentis. 8. Thiras Thraciam condidit. Ab Ascenazo an provenerint Germani? Ascaniam seu Phrygiam minorem, Mysiam, Bithyniam, Troadem ab eo progenitum adstruitur. 10. A Riphato sunt Riphaces seu Paphlagones. 11. A Thogarma, nec Phryges, nec Turcæ, nec Germani, sed Cappadoces sunt progeniti. Cappadocia equorum & mulorum ferax. Trocmi & Tragmi à Thogarma ita dicti. 12. Ex Elisa an orti sint Aboles, vel Siculi, vel Græci? Peloponnesios ab eo descendisse demonstratur. 13. Tharsis parens fuit Iberorum seu Hispaniæ. Phœnicum navigationes in Hispania. Tharsis Oceani Indici. 14. Cithæi sunt Itali non Macedones. Latini unde dicti? Ad locum Esaiæ xxiii. 1. respondetur. 15. Dodanim sunt Galli. 16. Quomodo Moses dicat, ex Japhetitis his divisas esse Insulas Gentium, cum terræ ab iis possessæ fuerint Continentes. 17. Japheto Europam & magnam partem Asiæ, & Americam cessisse ostenditur. 18.*

**N**ihil Gentilibus compertum minùs olim fuisse quàm Origines & incunabula Populorum, argumentis evidentibus constat. Primò enim defuerunt pares, aut proximi initii Gentium, Scriptores. Unde factum est, ut sæpius incerta pro compertis, & falsà pro veris in medium proferrent. Nempe auctas & florentes vetustissimorum Populorum res, plurimi; at primas origines nulli, vel seriùs, aut incerti & delusi fabulis, tradidère. Deinde arguunt id putidissimæ de hac re fabulæ, & foedæ hallucinationes, quas passim in eorum scriptis reperire est. Ac ut de Chaldæorum, Phœnicum, & Ægyptiorum, antiquissimorum sanè populorum de conditoribus suis iudicio nihil dicam, quòd eorum monumenta edax & consumptrix vetustatis oblivio aboleverit; quid non vani Græculi jam olim humanæ credulitati sunt propinare ausi? Inter quos Atheniensium nota est gloriatio, quam Diogenes Cynicus iis cum muribus

bus & lumbricis communem dicebat, esse se *αὐτοχθόνας*, hoc est, uti interpretatur Justinus II. 6. 4. *eidem innatos solo*. Quorum vanitatem traduxit Lactantius *de falsa religione* II. 13. Alii quæstus mendacis cunabula sua conspurcârunt magis quàm aperuerunt. Tales sunt, qui se ortos fabulantur ex quercubus, lapidibus, fungis, cicadis, formicis, Draconis dentibus, aliisque ejusmodi futilibus principiis. Ut meritò Saiticus ille Sacerdos Patenit Græcos esse asseruerit *αἰὲν παῖδες semper pueros*, neque unquam senes, eò quòd veræ vetustatis nullam omnino notitiam haberent. Cùm Græci tanta hîc inscitia laboraverint, mirum non est, ipsis etiam Romanis Scriptoribus, qui serè ex Græcis sapuerunt, parum hîc lucis adfulsisse?

II. At Græcis & Romanis Scriptoribus tum antiquior, tum longè veracior & omni exceptione major Moses originis Gentium certiora & clariora vestigia nobis reliquit, quàm quæ in Vetustissimarum gentium monumentis apparent. Is enim postquam priorem mundum diluvio submersum docuit, non omisit tradere rem necessariam & verissimam, propagationem nimirum Gentium ex Noacho & tribus ejusdem Filiis Japheto, Semo & Chamo, ex quorum sanguine cretæ & profectæ sunt gentes, quotquot post diluvium sub sole extiterunt hætenus, & existent deinceps, si ita Deo cordi fuerit. Id quidem, ut manifestum faciamus, proposuimus historiæ sacre pressuri callem inquirere in Patriarchas Gentium, quos Moses decimo Geneseos nominibus suis ciet. Ex quo labore hoc omnino operæ pretium habebimus, quòd futurum sit, ut & origines populorum, & auctoritas ac *ἀξιωμα* Scripturæ inter alia hoc etiam argumento clarissimè nobis notescant. Cæterùm ut eos, ex quibus plurimum profeci, attingam, laborârunt in eo argumento diligenter & cum cura inter Veteres Josephus Antiquit. I. 6. Epiphanius in Ancorato, Hieronymus in traditionibus Hebraicis, Chronicon Alexandrinum: inter recentiores Beroaldus in Chronico, Broughthonus in concentu; Peterius in Genesin, Tornielus & Salianus, uterque in Annalibus; Arias Montanus in Phaleg; Johannes Lucidus, qui tamen totus sapit ex commentis Pseudo-Berosi; denique ille Galliæ Sydus fulgidissimum Samuel Bochartus in stupendo illo opere *Phaleg*, cui plurimas probationes, quas allaturus sum, acceptas referendas esse, lubens & tam gratus, quàm qui maximè profiteor.

III. De primatu filiorum Noë, ex quibus nati sunt Patriarchæ Gentium, non lubet denuo contendere, cùm supra eam rem abundè discusserimus. Quocunque autem modo id habeat, expediet sanè hîc filium sequi Moysi, cui non defuit ordinis initi ratio sapientissima. Is igitur primo

loco collocat Patriarchas ex Japheto Oriundos. Japheti autem filios commemorat septem, & ex Gomere nepotes tres, ex Javan quatuor. Filii Japheti sunt גומר *Gomer*, מגוג *Magog*, מדי *Madai*, יון *Javan*, תבול *Thubal*, מפתח *Mefech*, כתיס *Cittim*, & דודנים *Dodonim*. Ex his inquit Moses בנודים נפרדו אי רגום בארצותם איש ללצנו לשפתותם בנודים *Divisæ sunt insula gentium juxta terras suas, quisque juxta linguam suam, juxta familias suas in gentibus suis.* Genes. x. 2, 3, 4. Ut sacri scriptoris vestigia premamus, singulos hos Patriarchas eo ordine, quo dispositi sunt, explicare conabimur partim ex Scripturarum ἱστορίαις, partim ex conjecturis verisimilibus, quales sunt, quæ vel ex notatione propriorum nominum, vel ex eorundem nominum reliquiis, apud Veteres Geographos occurrentibus, vel ex locorum confiniis, aliisque ejusmodi argumentis peti possunt.

IV. Japheti primogenitus est גומר *Gomer*. Cujus is populi conditor fuerit variè hariolantur. Chaldæi Africæ parentem fecere. Perperam omnino; quia Japhetitis non Africa cecidit, sed pars Asiæ & Europæ, uti ex reliquorum populorum descriptione liquebit. Josephus Antiqu. 1. 7. Galatarum patrem facit his verbis: τὰς μὲν δὲ τῶν ὑφ' ἑαυτῶν Γαλάτας καλεμένων, Γομαρῆς ἢ λεγομένων, Γομαρὸς ἐκλήσθην. *Quos nunc Græci Galatas vocant, olim Gomareuses dictos, Gomer condidit.* Ubi Pseudo-Gorionides, turpis ille & miser simius veri Josephi, pro Galatis intellexit Gallos, quos celandi furti gratia vocavit *Francos*. Verba Venetæ editionis sic habent: *Filii Gomer sunt Franci, qui habitant in terra Francia, ad flumen Francia, id est, ad flumen Sequanæ.* Quas ineptias narrare est refutare. Neque enim verus Josephus illos Galatas intelligere potuit, qui è Gallia profecti Asiam occupârunt. Quippe noverat, pridem ante migrationis illius tempus Ezechielem cap. xxxviii. 6. Terram Gomer & Thogarma fecisse Judææ Aquilonarem, quin & Terram Thogarma terræ Gomer proximam in vicinia collocasse Tyri, aded ut ex Thogarma facilis commeatu sit ad nundinas Tyri. Ezech. xxxvii. 14. Quo quidem argumento refelluntur etiam, qui Gomerum Cimmericorum authorem explicant, quod plerique hodiè faciunt. Unde Guilielmus Camdenus vir doctissimus, ubi agit de primis Britannicæ incolis, ab iisdem Gomeris seu Cimbris suos etiam Britannos derivatum ivit. *Gomerus, inquit, Japheti Filius natu maximus Gomeris, qui postea Cimbri & Cimmerici dicti in his ultimis Europæ Finibus, & originem dedit, & nomen imposuit. Cimbrorum enim sive Cimmericorum nomen hanc orbis partem quodammodo opplevit, nec solum in Germania, sed etiam in Galia*

lia latissime patuit. Ab his Gomaris sive Gomeris Britannos nostros originem deduxisse, & nomen in originis argumentum desulisse semper existimari: ipsumque proprium & peculiare Britannorum nomen idem persuasit. Ipsi enim se Kumero, Cymro & Kumeri appellant. Unde quasi hæc nomina profuxisse existimemus, quàm à Gomero illo & Gomeris in proxima Gallia, quæ priscorum Gomerorum sedes? Responderent, fateor, nomina Gomarorum & Cimmerorum, seu Cimmericorum. Verùm, cum constat omnino, Gomeris terram poni inter latera Judææ Aquilonaria, quis nescit, Cimmericos ultra Pontum Euxinum, versus Aquilonem tam remotos fuisse, ut vix eorum fama ad Judæos manaverit? Igitur Deus apud Ezechielem, ubi de comitatu Gogi adversus Ecclesiam insurgentis, inter alios etiam educturum se cum Gogo minatur גֹּמֶר וְכָל אֶפְרַיִם בְּיַד הַגּוֹי הַזֶּה יִכְרֹת יִכְרֵי צָפֹן Gomerum & alas ejus omnes, domum Togarma, latera Aquilonis cap. xxxviii. 6. Sunt igitur Gomer & Togarma respectu Judææ, in qua vaticinatus est Ezechiel, latera Aquilonis. In lateribus autem Judææ Aquilonaribus per Terram Gomer commodè intelligi potest ea pars Phrygiæ, quæ Diodoro & Helychio vocatur κατὰ κράσις καυμένη regio combusta, circa Caystrum, Mæandrum & urbem Philadelphiam. Quid autem Catacecaumene est aliud, quàm Interpretatio nominis גֹּמֶר Gomer? Significat enim גֹּמֶר Hebræis inter alia consumere per ignem: unde & Carbonem Syri appellant גֹּמֶר pafsim. Quin & ipsa Phrygia ἀπὸ τῆς φρύγιαι à torrendo nomen est fortita. Proinde Helychius: φρυγία ἢ φρύγιαι. Phrygia, h. e. torrefaciens. Favet, uti vidimus, Josephus, qui Gomaros suo tempore ita dictos à Judæis interpretatus est Galatas. Notum autem est, Galatiam seu Gallogræciam Phrygiæ partem esse.

V. Post Gomerum Japheti Filius est מַגּוֹג Magog. Patrem intelligi Scythicæ Gentis consentiunt post Josephum, Eustathium, Hieronymum, Theodoretum plerique doctiores. Quibus rursus Ezechiel astipulatur cap. xxxviii. ubi propheta illustris contra Gogum in terra Magog exaratur. Varia ibi argumenta pro Scythia militant. Primò enim Gogus in terra Magogi v. 2. vocatur מַגּוֹג מֶשֶׁךְ וְתוֹבַל מֶשֶׁךְ וְתוֹבַל, sic enim septuaginta vertunt, πρίν, μούσχη, & τὸ βίβλ. Princeps, Ros, Mesech & Thobal. Quomodo malim vocem מַגּוֹג accipere pro nomine proprio, quàm cum Chaldæo, aliisque proappellativo. Notat autem מַגּוֹג uti ex Geographo Nubensi colligitur, Fluvium Armeniæ Araxem, prope quem ut & Cyrum in regione interamni, quæ Græcorum est Araxene, habitant Rossi. Per Mesech autem & Thubal Armeniam indigitari Moschicam & Tibarenam inferiùs probamus. Gogus igitur ille in terra Magogi Princeps fuit Armeniæ Araxenæ Moschicæ

& Tibarenæ. Porro regiones has olim Scythici fuisse Juris, palam est. Aded quidem ut Herodotus Scytharum antiquissimam sedem circa Araxem disposuerit. Secundò Ezechiel incolis terræ Magog equorum copiam tribuit v. 3. ubi exercitum Gogi vocat כּוֹסֵם וְיָרִישִׁם לְבַשׁ מְכַלָּל כָּלָם *equos & equites, indutos panoplia omnes*. Atqui etiam Scythis perpetuus fuit sive pace sive bello usus eorum. Tertio terræ Magog incolarum armatura describitur à Propheta, nimirum צַנָּר וְדָגָן : *Scutum, & clypeus*, cap. xxxviii. 3. nec קֶשֶׁת וְחַצֵּי : *arcus & sagittæ*. cap. xxxix. 3. Jam & Scythis arcus & sagittas constanter antiquitas tribuit. Quorum proinde equites Herodotus & Lucianus vocant ἵπποξόστῃς *Hippoxostas*. Et Germanica vox *Schutzen*, quæ jaculatores notat, iisdem Scythis fertur accepta. Est & pars Scythiæ, cujus incolæ Scythica voce dicuntur *Arimaspi*, hoc est coclites, vel unoculi, quia jaculaturi altero oculo connivere solebant. Quartò Ezechiel incolas terræ Magog describit ut *Feroces*, & ad bellum inprimis proclives. Nihil magis Scythis veteribus convenit, populo truci & barbaro, ac ad belligerandum nato. Unde αἰὲν ἔσονται & ἱερασί nonnulli eam vocem derivant. Erant, uti Plato loquitur, gens αὐταίρις ἢ θυμοειδής, *superba & truculenta*. A Scythis his probabiliter etiam Americani novi orbis incolæ provenerunt. Neque enim difficile fuit Scythi per Fretum Anian in eas terræ partes penetrare. Et si quo tempore id factum sit, haud cognitu est proclive.

VI. De tertio Japheti Filio מַדַּי *Madai*, qui Græcis Μαδαῖ dictus, non sumus amplius solliciti, postquam & vocis flexus, & Danielis ac Esteræ libri, in quibus frequens mentio est vocis illius, qui que Reges Medorum insignivit מַלְכֵי מַדַּי *Reges Madai*, propemodum clamant, Medorum Gentis, cujus regia olim æstivo tempore Ecbatana, hyberno Susa erat, Patriarcham intelligi. Nam quod Græci à Medo Medæ filio gentem eam deducunt, nil nisi nugas agunt. A Medis orti sunt procedente tempore Sarmatæ, ita dicti, quasi מַדַּי שאר *reliquiæ Medorum*. Quantum Scythorum gentem alii facere malunt.

VII. De יָוָן *Javane* quarto Japheti Filio optimè censet Josephus, qui eum Jonum, qui futores parentisque fuere Græcorum, authorem statuit. Atque sic etiam ejus æmulus Josephus ben. Gorion, cujus verba : בְּנֵי יוֹן הָיָה יוֹנִים הַיִּשְׁטִינִים בְּאַרְץ סַקְרוֹנְיָאָה *Filii Javan sunt Jones, habitantes in terra Macedonia*. Homero Jones etiam *Jaones* dicuntur, quæ vox proxime ad יָוָן *Javan* accedit. Sed clarissimum est in Daniele argumentum, qui cap. viii. 21. Alexandrum Macedoniæ Regem vocat כּוֹלֵךְ יוֹן *Regem Javan*. Nec moveor Græcorum narratjuncula, quæ Ioniz authorem facit Ionem

Filium

Filium Xuthi, nepotem Hellenis, pronepotem Deucalionis, quem coloniam ex Attica in eam Peloponnesi regionem, quæ Ionia inde cœperit nominari, cum ante hac Ægialca dicta fuerit, scribunt: Strabo lib. VIII. οὕτω πελοποννησοὶ ἤχ' ἔχον συνέπεισι τόσα, ὡς ἐξ ἀπείρου τῶν Ἰώνων ἐστὶ λαν εἰς πελοπόννησον Ἀθηναίαι. *Tantam tunc in regione Attica multitudinem exterre contigit, ut Athenienses coloniam in Peloponnesum emiserint.* Verum Græculorum hæc vana commenta sunt, cum juxta Mosen longè sit antiquior fictitio hoc Ione parens Ionicæ. Et parùm probabile est, Athenienses perpeffuros fuisse, ut in ducis bellici gratiam priscum nomen aboleatur. Id sibi iniquum reputasset Erechtheus, qui Athenis tum temporis rerum potitus est. Cæterum observat Doctissimus Bochartus, Ionum nomine olim non solos Athenienses venisse, quamvis ita acceperint Scriptores gravissimi, Herodotus, Aristoteles, Heraclides, Strabo, Plutarchus. Nam & Achæos & Bœotos Ionum nomine contineri Hesychius refert. Et apud Strabonem Ionicus Campus in Bœotia reponitur. Quin & Macedoniam eò pertinuisse ostendit mare Ionium, à Macedonibus olim possessum.

VIII. Proximè Javanem ponitur ῥουβη *Thubal*, cui connectitur, non tantùm à Mose, verùm etiam ab Eldra & Ezechiele מֶסֶךְ *Mefech*. Quod argumento est, duos hos fratres Japhetitas regionum haud procul distitarum Patriarchas fuisse. Quod cum plerique animadverterint, tamen mirificè laboratum est hæctenus in populis illis, qui ab utroque descendebant, definiendis. Nos ab iis quæ certa & explorata videntur, procedemus ad indagationem reliquorum. *Mefech* & *Thubal* ab Ezechiele collocantur in terra Magogi. Terram Magogi evidentibus argumentis fecimus Scythiam veterem. Veteribus Scythis jam olim subjacuit etiam Armenia Moschica. Ipsa autem Moschorum appellatio nos admonet vocis מֶסֶךְ *Mefech*, quam Veteres scripsere *Mofech*; quomodo etiam Græci pro מֶסֶךְ habent μοσχ. Et in hoc quidem consentiunt multi recentiores. Difficultas duntaxat est in copulanda aliqua Moscis illis gente vicina, cujus author dici possit *Thubal*. Josephus Iberos illos positos in confinio Colchidis venire nomine *Thubal* credidit. Hieronymus etiam Iberos sed non Asiaticos illos, verùm Hispanos. Quod Iberos Asiaticos attinet; sunt illi à Moschicis montibus non procul distiti. Quin ipsa Moschia pars quædam fuit Iberiæ. Magis igitur assentior Bocharto, quo nemo in Geographia sacra explicanda majorem *ἀκρίβειαν* præstitit. Is Tibarenorum patrem fuisse *Thubalem*, non sine ratione existimat. Ante quem etiam Epiphanius in Ancorato, inter Japheti gentes ponit παρανός, χαλκίας,

Μοσσονοικῶν, *Tibarenos, Chalybes, Mossynacos*. Quem sequitur doctissimus Brougthonus. Quorum consensum non observavit Bochartus, qui Tibarenos nulli dum in mentem venisse credidit. Notandum igitur est, apud Strabonem, lib. xi. p. m. 617, ubi de Caucaſo sermo, montes Moschicos & Colchicos extendi usque ad Tibarenos. Antiquitus igitur *Mesech* fuit non tantum Armenia Moschica strictè dicta, verum etiam quicquid est montium à Phasi usque ad Pontum Cappadocicum. Proinde montes illi apud Ptolomæum & Strabonem semper nomine Moschicorum veniunt. Post illos montes Moschicos Tibareniam ponit Strabo, interjectis tantum Trapezuntiis, quod facit lib. vii. p. 357. ubi in montanis Taurorum collocat montem Trapezuntem, cognominem urbi, ἡ ἐξ ἡ πικρην ἢ Κολχίδα, quæ est juxta Tibareniam & Colchidem. Intelligi igitur per *Mesech* & *Thubal* Moschicam Armeniam & Tibareniam colligimus sequentibus argumentis. *Primò* probat id nominum adfinitas. A *Mesech* enim perspicuè descendunt Moschi. A *Thubal* *Tibar* & hinc *Tibareni*, levi nec inusitata mutatione literæ L. in literam R. Sic ex *Belial* Græci fecere Βελιάρ, ex *Picol* Πικωρ, ex *Auzal* Αύσαγγ. *Secundò* *Mesech* & *Thubal* fuerunt in terra Magogi seu Scythia veteri. Atqui & Moschi & *Tibareni* olim Scythici juris fuere. *Tertiò* *Mesech* & *Thubal* vicina gentes fuere. Tales etiam, uti vidimus, Moschi & *Tibareni*, inter quos soli Trapezuntii interjacebant. Hinc est, quòd eos conjunxerit etiam Herodotus passim, qui in copiis Xerxis eadem utrisque arma, eosdem belli duces tribuit. *Quaridè* *Thubal* & *Mesech* habet Ezechiel c. xxvii. 13. quòd sint חַרְשֵׁתֵי נְחָשְׁתַּי וְכֹל נְחָשֵׁי אֶרֶץ כְּנַעַן *Insitores, mancipiis & vasis æreis negotiantes in commercio*. Utrumque convenit partim *Tibareni*, partim *Moschi*. Quis enim ignorat, Cappadociam cujus pars *Tibarenia* fuit, hoc nomine celebratam fuisse. Vel unus Horatii versus notissimus id ostendit: *Mancipii dives eget æris Cappadocum Rex*. Unde Plutarchus in Lucullo testis est, Romanos Lucullo Cappadociam peragrante *ἀνδρῶν ἑσπεδοῦν τε τριάκων δραχμῶν ὀνείων mancipium quatuor drachmīs venale* reperisse. Pariter Mossynoecos, *Tibarenorum* populum splendidissimi æris copiam habuisse testatur Aristoteles de *mirabilibus*. Quin & in Iberia, cujus partem incoluere Moschi, æs fuit præstantissimum, quod Chalcondylas ipsi Paphlagonico anteponit. Quòd si in loco Ezechielis malumus חַרְשֵׁתֵי interpretari, Chalybem, cum ejus æquè ac æris significatum sustineat, quis ignorat Chalybes, à quibus chalybi nomen, qui cum Mossynoëcis in *Tibarenia* vixerunt? *Quinidè* ipsa vox חַרְשֵׁתֵי Arabibus notat *squamam ferri & æris*. Nempe quia chalybes *Tibarenorum* populus primi

primi ferrariam tractârunt, & ferrum durandi in chalybem artem excogitârunt. *Sexto* Ezechiel cap. xxxii. 26. de gentibus Melech & Thubal scribit, in iis occubuisse plures, qui כּאֵרֶץ חִיִּים *terrorum incusserunt in terra viventium*. Notissima est autem immanitas & belluina ferocia Chalybum, quos Æschylus vocat *efferos & adveniu inaccessos*. Et de Tibarens Eusebius *Præparat.* lib. 1. solitos eos fuisse viros ad Senectutem vergentes vivos præcipitare. Quod ipsum crudelitatis non leve indicium. Quæ sententiæ huic obduci possunt, soluta sunt à celeberrimo Bocharto *Geograph.* lib. iii. c. 12.

IX. Ultimus Japheti Filius est תּירַס *Thiras*. Thraciæ conditorem intelligimus post Chaldæos, Jonathanem & Hierosolymitanum, qui Thiras reddunt תּרַס *Thraces*; Josephum, Eusebium, Eustathium, Epiphanium, Hieronymum, Isidorum, & recentiores plerisque, puta Ariam, Bibliandrum, Grotium, Bochartum. Quam sententiam vox ipsa luculenter confirmat; præsertim si observetur, Græcum ξ ab initio respondisse Syriacæ literæ *Samech*, quod vel ipse ordo alphabeticus indicat. Quomodo ex *Thiras* nullo negotio formamus θεῖξ. Quin apud veteres Mars Thracum Deus *Θύραξ Thuras* cognominatur, & Martis Filius primus Thracum Rex *Τερεμ*. Et apud Thraces vicinosque populos supersunt vestigia hujus nominis evidentiæ, qualia *Athyras* portus, sinus & Fluvius circa Byzantium, qui exit in Propontidem; *Thyras* urbs Mysiæ in Thracia, *Thrausi* Thraciæ populus prope Montem Hæmum, quorum etiam Livius meminit lib. xxxviii.

X. Nunc Japheti ex Gomere nepotes sequuntur, Ascenaz, Riphath & Thogarma. Ex γερσικ *Ascenaz* Josephus derivat ῥηγίνες *Rhëgines*. Sed vocem eam corruptam esse meritò suspicamur, quia talis populi nulli veterum meminere. Judæi posteriores unanimi consensu *Ascenaz* faciunt populum Germaniæ seu Alemanniæ. Quos in aperto errore versari probat locus Ezechiel. LI. 27. Quomodo autem Germaniam remotissimam eo convocaret? Præterea in eodem capite Ascenazæ inducuntur socia arma jungentes cum Medis contra Babylonios. Id autem nunquam Germani fecerunt. Non dubitamus nos, quin ab *Ascenaz* nomen sortita sit *Ascania*, illa Homero memorata pars Phrygiæ & Mysiæ, quamvis Veterum nemo id observaverit. Homeri verba sunt Iliad. β. 862.

Φόρυς δὲ Φρύγας ἦγε, δὲ Ἀσκανίῳ θεοειδῆς

Τῆλ' ἰξ' Ἀσκανίης.

*Phorcys ducebat Phrygas, arduus Ascaniisque*

*Longè ex Ascania.*



*equos & equites & mulos.* Quod quomodo de Germania dici possit, non video, cum nec molorum admodum ferax sit, nec forum Tyri longissimè remotum frequentet. Ex Ezechielis characteribus rectiùs cum quibusdam Veteribus, quorum meminit Græcus Scholiastes, nec non Beroaldo in Chronico, & Bocharto à Thogarma derivamus Cappadoces. Erenim primò Thogarmam Ezechiel conjungit terræ Gomer, hoc est, Phrygiæ. Phrygiæ autem vicina est Cappadocia. Deinde Thogarma respectu Judææ est Aquilonaris. Talis Cappadocia est. Præterea Thogarma ab Ezechiele statuitur sæcunda equis & mulis. At in Cappadocia equorum & molorum nobilissimorum est copia. Solinus de Cappadocia: *Terra illa ante alias altrix equorum & proventus equino accommodatissima est.* Prolixè de Cappadocibus equis agit Philostorgius, nec non Cappadox Historicus vetustissimus, quem publici juris fecit Gothofredus. De mulis Theophrastus tradit, habere Cappadociam mulos, quæ pariant. Homerus genus *ἡμιόνων ἀγροτεγίων molorum agrestium* deducit ex Heneta urbe, hoc est, Amisa urbe Cappadociæ ad Pontum celeberrima. Proinde Cappadocia quondam Persis tributi nomine contulit quotannis *equos mille quingentos, & mulos bis mille*, uti testatur Strabo lib. 11. Denique Galatis, qui Cappadociam infederunt, nomen inditum *Tracmorum & Troymorum*. Illi autem probabiliter ita dicti sunt à *θέρραμα*: quomodo pro Thogarma constanter scribunt Græci.

XII. Post filios Gomer sequuntur filii Javanis, Elischa, Tharsus, Chittim & Dodanim. *עִלְשָׁא Elisa* nec *Ἔωλες* cum Josepho, Hieronymo, Isidoro, Procopio, aliisque recentioribus multis; nec *Siciliam* cum Eusebio; nec cum Chaldæis *Hellada*; verùm Peloponnesum, illam, prout Strabo vocat *συμπύθης ἡδ. ἀδ. ἀκρόπολιν*, totius Græciæ arcem, derivamus. Favent argumenta sequentia. Primò Ezechiel cap. xxvii. 7. *Elisa* facit *ἰνσulas* live *peninsulas*. Notum est autem, Peloponnesum constare Achaia, Elide, Messenia, Arcadia, Laconica & Argolide, totidem penè insulis. Secundò insulis Elisah tribuit Propheta idem *ἰνσulas* *hyacinthum & purpuram*, ex quibus vestimenta Tyrii concinnavere. Constat autem purpuram olim magna copia parari solitam in maritimis partibus Laconicæ. Unde Pausanias in Laconicis: *Conchas ad tincluram purpuræ maritimæ partes Laconicæ post Phœnicum mare aptissimas præbent.* Fuit & Hermione urbs ad Argolicum sinum purpuræ proventus nobilitata. Quid quòd & vestis ex bysso purpureum colorem olim imbibit? Unde in Scriptura *bysus & purpura*, cum ita junguntur per Hendiadyn purpureum byssum significant. Et byssus pro purpura passim sumitur. By-

finum autem ait Plinius lib. XIX. I. ubi de asbestino loquitur, circa Elim in Achaia gigni, idque mulierum in deliciis esse. Tertio in Peloponneso est Elea, seu Elis regio antiquissima & amplissima Olympiae & Cyllenes celeberrimarum urbium Hospitium. Quid autem *Elus* est nisi ipsa *Elisa*? Certè Homerus jam sua ætate unam partem vocat Alisium, ut de Antiquitate nominis illius nulla omnino dubitatio superfit.

XIV. Secundus Javanis Filius *תַּרְסִישׁ* *Tharsis* non Ciliciæ, quæ sententia est Josephi, & plerorumque recentiorum; nec *Carthagini*, uti Græcis interpretibus & Theodoro visum, sed *Hispanis* seu *Iberis* Originem dedit. Hoc primus Eusebius animadvertit, & ex eo Broughtonus, ex utroque Bochartus, qui id evidentibus argumentis asseruit. Nam Ezechiel cap. XXXII. 12. ita compellat Tyrum: *Tharsis negotiatrix tua præcipua omnium. Argentum, ferro, stanno & plumbo negotiati sumi in nudinis tuis.* His autem metallis Hispania cum prædives fuerit, Tyrii eò se contulerunt frequentissimè, lucrum ex permutatione mutua captantes. Tyriorum ac Phœnicum navigationes in Hispaniam aded antiquæ fuerunt, ut ab Heroicis temporibus, Hercule nempe Tyrio *συγγεγονω* Mosis eorum originem arcessant. Hinc est, quod pleraque Hispaniæ loca antiquis celebrata origine sua Phœnicia sint seu Hebraica. Talia sunt *Malaca* à *מלח* *sale*, quia, uti Strabo notat, *multum ibi conficitur salsamenti. Gadir*, quod sepimentum explicant Veteres à *גדר* Syriacè & Arabicè *גדר* sepes. *Audera* vel *Abdera* Phœnicibus *אדר* ab Arabico *أدر* quod *munimenta*, *propugnacula* notat. Insulæ *Baleares*, hoc est *כַּעֲלֵי הָרְאָרִי* *magistri projectionis*, seu periti projiciendi lapides. Ipsum *Hispaniæ* & Iberorum nomen, à Phœnicio seu Hebraico Idiome commodè deflecti posset. Nam Hispaniam Veteres scripserunt *Spaniam*. *Spania* autem à *סַן* *cuniculus* notat *regionem cuniculosam*, qualis fuit Hispania, aded ut Veteres cuniculum descripserint Hispaniæ proprium, à quo proinde haud semel atrociter infestata fuit. Iberi autem fortasse dicti à *יבֵרִי*, quod Chaldæis notat *terminos* seu *fines*, quia Iberi ex Phœnicum sententia terrarum ultimos fines occuparunt. Hinc Gaditanum templum Possidonius vocat *ἡ γῆ καὶ θάλασσα τῆς Ἰβερίας*, & *terrae & maris terminum*. Cùm igitur Tharsis juxta Ezechielem fuerit populus is, qui cum Tyrii argenti, stanni, plumbi, ferri commercium aluit, idque præstiterit Hispania, ut ex Phœnicum constat navigationibus, & nominibus Phœnicis, quæ præcipuis Hispaniæ locis imposta fuerunt à Phœniciis, haud dubiè Colonis, sequitur, convenientissimè Tharsum pro Hispania accipi. Accedit, quod Tartessus Hispaniæ sive Casteia civitas proxima Calpæ, sive insula & urbs Inter-

amna inter duo Bætis ostia, quod Phœnices navigâsse magnam argenti vim oleo aliisque nauticis sordibus permutatum narrat Aristoteles in libris mirabilium; ab ipso nomine Hebræo *Tharsis* levi mutatione  $\int$  Schin in Tau, descendere videntur? Fuit & alia Tharsis in Oceano Indico, cujus sæpe meminit Historia sacra, & ad quam Classis Solomonis profecta ex Esiogaber trajecit; fortassis hoc nomine à Tyriis insignita, quod æquè procul à Tyriis, ac illa Hispaniæ Tharsis distet.

XV. Sequitur  $\text{צִיִּתִּים}$  *Chittim* tertius Javanis Filius, vel si navis populus oriundus à quopiam Javanis filio. Cittæos Macedones alii, inducti loco Esaj. xxiii. 1. melius tamen Eusebius, & cum secuti Beroaldus, Broughthonus, Bochartus interpretantur *Italos seu Romanos*. Probatur id locis disertis Numer. xxiv. 24. Ezechiel. xxvii. 6. Daniel. xi. 29, 30. Et in priore quidem locò vaticinatur Balaam, futurum esse ut veniant naves  $\text{צִיִּתִּים}$  *ex lictore Chittim* & affligant Assur & Eber usque ad perditionem. Ubi *Chittim* Hieronymus vertit *Italiam*, Onkelosus *Romam*, Arabs *Romanos*, Jonathan *Lombardiam & Italiam*. Affixerunt autem Romani Assyrios Trajani tempore, à quo teste Dione subjugati sunt. Ante tempora etiam Trajani Ventidius Bassus de Parthis, qui Assyriis vicini fuerunt, triumphârunt. In altero loco Ezechielis Tyrii dicuntur transra navium suarum distinxisse ebore in buxis  $\text{צִיִּתִּים}$  *ex insulis Chittim*. Ubi rursus vulgatus: *ex insulis Italiae*; Chaldeus, *ex insulis Apuliae*. Quam versionem rectam esse docet res ipsa cùm nullibi buxus major sit quàm in Corsica Italiae proxima. In loco Danielis res est manifestior. De Antiocho ibi sermo est his verbis: *Constituto tempore rursus invadet Austrum: sed posterior prima non erit similis. Supervenient enim naves Cittim, & invisus redietur*. Vulgatus vertit: *Veniens super eum trieres & Romani*. Ita etiam intelligunt Hebræi plerique. Et patet ex re ipsa, intelligi naves Romanorum, deductas Cajo Popilio duce, quarum metu Antiochus re infecta discessit. Præterea nominis Chittim non obscura in Latio vestigia reperiuntur. Inde enim dictæ videntur *Cetia* à Coriolano capta. *Ecbetia* sive *Echetra* Volscorum: *Cetus* Fluvius, quem alii Silarum, in quo Plantæ lapidescunt. Cocinthus dictus quasi  $\text{צִיִּתִּים}$  *terminus Cittæorum*, quia extremum est Italiae promontorium. Quid quòd & Eusebius, Cedrenus, Suidas Romanos à Cittis traxisse originem statuunt? Denique non caret ratione, quòd ipsos Latinos à *Chittim* dictos Bochartus arbitratur. Latinos enim à *latendo* dictos asstruunt Veteres, quòd in Latio Saturnum latuisse fabula ferat. Sed verior causa, quia  $\text{צִיִּתִּים}$  Arabum, &  $\text{צִיִּתִּים}$  Hebræorum notionem habent *latendi*. Unus tamen locus, qui ex-

tat Esai. xxiii. 1. videtur nostræ sententiæ, quæ per Chittim Italos intelligit, repugnare. ibi Tyro interitus dicitur revelatus כְּתוּר כְּתוּר ex terra Chittim. Atqui Romanis cum Tyro nulla tum consuetudo intercessit. Itaque Macedones à quibus excisa est Tyrus, plerique intelligunt. Et hoc argumento ductus Broughonus per Chittim utramque & Italiam & Macedoniam intelligit. Verùm quicumque demum sint Esaiæ Chittim illi, sive Macedones, sive quod Bochartus persuadere conatur, Chittæ Sufianæ incolæ; id certum est, non eundem populum intelligi, qui à Chittim filio Javanis originem traxit. Nam Chittæos suos Esaias v: 12. non כְּתוּר sed duplicato Jod כְּתוּר כְּתוּר vocat. Deinde Græci interpretes cum alibi כְּתוּר transferant χιτταίμ, hic χιτταίμ & χιτταίμ interpretantur. Idque ad expediendum hoc loco nodum sufficit.

XVI. Restant דודנים *Dodanim*, ultimus populus ex Javane oriundus. Qui hic דודנים *Dodanim*, idem 1. Paralip. 1. 7. vocantur רודנים *Rhodanim*. Hinc Græci interpretes Dodanim eisdem faciunt cum Rhodiis. Quos sequuntur Eusebius, Hieronymus, Isidorus. Verùm Rhodi nomen post Mosis tempora inventum esse satis liquet. Itaque eum populum, quem Rhodanus Fluvius notissimus interlabitur, hoc est, Galliam meritò intelligimus. Certè à Rhodanim convenientiùs Rhodanus quàm Rhodii derivantur. Sic Javani posteritas ex Græcia profecta confedit iis in locis, quæ & sequiori tempore Massilienses ex Græcia itidem procedentes occupârunt; & fluvium, quem infederunt de suo nomine Rhodanum, oram verò adjacentem Rhodamusiam appellârunt.

XVII. Hi sunt Filii & populi ex Japheto oriundi, ex quibus ait Moses divisas esse ארצות אֵי הַיָּם *regiones*, vel insulas gentium juxta terras suas. Vox אֵי & regiones & insulas notare potest. Quod si *insularum* notione accipere malimus, referenda utique erit non ad omnes terras à Japhetitis possessas, sed ad eas demum, quæ transmarinæ erant, positæ trans mare nempe mediterræneum, quales Thracia, Græcia, Peloponnesus, Hispania, Italia, Gallia. Hæ enim terræ, quamvis reverè continentales sint, insulæ tamen more Hebræorum dictæ sunt, quia respectu Mosis historiam sacram scribentis fuerunt transmarinæ, trans mare mediterræneum sitæ. At Media, Phrygia, Cappadocia, Armenia, Paphlagonia, Tibarenia quo sensu Insulæ dici possint, non video.

XVIII. Ex iis quæ dictæ sunt, colligimus, quæ fors, quæ hæreditas terræ Japhetitis dispersis divinitus destinata sit. Et eam quidem amplissimam fuisse satis liquet. Qui enim Japheto solam Europam celsisse putant, nimis restringunt ejus limites, cum & Europa tota & America,

uti

uti probabiliter conjectavimus, & Asiæ pars non exigua ab ipso sit profeminata. Et Europam quidem totam occupârunt duo tantum Japheti Filii Thiras & Javan, hujusque Filii Elifcha, Tharsis, Chittim, & Rhodanim. Ab his occupatum est, quicquid à mari mediterraneo porrigitur versùs Septentrionem, usque ad Scandiam, seu Scandinaviam, quam vetus Gothorum Scriptor Jornandes meritò vocat *officinas gentium*, & *velut vaginas nationum*, quia iis in locis mirifica est fœcunditas hominum. Cæteri Japheti Filii se diffuderunt in Asiam, à mari mediterraneo versùs Orientem, ibique amplissimum spatium occupârunt, totam penè Asiam minorem, Armeniæ partem, Mediam, Iberiam, Albaniam, & vastissimas illas regiones sitas versùs Boream, quas olim Scythæ, hodie Tartari obtinent. Denique & ipsa America, siquidem non aliis magis quàm Scythis obvia fuit, Japheti hæreditati accumulata fuit. Adeò impleta est benedictio & prophetia Noë, in qua Japheto promisit fore, ut Deus ei habitationem dilatet.

## EXERCITATIONIS XXIII

## SECTIO II.

## DE

## C H A M I T I S

Seu populis ex Chamo oriundis.

## Breviarium.

*Chami prosapia Cusch plerisque Veteribus & recentioribus est Ethiopum conditor: Beroaldo & Bocharto Arabum conditor. Conciliatur utraque sententia. Ethiopia Orientalis & Occidentalis distinguitur. Terram Cusch esse Ethiopiam orientalem, seu Arabiam, non Ethiopiam occidentalem, probatur Argumentis decem. 19. Mizraim est Egyptus gemina: superior, cui tribuitur Thebas & Heptanomus; & inferior seu Delta, quæ Egyptiis dicta Athribis, He-*

*bræis* כנען. 20. Phut genuit Libyes seu dimidiam partem Africæ à Palude Tritanide usque ad Oceanum Atlanticum. Phutæi dicti quasi Dispersi, quales Nomades. 21. Terra Chanaan in libris Phœniciorum חַנְאָ dicta. Esse Phœniciam probatur. Cur Chanaanæi nomen suum cum Phœnicio permutarint? 22. Cuschi familia. A Seba sunt Sabæi Semamitæ, in quorum nomen postea concesserunt Gerthæi. 23. Ab Havila sunt Chavelæi Plinii, Chaulothæi Erathostenis, Chablasti Dionysii. 24. Sabtha author urbis Σαφθᾶ. 25. Ramah seu Rhegma non Ichthyophagorum, non Romanorum, sed Rhegamæ circa finum Persicum conditor, sicut Filii ejus Dedan urbis Baden, Scheba Sabæorum prope ostium maris Persici & Carmaniam. 26. Sabteca author Samgdaces in Carmania. 27. Nimrod quid gesserit ante dispersionem? Erc est Arecca, Achad Argade Pittacenes, Chalne Ctesiphon. 28. Nimrodus gesta post dispersionem. Abramus refutatur. Situs Nineves. Rechoboth est BIRTHA, Calach Calachene, Resen Larissa. 29. De septem Filiis Mizraimi sententia Josephi & Hieronymi refellitur. 30. Ludim sunt Æthiopes occidentales, qui ob Nilum infructuosum inter eos ita dicti. 31. Amamæi sunt Nomades circa Ammonem & in Nosamonitide. 32. Lehabæi sunt Liby-ægyptii. 33. Naphtuchæi sunt incolæ Marmaricæ. Quid ἰσθμὸς Ægyptiorum? 34. Pathrusim sunt Thebæi. Thebais non est pars Ægypti. 35. Ex Casluchim orti sunt Colchi. Probatur Colchos esse Originis Ægyptiacæ. Cur Casluchæi tam remota loca appetierint? 36. Caphthoræi sunt Cappadoces circa Trapezuntem. Cur in iis locis confederint? 37. Canaanis profapia. Sidon fuit Conditor Sidoniorum; Heth Hethæorum; Emor Amorrhæorum; (Tornicillus refutatus) Hivi Hevæorum (Nachmanides & Masius notati) Arci Arces; Sin vel Sinæorum vel Pelusii; Arvadi Aradum; Semari Semarajim; Hamathi Emath seu Epiphaniæ. 38. Limites terræ, qui Chamo cessere. 39.

XXIX. Japhetitis Moses subjungit Chamitas, Filios nempe & Nepotes Chami. Filii ejus numerantur quatuor כוש Chusch כנען Mizraim פוט Phut, & כנען Chanaan. Singulorum horum Filii & nepotes postea recensentur.

sentu. Nobis in antecessum inquirendum in populos ex quatuor Chami Filiis sotos. Ac primum quod attinet nimirum כוש *Cusch* eum Æthiopiæ conditorem, adeoque terram כוש *Cusch* Æthiopiam fecerunt antiquissimi quique, Veteres puta Babylonii apud Eupoleum, cujus de filiis Chami fragmentum conservavit Eusebius Præparat. lib. ix. Hebræi & Græci tantum non omnes; Josephus, Philo, Eusebius, author Chronici Alexandrini, Vulgatus interpres, denique Patres universi. Primus quod sciam, Veteres refutare conatus est Matthæus Beroaldus in Chronico, ubi terram כוש *Cusch* non Æthiopiam esse videlicet illam torridam & adustam, quæ desertis & montibus multis supra Syenem & circa Syenem discernitur ab Ægypto; sed potiùs Arabiam, quæ Ægypto continua est, & sinum habet Arabicum, quem mare rubrum nominant. Beroaldum sequutus est Bochartus, qui terram Cusch interpretatur Arabiam, eam nimirum quæ est supra Ægyptum ad maris Rubri sinum intimum, in parte Arabiæ Felicis & Petrææ, ubi veteres Scenitæ & recentiores Saraceni habitârunt. Verissima sanè est hæc Beroaldi & Bocharti sententia. Videndum tamen ante omnia, an cum Veterum, quos citavimus interpretatione conciliari non possit? Haudquaquam enim induci possum, ut credam, vetustissimos illos Babylonios, quorum meminit Eupolemus, nec non septuaginta Seniores, Philonem & Josephum ignorâsse omnes, quis in orbe terrarum populus nomine כוש *Cusch* veniat. Inprimis cum Josephus disertè memoret, & Asiaticos Æthiopes nomine Cuschæorum indigitare, & ipsos Æthiopes se Cuschæos appellare. Quæ omnia in aperta luce scripturæ minimè fuit, si comperta non habuit. Ut igitur Beroaldum & Bochartum cum Veteribus in gratiam reducam, distinguo Æthiopes *ἰσως* sive *Orientalis à δὴλωνοῖς* sive *occidentalibus*, qui iidem & *Meridionales*, nec non *Atlanti* & *Hesperii* dicuntur. Æthiopia Orientalis fuit vicina Mesopotamiæ & Arabiæ, imò ea ipsa pars Arabiæ, quam olim Scenitæ & postea Saraceni inhabitârunt. Occidentalis est illa vulgò sic dicta, torrida & adusta, sita inter mare rubrum & Atlanticum, & versùs Orientem ac Meridiem porrecta. Orientalis Asiæ, Occidentalis Africæ pars est. Utramque Æthiopiam jam olim distinxit Homerus in Odyss.

Ἰσθίους καὶ δὴλωνοὺς δεδαίοντι, ἕχασι ἀνδρῶν

Οἱ μὲν δυσμῆνα ὑπερίοντο, οἱ δ' ἀνίοντι·

*Æthiopum duplex genus est, alique cadentem*

*Solem respiciunt, alii vertuntur ad ortum.*

Quam Homeri distinctionem citat & probat Strabo Geograph. lib. i. p. 21. ubi

ubi consulendi Casauboni notæ, nec non Plinius lib. v. cap. 8. Eandem Æthiopiã Orientalemagnovit etiam Pomponius Mela lib. i. cap. 2. cujus verba: *Sinum Persicum populi Persarum ambiunt, illum alterum Arabes. Ab his quod in Africam restat, Æthiopum est.* Manifestè quosdam Æthiopes collocat in Asia. Sic igitur sentio, Veteres qui terram Cusch Æthiopiã sunt interpretati, Orientalem Æthiopiã intellexisse, quam incolere Arabes Scenitæ. Adeoque hætenus diversi non abivère à sententia recentiorum, qui Cuschæos explicant de Arabia, quæ est inter sinum Persicum & mare Arabicum seu rubrum, inprimis autem de Scenitis. Superest ut paucis iisque validis rationibus comprobemus, terram *Cusch* non tam Æthiopiã designare Occidentalem seu Meridionalem, quàm Orientalem putã Arabiam vicinã Ægypto, Judææ & Mesopotamiæ. *Primò* igitur constat id ex Collatis locis Exod. 11. 16, 21. & Num. 11. 1. In posteriori loco Sephora uxor Moïsi vocatur אִשְׁרַת הַמִּדְיָנִי *uxor Cuschæa*. In priori eadem insignitur Filia Sacerdotis מִדְיָן *Madian*. Eadem igitur cum fuerit Madianitis & Cuschæa, sequitur terram Madian fuisse terram Cusch. Atqui Madian sita fuit in Arabia Felice, proximè sinum Arabicum seu mare Rubrum. Qui uxorem Moïsi Cuschæam aliam fuisse à Madianitide tricantur, digni non sunt refutatione. *Secundò* eadem terra Madian vel ut *δυσος* Cuschææ, vel ut eadem cum Cuschæa inducitur Habac. 111. 7. *In loco vano vidi tentoria Cuschana, tremunt Cortinae terræ Madian.* Tertio idem uti vidimus, meminit אהלי כוש *tensoriorum Cuschana*. Hoc apprimè quadrat in Arabes Scenitas, qui in tentoriis habitabant. *Quartò* Job. xxviii. 19. Fit mentio כוש *topazii Cusch*. At topazii copia non est in Æthiopia Occidentali, sed in Arabia, nimirum in Chiti vel Topazo insula maris rubri. *Quintò* Tihaca Rex Cuschæus Senacheribum Libnam oppidum Judææ occupantem ex improvise est adortus 2. Reg. xix. 9. Quomodo etiam Zerach Rex Cusch traditur in Asam Judææ Regem duxisse decies centena millia militum 2. Paralip. xiv. 9. Hæc conveniunt Regi Arabiæ in vicinia posito, non Regi Æthiopiæ, quippe quæ tot desertis & ipsa tota Ægypto fuit divisa à Judæa. *Sextò* 2. Paralip. xx1. 16. dicitur Jehova contra Joramum excitasse Spiritum Philistæorum & Arabum אֲשֶׁר יָרִיבוּ אֶת יִשְׂרָאֵל *qui erant ad fines Cusch*. At Arabibus confilites non sunt Æthiopes, inter quos tota Ægypto est interposita, sed potius Scenitæ, & populi ad mare rubrum dispositi. *Septimò* Esai. xviii. 1. Ægyptus vocatur terra אֲשֶׁר יִבְנֶה לְנַחַר כּוֹשׁ *Sita trans flumina Cusch*. Periphrastice describitur Ægyptus, quòd sit terra Cymbali orarum, quæ est trans flumina Cusch, mittens in mare imagines, idque in vasis papyraceis



*ecis, super aquas.* Nempe Ægyptus terra cymbali est, quia in ea sistrum Sacerdotibus Isis fuit eximium. Deinde misit in mare imagines in vasibus papyraceis, quando caput Osiridis injectum in mare vi Diabolica ex Ægypto delatum est Byblum septem diebus. Cùm verò eadem Ægyptus collocetur trans flumina Cusch, quomodo quæso *כוש* Æthiopiæ occidentalem notare potest? An enim respectu Ægypti est trans flumina Æthiopia? An non potius Æthiopia trans Ægyptum est? Sed de Arabia hæc optimè explicantur, in qua sunt flumina *Besor* in mare mediterraneum, *Rhinocoruræ torrens* in lacum Sirbonidem, & *amnis Trajanum* in mare rubrum defluentes. Et trans hæc flumina est Ægyptus. *Οὐρανὸς* Esai. xx. 4, 5. Israël dicitur confundendus à *Cusch* spe sua, & ab Ægypto gloria sua. Atqui Æthiopiæ occidentalis sub alio cælo agentibus quomodo confidere potuit Israël in certamine cum Assyriis? Sed ab Arabia Cuschæ & ab Ægypto auxiliares copias expectavit. *Non* Deus minatur Ezech. xxx. 10. sc. terras Mizraim desolaturum *כוש ורר גבור* *כוש* *אד* *תורי סyene* *ad terram Cusch.* Syene igitur & Cusch sunt termini oppositi Ægypti. At respectu Syenes, quæ fuit urbs Thebaidos, Æthiopia occidentalis non est terminus oppositus, cùm potius sit *απεναντίας* terra Syenæ proxima. Sed Arabia respectu Syenes potest esse terminus oppositus. Responderi posset, uno termino designato posse opponi terminum communiorum. Ezechielis proinde sensum esse: *A Syene ad oppositam Cuschitidem.* Verùm non constat, Nebucadnezarem, de quo ibi sermo est, in oppositam Syenæ Æthiopiæ penetrâsse, cujus Victoriarum limes Syene ipsa constituitur Ezechiel. xxx. 6. *Decimo* denique Ezechiel. xxx. 7, 8, 9. nuntii Ægypti dicuntur prodituri navibus ad perterrendam Cusch securam. Atqui non in Æthiopiæ, quippe Ægypto continentem, & montibus tantùm ac desertis distinctam (Nilus enim adversus propter Cataractas prope Syenem navigari non potest:) sed in Arabiam commentibus necessariæ fuerunt naves per mare Rubrum. Quod verò locum attinet Jerem. xlii. 23. qui solus opponi potest; paucis, non solos Æthiopes occidentales, verùm etiam Arabes & Saracenos, qui nigricantes etiam fuerunt & subfulci coloris, intelligi posse respondeo. Illis enim nigricantem cutem æquè non licet mutare, atque non Æthiopiis nigram.

XX. Cuschum sequitur *כוש* *Mizraim.* Dualis numerus satis ostendit, nomen hoc non tam hominis esse quàm populi. Proinde Filius Cham dicitur *Mizraim*, hoc est, Conditor & Pater populi *Mizraim.* Ægyptum hac voce denotari non est ut probatum demus, cùm satis superque id inter omnes constet. Ejus metropolim *Alcairo* Arabes ab eadem voce vo-

cant *Mefer*. Est & Mensi Ægyptio primo nomen *Mesuei Mefori*. Singulare est מוֹס *munitus* locus Elai. XIX. 6. Talis est sanè Ægyptus, naturali situ munitissima regio. Habet enim ab occasu vastissimum & inaccessum desertum; ab Oriente eremum, barathra, & Serbonidis paludem; à meridie montes Æthiopiæ & Cataractas Nili; à Septentrione mare suum, hoc est, Ægyptium. Dualis numerus in מוֹסוֹ notat Ægyptum geminam. Sic jam olim distincta fuit Ægyptus in Superiorem, quæ in meridiem vergit, & Inferiorem, quæ mari interno alluitur. Illa dividi solet in Thebaidem, quæ Jes. XI. 11. vocatur פִּתְרוֹס *Pithros* & Heptanommum. Hanc ob formam triangularem Græci *Delta* appellaverunt. In Scripturis venire nomine רַבָּב *Rabab* probat Bochartus, quia olim dicta *Athribis* medium *Pyri*, id est Ægypti partis quam à pyri forma Ægyptii *Ribse* Pyrum vocarunt; porro Pyrum Leo Africanus scripsit *Errifseu* רִיבִּי, quod descendere ab illo רַבָּב videtur.

XXI. Tertius מִצְרַיִם *Phut* iudicio Josephi genuit *Phutæos*, qui postea mutato nomine sint appellati *Libyes* à Libe *Mesrei* seu *Mesraimi* filio. In Mauritania etiam flumen esse ait ejusdem nominis, cui regio *Phute* adiaceat. Neque multum aliter Hieronymus in *Tradit. Hebr.* ubi sic loquitur: *Phut Libyæ à quo & Mauritaniæ fluvius usque ad Phut dicitur, omnique circa eum regio Phutensis. Multi Scriptores tam Latini quam Græci hujus rei testes sunt.* Digitum intendit in *Ptolomæum* & *Plinium*, qui meminerunt urbis *Putea* sub *Adrameto*, & amnis *Fut* in Mauritania *Tingitana*. Eadem habet *Eusebius de Locis*, & *Isidorus Originum lib. IX. 2.* Non permittunt allatæ *Josephi* & *Hieronymi* rationes, ut aliter sentiamus. Cùm igitur *Mizraimo* ejusque *Filiis* obtigerit Ægyptus, & Africa tota usque ad *Tritonidem* paludem; *Phuto* cessit reliqua pars *Africæ* æqualisalteri, nimirum à *Palude Tritonidé* usque ad *Oceanum Atlanticum*. In ipsa *Marmarica*, nec non Ægypto *Libyæ* contermina nominis *Phut* vestigia supersunt, qualia *Phtia portus*, *Pythis extrema*, *Phthemphtis*. Proinde non nulli *Phutæi* etiam cis *Tritonidem* in vicinia Ægypti habitasse videntur. Quod & eo indicio liquet, quia apud *Jeremiam* cap. XLV. 9. *Phutæi* dicuntur מִצְרַיִם *apprehendentes clypeum* quæ eadem & Ægyptiorum armatura fuit, quam proinde imitati sunt *Libyæ* illi usque ad *Tritonidem* paludem extensi. Cœterùm cùm מִצְרַיִם idem penè sit quod מִצְרַיִם *dispersus*, convenientissimè *Libyes Phutæi* dicti sunt, quia propter sterilitatem regionis in magna parte *Africæ* non sunt continuè habitationes, sed huc illuc dispersæ. Nota sunt quæ de *נוֹמָדִים*, *Nomadibus*, dispersis habent *Veteres*. Est & aliud nomen quo *Libyes* in Scriptura insigniuntur.

signiuntur, nimirum חֶלְבַּת לִבְיָם *Lub* וְחֶלְבַּת לִבְיָם *Lubim*, unde ipsa vox Libyam derivatur. Est autem *Lub* terra sitiens, qualis tum pleraque Africa est, tum in specie ea pars, quæ vocatur Xerolibye, inter Tripolim & Pentapolim sita.

XXII. Ultimo Chami Filio nomen est חַנְאָן *Chanaan*. Sanchoniatior vetustissimus rerum Phœniciarum Scriptor & ex eo Philo Byblius pro Chanaan contractè scribit χανᾶ, apud Eusebium præparat. Evangel. lib. 1. 10. unde terra ipsa dicta χανᾶ. Porro de hac voce sic Stephanus de urbis: χανᾶ οὖτος ἢ φοινικη καλεῖται. *Chna sic appellatur Phœnice*. Proinde etiam LXX. Interpretes Chanaanæorum Phœnicem promiscuè usurpant. Et quam mulierem *Chanaanæam* appellavit Matthæus xv. 2. 2. eandem Marcus cap. vii. 26. *Syrophœnissam* vocat. Accedit quoddè olim Eupolemus lib. *de Judæorum Assyria* memoriæ reliquit, ex Saturno ortum esse Belum & Chanaanem, & hunc nempe Chanaanem genuisse Ἰσχυρὸν ἢ Φοινικῶν *Patrem Phœnicum* apud Eusebium lib. ix. cap. 17. Præterea & ipsa vetus Lingua Phœnicum fuit *Chanaanæa* seu Hebraica, quod hodie à viris doctis abundè est probatum. Denique Augustinus libro expositionum Epistolæ ad Romanos, suo tempore ait rusticos ad Hipponem, si interrogentur, qui essent, respondere, *se Chanaanæos esse*. Quibus argumentis ad liquidum perducimus, Chanaanem fuisse authorem Phœnicum, & terram Chanaan esse Phœnicem. Porro mutationis hujus nominis causa videtur fuisse, quod Chanaanæos ob memoriæ maledicti Chanaanis proprii sui nominis puduit.

XXIII. Deinceps Moses recenset Chami nepotes ex Cuscho, Mizraimo & Chanaanæ. Cuschi Filii quinque numerantur, סֵבָא *Seba*, חַבִּילָה *Havilah*, סִבְיָה *Subsha*, רַעְמָה *Raamah*, סַבְטָעָה *Sabteca*, & נִמְרוֹד *Nimrod*. Porro & Raamæ duo filii commemorantur, nimirum סַבְבָּה *Sebeba* & דֶּדָן *Dedan* Genes. x. 7, 8, 9. &c. Singulos ordine lustrabimus. A primo Cuschi Filio סֵבָא *Seba* Josephus deducit Sabæos. Hieronymus in specie exponit de Sabæis Thuriferis, qui in Arabia felice celebres fuerunt, Poëtis pariter & Geographis decantati. Verùm Sabæi hi fuerunt potiùs Semi quàm Chami propago, uti postea videbimus. Nemo meliùs diversa genera Sabæorum distinxit Celeberrimo Bocharto, qui Sabam Cuschi Filium facit parentem Sabæorum Jemamitarum. Testis est Alcamus apud Giggejum, Jemamitas Arabiæ populum, cujus regio fuit חַרְבַּת הַגַּר *Hagar*, h, e, Petra, authorem suum agnoscere *Sebam* filium Cuschi. Porro Jemamitæ fuerunt confines terræ Oman ex parte occidentali declinando versus Septentrionem, uti loquitur Geographus Nubiensis. In eorum nomen concessere procedente tempore ex Babylonia advenæ Gerrhæi opulentissimum genus hominum, qui nomen Sabæorum oblitterâsse videntur.

XXIV. *Chavilam* non minùs quàm *Sabam* facimus Arabicæ ditionis. In Scripturis enim *Sur* desertum prope Ægyptum & *Chavila* opponuntur, tanquam remotissimi termini Arabiæ. Porro Plinius lib. v. 11. scribit, Scenitis Arabibus jungi ab Oriente *Canchleos*, à Meridie *Cedraes*, & utrosque *Nabatheis*. Pro *Canchleis* videtur Plinius scripsisse *Chaulothæos*. Fuerit igitur terra *Chavila*, quæ Veteribus vitiosè dicitur *Canchleorum*, *Chaulothæorum*, *Chablætorum*, *Chaulætorum*.

XXV. *Sabtham* Josephus nobis facit parentem *Sabathenorum*, qui Græcis dicti sunt *Astabari*. Incertum quos *Sabathenos* vel *Astabaros* intellexerit, cum Veterum nemo eos tradiderit. Interim Ptolomæus meminit urbis *Σαφθα Sabtha*, in Arabia Felice ad mare Persicum, cujus conditor hic *Sabtha*, non immeritò creditur. Ex hoc loco *Saphtæos* egressos transfretâsse in Persiam, & ibi habitâsse, & loca multa extruxisse, probat *Bochartus Geog. S. 1v. 10.*

XXVI. *Ramah* (alii *Rhegma* scribere malunt) Eusebio creditus est *Ichthyophagorum Pater*. Josepho Romanorum. nisi forte lectio illa in mendo cubat. Sed apud Ptolomæum & Stephanum, Byzantinum occurrit urbs & Sinus *Rheama* (Stephanus habet *ῥηγμα Rhegma*) circa Sinum Persicum. Quam ab hoc *Ramah* ædificatam nulli dubitamus. Ejus Filii duo *Dedan* & *Scheba* non procul à Patre digressi videntur. Nam prope *Rhegma* ad Orientem sita fuit *Dedan*, quæ *Daden* hodie vocatur, sita medio spatio inter fretum *Basoræ* seu ostium maris Persici & fluvium *Omanorum*. Itaque *Ezechiel* Filios *Dedan* æque ac ipsum *Rhegma* facit mercatores *Tyri*. Quod utrorumque viciniam utcunque arguit.

Alter Filius *Σεβ* *Scheba* non *Æthiopiis* quibusdam dedit Originem, ut malè Josephus credidit, qui & *Meröen* *Æthiopum* Regiam priùs dictam fuisse *Saba* contendit, sed potius *Sabæis* illis, quos *Mela* collocat in Arabia Felici, & quidem in parte proxima ostio maris Persici & *Carmanis*. Ibi enim sunt montes, quos à *Saba* *Arianus Sabo*, *Ptolomæus Asabo*, *Marcianus Pasabo* vocant. Sùntque ea loca proxima urbi *Dedan*. Est & in *Carmania* urbs & Fluvius nomine *Sabin*, adèd ut *Sabæos* hos in vicinam etiam *Carmaniam* per *Angustias Freti* penetrâsse sit credibile.

XXVII. *Sabteca*, si Josepho fidem adhibemus, *Σαβακτηνους Sabacthenos* protrulit. Sed quinam quæsd sunt illi *Sabacteni*? *Hieronymus* putat ignorari, quodnam nomen quive populus respondeat *Sabthecæ*. Sed *Bochartus* *Sabthecam* ex Arabia trajecisse putat in *Carmaniam*, ibidemque habitâsse *Σαμυδάκην Samydacen*, quæ urbs juxta & fluvius est *Carmaniæ*. Sic igitur mutata esset paulatim litera *B.* in *M.* quæ permutatio

obvia

obvia est. Ita sanè statuamus tantisper, dum certius quid proferant alii.

X XV III. Ultimus Cuschi Filius est *Nimrod* potens ille Venator coram Jehova, cujus Regni principium fuit Babel, Erech, Achad & Calneh in terra Sennaar, ex qua egressus in Assyriam ædificavit Nineven, Rechoboth, Calach & Refen; uti de eo habetur Genes. x. 8, 9, 10, 11, 12. Satis apparet, Nimrodum ante gentium dispersionem collecta manu hominum sub specie, uti videtur, religionis instituisse Regnum, neglecta autoritate Noë, cui Imperii partes competierunt. Hoc enim volunt verba Mosis, qui eum *potentem venatorem coram Jehova*, hoc est, quasi nomine Jehovæ & prætextu religionis ac traditionis paternæ in certa mundi parte conservandæ, allicientem homines, & à paterno Noë præsidio more rebellantis (quomodo Nimrod à כּוּכַד *rebellantem* sonat) in castra sua pertrahentem instituisse principatum, & ejus custodiendi ac proferendi gratia in campo Sennaar ædificasse civitates Babel, Erech, Achad & Calneh. Hoc factum est tum, cum universa multitudo se contraxit in terra Sennaar, & ibi habitavit. Tum enim Babel ædificari est cœpta, uti constat ex Genes. xi. 1, 2, 3. Quod cum factum sit ante dispersionem gentium, sequitur etiam Nimrodum civitates illas condidisse & principatum erexisse ante dispersionem gentium. Proinde probare vix possum, quòd Cl. Bochartus, ubi Nimrodum cum Nino, quem Diodorus scribit Arabum exercitum sibi comparasse, & ope Regis Arabiæ Babylonios subegisse; confert: Nimrodum utpote Cuschæum seu Arabem, concivium suorum ope ad Imperium erectum, quibus proinde in præmium virtutis concesserit Regionem Transfigritanam, seu provinciam Cus, scribit. Nam cum Babel condita fuerit à Nimrodo Principe, quod & ipse fatetur Bochartus, adeoque ante gentium dispersionem; tamen Nimrodus Arabs esse non potuit nisi post dispersionem, cum Cusch ejus Pater Arabiam tum demum occupaverit. Hoc igitur pro certo tenendum videtur, Nimrodum ante dispersionem in campo Sennaar eas urbes ædificasse. De Campo seu terra Sennaar suprâ egimus. Babylon quæ fuerit, satis etiam liquet. *Erech* est *Arecca* in Confinio Sufianæ & Babylonæ, de qua Ptolomæus & Ammianus Marcellinus. Herodotus vocat *Ardericam* & *Andericam*, in Assyriæ regione Cissia, quæ eadem est cum Sufiane. *Achad* vestigium nominis satis manifestum reliquit in *Argade* Fluvio Sittacenes. Nam pro Hebraico אכּד *Achad* Græci etiam scripserunt *Αρχαδ*. Porro Sittacene Babylonæ etiam contribuitur à Strabone lib. xv. *Calneh* Chaldæi interpretes, Eusebius & Hieronymus faciunt Ctesiphontem, oppidum prope Tigrin celeberrimum, tertio milliari distans à Seleucia Babylonæ, in quo, uti Strabo habet, Partho-

rum Reges soliti sunt hyemare. Fuit enim Ctesiphon caput Chalonitidis & Parthorum. Chalonitis autem est à Chalne.

X XIX. Terræ Sennaar & civitatibus his cum imperio summo præfuit Nimrodus usque ad dispersionem gentium. Nam post attentatum vœsanum opus, puta turrim Babel, Nimrodus æquè ac cæteri, Babylo-  
ne pulsus est. Et tum demum factum existimo id, quod sequitur apud Mo-  
sen de Nimrodo Genes. x. 11, 12. *E terra hac egressus est in Assyriam, & edificavit Nineven, & Rechoboth civitatem Calach. Resen quoque inter Nineveh & Calach. Ea est civitas magna.* Neque enim probari possunt tum Vete-  
res, tum recentiores, qui אשור אשור *Affur* de homine potius quàm de regione Assyria interpretantur, quos certis argumentis convicit Bochartus Geogr. 5. lib. 1v. 12. & ante ipsum Vatablus aliique. Et frustra est Vir sanè doctus Nicolaus Abramus in Pharo V. T. p. 136. ubi pertendit, si de Assyria non *Affur* sermo sit, scribendum fuisse אשור אשור cum litera servili ר motus indicativa. Non enim infrequens est, ut particula indicativa motus omitatur. Sic ubi 2. Sam. vi. 10. legitur בירי omissa præpositione, alibi 1. Chron. xii. 18. habetur לירי. Et pro אל ארץ quod extat 1. Chron. xix. 2. simpliciter habemus ארץ 2. Sam. x. 2. Nimrodus igitur post dispersionem fines invasit Assyriæ, & ibi dictas civitates Nineveh, Rechoboth, Calach & Resen condidit. Nineve quæ fuerit, notum est. Nempè sita fuit in Assyria trans Tigrim, qui interjectus est inter Nini rudera, & civitatem *Mosal*, quam cum Nineve perperam confundunt nonnulli. *Rechoboth* videtur esse *Birta* Ptolomæi, quam Ammianus vocat *Virtam*, urbs sita ad occasum Tigris, supra ostium Lyci fluminis. Nam cum *Rechoboth* notet plateas, etiam ברתא Chaldaica vox notat *Plateas*. *Calach* caput fuit Calachensis regionis, circa fontes Lyci fluminis: à qua incolæ Plinio dicuntur *Clasitæ*. *Resen* denique respondet, si servilem Lamed præfigi propriis nominibus solitam addas, *Larissæ* sitæ quondam ad amnem Tigrim.

X XX. Ex Mizraimo secundo Chami filio propagatos septem populos recenseret Moses, puta לודים *Ludim*, עננים *Anomim*, להבים *Lehabim*, נפתחים *Naphthuchim*, פתרוסם *Pathrusim*, כנעונים *Cassuchim*, ex quibus egressi פלשתים *Philistæi*, & כנענים *Caphthorim*, Genes. x. 13, 14. Josephus scribit, octo filios Mizraimi obtinuisse totam terram à Gaza usque *Agyptum*, eamque terram *Philistææ* solius nomine nunc venire. Reliquorum, quos plerosque corruptis nominibus citat, ab unico si discesseris, tam res quàm nomina in obscuro esse scribit, idque quia bello *Æthiopico* eorum urbes sint vastatæ. Eadem est sententia Hieronymi. Verùm & destructio

destructio harum urbium & bellum illud Æthiopicum fictitia sunt. Est & hoc commentum quàm vero similis, quod Josephus & ex eo Hieronymus octo illas gentes collocarunt inter Gazam & Ægyptum, cum intervallum illud angustius sit, quàm ut tot gentibus capiendis par sit. Præterea intervallum illud pertinet ad Arabiam, quæ, uti vidimus, Cûscho non Mizraimo cessit. Præterea & Philistæi à Mizraimo progeniti toti sunt citra Gazam. Nos quales illi populi fuerint, paucis explicabimus.

XXXI. *Ludim* Æthiopes esse, occidentales nimirum, argumentis novis & inauditis probavit Bochartus. Sunt autem potissima sequentia. *Primum* est ex Nomine. Nam תְּלִי פְּנִינִיבִּים & Arabibus notat flexuosum ab Hebraico תְּלִי *declinare, torquere, obliquare*. Inde Æthiopia dicta תְּלִי quia in ea Nilus maximè est anfractuosus. Quomodo & Lydia dicta תְּלִי *Lud* propter mæandrum tortuosum. *Secundum* ex armatura, quæ *Ludim* tribuitur. Nam Esai. LXVI. 19. & Jerem. XLVI. 9. eis tribuitur arcus. Eadem arma Veteres tribuunt Æthiopibus. *Ubi* sunt enim arcibus quatuor cubitorum, sagittis brevissimis, quorum acumen non ex ferro fuit, sed ex Smyri lapide, veneno imbutum, quas gestabant non in pharetra, sed radiorum instar in ferto, quo caput erat redimitum. *Tertio* eodem in loco Esaiæ *Lud* jungitur cum *Phul*. Est autem Phul urbs Philæ, sita ad Nilum centum stadiis supra Syenem in insula parva. At ab ea proxime distat Æthiopia. *Quarto* *Ludim* sunt ex Mizraim, atque aded coloni Ægyptiorum. Porro Æthiopes sunt Ægyptiis simillimi. Præcipua utrisque communia sunt circumcisio, literæ Hieroglyphicæ, Numina qualia sunt Hammo, Hercules, Paris, Isis, Color ater & Capilli Crispi. Hinc etiam Festus quondam Æthiopes Ægyptinos vocavit. *Quinto* interpres Hierosolymitanus pro *Ludim* habet מֵרוֹסִים אֶת מֵרוֹסִים *Meroitas*, hoc est, Meroë's incolæ. Fuit autem Meroë Caput Æthiopiæ. *Sexto* Hebræi in Baal Aruc *Ludæos* vocant אֶתְּלִי בְּנֵי אֶדֶם *Anthropophagos*. Ptolomæus autem disertè in Æthiopia collocat *Anthropophagos*.

XXXII. *Anamim* Eusebius vocat *νεμεσιου*, Chronicon Alexandrinum *Ανεμεισιμ*, unde Pamphilius deducit, nulla probabilitate vel nominis vel regionis. Broughthonus, quem sequitur Saliarius, Numidas inde deducit, in quibus est Anubis. Alii Anaitas in Æthiopia huc trahunt. Verùm cum ex Mizraim orti sint Anamæi, assentior iis, qui in Ægypto eos collocant. Nec caret verisimilitudine sententia Bocharti, qui Anamæos eos facit Nomades, circa Ammonem, ubi templum Ammonis, & in Nafamonitide. Sicut enim ibi pastus ovium, victus & amictus ex ovibus, cultus idoli *νεμεσιου*, quod faciem habuit arietis, fuit in usu: Ita etiam

etiam Anamæi dicti sunt ab אנאמי *Oni*. Fuerint igitur Anamæi, iidem, qui postea dicti viciose Ammonii. Eodem pertinent Nasamonii, Aman-tes, & iis proximi Garamantes.

XXXIII. *Lehabim* sunt Josepho Libyes, quod eorum author Libys coloniis in Libyam ductis regionem à se denominaverit, quæ prius à Patruo *Phus* nomen acceperat. Sequitur pro more Hieronymus, inter recentiores Saliarius & Broughonus. Et sanè vox non multum abludit. Obstat tamen, quod Libya pars sit maxima Africæ, quæ uni filio Mizraimi cedere non potuit. Sed fortasse fuerunt Libyægyptii. Vocati autem sunt *Lehabæi* à לחב *astu*, quia positi sub cælo torrido & æstuante.

XXXIV. *Naphtuchim* sunt populi siti in extremis terris *Ægypti*, & in abruptis Montium, quæ mare attingunt. Hoc enim teste Plutarcho *Ægyptiis* est *Niφhus*, quod clarè congruit cum *Naphtuchæis*. Cùmque in *Ægypti* vicinia duo populi sint, quibus propter rationem allatam hoc nomen competere possit, puta tum *Ichtyophagi* & *Troglodytæ*, ad mare rubrum, tum *Marmarica* in ora maris mediterranei, hunc potius quàm illum hoc nomine venisse arbitramur: tum quia *Ichtyophagi* & *Troglodytæ* alio in *Scripturis* nomine veniant, nempe דור & דור; tum quia *Ichtyophagi* & *Troglodytæ*, utpote Gentes barbaræ, plurimum abfuerint à cultu & genio *Ægyptiorum*. Proinde Veteres eos non tam *Ægypto* quàm *Arabia* contribuunt.

XXXV. *Pathrusim* jam supra fecimus *Ægyptios Thebæos*, si modò *Thebaidem* cum *Ptolomæo* & *Strabone* *Ægypto* conjungere licet, cùm vox *Hebraica* דור utpote *Dualis* duplicem tantùm *Ægyptum* innuat, superiorem nimirum, ubi est *Heptanomis* & *Arcadia*, nec non inferiorem, quæ *Græcis* *Delta* dicitur. Sed de hoc quicquid sit, per *Pathros* intelligi *Thebaidem* manifestum facit locus *Ezech. xxxix. 14.* ubi *Deus* promittit, se redacturum *Captivitatem* *Ægypti*, & redacturum eos in terram *Pathros*, in terram commorationis eorum. Hæc non potest non esse *Thebais*, cùm *Nebucad-Nezar* præcipuè *Thebaidem*, ut constat ex *Nah. iii. 10.* ubi *No Ammon* est ipsæ *Thebæ* seu *Diospolis*; afflixerit, cujus honorati per sortem ducti ad mortem, & *Magnates* ferreis catenis vincti fuerunt. Præterea apud *Jeremiam xliv. 11.* *Pathros* tanquam vicina jungitur cum *Noph* hoc est *Memphi*. Supra *Memphim* autem est ipsa *Thebais*. Quid quod *Plinius* in ipsa *Thebaide* nomum *Phaturistem*, & *Ptolomæus* *Pathyrim* vicum mediterraneum ponit?

XXXVI. Ex *Castuchim* *Pentapolitanos* seu *Cyrenzos* *Jonathan*, *Hierosolymitanus* *Pentascœnitas*, *Cilices* *Broughonus*, *Lycios* *Chro-*  
nicon



nicon Alexandrinum; Montanus gentem Saracenorum; Fr. Junius nomen Cassiotidem; Bochartus verisimillimè Colchos deducit. Nam *primò* id ferre possunt ipsa nomina, quæ admodum sunt affinia. Nam dempta litera S. quæ ante L. difficiliùs sonat, ex Cassuchim voce Hebræis & Ægyptiis ulitata, nullo negotio efficiuntur Colchi. Deinde Cassuchim sunt ex Mizraim oriundi. Sic & Colchi ex Ægypto, quos inde à Sesostris Rege deductos esse tradunt Veteres tum Poëtæ, tum Historici. Quanquam, quod de Sesostris duce coloniarum dicunt, falsum est, siquidem is teste Josepho, qui eum *Sesac* nominat, fuit Synchronus Roboami Regis Juda, ante cujus tempora successit Argonautarum expeditio in Colchos. Esse autem Colchos Originis Ægyptiacæ præter testimonia Veterum, quæ allegavit Bochartus, arguunt etiam argumenta ab ipso Herodoto cumulata. Ostendit enim is lib. 11. cap. 104. Colchos perinde atque Ægyptios esse atricoloris & crispi capillitii, fuetos circumcidi, similes quoad vitam, linguam, & studium elaborandi linum. Accedit, quòd Colchi æquè ac Ægyptii dediti fuerunt sceleribus magicis. Quod enim Ægyptiis fuerunt Jannes & Jambres, Colchis fuerunt Circe & Medea. In Ægypto floruerunt studia Philosophiæ arcanae, nec non Geographia. Eadem floruisse apud Colchos argumento est, quòd ex Colchis venit heroico ævo Marsyas Philosophus, & Geographicas tabulas seruari apud Colchos testatur Apollonius. Porrò quòd Cassuchi ex Ægypto profecti tam longinquas oras petierunt, causam habuerunt, quòd ex fama intelligerent Colchidem esse auri, argenti, ferri feracem. Quæ eadem causa ad expeditionem Colchicam impulit etiam quondam Jalonem, Sesostrim, Persas, Medos, denique ex intima Arabia Saracenos.

XXXV II. Ex Cassuchim seu Colchis egressos esse *Philistæos*, nec non Caphthorim subjungit Moses. Alibi, & nominatim Jerem. XLVII. 4. Philistæi dicuntur אֲרִיכְתָר אוֹ כְּתָר *residuum populi Caphthor*. Et Amos IX. 7. Philistæi dicuntur eduçti ex Caphthor. Quod ipsum arguit Caphthorim Cassuchis vicinos fuisse. Plerique omnes Caphthorim faciunt Cappadociam. Sed Bochartus Sacrorum locorum felicissimus designator restringit ad eam partem Cappadociæ, quæ est proxima Cassuchæis, hoc est, Colchis, nempe circa Trapezuntem, ubi desinebat Colchis. Cujus conjecturæ suæ adfert argumentum, quòd cum malum Punicum Hebræi *Caphthor*, Græce Σιδῶν *Siden* vocent, in iisdem locis fuerit Σιδῶν *Side*, à qua *Sidene* regio dicta. Porrò Sideni populi Ponti Polemoniæ & Cappadocici maritima tenuerunt à fluvio Thermodoonte usque ad Trapezuntem & fines Colchidis. Itaque *Side* videtur ipsa urbs Caphthor fuisse. Hitum Phi-

listæi tum Caphtoræi, quos ex Cassuchæis deducit Moses, videntur in Ægyptum redituri ex ipsa Colchide, quòd res non responderet famæ, seu quòd frigus illorum locorum tolerare non possent, confedisse in Palæstina, & parte illa Cappadociæ, de qua diximus.

XXXVIII. Superest una profapia Canaanis. De qua sic Moses Genes. x. 15, 16, 17, 18. *Canaan autem genuit Sidon primogenitum suum, & Heth, & Jebusi, & Emori, & Girgasci, & Hivi, & Arki, & Sini, & Arvadi, & Semari, & Chamati.* Paucis & veluti stringendo hæc nomina expediemus. Primogenitus Canaanis Sidon Pater fuit Sidoniorum vel conditor Sidonis, quæ vox notat, uti rectè Trogus, *ubertatem piscium.* Urbs fuit vetustissima, nota tam historicis quàm Poëtis antiquis: cujus incolæ utpote ingeniosissimos Homerus vocat *μυλῶδαίλους.* Ab Heth orti sunt Hethæi, qui Judice Deo primi internecioni sunt addicti, uti patet ex Deut. vii. 1. Incoluerunt Hebronem & Bersabeam ad Austrum terræ Canaan. Homines fuerunt adèò terribiles, ut post eos excisos Hebræi nomine *Γαθ* ipsum *Pavorum* seu *conservationem* nuncupaverint. Fuit enim terra *Enakim.* Ab *Arba* quippe qui Hittæus fuit, descendit *Anak*, ab *Anako* gigantes illi Actiman, Sefai & Thalmai, reliquique *Enakim.* Videtis Jos. xv. 13, 14. Num. xiii. 34. A *Jebus* sunt *Jebusæi* & ipsa civitas Hierosolymorum, nec non arx Sion, quam utramque nequicquam obtinentibus Benjaminitis tenuerunt usque ad tempora Davidis. Ab *Emore* processerunt *Amorrhæi*, qui infessis Judææ montanis transgressi Jordanem bellum intulerunt Moabitibus & Ammonitis, & occupârunt Basan & Hesbon, & quicquid est inter fluvios Jaboc & Arnon. A *Girgasci* sunt *Gergesæi* & civitas Gerasa trans Jordanem, ubi usque ad tempora Christi, uti patet ex Historia Evangelica, habitârunt. Mirum est, quòd Torniellus scribit, non exprimi in Scriptura, ubi Gergesæi habitârint, & relinqui incertum, iidémne sint cum Gergesæis in Evangelio celebratis. Cum enim & nomen ex Scripturis tenemus & locum convenientem nomini, dubitare non possumus, quin habitaverint trans mare Galilææ. Ab *Hivi* orti sunt *Hevæi*, qui incoluerunt montem Hermon, sive radices ejus in terra Maspha prope Antilibanum, qui totus locus pertinebat ad Phœniciam, & cessit tribui Aser. *Hevæi* etiam fuerunt Gabaonitæ Jos. xi. 19. nempe quia *Hevæi* edò colonias deduxerunt. Dicuntur *Hevæi* Genes. xv. 19. *Cadmonim*, Orientales, quia nimirum vergunt ad Orientem terræ Canaan. *Nachmonides* existimat, etiam *Rephaim* esse cognomen *Hevæorum*, quia cum *Hevæi* à serpentibus dicti sint, qui in terræ cavernis habitant; eodem modo *Rephaim* dicti sint quafi

quasi *inferi*, sive agentes sub terris. Hanc sententiam probabilem vocat Masius. Probabile sane est, Hevæos esse, qui Genes. xv. 20. Rephaim nominantur: inprimis si conseras locum Job. xii. 4, 5. Sed eam esse hujus cognominis rationem, quia Hevæos in cavernis terræ habitasse non probatur, minimè constare arbitror. Sequitur *Arci*, qui urbem Phœniciam *Arcem* in Libano sitam, de qua Ptolemæus & Plinius, condidisse Josepho dicitur. De ea prolixè agit Adrichomius in *Locus exæris*. Proximè hanc Arcem collocatur *Sini* urbs Sinæorum distans ab *Arcæ* dimidio miliari, uti habet ex Brocardo Adrichomius, cujus conditorem Filium sequentem Canaanis *Sini* facit Hieronymus. Bochartus mavult intelligere Pelusiotas, quorum urbs Syris dicta *Sin*. Nempe cum  $\rho\sigma$  &  $\rho\omega$  notionem habeant *luti*, etiam Pelusium à  $\mu\lambda\delta\sigma$  *lutum* descendit. Hinc apud Ezech. xxx. 15, 16. pro  $\rho\sigma$  Chaldæi Paraphrastæ habent *Pelusium*. Ego judicium suspendo. Post *Sini* est *Aradæ*, Græcis Ἀραδῶ. De quo Hieronymus: *Aradii sunt, qui Aradam insulam possederunt, angusto freto à Phœnicis littore separatam*. Ptolemæus in tabula Syriæ in eo freto Eleutheri fluvii ostia & ingressum ponit. Indeque spatio duorum millium ad ejusdem fluminis ripam Antaradam collocat, cui ex oppositu insulæ Aradam nomen hoc haud dubiè tributum, quomodo in sinu Corinthiaco *Rbium* & *Anti-Rbium*, in Cilicia seu Carmania *Taurus* & *Antitaurus*; in Phœnicia *Libanus* & *Antilibanus* dicti. Porrò de Aradiis vide locum Strabonis lib. xvi. pag. m. 518. ubi quosdam opinari scribit, Sidonios exules Aradam condidisse; quod cum Mose qui Sidonem & Aradios diversas Phœnicum tribus fecit, pugnat. *Semari* Filius decimus Canaanis sequitur. Josephus scribit, nihil præter nomen in Scripturis superesse. Sed Hieronymus Samaræos putat esse Coelesyrios, in quibus nobilis civitas Edessa. Cujus lectionem sollicitat Bochartus, qui Hieronymum putat scripsisse non *Edessa*, sed *Emisa* vel *Emesa*, præeunte Paraphrasi Jonathanis & Hierosolymitana. Ego non dubito, quin Samarus hîc author sit illius  $\sigma\omega\sigma$  *Semariim*, cujus mentio est Jos. xviii. 22. quæ tribui Benjamin fuit concessa. Restat ultimus Canaanis filius *Hamathi*, à quo Hamathæi, quorum metropolis Hamath. Hanc Josephus & Hieronymus faciunt *Epiphaniam*, quod nomen ei indidit Antiochus Epiphanes, cum Syriæ potiretur. Sita fuit in tribu Nepthalim juxta montem Libanum, in consiniis regionis Dámasci, à qua & circumjacens territorium terra Emath & Amatpites, Josepho Amathetis nominatur. Est autem Emath terminus terræ Israëlitiæ ab introitu, cujus proinde Longitudo aliquoties in S. literis censetur ab introitu Emath usque ad torrentem Ægypti.

XXXIX. Nunc igitur paucis definiamus limites terræ, in quos incidit portio, quæ Chamo obtigit. Cùm quatuor fuerint Chamo Filii, duobus, nimirum Mizraimo, sive auctori Ægypti, quocunque nomine venerit, & Phuto tota cessit Africa: reliquis duobus, puta Cuscho & Canaani non contemnenda pars Asiæ obvenit. In Africa Mizraimo ejusque Filiis obtigit Ægyptus superior & inferior, puta ejus tum Nomi tum Delta, nec non Thebais, Liby-Ægyptii, Marmarica, & Æthiopia occidentalis seu meridionalis, tum interior, tum quæ est sub Ægypto. Reliqua pars Africæ tota, Libya exterior & interior, Africa minor, Numidia & Mauritania Tingitana, Getulia &c. Phuto ejusque posteris est occupata. In Asia Chamo contigit Arabiæ, quæ inter Sinum Persicum & mare Arabicum seu Erythræum interjacet, pars magna, & ultra Sinum Persicum Carmania, nec non pleraque Persiæ à Saphitæis ex Sabtha migrantibus habitata, supra Arabiam versùs Septentrionem Babylonia & pars Chaldææ, (si modò Nimrodus alienos fines non invasit) Palæstina, Phœnicia tota, pars Cappadociæ prope Trapezuntem, denique quæ post Pontum Euximum sita est extrema Colchis.

## S E C T I O III.

D E

## S E M I T I S

Seu populis ex Semo oriundis.

## Breviarium.

*Semi prosapia.* 40. *Elam Pater Elymæorum. Elymæi latè & strictè dicti. Persia post Cyrum cur dicta Paras?* 41. *Ab Assure sunt Assyrii, imprimis Adiabene.* 42. *Arphaxad non Chaldæorum parens, sed partis Assyriæ, nimirum Arrapachitis.* 43. *Lud Originem dedit Lydis, Mysis, Caribus. Unde dicti sint Lydi & Mæones? Salliani objeclio elisa.* 44. *Aram est Pater Syrorum. Aram-Naharaim est Mesopotamia. Quid Paddan-Aram? Ur quomodo in Mesopotamia collocetur à Stephano? Aram-Soba est Syria circa Palmyram, Aram-Dameschek Syria Damascena: Aram-Maacha Epicæros; Aram-*

*Aram-Beth-rechob Syria trans Jordanem. 45. Arami profapia Utz inhabitavit Trachonitidem. Beroaldus & Salianus notati. Hul author Cholobetenes aliarumque civitatum Armeniæ. Gether nec Baſtrianos nec Acarnanios condidit. Fortaſſis author eſt Gazaræ in ora maris mediterranei, vel Gadaræ in Cæleſyria. A Meſech eſt mons Maſius & Maſiani. 46. Arphaxadi familia. 47. Schelach nec Salacenorum, nec Phthiriophagorum, nec Salathiorum, ſed Suſtorum eſt author. Phaleg numquid conditor Phalgæ? Joſtan patrens eſt Arabum. 48. Meſa & Saphar in quibus habitârunt Joſtanitæ, ubi ſita fuerint, diſquiritur. Hieronymus & Joſephus rejeſti. 49. Almadad eſt Pater Allameotarum; Saleph Salapenorum; Hazarmaveith Chatramitarum ſeu Adramyitarum. 50. Jarach Jerachæorum ſeu Alileorum. 51. Hadoram Drimatorum; Uzal Auzaaræ, Sanaæ; Dikla Minæorum; Obalſinus Avalitis. 52. Abimaël Malitarum; Seba Sabæorum, quorum Metropolis Seba & Mariaba. 53. Ophir Caſſanitarum. 54. Chavila Chaulanitarum; Jobab Jobaritarum, ſeu Jobabitarum. 55. Colliguntur limites habitationis Semitarum. 56.*

XL. Venimus tandem, legentes veſtigia Moſis, ad benedictum Semum, authorem & Satorem Iſraëliticæ gentis, cui Deus excluſis gentibus oracula ſua credidit, & tot ſplendida promiſſa impertivit. Ejus Filii numerantur Genef. x. 22. quinque, nimirum *עלם* *Elam* *אשור* *Aſſur* *ארפכשד* *Arphaxad* *לוד* *Lud* & *אראם* *Aram*. Subjicitur profapia duorum filiorum, nimirum Arami & Arphaxadi, reliquorum filiis ſilentio involutis. Nos à filiis exordiamur.

X L I. Ab Elamo ſunt, quos Lucas Act. 11. 9. Elamitas, Strabo aliique Elymæos vocant. De ſitu Elymæorum ſic habet Strabo lib. xvi. pag. 512. *Τῆ Σαυσιδὴ ἢ ἐλυμαίτις, καὶ αὐτὴ τεραχέια ἢ ποικίη καὶ ληστρική· Τῆ δ' ἐλυμαίτιδι τὰ ὄρη τὰ ζάγγρον καὶ μνηδία. Suſiæ conjungitur Elymaïtica, qua magna ex parte aſpera eſt, & latronibus reſerta. Elymaïtica quæ Zagero ſunt proxima & Media. Alibi lib. xi. Strabo habet, Elymæos vixiſſe ex rapto, & ſolos auſos obſistere Parthis, quin & ex Perſarum Regibus tributum exigere. Hic nempe Character eſt Elymæorum, quo etiam ab Eſaia, Jeremia & Ezechiele, qui eos deſcribunt ut truces & bellicoſos, inſigniuntur. Quamvis autem Elymæos Strabo diſtinguat à Suſiis, & Perſas potiùs à filio Cuſchi *Sabta* ſuperiùs nos derivaverimus, & inferiùs à Sela filio Arphaxadi Suſios ſumus*

XXXIX. Nunc igitur paucis definiamus limites terræ, in quos incidit portio, quæ Chamo obtigit. Cùm quatuor fuerint Chamo Filii, duobus, nimirum Mizraimo, sive auctori Ægypti, quocunque nomine venerit, & Phuto tota cessit Africa: reliquis duobus, puta Cuscho & Canaani non contemnenda pars Asiæ obvenit. In Africa Mizraimo ejusque Filiis obtigit Ægyptus superior & inferior, puta ejus tum Nominum Delta, nec non Thebais, Liby-Ægyptii, Marmarica, & Æthiopia occidentalis seu meridionalis, tum interior, tum quæ est sub Ægypto. Reliqua pars Africæ tota, Libya exterior & interior, Africa minor, Numidia & Mauritania Tingitana, Getulia &c. Phuto ejusque posteris est occupata. In Asia Chamo contigit Arabiæ, quæ inter Sinum Persicum & mare Arabicum seu Erythræum interjacet, pars magna, & ultra Sinum Persicum Carmania, nec non pleraque Persiæ à Saphthæis ex Sabtha migrantibus habitata, supra Arabiam versùs Septentrionem Babylonia & pars Chaldææ, (si modò Nimrodus alienos fines non invasit) Palæstina, Phœnicia tota, pars Cappadociæ prope Trapezuntem, denique quæ post Pontum Euximum sita est extrema Colchis.

## S E C T I O I I I.

D E

## S E M I T I S.

Seu populis ex Semo oriundis.

## Breviarium.

*Semi profapia.* 40. *Elam Pater Elymæorum.* Elymæi latè & strictè dicti. *Persia post Cyrum cur dicta Paras?* 41. *Ab Assure sunt Assyrii, inprimis Adiabene.* 42. *Arphaxad non Chaldæorum parens, sed partis Assyriæ, nimirum Arrapachitis.* 43. *Lud Originem dedit Lydis, Mysis, Caribus.* Unde dicti sint Lydi & Mæones? *Saliani objeclio elisa.* 44. *Aram est Pater Syrorum.* Aram-Naharain est Mesopotamia. *Quid Paddan-Aram? Ur quomodo in Mesopotamia collocetur à Stephano? Aram-Soba est Syria circa Palmyram, Aram-Dameschek Syria Damascena: Aram-Maacha Epicæros; Aram-*

*Aram-Beth-rechob Syria trans Jordanem.* 45. *Arami profapia Utz inhabitavit Trachonitidem. Beroaldus & Sahanus notati. Hul auctor Cholobetenes aliarumque civitatum Armeniæ. Gether nec Baëtrianos nec Acarnanios condidit. Fortassis auctor est Gazaræ in ora maris mediterranei, vel Gadaræ in Cælesyria. A Mesech est mons Masius & Masiani.* 46. *Arphaxadi familia.* 47. *Schelach nec Salacenorum, nec Phthiriophagorum, nec Salathiorum, sed Sutorum est auctor. Phaleg numquid conditor Phalgæ? Joëtan parens est Arabum.* 48. *Mesa & Saphar in quibus habitârunt Joëtanitæ, ubi sita fuerint, disquiritur. Hieronymus & Josephus rejecit.* 49. *Almadad est Pater Allameotarum; Saleph Salapenorum; Hazarmaveth Chatramitarum seu Adramyitarum.* 50. *Jarach Jerachæorum seu Alilæorum.* 51. *Hadoram Drimatarum; Uzal Auazaræ, Sanæ; Dikla Minorum; Obalsinus Avalitis.* 52. *Abimaël Malitarum; Seba Sabæorum, quorum Metropolis Seba & Mariaba.* 53. *Ophir Cassanitarum.* 54. *Chavila Chaulanitarum; Jobab Jobaritarum, seu Jobabitarum.* 55. *Colliguntur limites habitationis Semitarum.* 56.

XL. Venimus tandem, legentes vestigia Mosis, ad benedictum Semum, authorem & Satorem Israëlitiæ gentis, cui Deus exclusis gentibus oracula sua credidit, & tot splendida promissa impertivit. Ejus Filii numerantur Genes. x. 22. quinque, nimirum *עלם Elam אשור Assur ארפכשד Arphaxad לוד Lud* & *אראם Aram*. Subjicitur profapia duorum filiorum, nimirum Arami & Arphaxadi, reliquorum filiis silentio involutis. Nos à filiis exordiamur.

X L I. Ab Elamo sunt, quos Lucas Act. 11. 9. Elamitas, Strabo alii-que Elymæos vocant. De situ Elymæorum sic habet Strabo lib. xvi. pag. 512. *Τῆ Σαυσιδὶ ἢ ἑλυμαίσις, ἢ αὐτὴ τεραχίσα ἢ ποδὴ ἢ λησρικὴ. Τῆ δ' ἑλυμαίσις τὰ πλεῖστὰ ζάγρον ἢ ἢ μηδία. Sufiæ conjungitur Elymaïtica, quæ magna ex parte aspera est, & latronibus referta. Elymaïtica quæ Zagero sunt proxima & Media. Alibi lib. xi. Strabo habet, Elymæos vixisse ex raptō, & solos aufos obfistere Parthis, quin & ex Perlarum Regibus tributum exigere. Hic nempe Character est Elymæorum, quo etiam ab Esaia, Jeremia & Ezechiele, qui eos describunt ut truces & bellicosos, insigniuntur. Quamvis autem Elymæos Strabo distinguat à Sufiis, & Perlas potius à filio Cuschi *Subta* superius nos derivaverimus, & inferius à Sela filio Arphaxadi Sufios*

simus arcessituri; tamen Daniel VIII. 2. non obscurè Elymæos eodem facit cum Susiis populo Persico, cum Susan regiam Sutorum collocat כְּסִיָּא בְּכִיּוֹרָא *Provincia Elam*. Quomodo & Benjamin Tudelenſis *Cuzestan*, seu Susianam eandem cenſet cum Provincia Elam. Verùm illi Elam in lato ſenſu uſurpant non tantùm pro Elymaidè ſtriçtè ſumpta, verùm etiam pro populis vicinis Eulæo amni, quales ſunt Gabiana, Carbiana, Maſſabitica, Suſiana. Quomodo etiam Plinius, Ptolomæus & Marcianus non procul ab Eulæi fluvii oſtiis ponunt Elymæos. Hinc etiam Joſephus Elymæos dicit fuiſſe *περσῶν αἰχμητῆς*, *Persarum anshores*. Aliàs poſt tempora Cyri, ut patet ex ſecundo Paralipomenon, Eſthere, Ezechiele & Daniele Cyro coævis, Perſia non Elam, ſed פָּרַס *Paras* quod notat *equum*, dicta, quia videlicet Cyro providente, uti narrat Xenophon, Perſæ ex pe- ditibus facti ſunt equites. Priſtinum autem Perſarum nomen abolitum videtur, atque hinc factum, ut nomine vicini populi Elymaidis venerint Perſæ uſque ad tempora Cyri, quin & poſt ejus tempora, præſertim in hiſtoria ſacra.

XLII. Aſſur originem dedit iis, qui primùm Aſſures, poſteà Aſſyrii dicti, quorum regio celeberrima fuit Adiabene. Vocata eſt quondam etiam *Aturia & Attyria*, facta permutatione literarum S & T. Coæterum cùm Strabo Aſſyriis accenſet Babylonios, Elymæos, Parætaeos, Gordyæos, Meſopotamæos, Arabes, Syros ab Ægypto uſque ad Pontum; fecit hoc ex antiquo uſu, quo Syri & Aſſyrii promiſcuè accipi ſolebant. Sed factum eſt poſteà, ut Syri ab Aſſyriis diſtinguerentur, & Syri dicerentur, qui occupabant terram, quæ à Phœnice eſt Babylonem uſque; Aſſyrii, qui habitabant trans Tigrim, uſque ad Perſiam.

XLIII. *Arphaxadum* plerique Joſephus ſecuti Chaldæorum fecerunt parentem. Verùm Moſes parentem Chaldæorum diſertè facit כְּסֵד *Ceſed* unde Chaldæi dicti כְּסִדִּים *Casdim* Gen. XXII. 2. Et in loco Gen. XI. 31. eſt maniſeſta prolepiſis. Veteres ut ab Arphaxado derivarint Chaldæos, non alia ratione moti videntur, quàm quòd in Hebræo אֲרַפַּכְסָד *Arphacſad* apparet thema כְּסֵד *Ceſed*, à quo ſunt כְּסִדִּים *Casdim*, ſeu Chaldæi. Verùm ea ratio quàm ſit frivola patet. Broughtonus in concentu ab Arphaxade arceſſit Caduſios, quos Strabo dicit tenere majorem partem Oꝝæ montiſæ Armeniorum. Sed eadem ipſi ratio, nimirum à truncato nomine Arphaxadi. Maniſeſtior ratio ducit nos ad *Arrapachitin*, quam Geographi nobis deſcribunt regionem Aſſyriæ. Hujus enim magna eſt cum voce Arphaxadi יֵרֵבְיָאֵרִיס.

XLIV. A *Lud* proceſſerunt ii in Aſia populi, qui circa fluvium Mæandrum



andrum sedes suas fixerunt, quales sunt Lydi antiquitus dicti *Mæzones*, à *Mæzone*, uti perpendunt Græci, Phrygiæ & Lydiæ prisco Rege; nec non *Cares* & *Myli*. Nam quos Græci dixerunt *Mæzones*, Phœnices suo idiomate nuncuparunt *Ludos*, quia nimirum habitârunt ad *Mæandrum* fluvium flexuosum & tortuosum. Quippe Phœnicibus  $\eta\lambda$  &  $\eta\lambda$  *tortuosum* & *anfractuosum*, sicut etiam superius vidimus, notat. Talis autem *Mæander*, sicut in *Æthiopia* sub *Ægypto* Nilus. Quamvis autem Græci *Lydios* suos dictos existimant à *Lydo* filio *Aryis*, tamen fidem nulli merentur, quia tam *Lydus* hic quàm antiquior ille *Mæxon* Reges commentitii esse videntur. Nam & ipsi *Mæzones* à *Lud* dicti sunt. Quippe  $\eta\lambda$  etiam à  $\eta\lambda$  *genus* derivari potest, sicut  $\eta\lambda$  *partus* à  $\eta\lambda$  *genus* descendit. Unde Hieronymus *Ludim* interpretatur *natos*. Cùm igitur vetustissimi Græci non intelligerent, à fluvii flexibus nomen circumjacentibus regionibus primum inditum esse, vocem  $\eta\lambda$  à  $\eta\lambda$  quod in *Biel* significat *muſſi* & *obstetricari* deduxerunt, atque sic fluvio *Mæandri*, populis autem circa fluvium confidentibus *Mæioves*, *Mæodia* nomen indiderunt. Neque hîc attendi debet ratio, quam obducit *Salianus*: nimirum *Lydiam esse in minore Asia, quæ cesserit Japheto, non Semo*. Qui propterea non verentur asserere, *Ludum* eripuisse *Mediam* filio *Japheti* *Madai*. Sed tam assertio falsa est, quàm ratio ipsa ficulnea. Unde enim constat, totam minorem *Asiam* cesserisse *Japheto*? Cùm ne quidem tempore nascentium illorum populorum, ejusmodi distinctio *Semæ* majoris & minoris in usu fuerit, cur ex *Assyria* in minorem *Asiam* *Semi* posteritas excurrere non potuit?

**X L V.** Ab *Aram* *Josephus* deducit *Syros*. Neque aliter interpretes, vel Græci vel Latini. Et ipsi *Scriptores* exotici *Homerus*, & *Nonnus* meminere *Arimorum*, quos *Syros* esse largiuntur *Possidonius* & multi alii apud *Strabonem*. Coeterùm cùm *Syri* olim se extenderint à *Tyro* seu *Tzur* (unde dicti sunt *Syri* quasi  $\eta\lambda$ ) usque ad extremos *Assyrios*, palam est, non omnes hos populos censerî posse propaginem *Arami*, cùm alii eodem nomine venientes à *Canaane*, alii à *Castuchim*, alii ab *Assure*, alii ab *Arphaxado* trabant *Originem*. Videntur autem ab *Aram* sati populi ii, quibus in *Scriptura* præfigitur vox  $\eta\lambda$  *Aram*, quales *Aram-Nabaraïm*, *Paddan-Aram*, *Aram-Dameschek*, *Aram-Soba*, *Aram-Betrehob*, & *Aram-Mascha*. Quod attinet *Aram-Nabaraïm*, ea voce indigitatur *Mesopotamia*, quæ media jacet inter duos fluvios *Tigrim* & *Euphratem*. Cujus cùm duplex pars sit, altera culta & fertilis à montibus *Armeniæ* usque ad amnem *Chaboram*; altera sterilis & inculta à *Chabora* usque *Babyloniâ*; prior à *Mose* vocatur *Paddan* & *Paddan-Aram*, ab *Hosea*  $\eta\lambda$   $\eta\lambda$ .

Sede-

*Sede-Aram* ager sativus vel confitus Mesopotamiæ. Hoc enim olim Hebræis, hodie Arabibus est *پادان Paddan*. Quod si minus placet, nihil obstat, quò minus eodem sensu *Paddan* faciamus *πιδων* Græcænicum. Stephano Act. vii. 2, 3, 4. eadem est Mesopotamia cum Chaldæa. Ponit enim *Ur* Chaldæorum in Mesopotamia. Nempe quia Mesopotamiæ pars, quæ propior est Assyriæ, in Scripturis etiam nomine Chaldææ venit. *Aram-Soba* est Syria Sobæorum. Sobæi autem fuerunt iis in locis, in quibus Palmyra & vicinæ urbes, uti patet ex 1. Reg. ix. 17, 18. & 2. Paralip. viii. 3, 4. Porro Situs Palmyræ in Coele Syria notus est. *Aram-Dameschek* est Syria sita inter Libanum & Anti-Libanum, cujus Caput Damascus. *Aram-Maacha* fuit trans Jordanem *Epicæros* urbs Palæstinæ, quæ cessit tribui Manassis. Hanc enim urbem pro Maacha alicubi ponit Chaldæus. Quomodo & *Aram-Bethrecho* fuit sita trans Jordanem, ubi Rechob, quæ obtigit tribui Aser Jos. xiii. 11.

XLVI. Filii *Aram* recensentur quatuor *Utz*, *Hul*, *Gether*, & *Masch*. Josephus. Utzum fecit habitatorem Trachonitidis & conditorum Damasci. Eundem fecerunt inter Veteres plurimi. Alludit etiam ad hanc vocem Damascena vallis, quæ hodièque Arabibus vocatur *وادي عسرة* & cum articulo *وادي عسرة* iisdem propemodum literis radicalibus. Itaque etiam Hierosolymitanus & Jonathan Paraphrastæ pro Damasco ponunt *עוטבת* *Goutba*. Vocatur autem ita Damascus, teste Geographo Arabe, quia habet montes atque arva. Quomodo Strabo lib. xvi. spatium quod est inter Libanum & Anti-Libanum, vocat *πιδων κολων* campum concavum. Cum hac terra *Utz* tum veteres quidem tum recentiores inter quos Beroaldus & Sallianus confundunt eam *Utz*, quæ fuit terra Patria Jobi, quæque fuit in Arabia deserta, quæ dicta est à Filio Nachoris; nec non alteram illam, quæ *Utz* dicta ab aliquo ex posteris Edom, atque sita fuit in Idumæa. Reliqui tres filii *Aram* minus sunt cogniti. Josephus quidem, apud quem vitiosè pro Hute est Otrus, & cum pro more lectus Hieronymus *Hulem* putant habitasse in Armenia. Est autem in Armenia Cholobetene, cujus Satrapa erat Tigranes. Quid autem hæc aliud quam *חוליס* *Cholis* vel *Chulis* domus. Accedit & aliæ in Armenia urbes commemoratæ Ptolemæo, quales *Cholus*, *Cholvata*, *Cholomma*, *Colsa Colana*. Tertium Filium *Arami* Gether Josephus, quem hîc sequitur Sallianus, *Bactrianorum*; Hieronymus præter consuetudinem seorsim sentiens à Josepho *Acarnaniorum* seu *Cariorum*; Montanus Ætoliorum parentem facit. Hieronymo favet Mercerus. Sed nulla harum sententiarum probabilis est. Etenim ex Syria nimium saltum faciunt partim in extremam Asiam, ubi Bactriani; partim in remotissimam Græ-

Græciam, in qua sunt Acarnanes & Ætolii. Eusebius in Armenia putat conſeſſiſſe Getherem. Bochartus ariolatur à Gethere dictum amnem *Cen-triſtem*, qui Armeniam dividit à Carduchis. Grotius tamen mavult Gindaram, urbem apud Ptolemæum, & populum Gindarenum, quem in Cœle-Syria collocat Plinius v. 23. Quid verò ſi ab hoc *Gethere* conditam dicamus urbem, quam Joſua cap. xvi. 2. & author 1. Reg. ix. 15. גזר *Gazer*; author Machabæorum lib. 1. c. xiv. 34. & Joſephus Antiq. xiii. 11. Γάζα *Gazara*; Strabo lib. xvi. *Gadara* vocant. Nam Gadaram Strabonis non eſſe eam, quæ trans Jordanem ſita fuit, cujus mentionem etiam facit Lucas, ubi de porcis Cadarenis; ſed ipſam Gazaram Joſuæ & Joſephi validis rationibus probat Gaſaubonus Comment. in Strabonem p. 214. Fuit autem Gazara illa, vicina Joppæ, Azoto, & Aſcaloni, in ora maris mediterranei, quæ antiquitus etiam in Syria cenſebatur. Quod ſi & id minùs placet, non video cur non ipſa *Gadara*, metropolis regionis Perzæ, quam Ptolemæus reponit in Decapoli Cœle-Syriæ, ab hoc *Gether* profecta dici poſſit. Fruatur quiſque ſuo ſenſu. Ultimus Arami filius *Maſ* qui 1. Paralip. i. 17. vocatur *Mefech* ſi Joſepho fides, pater eſt *Mefancorum*; ſi Hieronymo *Mæonum*; ſi Montano *Maſorum*, ſeu *Myſorum*. Verùm Mefanxi iidem ſunt cum *Mefenis*, ſeu *Μεσσην*, qua voce regio interamnis ſeu Meſopotamia notatur. Et Hieronymus ipſe ſupra *Ludem* fecit authorem Lydorum, qui iidem ſunt cum Mæonibus. Itaque ab eo rectiùs derivat Grotius *Maſium* montem non procul Niſibi & Edeſſa apud Strabonem lib. xi. & Ptolemæum in Meſopotamia. Ejus montis incolæ Stephano vocantur Maſiani.

X L V I I. Poſt Arami profapiam expoſitam ſeclit Moſes ad familiam Arphaxadi. Ejus commemoratur Filius שלח *Schelaech*, nepos עבר *Eber*, pronepotes ex Ebere שלו *Phaleg*, & יקן *Joſtan*: Cujus porro Joſtanis filii tredecim; אלמדד *Almodad*, שלף *Schaleph*, חצר משה *Hazarmaſetb*, ירח *Farach*, חדוד *Hadoram*, אול *Uzal*, רקיה *Diklah*, עובל *Obal*, אבימאל *Abimaël*, שבא *Scheba*, אופיר *Ophir*, חוילה *Havila*, & יובב *Jobab* Genef. x. 24. — 30. Horum Joſtanis filiorum habitationem verſu ſeq. figit Moſes ארץ *Mefa* cum pergis עבריה *Sepharab* monte Orientis.

X L V I I I. *Schelaech* vel *Sela* Arphaxadi filius, aliis *Salacenis*, quos Ptolemæus in India intra Gangem, juxta Sinum Gangeticum collocat; aliis gentis *Sala* antiquis dictæ *Pſthiriophagi*; aliis *Salathiorum* in interiore Lybia; nobis poſt Euiſtathium & Euiſebium *Suſiorum*, in quibus ſunt Coſſæi, pater creditur. Argumento eſt, quòd præcipua Suſianæ poſt Suſan urbs commemoratur *Sela* & *Sele* apud Marcellinum & Ptolemæum. Ab *Ebere* dictos eſſe Hebræos alibi demonſtravimus. *Phaleg* in cujus tempora incidit diſperſio, an loco alicui nomen dederit incertum eſt. Eſt ſane *Phalgavicus* ad Eu-

phratem non procul à confluxu Chaboræ. Verùm ab hoc Phaleg denominatum non conflat. Quin veteres ita dictum censent, quia Media dividitur duas Seleucias Pieriam & Babyloniam. Joctanem autem parentem suum faciunt ipsi Arabes, quibus venit nomine *Kathanis*, uti videre est apud Gabrielem Sionitam de Orient. c. 1. Pocockium in Notis ad Abul-Farajum pag. 40. Hottingerum in Historia Orient. pag. 38. Hinc Kathanitæ in Arabia Felice, quos Ptolemæus ad ejus collocat meridiem, & in urbe territorii Mæcensis *בִּישַׁת־בַּיִשָׁף* *Baisfath-Joctan*. Theophanes à Joctane deducit Ammonitas, quos explicat Homeritas, hoc est, eos populos qui Arabiæ Felicis *מִצְרָא* occupant versùs Oceanum ab Arabico Sinu usque ad Persicum.

XLIX. Populos à tredecim filiis Joctanis oriundos Moses ponit ad *מִצְרָא* *Mesam*, cùm itur *סִבְרָא* *Sepbaram*. Obscurum non nihil est, qui sint hi limites. Hieronymus de *Loe Hebr.* Mesam constituit regionem Indiæ, Sepbaram montem Orientalem Indiæ. At Josephus aliter hos terminos definit, nimirum à *Cophene flumine Indiæ* usque ad *Assyriam*. Copen autem vel Copenem ait Strabo lib. xv. esse flumen Indiæ fluens in Indum, eo tamen occidentalius. Est igitur Cophes in ipso introitu Indiæ. Quomodo igitur idem Josephus constituit Ophiram in India, adeoque ultra Copenem? Hæc minimè cohærent. Itaque locum Josephi emendandum putavit Borchartus. Sed de loco Josephi quicquid fiat, Joctan ejusque liberi habitârunt in Arabia Felice; ac proinde uterque locus à Mose constitutus requirendus est intra opposita latera Maris rubri & Sinus Persici, inter quæ sita fuit Arabia Felix. Porro ad mare Rubrum portus fuit celeberrimus. *Mesa* aliis *Musa* vel *Muzã*, ad quem appelebant mercatores Ægyptii & Æthiopiçi, inde solventes in Orientem ad Sapharitas, thus & myrrham inde repetituri. A *Mesa* vel *Musa* versùs Orientem profecturis occurret manifestè *Sapphar* urbs Regia, à qua sunt Sappharitæ. A qua urbe etiam montes vicini Moses appellat montem Orientalem *Saphar*. Nam montes vicini urbibus solent omnino esse cognomines. Habemus igitur disertum Characterem locorum, in quibus Joctanitæ habitârunt, nimirum *Musam* illam & *Sapphar* Arabiæ Australis puta Felicis, in primis Odoriferæ, in qua Ægyptii & Æthiopes comparatur aromata hæc duo loca maxime frequentârunt. Nunc igitur proclivior erit indagatio locorum, quæ Joctanitæ infederunt.

L. In media Arabia Felice inter Geræos & Sophanitas Ptolemæus collocat *Allumeotas*. Hi procul dubio incunabula sua debent *Almadado*. Supra Marcitas, non procul à Cinædocolpitis idem ponit *Alapenos*. Sic quidem in tabulis Ptolemæi. Sed in textu ejusdem Græco vocantur *Σαλαπηνίαι*, *Salapeni*. Nempe quia orti à *Saleph*, secundo Joctanis. Ab *Hazarmaveth*, qui Arabibus vocatur *Chadarmaveth*, Græcis aliter atque aliter; sunt qui inhabitant

abitant eam regionem, quam Theophrastus *Adramytam*, Dionysius Periegetes *Chatramin*, Strabo *Chatramitin* nuncupant: quos proinde diversis nominibus Geographi veteres vocant modò Atramotitas, modò Chatramotitas, modò Chatrimmitas, modò Atramitas, modò denique Adramitas. Qui omnes iidem sunt, etsi à Geographis subinde distinguantur. Est ipsa regio Arabiæ myrrhifera & thurifera, quæ apud Ptolemæum à Climace monte pertingit usque ad Sachalita. Vocatur ea regio Hebraicè אֶרֶץ מוֹרְתִים *atrium mortis*, quia quamvis thurifera & myrrhifera, tamen propter aërem crassum & nubilum est insalubris & contagiosa. Proinde thura non à quovis colliguntur, sed teste Ariano, à servis regis & iis qui addicti supplicio.

L I. A *Farach* sunt Jarachzi, quos Arabes vocant בני הַלֵּלָא *filios Lunæ*. (est enim הַלֵּלָא sicut Hebraicum הַר לֵּמָנָה *Luna*) Agararchides & Diodorus Ἀλιλαίως *Alilaos*, ita dictos tradunt ob cultum Lunæ. Permisti fuerunt Cassanitis seu Casandribus. Geographus Nubiensis eos ponit in partibus Meccæ respicientibus Orientem. Nomen *Jerachæorum* retinuit insula Ἰεραχίων, vel potius Ἰεραχίωρ, quam Ptolemæus disponit in Sinu Arabico, non procul à Cassanitis, quamque idem malè interpretatur *Insulam accipitrum*, quia nimirum Græcis Ἰεραχίως sunt *accipitres*. Nempe mos hic fuit Græcorum, nomina exotica & incognita sibi, ad Græcam formam emollire.

L II. In Arabia Felice prope Macas ad fretum sinus Persici collocantur à Plinio *Drimati*, quibus nomen factum ab *Hadoram*, filio quinto Joctanis. Ab eadem voce deflexa est promontorium Κοροδάμων *Corodamum*, in extrema Arabia situm. *Uzal* sequitur, qui, uti notatum Abrahamo Zachut Salmanticensi Judæo, est author illius regionis, cujus metropolis est *Sanaa*, quæ uti describit Nubiensis Geographus à Mecca distat viginti stationibus: à Saphar millibus passuum LXXVI. Græci ex *Uzal* fecerunt Ἀυζαρον *Auzarum*, vel *Ausarum*, quæ non est ad Sinum Sacchaliten, ubi Ptolemæus eam collocatum it, sed potius in Gabanitis, qui eadem loca tenuerunt, ubi *Uzal* hodie *Sanaa* dicta. A *Dikla* quod notat Syris *palmam* aut *palmetum* est in Arabia Felice regio Minæorum, quos Ptolemæus ponit in vicinia regionis interioris myrrhiferæ supra Dorenos & Mocritas. His enim esse fertiles agros *palmatis*, *arbutis*que refert Ælius Gallus eques Romanus apud Plinium lib. VI. 28. *Obal* sequens filius Joctanis videtur ex Arabia Felice trajecisse in Arabiam Troglodyticam, & nomen fecisse emporio & Sinui *Aboliti* vel *Avaliti*. Dividitur hic sinus ab Arabia Felice medio freto eoque Angusto satis, quippe quod Plinio teste VI. 29. non continet nisi passus quater mille & quingentos. Neque obstat, quòd Moses Joctanitarum habitationem fixit circa *Mesam* & *Saphar* adeòque in Arabia Felice. Nam, quod Græci dicunt, μίαν χελιδὼν ἴσας ἔπιει. Deinde quamvis *Avalites* sinus in Arabia

Felice situs non sit, tamen ab ea modico intervallo Faucium Arabici sinus disjungitur.

LIII. *Abimaël* fuit Pater *Malitarum*. Fuit autem *Mali* inter quatuor metropoles Arabiæ aromatiferæ ultima, sicut traditum est à Theophrasto Hist. Plant. ix. 4. Sita fuit in ipsa regione Minæorum. Ptolemæus levi permutatione eos vocat *Manitas*. A *Seba* sunt *Sabæi* propriè dicti Arabiæ Felicis, quorum sedes fuit ad mare rubrum inter Minzos & Catabanes. Eorum Metropolis ab Eratostene constituitur *Mariaba*, quæ alii, iisque vetustis Scriptoribus vocatur *Sabo* vel *Sabas*. Utraque vox ejusdem est significatûs. Sicut enim *Mariaba* Plinio notat *Dominos gentium* (רבי דומינארי enim à רבא *dominari* notat *sedem dominantium* seu regiam Metropolim) ita *Saba* ab Arabico שבא *eminere* urbem *eminentem* dominantem, qualis est metropolis. Nempe *Saba* totius Arabiæ Felicis urbs fuit præcipua, Regum sedes, & domina cæterarum in Sabæis urbium; quin totius Arabiæ.

LIV. *Ophir* plerique omnes faciunt parentem ejus terræ *Ophir*, in quam singulis triennis Classis Solomonica solvens ex *Esiogaber* navigavit. Nec tamen in eo consentiunt, quo in loco illa Solomonis *Ophira* fuerit, dum alii eam ponunt extra Gangem, ad Ptolemæi Triglypton, quod hodie vocant *Pegu*, alii in Insula vicina *Malacæ*; alii majore numero in *Taprobana*; alii denique in ipsa regione *Peruana*. Verùm falli eos multùm non aliunde magis constat, quàm quia certissimis argumentis *Ophira* Solomonis collocanda est extra Arabiam in *India Orientali*; *Ophira* verò *Joctanis filii* in Arabia Felice, in qua fuisse habitationem *Joctanitarum* nos docuit *Moses*. *Ophira* igitur Arabiæ Felicis *Bocharto* videtur fuisse in *Cassanis* Ptolemæi & Stephani. Sicut enim *Cassanitæ* dicti à פון *Gaza* & *Tbesauris*, ita *Ophir* idem locus dici potuit ab opulentia. Nempe *Ophir* idem est quod Arabicum אופיר *Auphar*, locus opulentissimus, affluens auro aliisque divitiis. Notum autem est, quàm facile, quàm purum, quanta còpia iis in locis effodiatur aurum, quàmque vili pretio vendatur.

LV. A *Charvila* palàm est descendisse *Chaulanitas* Arabiæ Felicis, qui *Agatarchidæ* & *Diodoro* vocantur *Carbi*. Hodie eorum terra vocatur terra *Tebamam*. Ultimus denique *Joctanis filius* *Jobab* author est *Jobabitarum*, quos juxta *Sachalitis* collocat Ptolemæus. Vocatur *Jobab* propter continuas solitudines Arabibus quippe דברא *desertum* notat.

LVI. Faciles nunc sunt definitu limites *Semitarum*. Incoluerunt nempe partem *Asiæ* tum minoris tum majoris. In minori *Asia* inhabitata iis *Lydia*, *Mysia*, *Cares*. In majori occupatæ iis sunt *Elymaitis*, *Assyria*, *Adiabene*, nec non *Arrapachitis*, *Syria*, *Mesopotamia*, *Armenia*, *Suliane*, denique *Arabia Felix*.

F I N I S.

INDEX



# I N D E X

## L O C O R U M S C R I P T U R Æ.

Numerus Major seu Romanus Exercitationem, Minor  
Thesim ejusdem Exercitationis notat.

### G E N E S I S.

<i>Cap.</i>	<i>Verf.</i>	<i>Exerc.</i>	<i>Th.</i>	<i>Cap.</i>	<i>Verf.</i>	<i>Exerc.</i>	<i>Th.</i>
I.	11.	XV.	7,8.	II.	19,20.	IV.	50.
	13.	XIV.	9.			XVI.	8,15.
	15.	VIII.	4.		22.	I.	15.
	17.	VII.	3.		23.	III.	58.
	20.	XV.	12.			IV.	4,52.
	25.	XV.	14.			XVI.	13.
	26.	IV.	8,9,10,		24.	I.	9.
			19,30.			VI.	3.
		XV.	14.		31.	IV.	10.
	28.	I.	7,44.	III.	2.	IV.	60.
		IV.	44.		3.	III.	58.
	29,30.	IV.	46.		7.	IV.	65.
		XV.	6,7,		15.	III.	23,24,
			8,9,10.			IV.	25,&c.
II.	7.	IV.	11, 24,			IV.	66.
			25, 29.		16, 17.	XV.	18.
	8.	IV.	39.		19.	III.	60.
		XV.	15.			IV.	2.
	9.	IV.	49.		20.	III.	8.
	17.	XVI.	2.			IV.	5.
	18.	IV.	30.			XV.	24.

No		I N D E X					
Cap.	Vers.	Exerc.	Th.	Cap.	Vers.	Exerc.	Th.
		XVI.	8.	VI.	1.V.		1.
	21.	IV.	69.		1,2. VI.		45.
	22.	IV.	70.		XI.		3.
IV.	1. &c.	V.	4,5, 6, &c.		2. II.		4, &c.
	2,3,4.	III.	50.		3. XII.		9.
		V.	11.		XVIII.		5,8.
	3.	XII.	2.		4. XI.		3,4.
		XV.	23.		5. XIX.		1.
	3,4.	V	13,14.		VIII.		8.
	4.	V.	13.		5,11. XVIII.		1.
	7.	V.	25.		5,11. VIII.		7.
	8.	V.	30.		12,13. VIII.		3.
	14.	V.	36.		7. XVIII.		7.
		XIX.	18.		8,9. III.		41.
	15.	XIX.	20.		VI.		37.
	17.	V.	40.		13. XVIII.		23.
	20.	VI.	10.		13,14. XVII.		2,3,4, 5, &c.
	22.	VI.	18.		16. XVII.		13,14.
	23,24.	VI.	8,9,10.		18. XVII.		21,22.
	25.	III.	27.		19,20. XVII.		2,4.
		VI.	1.		21. XVII.		28.
	26.	III.	7,34.	VII.	1-5. XVIII.		8.
		VIII.	2.		2,3. XV.		25.
v.	3,6-28.	XIII.	8.		XVII.		24.
	22.	III.	34,40.		11. XIV.		8.
		IX.	3.		XVIII.		10.
	24.	III.	44,61.		12,17. XVIII.		14.
		IX.	2,4,5.		15. XVII.		27.
	25,28.	VI.	3,5.		17,18. XVIII.		13,14.
	28.	III.	8.		21,22,		
	32.	XVII.	21.		23. XVIII.		17.



LOCORUM SCRIPTURÆ. 711

Cap.	Verf.	Exerc.	Th.	Cap.	Verf.	Exerc.	Th.		
VIII.	1,2,3.	XVIII.	14.		8,9,10,				
	3,4.	XIV.	8.		11,12.	XXIII.	28.		
	4.	XII.	11.		10.	XXI.	8.		
	5.	XVIII.	27.		11,12.	XXIII.	29.		
	6.	XVII.	13.		13,16,				
	7.	XVIII.	27.		17,18.	XXIII.	38.		
	10.	XVIII.	29;30.		21.	XVI.	23,24.		
	12.	XVIII.	32.		24-30.	XXIII.	48.		
	16,17.	XVIII.	33.		24.	XXII.	2,3,		
	17.	XIX.	12.				4, &c.		
	20.	III.	50.		XI.	1.	XVI.	10.	
		XIX.	3.				XXI.	9.	
	21.	XIX.	7,9.			2.	XX.	6,7.	
	22.	XIX.	10.				XXI.	11.	
	24.	XVIII.	14.				XXI.	13.	
	IX.	1.	XIX.		1.		5.	XX.	5.
		1,2,3.	XIX.		14.		7.	IV.	17.
		3,4.	XV.		14.			XXI.	18.
		3,4.	XV.		10.		8,9.	XXI.	21.
		5.	XI.		9,11.		13.	XIV.	23.
5,6.		XIX.	17.			XXIII.	30.		
6.		XIX.	17.		9.	XXII.	1,16.		
			18,19,10.		9,10.	XIV.	9.		
8-18.		XIX.	24,25.		15,16.	XXII.	12.		
20.		VI.	36.		17.	XXII.	2.		
20,21.		XX.	2.	XII.	5.	I.	24,27.		
25.		I.	24.			12.	I.	13.	
25,26.	III.	8.	XIII.	15.	II.	2.			
27.	XX.	1.			10.	IV.	42.		
26.	XX.	7.	XIV.	11.	IV.	42.			
27.	XX.	8.			5.	XI.	19.		
X.	2,3,4.	XXIII.	3.		13.	II.	15.		

Cap.	Verf.	Exerc.	Th.	Cap.	Verf.	Exerc.	Th.
		XVI.	27.		16. I.		35, 37.
	14. I.		27.	XXIV.	2. II.		7.
	14, 15. I.		24.		I.		26.
	16. V.		38.		3. I.		14.
	20. II.		9.		II.		9.
	III.		50.		55. I.		15.
XV.	2. XXIV.		26.		XII.		7.
	6. III.		35,		60. I.		15.
			61.	XXV.	1, 2, 3. I.		23.
	9, 10. II.		19.		3, 4. II.		9.
	III.		50.		6. I.		23.
	16. II.		16.		7. XIV.		9.
XVI.	5. VII.		5.		23. I.		19.
XVII.	7. III.		6, 7.		25. XX.		6.
	12. I.		24,		32. I.		18.
			27, 34.		33. I.		19.
	13. I.		27.	XXVI.	16. II.		3.
	14. II.		13.	XXVII.	29. I.		19.
XVIII.	19. I.		17.	XXVIII.	1. I.		14.
	II.		6.		18. III.		50.
	III.		27.	XXIX.	19. I.		14.
XIX.	1. II.		6.		22, 27. I.		15.
XX.	7. III.		8.	XXXI.	44. II.		15.
	11. II.		16.		54. II.		19.
	16. I.		34.		XV.		22.
XXI.	11. VII.		5.	XXXII.	32. II.		9.
	27. II.		15.	XXXIII.	6. II.		3.
XXII.	3. I.		24.		16. I.		24.
	13. III.		50.		19. I.		35.
	22. XXIII.		42.		III.		60.
XXIII.	2, 3. III.		60.	XXXV.	2. III.		59.
	13, 15. I.		34.		3, 7. III.		50.

LOCORUM SCRIPTURÆ. 713

Cap.	Verf.	Exerc.	Th.	Cap.	Verf.	Exerc.	Th.
xxxvi.	7. II.		3.	xii.	2. XII.		22.
xxxviii.	7. I.		14, 16.		3. I.		5.
	11. II.		12.		15. II.		13.
	14. I.		11.		21. II.		7.
xviii.	33. I.		19.	xiii.	2. I.		20.
xl.	34. I.		32.		12. I.		18.
xlvi.	34. I.		31.	xv.	25. II.		58.
xlvii.	3. V.		11.		27. II.		5.
	9. III.		61.	xvi.	4. XV.		12.
	XIV.		9.		23, 25.		
	16. I.		35.		26. III.		58.
	16, 17. I.		32.	xvii.	5, 6. II.		7.
	29, 31. II.		9.	xviii.	16. II.		6.
xlviii.	5. I.		19.		22. II.		7.
	16. III.		12.	xix.	10. III.		15.
	18, 19. I.		18.		12, 13. II.		11.
	22. I.		35.		22. I.		19.
xl.	3. I.		18, 19.		22. XV.		21.
	III.		61.	xxi.	22, 23. XIX.		2.
l.	6. II.		7.	xxiii.	16. IV.		15.
	7. II.		4.		V.		18.
				xxiv.	15. II.		18.
					5. I.		19.
E X O D U S.							
i.	5. VI.		10.	xxvi.	3. VII.		6.
ii.	3. XVII.		6.	xxxi.	13. III.		58.
	16, 21. XXIII.		19.		14. II.		14.
iii.	16, 18. II.		7.	xxxiv.	22. IV.		15.
iv.	29. II.		4.				
	29. II.		7.	L E V I T I C U S.			
	29. III.		5.	vii.	6. XV.		21.
vi.	25. I.		5.		16.		
viii.	26 27. I.		19.		31. XV.		21.

Xxxx

Cap.	Verf.	Exerc.	Th.	Cap.	Verf.	Exerc.	Th.
VIII.		8. IV.	69.			11. XVII.	12.
IX.		24. III.	53.			13. XXV.	27.
		XV.	23.	VII.		3. XI.	15.
XVII.		20. II.	14.	X.		22. XIV.	18.
XVIII.	1, &c.	I.	13.	XXI.		17. I.	28.
		18. VII.	2, 3.	XIX.		19, 20. XIX.	21.
XIX.		32. II.	7.	XXI.		7. I.	19.
XX.		5, 6. II.	14.			17. I.	19.
		17. V.	41.	XXIII.		7. II.	18.
		20, 21. II.	13.			17. I.	11.
XXIV.		19, 20. XIX.	21.	XXIV.		5. XV.	10.
XXV.		29. V.	18.	XXV.		5. I.	16.
		XII.	7.			7, 8. I.	16.
XXVII.		32. III.	50.	XXXII.		35. XIX.	19.

## N U M E R I .

## J O S U A .

XI.		16. II.	5.	VI.		1. IV.	70.
XII.		1. XXIII.	19.	XI.		19. XXIII.	38.
XIII.		34. XI.	20.	XII.		4, 5. XXIII.	38.
XVI.		15. XXI.	21.	XIII.		11. XXIII.	45.
XXIII.		19. IV.	40.	XV.		13. XI.	26.
XXIV.		24. XVI.	23.			13, 14. XXIII.	38.
		XXIII.	15.	XVI.		2. XXIII.	46.
XXV.		1, 2. XI.	15.	XVIII.		22. XXIII.	38.
XXXV.		4. XVII.	11.	XXIV.		1. VIII.	2.
		4, 5. XVII.	11.			2. XVI.	24.
		21. XIX.	21.			15. III.	35.
						31. III.	60.

## D E U T E R O N O M I U M .

## J U D I C E S .

I.		15, 16. II.	6, 7.				
		28. XXI.	24.	VI.		1. XI.	10.
III.		10. XI.	20.	X.		11. VIII.	1.

LOCORUM SCRIPTURÆ. 715

Cap.	Verf.	Exerc.	Th.	Cap.	Verf.	Exerc.	Th.
XIV.	15.	X.	1,2.	VII.	2.	XVIII.	12.
XVI.	5.	VI.	18.	XVIII.	26.	XVI.	32.
	7.	XI.	12.	XIX.	2.	XXIII.	19.
XXI.	22.	XI.	11.		13.	XV.	24.
				XXV.	11.	XI.	16.

I. SAMUELIS.

I.	3.	V.	18.
X.	5.	VI.	12.
XI.	17.	V.	11.
	27.	II.	5.
XIV.	18.	VI.	10.
XVI.	23.	VI.	17.
XXVII.	7.	V.	18.

II. SAMUELIS.

I.	21.	X.	7.
V.	2.	V.	12.
XVII.	16.	XV.	10.

I. REGUM.

V.	12.	I.	18.
VI.	1,37.	XII.	21.
VI.	1.	XII.	23.
VII.	15.	XVII.	11.
VIII.	2.	XII.	21.
IX.	15.	XXIII.	46.

II. REGUM.

I.	8.	XV.	24.
II.	3,5,		
	9,10.	IX.	6.

I. PARALIPOMENON.

I.	7.	XXIII.	16.
III.	1.	I.	28.
	15.	XVII.	11.
VI.	21.	II.	13.
VI.	31.	VI.	16.
VII.	1.	III.	53.
IX.	9.	I.	3.
XX.	6.	XI.	27.

II. PARALIPOMENON.

III.	7.	XXII.	15.
	3.	XVII.	9.
VII.	1.	XV.	23.
XIV.	9.	XXIII.	19.
XVI.	2,7.	II.	18.
XIX.		II.	18.
XXI.	16.	XXIII.	19.
XXIII.	6.	XV.	10.
XXVI.	10.	V.	11.
XXIX.	25.	VI.	16.

ESAIAS.

II.	22.	IV.	29.
IV.	12.	XI.	17.
VI.	13.	III.	27.

Cap.	Verf.	Exerc.	Th.	Cap.	Verf.	Exerc.	Th.		
		XIV.	22.		9, 10.	XIX.	25.		
XVIII.	1.	XXIII.	19.	LX.	21.	IX.	4.		
XIX.	6.	XXIII.	20.	LXI.	1, 2.	III.	23.		
XX.	4, 5.	XXIII.	19.	LXIII.	10.	XVIII.	3.		
XXIII.	1.	XXIII.	15.	LXV.	20.	XIV.	25.		
		16.	V.	28.	LXVI.	19.	XXIII.	31.	
XXIV.		18.	XVIII.	12.					
XXVII.	1.	III.	25.	J E R E M I A S.					
		12.	XXII.	10.	II.	18.	IV.	42.	
XXVIII.	11.	XV.	20.	III.		19.	IV.	43.	
		26.	V.	11.	XIII.	23.	XXIII.	19.	
XXXII.	1.	XV.	10.	XVII.		1.	IV.	36.	
XXXVII.	12.	IV.	41.	XXII.		7.	VI.	10.	
XXXVIII:	38.	XVIII.	25.	XXIII.	28, 29.	III.		16.	
XL.	5, 11.	V.	12.	XXVII.		13.	XI.	16.	
		6, 7.	IV.	67.	XXX.		22.	III.	12.
		6, 7, 8.	IV.	67.	XXXI.		32.	III.	47.
		12, 13.	IV.	12.	XXXIV.		18.	II.	19.
XLI.		14.	III.	12.				XV.	22.
XLII.	5.	IV.	13.	XXXV.		7.	VI.		10.
		18.	IV.	10.	XXXVIII.		19.	XI.	16.
		24.	III.	3.	XLIV.		II.	XXIII.	35.
XLIV.	5.	VI.	28.	XLV.		9.	XXIII.		21.
XLV.	18.	IV.	13.	XLVII.		4.	XXIII.		37.
		19.	III.	27.					
XLVIII.	16.	III.	12.		E Z E C H I E L.				
		17.	III.	23.	XX.		10.		
LII.	6.	III.	12.				12.	III.	58.
LIII.	6.	III.	61.	XXII.		24.	XVIII.		31.
		8.	III.	61.	XXVII.		7.	XXIII.	13.
		IX.		6.			12.	XXIII.	14.
LIV.	1.	III.	47.				13.	VI.	20.

LOCORUM SCRIPTURÆ. 717

Cap.	Verf.	Exerc.	Th.	Cap.	Verf.	Exerc.	Th.
		XXIII.	8.	VI.	5. VI.		16.
	14.	XXIII.	4.	IX.	7. XXIII.		19.
	23.	IV.	41.				
XXIX.	10.	XXIII.	19.	J O N A S.			
	14.	XXIII.	35.	III.	2. XI.		12.
XXX.	6.	XXIII.	19.	M I C H E A S.			
XXXII.		XXIII.	8.	V.	5. XI.		12.
XXXIII.	33.	V.	28.		6. XXI.		12.
XXXIV.	24.	II.	3.	N A H U M.			
XXXVI.	26.	III.	57.				
		XVIII.	34.	III.	10. XXIII.		35.
XXXVII.	25.	II.	3.	H A B A C U C.			
XXXVIII.	23.	XXIII.	5.	III.	7. XXIII.		19.
	6.	XXIII.	12.	Z A C H A R I A S.			
XL.	5.	XVII.	10.	III.			
XLIII.	13.	XVII.	10.	III.	2. III.		28.
		D A N I E L.		XIII.	5. V.		11.
I.	4.	XVI.	32.	M A L A C H I A S.			
II.	1.	XXI.	8.	I.	7. IV.		30.
IV.	10.	X.	7.	II.	13. I.		7, 8.
VIII.	2.	XXIII.	41.				12.
	21.	XXIII.	7.		VII.		3, 4.
XI.	29, 30.	XXIII.	15.		15. V.		41.
		H O S E A S.		P S A L M I.			
VI.	6.	VI.	15.	II.	7. III.		10.
XII.	13.	III.	12.		12. VIII.		7.
		XXIII.	45.	VIII.	7. VI.		36.
		A M O S.		XVI.	9. III.		31.
V.	22.	V.	21.				
	15.	III.	56.				

Cap.	Verf.	Exerc.	Th.	Cap.	Verf.	Exerc.	Th.
XIX.		1. III.	15.	X.		3. XIV.	21.
XX.		4. III.	53.	XII.		14. XVIII.	12.
XXXVI.		7. XI.	12.	XIV.		1. III.	29.
XXXIX.		6. XII.	9.	XV.		14. III.	29.
XL.	7,8,9.	III.	56.			IV.	67.
XLIX.		2. XII.	9.	XIX.		23. VI.	10.
		3. XI.	12.	XXXI.	5,6,7.	II.	10.
		21. XIX.	23.			26. II.	10.
L.	10,11,					VIII.	7.
		12. III.	39.			29. II.	10.
		21. XIX.	23.	XXXIX.		12. XIX.	15.
LI.		6. III.	9.	XL.		20. XIX.	15.
		8. IX.	3.	XLII.		8. III.	50.
LXVIII.		24. XV.	12.			11. I.	35.
LXIX.		23. XV.	10.	PROVERBIA.			
LXXVIII.		23. XVIII.	11.	III.		18. IV.	49.
LXXX.		1. V.	12.	VIII.		10. VI.	15.
LXXXII.		6. XI.	12.	XX.		4. XIX.	10.
XC.	9,10.	XVIII.	6.			26. IV.	28.
XCI.		13. IV.	25.	XXXI.		30. XI.	15.
		VI.	14.	CANTICUM.			
XCII.		4. VI.	12.	I.		3. III.	11.
CIV.		14. XV.	10.	VI.		8. VI.	38.
CV.		22. III.	7.	VII.		11. V.	27.
CXVI.		9. IX.	2.	VIII.		5. IV.	48.
CXXXII.		13. XX.	8.	ECCLESIASTES.			
CXXXIII.		3. X.	7.	V.		8. V.	11.
J O B.				VII.		29. IV.	35.
I.		5. I.	17.	XII.		7. IV.	32.
1.		5. III.	50.				
VI.	9,10.	III.	61.				



LOCORUM SCRIPTURÆ. 719

Cap.	Verf.	Exerc.	Th.	Cap.	Verf.	Exerc.	Th.
	E S D R A S.			XXIII.	35. V.		33.
IV.	54, 55.	IV.	21.	XXV.	52. XIX.		21.
IX.	1. XI.		15.	M A R C U S.			
	T O B I A S.			VII.	26. XXIII.		22.
V.	16. I.		4.	L U C A S.			
	J U D I T H.			X.	18. XI.		17.
VIII.	2. I.		4.	XII.	58. II.		5.
	E C C L E S I A S T I C U S.			XIII.	28. III.		61.
XIV.	15. IX.		10.	XVI.	23. III.		61.
XXIV.	34, 35. IV.		42.	XX.	30. XI.		6.
	B A R U C H.			XXII.	29. I.		21.
III.	26. XI.		18,	XXIV.	39. XI.		8.
			26.	XXIII.	43. IV.		43.
	27. XI.		2.	J O H A N N E S.			
	M A T T H Œ U S.			III.	5. XVIII.		34.
III.	4. XV.		24.		21. III.		20.
	7. III.		27.		33. III.		52.
	11. III.		54.	V.	19. IV.		14.
V.	24. V.		22.	VIII.	I, &c. III.		13.
VIII.	11, 12. III.		61.		25. III.		12.
XIII.	38. III.		27.		31. I.		26.
	17. XIV.		25.		44. IV.		58.
XV.	3, 6. III.		52.		XI.		10.
	22. XXIII.		22.		58. III.		12.
XIX.	7, 9. VII.		3.	A C T A A P O S T O L O R U M.			
	4, 5, 6. I.		12.	II.	4. III.		54.
	28. XIX.		2.	II.	9. XXIII.		41.

Cap.	Verf.	Exerc.	Th.	Cap.	Verf.	Exerc.	Th.
	29. I.		6.		14. XIX.		21.
	36. I.		21.	XIV.	6. XV.		14.
III.	21. XIX.		2.	XVI.	20. III.		28.
VII.	2,3,4. XXIII.		45.	I. AD CORINTHIOS.			
	8. I.		2.	I.	21. III.		38.
	16. I.		35.	II.	9. X.		9.
	III.		60.		13. XVI.		5.
VIII.	58. III.		12.	III.	9. V.		11.
XVII.	18. XIX.		2.		21,22,		
	26. IV.		38.		23. XIX.		25.
	XIX.		13.	IV.	15. I.		16.
EPIST. AD ROMANOS.				VII.	9,10. I.		11.
					17. I.		8.
II.	14,15. IV.		36.	VIII.	9,13. XV.		14.
III.	25. III.		48.	IX.	13. XV.		21.
IV.	11. III.		44.	X.	6. XVII.		34.
	16,22,			XI.	3. IV.		58.
	23,24. III.		49.	XII.	4,8,		
	18,19. III.		37.		9. XVI.		8.
V.	13. III.		45.	XV.	44. IV.		17.
	13,14. IV.		38.		50. IX.		7.
VI.	14. III.		47.		56. IV.		67.
	20. III.		26.	II. AD CORINTHIOS.			
VII.	10. IV.		67.	IV.	2. III.		16.
VIII.	19,20. XIX.		7.	VI.	14. XI.		15.
	29. I.		21.	XII.	2,4. IX.		10.
IX.	8. III.		27.		4. IV.		43.
XI.	26. I.		22.	AD GALATAS.			
XII.	6,7,8. XVI.		8.	III.	8. III.		23.
XIII.	1,3,4. II.		2.	IV.	24,27. III.		47.
	9. XIX.		19.		26. III.		49.

LOCORUM SCRIPTURÆ 721

Cap.	Verf.	Exerc.	Th.	Cap.	Verf.	Exerc.	Th.
<b>AD EPHESIOS.</b>						III.	61.
I.	7.	III.	48.		11. I.		22.
	22, 23.	I.	21.		III.		28.
III.	9, 10.	VI.	37.	III.	14. III.		29.
	11.	IV.	14.	IV.	2, 5. XVIII.		41.
IV.	23.	IV.	35.		3, 4. III.		58.
	26.	VI.	17.	V.	12. III.		16.
V.	2.	XIX.	3.	VII.	4. III.		52.
	18.	VI.	16.		4. I.		2.
<b>AD COLOSSENSES.</b>					16. IV.		13.
I.	8.	I.	21.	VIII.	26. I.		21.
	14.	III.	48.		6. III.		48.
	15, 16.	I.	16, 21.	X.	13. IV.		67.
	24.	III.	31.	XI.	14. I.		21.
II.	11.	III.	36.		39. III.		37.
	22, 23.	III.	52.		III.		31, 37,
III.	11.	XX.	10.		III.		38, &c.
<b>I. AD THESSALONIC.</b>					3. III.		38.
IV.	15.	IX.	7.		4. V.		22, 23.
V.	19.	III.	54.		5. IX.		2, 5, 12.
<b>I. AD TIMOTHEUM.</b>					III.		40.
II.	14.	IV.	64.		7. III.		44.
<b>II. AD TIMOTHEUM.</b>					7, 8. III.		52.
III.	6.	XII.	9.		8-20. III.		42.
<b>AD HEBRÆOS.</b>					9. VI.		10.
I.	3.	I.	21.		10, 11. V.		12.
	6.	I.	21.		10, 14. III.		61.
II.	10.	I.	21.		20, 21.		
					22. III.		43.
					37. XV.		24.
					39. XIV.		25.
					39, 40. III.		48.

Yyyy

Cap.	Verf.	Exerc.	Th.	Cap.	Verf.	Exerc.	Th.
XII.	16.	I.	19.		4.	XI.	12.
	18, 19.	III.	15.		5.	III.	7.
	20.	II.	11.			XVIII.	23.
	23.	III.	61.	III.	7, 10.	XIX.	2.
	24.	V.	34.			XVIII.	22.
XIII.	10.	XIX.	5.		9.	XVIII.	5.
	16.	IX.	2.				
EPISTOLA JACOBI.				I. JOHANNIS.			
II.	26.	IV.	29.	III.	10.	III.	27.
				V.	6.	III.	21.
I. P E T R I.				J U D E.			
II.	20.	III.	12.		6.	XI.	10.
III.	18, 19.	XVIII.	45.		8, 11.	II.	2.
	19, 20.	XVIII.	34.		14.	III.	7.
	20.	XII.	8.		14, 15.	III.	34.
		XVII.	23.	A P O C A L Y P S I S.			
			24.	I.	5.	I.	21.
IV.	45.	III.	34.	X.	1.	XIX.	25.
II. P E T R I.				XIII.	10.	XIX.	21.
II.	15.	VIII.	3.	XII.	9.	IV.	58.

# I N D E X A U T H O R U M

Tum Ecclesiasticorum tum Profanorum,

Qui citantur, laudantur, notantur, vel  
explicantur.

Numerus major seu Romanus Exercitationem,  
minor Theſin notat.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                         |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                         |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p style="text-align: center;">A.</p> <p>Abarbanel II. 13. III. 25. IV. 7.<br/>XIV. 5. 12. 17. XV. 8. XVI.<br/>4. 14. XIX. 17.</p> <p>Abenezra I. 16. 19. 27. II. 5.<br/>9. II. 13. IV. 11. 13. 39. IV.<br/>28. V. 17. 19. 23. 28. 31. 35.<br/>37. VI. 9. 12. 35. 36. 37. IX.<br/>5. XI. 11. 18. XII. 7. 15. 21.<br/>XV. 3. XVI. 27. XVII. 5. 6. 13.<br/>17. XVIII. 5. 7. 13. 30. XIX.<br/>6. 7. 9. 11. 30. XX. 4.</p> <p>Abramus XI. 25. XX. 2. XXI. 22.<br/>XXII. 20. XXIII. 19.</p> <p>Abraham Harophe XVI. 43.</p> <p>Abraham Zachut XXIII. 52.</p> | <p>Abul-Forajus XXIII. 48.</p> <p>Abu Muhammed Muſtaphi IV.<br/>71.</p> <p>Abulensis IV. 15. XV. 15. XVII. 16.</p> <p>Abydenus II. 2. XI. 18. 28.<br/>XII. 10. XVIII. 41. 42. XXI.<br/>9.</p> <p>Acha Filius Chaniqæ IV. 15.</p> <p>Acoſta (Joſephus) XVIII. 44.<br/>XIX. 33.</p> <p>Acufilaus XIV. 3.</p> <p>Ago XXI. 17.</p> <p>Adrichomius IV. 16. V. 31. XXI.<br/>10. XXIII. 38.</p> <p>Ælianus VI. 17. XVIII. 43.<br/>XIX. 15.</p> |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Yyyy 2

Æſchy-

Æschylus xxiii. 8.  
 Africanus (Julius) x. 4. xviii.  
 41.  
 Agatharchides xxiii. 51. 54.  
 Agellius l. 35. xvii. 12. 20.  
 xxiii. 52.  
 Agudda xviii. 28.  
 Ainsvoorth ii. 13.  
 A Lapide v. 23.  
 Alcamus xxiii. 23.  
 Alcorani Surata 31. viii.  
 2.  
 Alexander Polyhistor xii. 22.  
 xvii. 2. xviii. 42.  
 Alphonfus à Castro xvi.  
 10.  
 Altingius (Jacobus) xv.  
 18.  
 Alvarezius i. 33.  
 Amama ii. 13. v. 25.  
 Ambrosius l. l. 10. 25. iv. 8.  
 v. 19. 25. xv. 21. xvii. 7.  
 xviii. 18. 20. 37. xix. 10.  
26.  
 Ammianus Marcellinus xxiii.  
28. 29. 49.  
 Ammonius xvi. 3.  
 Anastasius xiii. 5.  
 Anastasius Sinaitæ xiii. 21.  
 Angelus Kocha à Camerino  
 xvi. 37.  
 Annius Viterbiensis xvii. 21.  
23. xvi. 37.

Anthoninus xiii. 19.  
 Apollodorus xi. 18. xvii. 2.  
 xviii. 41. xix. 32.  
 Apollonius Rhodius viii. 4.  
 Apſtolicæ Canones iii. 6.  
 Apulejus vi. 13.  
 Aquiba l. 35.  
 Aquila Ponticus v. 30. vi. 28.  
 xii. 16. 19. xii. 9. xviii.  
 11.  
 Arabs Interpres l. 35. iv. 30.  
 xii. 16. xvii. 3. xviii. 28.  
 xxi. 8. 14.  
 Arianus vi. 20. xvii. 3. xxiii.  
50.  
 Arias Montanus l. 35. xvi.  
23. xvii. 15. xxii. 15. xxiii.  
2. 9. 46.  
 Aristides xxiii. 7.  
 Aristophanes i. 33.  
 Aristoteles i. 14. 24. 25.  
31. 33. ii. 2. 4. 6. 8. 11.  
 iv. 65. vi. 2. 17. xi. 9.  
 xiv. 26. xv. 26. xvi. 2.  
5. 6. 18. xix. 16. xxiii.  
14.  
 Armellinus xviii. 11.  
 Athenæus l. ii. vi. 13. 17.  
 xiv. 3.  
 Athenagoras vi. 4.  
 Avenarius xvi. 18.  
 Augustinus l. 25. ii. 4. 13.  
 17. iv. 3. 33. 49. 56. 57.

70. 82. v. 25. 42. VI. 2.  
 21. 26. x. 3. XI. 3. 13.  
 18. XIII. 4. 18. 19. 26.  
 XIV. 4. 5. 6. 10. XVI. 13.  
 22. 27. 28. 36. XVII. 7.  
 8. 25. 28. XVIII. 7. 36.  
 41. XIX. 19. XX. 1. 5. XXI.  
 12. 18. XXII. 12.

Augustinus Carata XVIII. 44.

Augustinus Pontheus XVI.  
 41.

Avicenna VI. 20. XIX. 13.

Aureolus XI. 8.

Author Speculi ardentis IV.  
 38.

Author Recognitionum XVI.  
 18.

## B.

Baal Hathurim IV. 2. 3. IX. 1.  
 XVI. 15. XVIII. 23. 27.

Babyc IX. 5.

Bangius XVI. 35.

Baronius VI. 16. XIII. 5.

Baruphas IV. 48. 65.

Basilius IV. 42. 57. XV. 8. XIX.  
 1.

Bechai XIX. 17.

Beda XIII. 10.

Beidavi V. 8. IX. 1.

Bellarminus I. 8. IV. 63. V. 14.  
 XVIII. 31.

Bellonius XV. 10. XIX. 15.

Benjamin Tudelensis I. 6. XXIII.

41.

Bereſith Rabba I. 19. II. 6.

IV. 19. V. 34. VI. 21. VIII.

I. IX. 3. XI. 27. XIV. 12.

XV. 3. XVIII. 27. 31. XIX.

17.

Beroaldus XXIII. 2. 12. 15.

19.

Berofus Chaldæus II. 2. XI. 28.

XVIII. 41. 42.

Berofus Annjanus V. 44. XI.

18.

Bertramus (Cornelius Bona-

ventura) II. 5. III. 59.

Beverovicus XIII. 10. XIV.

20.

Beza XI. 10. XVIII. 34. XIX.

15.

Bibliander XXIII. 9.

Biel II. 13.

Bochartus IV. 38. VI. 10. 33.

IX. 1. XII. 9. XV. 5. 9.

XVI. 14. 15. 26. XVIII. 28.

29. 31. 43. XIX. 15. XXI.

6. 14. 22. XXIII. 2. 7. 8.

9. 12. 14. 15. 19. 20. 25.

27. 28. 29. 36. 38. 46.

54.

Bodius XIX. 15.

Bœclerus XIX. 19.

Boëthius IV. 60.

Bonfrerius I. 35. V. 31. IX. 9.

XVII. II. XXI. 1. 4. 12.

Y y y 3

Bona-

Bonaventura xi. 8.

Bonaventura Hephurnus xvi.  
18.

Bolducus ii. 8. xi. 21. 19.

Boxhornius xvi. 18.

Brewodius xxii. 17.

Breviarium Romanum iv. 6.

Brocardus iv. 16. 42.

Brodæus xv. 10.

Broughthonus xxiii. 2. 8. 14.  
15.Buxtorfius (Pater) ii. 13. iii.  
59. iv. 38. ix. 1. xix. 9.Buxtorfius (Filius) xvi. 4. 13.  
18. 43. xviii. 3. xxi. 22.

Budæus i. 34.

Burgensis ii. 14. xi. 17. xiv.  
12.

Buteo xvii. 15. 18.

Bullingerus xxi. 26.

## C.

Cabalistæ iv. 72.

Callimachus iv. 76.

Cappadox xxiii. 12.

Capellus (Jacobus) vi. 31. 32.  
34. ix. 5. xii. 24. xiii. 26.xv. 5. 9. xvii. 8. ii. xxi.  
6.Capellus (Ludovicus) v. 30. vi.  
35. xi. 10. xviii. 28.

Cassanio xi. 18.

Camdenus xxiii. 4.

Cartesius i. 4. 55.

Catharinus v. 29.

Cajetanus iv. 22. 41. 58. xv. 4.  
xvii. 15. xviii. 15. xix.  
29.Carthaginense Concilium iii.  
6.

Cassiodorus xiii. 5.

Calvinus ii. 13. iv. 63. xv. 5.  
14. 18. xix. 23. xx. 2.Casaubonus (Isacus) xiii. 4.  
xvi. 18. xxi. 20. xxii. 19.  
46.Casaubonus (Mericus) v. 7. xvi.  
18. xxi. 20. 22.

Cartanus xiv. 20. xix. 29.

Cardinalis S. Crucis xiii. 19.

Carthusianus ii. 13. v. 30. xv.  
4.

Callistenes xii. 10.

Cassianus xi. 13. 18.

Calanus Indus iv. 80.

Cedrenus ii. 2. v. 7. vi. 28. xviii.  
41. xxiii. 15.

Censorinus iv. 76. xviii. 42.

Chalcondylas xxiii. 8.

Chanina xiv. 12.

Chamierus ii. 13.

Chronicon Alexandrinum xi.  
18. xxiii. 2. ii. 19. 32. 36.Chrysofomus i. 25. iv. 70. v.  
27. xv. 25. vi. 36. x. 7. xi.4. 18. xvi. 10. 23. xvii. 25.  
xix. 5. xx. 2. 3. &c.

Chry-



- Chrysoſtomus Javellus XIX.  
 29.  
 Cicero II. 2. III. 6. XIV. 14.  
 XVI. 7.  
 Clemens Alex. X. 3. 7. XIII. 1.  
 23.  
 Clavius XVIII. 15.  
 Cloppenburgius XI. 9.  
 Cluverius XI. 14. 29.  
 Clusen XV. 4.  
 Coccejus (Johannes) III. 25.  
 59. IV. 46. 56. V. 25. XIII.  
 18. XV. 5. 9.  
 Coccius III. 3.  
 Columbus XVIII. 38.  
 Columella XVIII. 32.  
 Conſtantine Manaffeſ XVII. 23.  
 XXI. 5. 10.  
 Collator vetus legum Moſis &  
 Romanorum I. 4.  
 Concilium Toletanum quar-  
 tum II. 3.  
 Concilium Tridentinum XIII.  
 19.  
 Cœlius Rhodiginus XV. 14.  
 Cominæus XIX. 20.  
 Columbus I. 33.  
 Contius XIII. 5.  
 Coſſi Liber IV. 73. V. 38. VI.  
 4. XVI. 8. 23.  
 Cozæus II. 5. 8.  
 Cratylus XVI. 3.  
 Cruciger XXI. 21.
- Cteſias XIX. 15.  
 Curtius IV. 21. XV. 15. XVI.  
 40.  
 Cujacius I. 14.  
 Curcellæus XV. I. 3.  
 Cyprianus X. 3. XI. 8.  
 Cyrillus I. II. II. 19. IV. 8. 15.  
 V. 23. XI. 8. 13. 18. 23. XX.  
 2. XXI. 18.  
 Cyrillus Lucaris XIII. 14.  
 D.  
 Damascenus (Nicolaus) II. 3.  
 XVII. 2.  
 Daſſires XVIII. 43.  
 Danhaverus XV. 5.  
 David Ganz XII. 23. XIV. 5.  
 XXI. 3.  
 Davieſius XVI. 18.  
 De Dieu (Ludovicus) IV. 30.  
 XV. 10. XVII. 6.  
 Delrio IX. 10. XV. 10.  
 Demetrius Phalereus XIII.  
 23.  
 Demetrius Abderita IV. 76.  
 Demetrius Hiſtoricus XV. 22.  
 Demotheſes XII. 22.  
 Deodatus II. 13. XIX. 15.  
 Dicæarchus Peripateticus IV.  
 80.  
 Didymus IV. 65.  
 Dio Caſſius XXI. 7. XXIII. 15.  
 Diodorus Siculus I. 32. IV. 80.  
 V. 42. VI. 19. VIII. 4. XII.

10. XXIII. 4. XIV. 5. XVI.  
40. XVIII. 40. XXIII. 55.  
 Diodorus Tharsensis XXI. 15.  
 Dionysius Halicarnassens III. 6.  
 XII. 1.  
 Dionysius Periegetes XXIII.  
 50.  
 Dominicus de Soto xv. 4.  
 Drusus v. 6. VI. 4. IX. I. 6. 8.  
 x. 4. XI. 6. XVIII. 43.  
 Durandus I. 11.  
 E.  
 Echellenfis III. 25.  
 Elias Levita III. 59. XII. 14.  
 Elias ben Mose II. 13.  
 Eliezer I. 15. 8. II. 5. IV. 7. 58.  
63. 71. 72. v. 32. 37. XI. 2.  
 3. XII. 3. XVII. 27. XVIII.  
 30.  
 Elmacinus III. 5. IV. 73. VI. 6.  
30. 32. 34.  
 Empedocles XI. 7. XIX. 17. 13.  
 Enjedinus XXI. 18.  
 Ephodæus XVI. 4. 9.  
 Ephorus XIV. 7.  
 Ephrem Syrus IV. 40. 65. VI.  
15.  
 Epigenes XXI. 14.  
 Epiphanius I. 6. IV. 15. v. 5.  
VI. 36. x. 9. XIII. 4. XXII. 10.  
 XXIII. 2. 8. 9.  
 Erasmus VI. 33.  
 Eratosthenes XXIII. 24. 53.  
 Erpenius XVI. 23. 26. 27. 28.  
 Erythræa Sibylla XVII. 23.  
 Eugubinus IV. 19. 41. 58. IX. 2.  
 XVIII. 12.  
 Eunomius XVI. 7.  
 Eupolemus VI. 33. XIII. 12. 23.  
 XVI. 39. XXIII. 19. 22.  
 Euripides I. 14. XIX. 18.  
 Euryfus Pythagoræus IV. 78.  
 Eulebius Parnophilus II. 2. IV.  
77. 79. 80. v. 9. 26. 33.  
 IX. I. XI. 18. XII. 10. XIII.  
3. 10. XIV. 3. XVI. 23. XVII.  
21. XVIII. 41. 42. XXIII. 8.  
9. 11. 13. 15. 16. 19. 22. 26.  
28. 32.  
 Eustathius XVIII. 25. 41. XXI.  
16. XXIII. 5. 9.  
 Eutyichus Alexandrinus. *Vide*  
 Patricides.  
 F.  
 Fagius II. 13. IV. 28.  
 Fasti Siculi XX. 3.  
 Faustus Rhegienfis v. 23.  
 Feldenus I. 27.  
 Festus I. 8.  
 Festus Pompejus XII. 22.  
 Feuarentius IX. 8. XI. 8.  
 Filefacus II. 8.  
 Firmicus Maternus IV. 75.  
 Flamelius (Nicolaus) III. 59.  
 Flaminus Nobilius XIII. 6.  
 Franciscus Philolphus XVIII. 15.

Franciscus de S. Victoria xv. 4.  
 Freinshemius xiv. 15.  
 Fullerus iv. 65. xii. 9. xvi.  
24. 26. xviii. 3. xx. 8. xxi.  
6.

## G.

- Gabriel Sionita xxiii. 48.
- Galenus x1.7.
- Gaffarellus xv. 22.
- Galilæus de Galilæis iv. 21.
- Garcilaffo de la Vega xxii. 15.
- Gassendus xiv. 1. xvi. 38.
- Gauricus xiii. 2.
- Gaza iv. 65.
- Gedalia xvi. 13. 23.
- Gemara Babylonia 1.8.12.13.  
29. III.58.
- Geminus xii. 15.
- Genebrardus ii. 8. iv. 41.69.  
 vi. 21. xii. 22.
- Gennadius iv.69.
- Georgius Syncellus Tarasii x.  
9. xii. 10. xiii. 9. 3.
- Gieuharis xi. 16. xvii. 14.
- Giggejus vi. 26.
- Glossa Ordinaria v. 30.
- Glycas xxi. 5. 10.
- Golius (Jacobus) xvii. 6.
- Gomarus xviii. 3.
- Gonzages de Salas xviii. 23.
- Goropius Becanus v. 7. xi. 19.  
 xvi. 11. xxii. 20. xxiii.  
12.

Gratianus xx. 2.  
 Gregorius Nazianzenus v. 12.  
 xviii. 34.  
 Gregorius Nyffenus xvi. 5. 6.  
 Gregorius Turonensis xiii. 5.  
 Grotius 1.10.12.27.11.5.8.  
11.12.17.111.59. v. 14.19.  
20.28.43. vi. 38. vii. 2.7.  
 xiv. 18. xv. 25. xvi. 11.14.  
xviii.4. xix. 19.20.21.22.  
 xxii. 20. xxiii. 9.46.

Guevara xvi. 13.  
 Guichartus xvi. 18.

## H.

Haitho Armen. xxi. 7.  
 Hebræi 1.10.12.19.23.29.35.  
 ii. 6.9.13.14.111.11.25.  
 iv. 6.40. v. 5.22.33.vi.14.  
27. vii. 2. ix. 5. xi. 27. xv.  
8. xxi. 17.  
 Hecatæus xiv. 3. xv. 14.  
 Hegesippus iv. 42.  
 Heinsius 1.26.11.4. iv. 64. xi.  
10. xvi. 18.  
 Heliodorus xviii. 41. 1.32.  
 Heraclides xxiii. 7.  
 Hermogenes vi. 17.33.  
 Herrera xviii. 44.  
 Hesiodus iv. 76.80. xiv. 4.  
 xviii. 41.42. xix. 16.  
 Hefychius 1.4.15.1v.2.x1.21.  
 xii. 9. xvi. 23.40. xvii. 2.  
 io. xviii. 17.41. xxiii. 4.

Herodotus 1.1 I. XVI. 12. XVIII.

41. XIX. 15. XXI. 16. 17.

XXIII. 5. 7. 28.

Hesitæus Milesius XIV. 3. XXII.

II.

Hieronymus I. 15. 19. 34. IV.

4. 72. V. 2. 31. VI. 3. 32. 35.

VIII. 7. XIII. 7. XV. 11. XVI.

13. 43. XVIII. 19. 38. XX. 2.

XXI. 17. XXIII. 8. 9. 11. 12.

13. 15. 21. 23. 27. 28. 30. 38.

39. 40.

Hieronymus Ægyptius XVIII.

42.

Hierosolymitanus Interpres

XXI. 8. XXIII. 31. 36. 46.

Hippolytus XIII. 5.

Hiscuni IX. 5.

Homerus I. 33. 35. IV. 79. V.

11. XVIII. 42. XXIII. 10. 12.

13. 45.

Honorius Augustodunenſis

XIII. 4.

Horatius IV. 78. VI. 17.

Hortius (Georgius) XXII.

20.

Hottingerus V. 31. IX. L. X. 5. 7.

XV. 5. XVI. 17. 19. 38. XXI.

21. XXIII. 48.

Hugo de S. Victore XVII.

15.

Hyginus XVIII. 43.

Hypſicrates XIV. 3.

I.

Jalkut IX. I.

Janſenius II. 13. XXI. 18.

Jarchi (Rabbi Solomon) L. 8.

9. 19. 27. 34. 11. 5. 6. 7. 10.

13. III. 53. IV. 26. 30. 34. 61.

70. V. 2. 16. 37. VI. 8. 35. 36.

39. VII. 1. IX. 3. XI. 11. 18.

XII. 7. XV. 3. XVI. 24. XVII.

11. 13. 25. 27. XVIII. 4. 5.

27. XIX. 7. 9. 17.

Ibn-Maruph XI. 16.

Ibn-Sina V. 30.

Ibn-Sora IV. 15.

Idacius XIII. 5.

Jetzira IV. 72.

Jevamoth L. 8.

Jochanan IV. 12. V. 33.

Jochanan ben Baruka 1. 8.

Jonathan Paraphraſtes L. 15.

11. 5. IV. 30. IX. 5. XII. 22.

XVI. 2. 13. XX. 2. XXI. 8.

XXIII. 9. 15. 36.

Jornandes XXIII. 18.

Joſephus L. 32. 34. II. 17.

18. III. 25. 60. IV. 2. 15.

16. 23. 40. 57. V. 9. 36.

44. 45. VI. 4. 18. IX. 8. X.

7. XI. 19. 24. XII. 3. 22.

XIII. 16. XIV. 3. XVI. 23.

37. XVII. 11. 25. XVIII. 5. 23.

25. XIX. 3. 17. XXI. 4. 8. 10.

XXII. 14. XXIII. 8. 9. 11. 12.

13.

13. 14. 19. 21. 23. 25. 27. 30.  
33. 38. 46. 49.  
Josephus ben' Gorion xviii.  
24.  
Josephus Albo xv. 3.  
Josephus Karus xv. 22.  
Josi (Rabbi) v. 4.  
Irenæus ix. 8. 11. x. 3. xiv.  
14.  
Isidorus xvi. 39. xxiii. 9. 12.  
13. 16.  
Isidori Glossa ix. L  
Isidorus Pelusiota xix. 19.  
Isidorus Hispalensis xiii. 5.  
Isocrates i. 33.  
Juda Hallevi xvi. 4.  
Juchasin iv. 73. vi. 30. xi. 3.  
xxiii. 12.  
Julianus Toletanus xiii. 21.  
Junius (Franciscus) v. 6. 39.  
vi. 9. 36. x. 9. xvii. 3. xxiii.  
36.  
Junius (Hadrianus) xvii. 3.  
Jus Civile L. 29.  
Justinianus xiv. 10. xix. 20.  
Justinus v. 3. xviii. 41. xxi.  
15. 16. xxiii. 1.  
Justinus Martyr v. 14. ix. 8. 11.  
xv. 11. xvii. 25.  
Juvenalis i. 32. iv. 78.

K.

Karæi 11. 13.  
Keslæus v. 8.

Kimchi (David) 11: 3. III. 13.  
vi. 18. xvi. 19. vii. 4. xii.  
14. xv. 8. xx. 2.  
Kimchi (Abraham) III. 13. vii.  
4.  
Kircherius (Athanasius) iv. 38.  
72. x. 4. xvi. 38. 43.  
Krantzius vi. 17.

L.

Laëtantius x. 3. xiv. 6. 21.  
xviii. 5. xxiii. 11.  
Laërtius xiii. 19. xv. 14. xvi.  
11. xix. 1. xviii. 42.  
Lamphaus xvi. 18.  
Langius (Guilhelmus) xi. 12.  
28. xii. 22. xvi. 18. xviii.  
9.  
Latus xvi. 41. xxii. 20.  
Levi Ben Gerson L. 35. v. 22.  
xiv. 15.  
Levi Barzelonita L. 8.  
Lauretius xii. 12.  
L'Empereur 11. 13.  
Liber Mysteriorum Coeli &  
terræ Æthiopicus x. 5.  
Lindanus xviii. 5.  
Lipomannus vi. 21.  
Lipsius x. 21.  
Livius L. 37. 11. 19. III. 6.  
xii. 22. xviii. 38. xxiii.  
9.  
Lucanus xvi. 40. xviii. 42.  
Lucianus xvii. 2.

Lucidus xxiii. 2.  
 Lupus Gomara xviii. 44.  
 Lutherus iv. 63. v. 23. xi. 16.  
 Lyranus ii. 11. 13. iv. 15. xiv. 17. xv. 4. xx. 5.  
 Lyfander xvi. 18.  
 M.  
 Macrobius l. 32. iii. 6. xii. 15.  
 Magius (Hieronymus) iv. 21. xi. 18.  
 Maimonides l. 8. 10. 12. 23. 29. ii. 7. 8. 9. 13. iii. 5. 25. iv. 82. 5. 12. 19. 35. 58. v. 3. 31. 43. vi. 4. vii. 2. viii. 4. 6. 7. xiii. 19. xiv. 12. 15. xv. 22. xvi. 10. xx. 2. xxi. 8.  
 Malvenda xiii. 5. xviii. 31.  
 Manahemus Ricinensis x. 4.  
 Manethon xiv. 3.  
 Manilius vi. 13.  
 Marcellinus Comes xiii. 5.  
 Marcianus xxiii. 41.  
 Marcus Anthoninus Imperator xix. 1.  
 Marefius xv. 13. xviii. 11.  
 Marius xviii. 28.  
 Martialis xvii. 3.  
 Martianus Capella vi. 17.  
 Martinus Martinus xvi. 18. xxi. 9. xviii. 44.

Martyr (Petrus) l. 33. xv. 5.  
 Martyr ab Angleria xvii. 4.  
 Martyrologium Romanum xiii. 21.  
 Mafius (Andreas) l. 35. xxiii. 38.  
 Maforethæ v. 25.  
 Matthæus Lunensis xvi. 35.  
 Mechlinius xviii. 11.  
 Menaffè ben Israël iv. 19. 40. ix. 5. xv. 3. xix. 9.  
 Mendefius de Pinto iv. 38.  
 Meor Enaym xii. 23.  
 Mercerus ii. 13. vi. 36. xi. 11. xii. 9. xvi. 9. xxiii. 46.  
 Mersennus xv. 8. 12. xvi. 9.  
 Methodius Martyr v. 3.  
 Mexa (Petrus) xiv. 20.  
 Midras Tillim iv. 34. vi. 14.  
 Midras Koheleth iv. 68.  
 Molo Apollonius xiv. 3. xviii. 42.  
 Moncæjus Fridevalianus xv. 22.  
 Morinus v. 30. xiii. 18. 19. 20. xxii. 8.  
 Mofes Gerundenfis xvi. 24.  
 Mofes Hadarfchan xi. 27. xvi. 24.

Munsterus xvii. 3.  
 Musæus l. 14.  
 Musculus xv. 5.  
 N.  
 Nachmanides xiv. 12. 17.  
 xviii. 3. xix. 7. xxiii. 38.  
 Nathan R. l. 15.  
 Nazianzenus xi. 8.  
 Niccephorus xiii. 4.  
 Niffim R. xiv. 17.  
 Nitzachon iv. 33.  
 Nonnus xxiii. 45.  
 Nubienfis Geographus xxiii.  
5. 23.

## O.

Obadias Bartenorius l. 8.  
 Olaus Magnus l. 33.  
 Oleaster xviii. 12.  
 Onkelofus l. 27. 34. 35. III.  
25. IV. 30. v. 26. 30. 34. VI.  
4. 9. 12. 18. 27. 35. IX. 5.  
 XI. 16. XIII. 15. XVI. 2. XVII.  
5. XVIII. 3. 5. XI. 25. XIX. 6.  
 XX. 2. 7. XXI. 6. XXIII. 15.  
 Oppianus xix. 14.  
 Origenes iv. 69. 72. v. 9. 30. x.  
3. 5. XVI. 13. 23. XXVII. 8.  
15. XIX. L.  
 Ovidius iv. 76. 80. XVIII. 42.  
38. XIX. IO.

## P.

Pagninus v. 6.  
 Paracelfus iv. 38. XXII. 16.

Paræus iv. 65. xv. 5.  
 Patenit Sacerdos xxiii. l.  
 Patricides v. 5. 32. 33. 37. 40.  
 VI. 4. 6. 8. XI. 6. 8. 13. 18.  
 XI. 25. XXI. 5.  
 Pausanias vi. 13. XVIII. 41. XXII.  
13. XXIII. 13.  
 Peireskius xvi. 38.  
 Pererius iv. 41. 72. v. 27. xi. 8.  
 XIV. 19. xv. 4. XVII. 16. XVIII.  
19. XXI. 4. 11. 19. XXIII. 2.  
 Perronius Cardinalis iv. 29.  
 Perfius l. 29.  
 Petavius iv. 15. xi. 8. XII. 4. 12.  
22. XIII. 26. XVIII. 9. XXII.  
12.  
 Petitus xvi. 35.  
 Petrus Aliacus xviii. II.  
 Peyrierius iv. 38. XVIII. 21. XIX.  
15. XXII. 16.  
 Pherecydes Syrus iv. 82.  
 Philastrius xvi. IO. XXII. 9.  
 Philo Judæus l. l. 11. 7. III. 25.  
51. IV. 7. IO. 17. 21. 24. 25.  
26. 28. 40. 50. 51. v. 9. 19.  
 VI. 35. 39. x. 7. XI. 3. 8. 19.  
 XVII. 11. 27. XVIII. 5. XIX.  
 L. XXI. 23. 25. XXIII. 19.  
 Philo Hypobolimæus VIII. 2.  
 Philo Biblius iv. 75. XXIII. 22.  
 Philostorgius xxiii. 12.  
 Philostratus xvii. 28.  
 Phocas (Johannes) xvii. 28.

- Pindarus L. II. XIX. 19.  
 Piscator I L. 13. V. 6.  
 Platina VI. 16.  
 Plato IV. 51. 80. XVIII. 41. XIX. 18. 32.  
 Plautus III. 50. XIX. 28.  
 Plinius IV. 78. V. 19. XI. 22.  
 XII. 15. XIII. II. XIV. I. 10.  
 XVII. 3. 6. XIX. 28. XXIII.  
 IO. 13. 14. 24. 33. 35. 38.  
41. 46.  
 Plutarchus L. 33. 35. II. 19.  
 XIII. II. XV. IO. XVII. 4.  
 XVIII. 43. 41. 15. XIX. 32.  
14. XXIII. 7.  
 Pocokius V. 32. XXIII. 48.  
 Pollux I. 8. 33. 35.  
 Polybius XVIII. 38.  
 Polyenus XXI. 9.  
 Pomponius Mela XVI. 40.  
 XXIII. II. 19.  
 Porphyrius V. 20 XV. 23.  
 Posidonius I. 25. XXIII. 14.  
45.  
 Postellus XVI. 9. 18.  
 Procopius L. II. IV. 2. 48. IX.  
8. XX. 4. 5. XXIII. 13.  
 Prodicus Chius VIII. 4.  
 Prosper XIII. 5.  
 Pseudo-Gorionides XXIII. 3.  
7.  
 Pseud-Uzielides V. 30. 3 L. VI. 4.  
 Ptolemæus V. 44. XIV. 16.

XXIII. II. 23. 26. 28. 29. 35.

38. 41. 46. 48. 50. 52. 53.  
R.

Raymundus (Martinus) IV. 34.  
68.

Reginaldus Scotus XI. 9.

Richardus XI. 8.

Rivetus II. 13. XI. 9. XV. 5.  
19.

Rupertus Retenenfis VIII. 2.

Rupertus Tuitienfis IV. 5.  
S.

Saadias Interpres Arabs I. 19.  
VI. 4.

Sabellicus XIV. 4.

Salianus IV. 16. VI. 9. 28. 32.  
 IX. 5. XVIII. 14. XX. 2. XXII.  
6. XXIII. 32. 33. 44. 46.

Sallustius I. 33.

Salmastius IV. 38. VI. IO. XII. IO.  
 XIV. 16. XVIII. 41.

Samaritanus Interpres IV. 72.  
 V. 30. XIII. 9.

Sanchoniaton IV. 38. 75.

Sanderus III. 3.

Scaliger (Julius Cæsar) XIV. 20.  
17. XV. IO. XVI. 2. XIX. 13.  
 XXI. 19.

Scaliger (Josephus) I. 12. 31.

II. 2. III. 51. IV. 15. VI. 4.

13. X. 4. 6. 8. XI. IO. XII. 5.

6. 7. &c. XIII. 3. 9. XIV. I.

XVI. 12. 41. XVIII. 5. 9. XX. 4.

Schal-



- Schalfcheleth Hakabala x x I L,  
3.  
 Schem Tof x I, 3.  
 Schikhardus I L, 8, v. 8.  
 Schindlerus I L, 8, x I I, 9, x V I.  
17.  
 Scholiastes vetus V I I L, 4.  
 Schotanus (Christianus) V I, 36.  
x v, 5.  
 Schroderus x v I, 35.  
 Scotus I V, 64.  
 Sebizius x v, 5.  
 Seder Olam I V, 73.  
 Seldenus L, 10, 12, 19, 11, 7.8.  
111, 51, 58, v. 5, 41, v I, 27.  
V I I, 2, X I, 11, X I I, 4, X V I.  
23.  
 Seneca xviii, 12, xix, 1, 18.  
28.  
 Septuaginta Interpretes L, 3, 4.  
5, 11, 19, 34, 11, 3, 5, 11.  
I V, 30, 39, v. 6, 25, 30, v I.  
28.4, 18.34, 35, ix, 5, x, 7, x I, 3.  
12, 16, 18, x I I I, 4, 5, 6, x I V.  
8, x v, 8, 21, x v I, 23, x v I I.  
2.4, 10, 11, 13, 17, 25, xviii.  
3, 5, 17, 28, 30, x I x, 9, 10.  
xxi, 8, xxii, 10, xxiii, 5, 10.  
12, 14, 15, 16, 19, 22.  
 Serrarius I, 35.  
 Servius v I, 11.  
 Severus Bituricensis x I I I, 5.  
 Sextus Empiricus v I I I, 4.  
 Sibyllæ x I V, 21, xviii, 24, xxi,  
21.  
 Simeon ben Lakifch x I V, 12.  
 Simonides x I x, 14.  
 Simplicius x I I, 10.  
 Sixtus Senensis v. 2, ix, 10, x.  
9, x I, 3, x v I, 10, xviii, 11.  
30.  
 Socrates x v I, 3.  
 Solinus Polyhistor v I, 10, x I V.  
16, x v, 10, xviii, 15, 41.  
 Sophocles 11, 2.  
 Sozomenus v I, 17.  
 Statius x v I I I, 41.  
 Stephanus L, 8, v I, 33, xxiii,  
22.  
 Stephanus Byzantinus xx I, 16.  
xxiii, 26.  
 Strabo I, 11, 32, 33, IV, 80, v I.  
20, xvii, 3, xxi, 7, xxiii, 7.  
10, 13, 19, 28, 35, 41, 43.  
46, 50.  
 Suidas I, 4, 34, IV, 39, 51, 52.  
v I, 12, 16, 17, 33, 46, x, 7.  
x I I, 9, x I V, L, x v, 8, x v I, 12.  
36, xvii, 2, xviii, 41, 43.  
x I x, 9, 27, xxiii, 15.  
 Sulpitius Severus IV, 40, x I, 3.  
xvii, 28, xxi, 1.  
 Symmachi versio Græca I v, 4.  
v, 30, x I, 11, xviii, 11.  
 Syrus Interpres L, 35, IV, 14, x I.  
16, 19, x I I, 9, xviii, 3, 28.

- T.  
Tacitus I. 26. 33. 11. 13. XII. 15.  
 XIV. 16. XXI. 15.  
Tanchuma v. 37. IX. L. XVI. 13.  
 XX. 5.  
Tatianus VI. 4. XI. 8. XII. L. XIV.  
 3. XVIII. 41.  
Tawafius L. 19. VI. 4.  
Temporarius XI. 17. XVII. 14.  
 18. 19. 20. 30. XVIII. 25.  
 26.  
Terentius I. 11.  
Tertullianus IV. 23. VII. 2. 8.  
 X. 3.  
Testamentum duodecim Pa-  
triarcharum X. 3.  
Thalmud Sanhedrin II. 11. IV.  
 12. 15. 21. V. 34. XV. 3. XIX.  
 9. Sebachim L. 9. Kus hasa-  
na L. 35. Ohol. XVIII. 11.  
Chagiga IX. L. Beracoth L.  
 20. Pefachim & Nedarim  
 XVI. 34. Arubin v. 3.  
Thargum Jonathanis IX. L.  
Thargum Hierosolymitanum  
 L. 15. 11. 5. 7. v. 30.  
Theocritus XXI. 16.  
Theodoretus IV. 48. v. 9. VI.  
 28. XI. 8. 18. XVI. 13. 27.  
 32. XVII. 25. XX. 2. XXIII.  
 5.  
Theodotio III. 53. v. 36. XXI.  
 16.  
Theodorus Heracleota IV. 70.  
Theophilus Antiochenus XIII.  
 5. 27.  
Theophanes XXIII. 48.  
Theophilus Alexandrinus XVIII.  
 41.  
Theophrastus XVI. 3. XVII.  
 31. XXI. 12. 50. 53.  
Theophylactus IV. 64.  
Thefcus Ambrosius XVI. 41.  
Thucydides XII. L. XVII. 3. XIX.  
 18.  
Tiberius Calaber XVII. 11.  
Tibullus III. 51.  
Torniellus L. 8. IV. 15. 41. XII.  
 11. XV. 10. XVIII. 14. XXI.  
 21. 22. 4. XXIII. 38.  
Tosephot IX. L.  
Toftatus IV. 16. XV. 4. XVIII.  
 31.  
Trebellius Pollio XVI. 11. 5.  
Turnebus XXIII. 2.  
Tzezes XI. 8. XVI. 44. XVII.  
 20. XVIII. 41.  
 V.  
Valentia v. 14.  
Valesius (Francifcus) XI. 3. 9.  
 23. XVIII. 6. XIX. 29.  
Valla XV. 8.  
Varro II. L. 51. XIV. 6.  
Vatablus VI. 27. XV. 4. XXII.  
 15. XXI. 29.  
Vaykra rabba IV. 34.

- Vegetius xvii. 4.  
 Verulamius iv. 20.  
 Victorinus xiii. 5.  
 Viegas ix. 9.  
 Villalpandus l. 35. xxiii. 12.  
 Villamontius iv. 42.  
 Virgilius iv. 78. xvii. 3.  
 Vitruvius xxi. 14. 15.  
 Vives xiii. 18. xviii. 5.  
 Ulugbegus xii. 15.  
 Voëtius (Gisbertus) xi. 9. xv.  
     5.  
 Voisin iv. 58.  
 Vopiscus l. 6.  
 Vorstius (Guilielmus Henricus)  
     xi. 2. 11. 12. 14. xii. 23.  
 Vossius (Gerhardus Johannes)  
     1. 3. iv. 75. vi. 35. xviii. 41.  
     xix. 29.  
 Vossius (Ifacus) v. 25. xvi. 40.  
     xvii. 3. 4. xx. 6.
- Ufferius Armachanus xx. 4.  
     10. xxii. 8.  
 Vulgatus Interpres l. 34. 35.  
     iv. 30. 39. v. 27. x1. 2. 16.  
     xiii. 5. xvii. 5. 13. 17. 25.  
     xviii. 3. 17. 28. 30. 34. xix.  
     9. xxiii. 15. 19.  
 Uzielides i. 15.  
     W.  
 Waltonus (Brianus) xiii. 14.  
     15. 25.  
     X.  
 Xenophon l. 11.  
     Z.  
 Zadok v. 32.  
 Zæmach David vi. 30.  
 Zanchius xi. 9.  
 Zenobius ii. 19.  
 Zohar iv. 40. vi. 21. 36. ix. l.  
     5.  
 Zwinglius xv. 5.

## I N D E X

Vocum Orientalium, Hebraicarum, Chaldaicarum,  
Syriacarum & Arabicarum.

Numerus major, seu Romanus Exercitationem,  
minor Theſin notat.

## ז

אברהם L. 5.  
 אבנא VI. 12.  
 ארם IV. 2, 3.  
 ארם IX. 1.  
 ארתח XII. 2.  
 ארם XIII. 17.  
 ארם XV. 15.  
 ארם XVI. 13.  
 ארם ארם ארם VII. 6.  
 ארם ארם VIII. 13.  
 ארם ארם IX. 8, 9.  
 ארם ארם X. 12.  
 ארם V. 31.  
 ארם VI. 26.  
 ארם VII. 26.  
 ארם VIII. 31.  
 ארם IX. 15.  
 ארם X. 15.  
 ארם XI. 11.  
 ארם XII. 7.  
 ארם XIII. 7.  
 ארם XIV. 7.  
 ארם XV. 15.  
 ארם XVI. 15.

ארם XVI. 31.  
 ארם XVII. 19.  
 ארם XVIII. 20.  
 ארם XIX. 15.  
 ארם XX. 26.  
 ארם XXI. 29.  
 ארם XXII. 26.  
 ארם XXIII. 2.  
 ארם XXIV. 16.  
 ארם XXV. 31.  
 ארם XXVI. 14.  
 ארם XXVII. 15.  
 ארם XXVIII. 4.  
 ארם XXIX. 31.  
 ארם XXX. 3.  
 ארם XXXI. 3.  
 ארם XXXII. 15.  
 ארם XXXIII. 3.  
 ארם XXXIV. 8.

□ indicativum motus sæpe  
omittitur xxxiii. 9.

ארם VI. 27.  
 ארם VII. 5.

דכאן

א. 43. xviii. וראן  
 ב. 15. xvi. א  
 ג. 19. xi. וא  
 ד. 41. xiii. א  
 ה. 19. xi. וא  
 ו. 5. xi. וקני

ז. 6. xiv. חרה  
 ח. 15. xv. חרה  
 ט. 15. xvi. חיר  
 י. 23. xv. חלב  
 יא. 9. xii. חלד  
 יב. 9. xii. חלד  
 יג. 15. xvi. חמר  
 יד. 15. xv. חמר  
 יו. 14. xvi. חנק  
 יז. 7. x. חרם  
 יח. 10. xv. חרף  
 יט. 10. xiv. חרף  
 כ. 38. xiii. חרה

כא. 14. xvii. סהר  
 כב. 30. xviii. סרף

• Jod deficiens apud Hebræos & Arabes vi. ii.

א. 55. xiii. יבא  
 ב. 15. v. ים  
 ג. 9. x. יר הרע  
 ד. 17. xiii. יקם  
 ה. 8. xv. יק יעב  
 ו. 14. xii. יח

ב Caph vim. habet inclusio- nis xv. 10.

כא. 31. xvi. בכך

כלר. 19. xii. א  
 בעב. 12. vi. א  
 כפף. 34. l.  
 כפר. 3, 6. xvii. א  
 כרת. 13. ii. א  
 כרה כרה. 19. ii. א  
 כשר. 43. xiii. א

ל Lamed vim sæpe habet inclusionis xv. 10.

לאב. 18. xvi. א  
 לאגור. 14. xxi. א  
 לכיז. 18. xvi. א  
 לכט. 18. xvi. א  
 לבן. 18. xvi. א  
 לנ. 18. xvi. א  
 להג. 18. xvi. א  
 להם. 18. xvi. א  
 לוב. 21. xiii. א  
 לוב. 31, 44. xiii. א  
 לטש. 18. vi. א  
 לפני יהוה. 38. v. א  
 לקח. 6. ix. א

מ. 2. xii. מתעים  
 מכסרון. 1. x. א  
 משה. 14. xvi. א  
 משפחה. 4. l. א  
 מחושלה. 14. xvi. א

נדו. 59. iii. א  
 נהרה. 3, 4. xviii. א  
 נחא. 31. xvi. א  
 נהל מצרים. 10. xii. א  
 נחמה. 18, 8. vi. א  
 נער. 8. v. א  
 נעים. 9. xix. א

Aaaaa 2 נפלים

זא נפילים 16.  
 זא נפץ 21, 25.  
 זא נץ 15.  
 זא נש 26.  
 זא נשכח 28.  
 זא נשר 15.  
 זא נסי 26.  
 ד.  
 זא כוס 15.  
 זא כניס 33.  
 זא כפר 6.  
 ע.  
 זא עברא לחאיר 8.  
 זא עברי 23.  
 זא ענגב 12.  
 זא עתחא 46.  
 זא עולה 23.  
 זא עוף 69.  
 זא ענק 26.  
 זא עור 69.  
 זא עץ פרי 8.  
 זא ענקים 19.  
 זא עשב 8.  
 זא קרוח עשה 27.  
 ד.  
 זא פלג 14, 22, 6.  
 זא פראן 45.  
 זא עקן פלילים 10.  
 זא פכליא 12, 21, 18.  
 זא פרוס 39.  
 זא פישנים 19.  
 ז.  
 זא זאן 15.  
 זא זחר 13, 14.  
 זא זחרים 14.  
 זא זיים 33.  
 זא זעקף 15.

זא צפור 15.  
 ק.  
 זא קאפור 6.  
 זא קאר 15.  
 זא קרשה 11.  
 זא קין 14.  
 זא קנים 5.  
 זא קסטאר 35.  
 זא קוקפתא 31.  
 זא קשטה 35.  
 זא קשה 26.  
 ק.  
 זא ראשיאבות 3.  
 זא ראש ישנה 6.  
 זא רחא 15.  
 זא רחב 20.  
 זא רח' בחח 3.  
 זא רים 15.  
 זא רפאים 19.  
 ש.  
 זא שאר 28.  
 זא שבט 4.  
 זא שבעתים 36.  
 זא שרי 31.  
 זא שוטרים 15.  
 זא שור 15.  
 זא שמתא 59.  
 זא שנתר 8.  
 זא שנת ימים 7.  
 זא שפן 14.  
 זא שרץ 12.  
 זא שר 14, 16, 14.  
 ח.  
 זא חכר 2.  
 זא חרום 10.  
 זא חובאל 20, 21, 8.  
 זא חפח 48.

## I N D E X

## Vocum Græcarum.

Ἄβυσσος ① XVIII. 10.

Ἀνάστημα XVIII. 17.

Ἀπίλειψις L. 12.

Ἀπιστομένη I. 12.

Ἀρχαί τῶν πατρῶν L. 3.

Βάσις XVIII. 26.

Βακκισίληνα XVI. 12.

Βακχίσις L. 32.

Γίγας XI. 21.

Δεκάβοιον L. 35.

Δεὸς XVI. 31.

Εγρηγόρ ① X. 7.

Επικλήσεις XVI. 11.

Ζεὺς XVI. 31.

Ἠδονή IV. 79.

Θεὸς XVI. 31.

Θελεσρὸν L. 15.

Κεφαλή XVI. 31.

Κεφὴ XVI. 31.

Κισώλις XVII. 2.

Κυλιὸς XVIII. 4.

Κάρφ ① XVIII. 30.

Κανιάκω (τω) VI. 33.

Καπαδύσις XII. 9.

Κίβλη XVI. 31.

Κινύρα VI. 12.

Κραῖβατ ① XVI. 31

Κυπάρειος ① XVII. 3.

Λόφ ① XVI. 18.

Μαιῶν XXIII. 44.

Νεότης XIX. 9.

Νεΐφθου XXIII. 33.

Ξύλα πτεράγωνα XVII. 3.

Υερανομήκη XXI. 23.

Παλαιή XVII. 10.

Παράδεισις IV. 39.

Πατριὰ L. 4.

Πατριάρχης L. 3.

Πελοπόννησος XI. 10.

Ποιμὴν V. 12.

Πράκτορες II. 5.

Προμηθεὺς XVIII. 41.

Σπάρ XV. 23.

Σκύθαι XXIII. 5.

Τελεσφόρ ① L. 11.

Φρατρίαρχ ① I. 3.

Φρυγία XXIII. 4.

φυλὴ &amp; πατριὰ quomodo distinguantur? L. 4.

Χελώνη L. 35.

Χνᾶ XXIII. 22.

Ψάλλειν VI. 16.

Ψαλτήριον VI. 12.

Ωζύγισα XXIII. 41.

Aaaaa 3

IN-

## INDEX RERUM.

Numerus major seu Romanus Exercitationem, minor Theſin notat.

## A.

*Abdel caritis Muhammedanorum est Cain v. 8.*

*Abel vide Habel.*

*Abimael est Pater Malistarum xx i l l 53.*

*Abimelech Rex Geraris fueritne infidelus? i l l 16.*

*Abraham Ure Chaldaeorum servivit i l l 4. Procurator domus ejus quis fuerit? l 26. Ejus Regia potestas i l l 3. 4. Propheta fuit i l l 8. Ejus fides i l l 35. 42.*

*Achad est Argade fluvius Sittacenes xx i l l 28.*

*Ada Lamecbi uxor unde sic dicta? v i l l.*

*Adam propheta fuit i l l 8.*

*Adam unde sic dictus? iv. 2. Myſterium in nomine ejus quaesitum 3. Cur ultimò omnium creatus sit? iv. 7. Ad imaginem Dei conditus est iv. 9. 10. Quo tempore creatus sit? 15. Quo loco? 16. Quomodo vocatus fuerit pulvis de terra? 17. An ad compositionem corporis ejus necessaria fuerit quinta essentia? 18.*

*An creatus fuerit androgynus? 19.*

*Quò staturà fuerit creatus? 20.*

*21. Ejus costa, ex qua creata Eva, qualis? 22. Animæ ejus creatio.*

*24. Inspiratio spiraculis in nares ejus qualis? 26. 27. An sub ea intelligi possit creatio animæ? 29. Imago Dei, ad quam conditus est, qua in re constitit? 33. 34. 35. &c.*

*Constitutus fuit sub sædre Dei 37. An primus fuerit homo? 38. Dominium ipsi concessum 44. Ejus beatitudo in Paradiso 50. Ejus sapientia in impositione nominum 51. Lapsus ejus 53. &c.*

*Initium lapsus unde factum sit? 63. Gravititas ejusdem 64. Citatur ad judicium 65. Pæna ipsi indicta. ib. Erigitur per promissionem 66. Fædere operum eximitur 67. 68. Vestes ei Deus præparat 69. Expellitur ex Paradiso 70.*

*Quam in terram sit expulsus? 71. Ejus in exilio studia 72. Conciliatio ejus cum Deo. ib. An salvatus sit? ib. Etas ejus. 72. Historiæ Adamicæ reliquæ in scriptis Gentilium 74. 75. &c.*

*Adam an post lapsum se separaverit ab Eva,*

Eva,



Eva, & ex Lilitba demones genuerit? v. 3.  
 Adam unde lingua seu verborum, quæ cum Deo statim creatus commutavit, copiam habuerit? xv 1. 4. 7.  
 Adam inventor fuit literarum xv 1. 36. 37.  
 Adamicæ Scripturæ vestigia x VI. 37. 4 L.  
 Adama urbs Ciliciæ condita est à Syris in memoriam Adami 1 v. 75.  
 Adiaphora, quomodo in iis versandum? xv 11. Possunt fieri illicita vel necessaria xv. 11.  
 Adoratio ritus est omnium antiquissimus v 11 L. 7.  
 Adonidis cultus sub nomine Priapi 1 v. 79.  
 Adulterium juri naturæ repugnare ostenditur 1. 9.  
 Echmalotarcbæ Synagogæ Babylonicæ 1. 6.  
 Egyptiis pastores cur exosi fuerint? 1. 32.  
 Egyptiaci populi discrimina 1. 32.  
 Egyptiis animalia quædam sacra fuerunt 1. 32.  
 Egyptiorum distincti characteres xv L. 43.  
 Egyptus cur vocetur terra cymbali? x xii L. 19.  
 Egyptus natura est munita. x xii L. 20.  
 Africanarum Ecclesiarum status xx. 10.  
 Africanorum nigredinis vera causa non est maledictio Ghami xx. 5.  
 Agriculturae laus v. 11.

Alcinoi horti v. 79.  
 Almodad est Pater Allumeotarum xx xiii L. 50.  
 Altaria cur in sacrificiis usitata? x ix. 5. An ante diluvium fuerint in usu? ib.  
 Ambubajæ v 1. 12.  
 Ambulare cum Deo quid sit? ix. 4.  
 America quomodo adiri à primis incolis poterit? xx 11. 17. 18. Non est Ophira Solomonis 15.  
 America à Scythiis adeoque Saphetitis adita videtur xx xiii. 18.  
 Amorrhæorum impietas 11. 16.  
 Ampelusia xv L. 14.  
 Ananim sunt Nomades circa Ammonem in Ægypto xx xiii. 32.  
 Anarchiæ mala 1 L. 2.  
 Androgynus homo an creatus sit? 1 v. 19.  
 Androgynus Platonis 1 v. 19.  
 Anianus freium x xii L. 17.  
 Angelorum cultus v 11 L. 5.  
 Angeli ante diluvium non sunt commixti cum mulieribus x. 7.  
 Angelus non nubere, nec affici pulchritudine mulierum probatur x L. 6. 7. 8. quomodo domicilium suum dereliquerint? x L. 10.  
 Angeli sunt immateriales x i. 8. An in alicno corpore generare possint? x i. 9.  
 Animam gentiles Divinæ particulam auræ fecerunt 1 v. 78. creata est spiritalis. 32. creatio ejus 24. 29.  
 Animalium maculatio. Vide Carnium esus.  
 Animalia primis hominibus ad esum con-

- concessa IV. 46. & Exercitatione XV. tota.
- Animalibus nomina imposta sunt ab Adamo & quidem congruentia naturæ eorum IV. 51. XV. 15.
- Animalia intra Paradisum, an extra eum creata sint? XV. 12. Nomina eorum Hebraica naturam eorum expressere 15. Carnivora unde talia? 16. Gregalium & solitariorum discrimen XV. 26.
- Animalium mundorum & immundorum discrimen tempore diluvii XVII. 24. Quænam arcam non ingressa? XVII. 26. Carnivora quo cibo in arca sustentaverit Noë? 28.
- Animalia quæ non peccarunt, quo jure in diluvio sint punita? XVIII. 20.
- Animalia indomita XIX. 15.
- Animalia in Americam quomodo pervenerint? XXI. 19.
- Annus Patriarcharum, cujus mensura illi usi sunt, difficilis est indagatu XI. 4. Hebræorum de eo sententia ib. Scaligeri sententia, quod Solaris æquabilis fuerit, examinatur 7. 8. &c. Sententia de eo Saliani & Torrielli 11. Petavii 12. Fuit lunaris, sed certo tempore Solari adæquatus. 13.
- Anni lunaris observatio facillima XI. 14.
- Anni Patriarcharum embolimæ & communes XI. 19. An Solari etiam anno usi sint? XI. 12. Principium anni eorum fuit in autumno 22.
- Annus Sabbaticus XI. 24.
- Anni à condito mundo ad diluvium usque quot fluxerint juxta sententiam Gaurici? XI. 12. Eusebii Pamphili 3. 4. 5. Augustini & Hieronymi 7. Samaritici Interpretis 9. Computandos eos esse juxta Codicem Hebraicum non Græcum, probatur novem argumentis 11. 19. Solvuntur argumenta contraria Morini & Waltoni 20. &c. Anni ii collecti & in summam redacti 28.
- Anni Patriarcharum à Mose descripti fuerintne fracti & inchoati, an perfecti? XI. 27.
- Anno mensurus usi sunt Ægyptii XIV. 5.
- Anni numerandi variæ apud diversas nationes rationes XIV. 7.
- Annus magnus veterum constabat 365. annis XIV. 16. Maximus 1461. annis ib.
- Annos Patriarcharum menstruos quinam fecerint? XIV. 6. Refutatur variis argumentis 7. 8. &c.
- Annus ἰλιαδός Ægyptiorum XIV. 16.
- Anueta urbs v. 44.
- Apparitio Divina quomodo ab alia quavis distingui possit? III. 15.
- Apparitiones Dei factæ Patriarchis v. 13.
- Aquæ diluvii fuerunt typus sanguinis Christi XVIII. 34.
- Apostoli Judæorum 1. 6.
- Aram fuit Pater Syrorum XXI. 45.
- Aram - Nabaraim est Mesopotamia XXI. 45.
- Aram - Damesek est Syria Damascena XXI. 45.

*Aram* beth-rehob est Syria trans Jordanem **xxii. 45.**  
*Aram* Maacha est Epicæros **xxiii. 45.**  
*Aram* Soba est Syria Sobæorum apud Palmyram **xxiii. 45.**  
*Arbor* scientiæ boni & mali qualis fuerit? **iv. 47. 48.** Cur ejus usum Deus prohibuerit? **ib.**  
*Arbor* vitæ cur sic dicta? **iv. 49.** Cujus rei sacramentum fuerit? **49.** Num fuit causa physica vitæ **ib.**  
*Arbores* quadrangulæ **xv. 3.**  
*Arca* Noëtica cur arca non navis nomine venerit? **xv. 2.** Ex lignis Gopher seu cupressinis est contexta **3. 4.** Habuit loculamenta seu nidus **5.** Bitumine quali oblita? **6.** Ejus magnitudo habens commensum cum humano corpore **7.** Qualibus cubitis ea magnitudo definita fuerit? **8—12.** An in ea fenestra unica constructa fuerit? **13.** **14.** Lux ei immissa, & tectum constructum. Figura tecti qualis fuerit **15.** Ostium in latere & quo illo? **16.** Contignationes arcæ **17.** Usus contignationum, & rerum per eas distributio **18.** Tota arcæ structura ex Temporario representata **19.** Ubi locorum & quanto tempore Noë eam fabricatus fuerit? **20. 21.** Hominum in arca receptorum numerus **23.** Quos animalium paria in arcam sunt introducta? **25.** Animalia quænam arcam non sint ingressa? **26.** Quomodo animalia illa Noë congregaverit? **27.** An arca tot

animalium capax fuerit? **29. 30.**  
*Arcæ* Noëtica mysterium & allegorumenæ **xviii. 34. 36. 37.** Quatenus typus ecclesiæ statui possit? **40.**  
*Arcæ* Noëtica memoria apud Gentiles **xviii. 42. 43.**  
*Arcadum* anni trimestres **xiv. 1.**  
*Arcades* se jaclârunt πεσοιλήνυς **xv. 12.**  
*Arcus* cælestis. Vide Iris.  
*Arimaspi* Scythæ coclites **xxiii. 5.**  
*Arphaxad* non Chaldæorum, sed Assyriæ Arrapachitis author **xxiii. 43.**  
*Artes* successu temporis sunt inventæ **xiv. 16.**  
*Arvadi* author Aradum **xxiii. 38.**  
*Asia* ab America distinguitur streto Aniano **xxi. 17.**  
*Assur* originem dedit Assyriæ in primis Adiabænæ **xxiii. 42.**  
*Assyria* ferax olivarum **xviii. 31.**  
*Athribis* olim dicta Ægyptus Delta **xxiii. 20.** **(9.)**  
*Atyras* portus circa Byzantium **xxiii.**  
*Ave* Angelicum ab Eva deducunt Mariolatræ **iv. 6.**  
*Azura* **v. 5.**

B.

*Babel.* Vide Turris Babel.  
*Babylon* non est condita à Semiramide **xxi. 16.** Fuit turrita **xxi. 13.**  
*Babylonis* antiquæ & mysticæ in Apocalypsi analogia **xxi. 26.**  
*Bacchus* fuit Noë **xviii. 41.**  
*Baleares* insulæ unde sic dictæ? **xxiii.**  
**14.**  
*Baptismi* convenientia cum diluvio **xviii. 35.**

Bbbbbb

Bar-

Barbaris ratio permutandi qualis usitata fuerit? **L. 33.**

Baris quid sit N. Damasceno? **xviii. 25. 26.**

Bebemoth est hippopotamus **xix. 15.**

Benedictio Divina hominis post dilu-  
vium explicata **xix. 12.**

Bitumen avidum aptum est ædificiis  
**xxi. 15.**

Bituminis copia in Babylonia **xxi. 15.**

Bos pecunia **L. 35.**

Brachmanum longævitæ **xiv. 1.**

Britannica lingua ad Hebræam redu-  
cta **xv. 18.**

Bucolæ Egyptiorum **L. 32.**

Buxus in Corsica maxima **xxiii. 15.**

## C.

Cadmi ætas **xv. 39.**

Cadmus literas dedit Græciæ **xvi. 39.**

Cainus an à Deo sit excommunicatus?  
**111. 59.**

Cain & Habel an uno partu sint editi?  
**v. 4.** An cum iisdem genitæ gemel-  
læ? **v. 5.**

Cain unde sic dictus? **v. 5. 6. 7.** Est  
Abdelcariths Orientalium **8.** Ejus  
educatio **10.** Agricola fuit **11.** Ejus  
sacrificium **18. 19.** &c. an pecca-  
verit in materia vel tempore obla-  
tionis? **19.** An exiles spicas Deo  
obtulerit? an sagmina? **ib.** Cur  
Deus sacrificium ejus improbaverit?  
**22.** Ejus iracundia, nec non Di-  
vina ejusdem reprehensio **24.** Ejus  
fratricidium **32.** Convincitur à Deo  
**34.** Multatur exilio **35.** Securus  
redditur **36.** Signum, quo notatus

est, quale fuerit? **37.** Expellitur à  
facie Dei **38.** An ab ecclesia fuerit  
excommunicatus? **38.** Ejus habita-  
tio in terra Nod **39.** Ejus studia in  
exilio **40. 45.** Conjugium ejus an  
incestum fuerit? **40.** Ejus filius Ha-  
nochus **44.** Ejus scelerata in exilio  
vita **45.**

Cain à Lamecho non est occisus **v. 8.**

Caimitæ enumerati **vi. 7.** Eorum mo-  
res perversi **23.**

Cainitarum Theologiæ principium fuit  
traditio corrupta & ratio naturalis  
**viii. 1.** quid de Deo senserint? **2.**  
Idololatricam apud eos invaluisse  
probatur **3.** quo ordine processerint  
ad idololatricam? **5.** Modus idolo-  
latricæ **6. 7.** Eorum de promissione  
Divina sententia **8.** Cultus eorum  
externus **9.**

Caini impunitas non arguit, scelera  
omnia ante diluivium fuisse impuni-  
ta **xix. 20.**

Calach fuit caput Calachenes **xxiii. 29.**

Calidum innatum definitur **xiv. 26.**

Camphora species aromatis Indici  
**xvii. 6.**

Cananæa terra an diluvio sit submer-  
sa? **xviii. 31.**

Cananæa à posteris Semis subjuganda  
**xx. 7.**

Canaan Phœnicum conditor fuit  
**xxiii. 22.**

Capitalia supplicia ante diluivium an  
fuerint in usu? **xix. 19.**

Caphtoræi fuerunt Cappadoces circa  
Trapezuntem **xxiii. 37.**

Cappa-

Cappadocia mancipiis dives est xxiii. 8. Mulorum & equorum ferax xxiii. 12.  
 Carnium *moderatus* usus salubris est xv. 14.  
 Carnis suillæ usus xv. 14.  
 Carnium esum ante diluuium fuisse illicitum non est sententia communis xv. 3. 4. 14. &c. Respondetur ad oppositum ei locum Genes. l. 39. 30. xv. 6. 7. &c. Post lapsum usque ad diluuium licitum fuisse probatur 17. &c.  
 Cassuchim sunt Colcbi xxiii. 36.  
 Cedrus non est apta navigio xviii. 3. Cenan quid nores? vi. 30.  
 Cestiba qualis nummus fuerit? l. 34. 35.  
 Chaldeorum mos in feriendis fœderibus ii. 19.  
 Chaldeorum scilicet antiquitates iv. 38.  
 Chaldeorum Reges usque ad Xisuthrum an fuerint ex numero Nephtim? x. 28.  
 Chalme est Ctesiphon xxiii. 38.  
 Chalybes populus Tibarenorum xxiii. 8. v. 20.  
 Chamus paterno pudori illudit xx. 3.  
 Chamus fuit filius natu minimus Noë xx. 4.  
 Chami maledictio prophetica xx. 6.  
 Chamitarum fors & hæreditas xxiii. 39.  
 Characteris Sacri seu communis, & profani seu privati distinctio vi. 43.  
 Cherubim Paradysum custodientes quales? iv. 70.

Charila filius Chami est conditor Canclæorum xxiii. 24.  
 Charila filius Semi est conditor Chaulonitarum.  
 Christus *is* fuit, qui Patriarchis apparuit iii. 12. Ejus verba qualia sint? 28. Eum futurum Isaac & Jacob cognoverunt Patriarchæ 29. Nativitas ejus ex virgine itidem *is* nota fuit 29. Victor Sathane ib. Ejus passiones 30. 31. Ejus sponsio quam vim habuerit? 44.  
 Christus arbore vitæ adumbratus iv. 49.  
 Christus Semo promissus, qui ex posteris ejus nasceretur xx. 7.  
 Cibus crudus an usi sint primi homines? xiv. 20. An longiorem vitam præstent? ib.  
 Cisticorum usus in tentoriis v. 10.  
 Cimbrici idiomatis origo xvi. 18.  
 Circumcisionis mysterium iii. 36.  
 Circumcisio *Æthiopum, Ægyptiorum, Colchorum* v. 15.  
 Cithara triangularis cum chordis viginti quatuor vi. 12. Psalterium fuit, ib.  
 Cistim sunt Itali seu Romani xxiii. 15.  
 Civitatis origo ii. l.  
 Civitatis Dei & Diaboli initium in Sethitis & Gaimitis vi. 2. 3.  
 Cocchius extremum Italiae promontorium unde sic dictum? xxiii. 15.  
 Cælicataractæ quid notent? xviii. 11.  
 Cælum, cujus fenestræ in diluio aperte, fuerint æthereum an æreum? xviii. 12.

Columbam cur Noë ex arca emisit? xviii. 29. Quo tempore columba prior emissã? ib. Columba secunda emissit 30. Unde decerpserit folium olivæ? 32. Ejus olivæ folium referentis mysterium 37. 38. 39. Ejus ter emissæ mysterium 39. Earum memoria apud gentiles 42.

Colchii sunt Ægyptiacæ originis xxiii. 36.

Concubitus promiscuus an ante legem permissus fuerit? L. 11. 12.

Confusio labii. Vide Linguarum confusio.

Conjugium Patriarcharum L. 8. 9. 10.

Conjugium statu innocentie non fuisset indignum v. 2.

Conjugium fratrum & sororum ab initio mundi fueritne incestum? v. 40. 41. 42. &c.

Conjugii natura in quo consistat? vii. 7.

Conjugium fidelium & infidelium cur vitiosum? xi. 5.

Conscientia lapsu Adami est labefacta 111. 9.

Conscientiæ bonæ dictatus sunt infallibiles 111. 21.

Consanguineus in pristino jure talionis vindictam privatam exercere non potuit xix. 19.

Conversio hominis 111. 27.

Convivium nuptiale veterum L. 15.

Cor & oculi sunt duo proxenetæ peccati xix. 9.

Corporis motus & actiones ad cultum Dei requiruntur v. 15.

Corvus Noë. De eo fabulæ Hebræorum xvi. 27. An reversus fuerit in

arcam? 28. Ejus memoria apud Gentiles 43.

Corvus nuntius xviii. 43.

Corvus aquator xviii. 43.

Cosinga Dux Thracum in Cælum ad Junonem tentat iter xxl. 9.

Costa Adami, ex qua Eva creata est, qualis? iv. 22.

Crocodilus quomodo capi possit? xix. 15.

Cresiphon caput fuit Chalontidis xxiii. 28.

Cubitus Geometricus Origenis refellitur xvii. 8. Distinctio inter cubitos sacros & vulgares examinatur 9. 10. Capelli distinctio inter cubitum majorem, minorem & medium rejecta 11. Cubitus Viri quid fuerit? 12.

Cupressina ligna sunt omnium firmissima xvii. 3. apta navibus 4.

Cupressus sacra Disi xvii. 3.

Cuscb Arabiam notat, non Æthiopiam meridionalem xxiii. 19.

Cyclo artificiali an usi sint Patriarchæ? xi. 24.

Cyclus Græcorum xi. 24.

## D.

Damasceni agri topographia iv. 16.

David psaltes v. L. 16. Quomodo dicitur excogitasse instrumenta Musica? 16. Quomodo cithara abegerit dæmonem? 17.

Decimationis origo 11. 9.

Decimæ ante legem in usu xv. 22.

Dedan author urbis Daden xxiii. 26.

Deucalionis historia xviii. 41. Fuit Noë ib. Diluvium ejus fuit universale ib.

Dei

Dei sermo semper habet conjuncta criteria Divinitatis III. 16. 17.  
 Deus & homo num sunt essentialiter uniti IV. 25. 26. 27.  
 Deus non fuit author peccati Adamici IV. 54.  
 Deus an ullius linguæ esse author potuerit? xv. 5. 6. 7. An primam linguam immediatè creaverit? 8.  
 Deus quomodo odorari dicatur sacrificium XIX? 6.  
 Diabolus tentator Evæ cur à Mose non sit expressus? IV. 57.  
 Diaboli Evam seducentis pena IV. 66.  
 Digamia oppugnata contra Hebræos I. 10.  
 Dikla est Pater Minæorum xx III. 51.  
 Diluvium fuit sacramentum III. 57.  
 Diluvii incipientis, crescentis, decrescens tempus XII. 6. quo mense incepserit? 22.  
 Diluvii annus qualis? XIV. 8.  
 Diluvii occasio fuit multiplicatio hominum & matrimonium Setbitarum cum Cainitis x VIII. 1. Prima ejus denuntiatio 3. An Deus 120. annos præsiniverit tempus penitentia, an terminum vitæ contractio-rem? 5. 6. Denuntiatio diluvii decretoria 7. Tempus capti diluvii 9. Character diluvii ib. Cause ejus procreantes 10. Fueritne tempore diluvii discrimen dierum & noctium? 13. Incrementum aquarum 14. An aquæ per 150. dies manserint in statu consistentiæ? ib. Aquæ 15. cubitos superarunt montes altissimos 15. Quos montes intellexerit

Moses? ib. Unde tanta copia aquarum suppetierit? 16. An qui in diluvio perierunt, sint damnandi? 18. Fuisse diluvium univrsale probatur 21. 22. An per diluvium terra prior penitus sublata sit? 23. Corvus emittitur 27. An redierit? 28. Columbæ emittuntur 29—33. Noë ex arca exit 33. Diluvii allegorumenæ 34. &c. Typus fuit corruptionis & regenerationis 34. Quomodo typus fuerit baptismi? 34. 35. Ejus allegorumenæ ex Patribus 36. 37. Ejus reliquæ in Scriptis Gentilium 41. &c.  
 Dispersio gentium sequi debuit confusionem labii x XI. 1. Ejus tempus 2. 3. &c. Confusione hominum, an casu evenerit? 9. 10. 11. An initiis ejus interfuerint omnes Patriarchæ, quorum mentio est Genesios decimo? 12. Successivè factam esse probatur 13.  
 Dis est Adam IV. 75.  
 Divortia oppugnata I. 9. 12.  
 Dodoni sunt Galli x XIII. 16.  
 Dominium primi hominis qua in re consistit? IV. 44. quatenus distinctum fuerit ab eo, quod post lapsum homini concessum est? xv. 14.  
 Dominium homini post diluvium concessum asseritur XIX. 14. 15.  
 Domus judicii superior & inferior II. 2.  
 Domus judicii Adam III. 5.

E.

Ebrietatem extenuant Jesuitæ xx. 2.

B b b b b 3

Eccle-

*Ecclesiæ bonus ordo undependeat?* III.

2. *Ejus libertas* 4.

*Eden* IV. 39.

*Edris quis?* IX. 1.

*Egregori quinam fuerint?* IV. 7.

*Elea urbs Peloponnesi unde dicta?*

XXIII. 13.

*Elisa Peloponnesiorum conditor* XXIII.

13.

*Eliud Pseudo-Enochi* x. 7.

*Elymæ latè & strictè dicti* XXIII.

41. *Eorum situs* ib.

*Embolismi mysterium an innotuerit*

*Adamo* XII. 3.

*Emor auctor Amorbaeorum* XXIII. 38.

*Εμπυλαγιδς sacrificiorum* v. 23.

*Enacitæ* XI. 20.

*Enochi fides* III. 40. *Ejus translatio*

*facta per fidem* ib.

*Enochus Gentilium Amæus, Cannæus,*

*Namacus* fuit VI. 33. *De eo testimonia veterum* ib.

*Enoch notat consecrancum* IX. 1. *Cur*

*dictus Metatron?* ib. *Cur Edris?*

*ib. Ambularit cum Deo* 2. *Non*

*fuit hypocrita* 3. *An mortuus, & post*

*mortem assumptus fuerit?* 5. *Raptus*

*ejus sine præcedanea morte proba-*

*tur* 6. *Corpus ejus in raptu muta-*

*tum est* 17. *Quem in locum transla-*

*tus sit?* 8. 9. *Quomodo per fidem*

*translatus sit?* 12. *Porismata ex*

*raptu ejus deducta* 13.

*Enoch propheta fuit* x. 1. *Prophetiæ ejus*

*à Juda citatæ scopus & analysis* ib.

9. *Cur Judas hanc potius quàm aliam*

*prophetiam citaverit?* 2. *Unde Ju-*

*das prophetiam Enoch deprompserit*

3—10. *Capita 3. Theologiæ Pa-*

*triarcharum ex ea eruuntur* II.

*Enochi pseudo-prophetia* x. 4. *Exami-*

*natur ejus fragmentum de Egregoris*

7. 8. 9.

*Enochi Pseudepigrapha* xvi. 38.

*Enochi nomen* vi. 26. *An ejus tempo-*

*re inventa idololatria?* 27. *Vindica-*

*tur à crimine idololatriæ* ib. *Confer-*

*varit puritatem fidei* 29.

*Episcopi veteris ecclesiæ* I. 6.

*Erec est Arecca* xxi. 28.

*Esdra quomodo mutaverit characteres*

xvi. 43.

*Eva dicta est à vita spirituali* III. 28.

*Eva primò vocata Ischa* IV. 4. *Postea*

*Eva. Unde sic dicta?* 5. *Quomo-*

*do mater fuerit Adami?* ib. *Allusio-*

*nes variæ circa illud nomen* 6. *Cor-*

*poris ejus formatio ex costa Adami*

22. *Ubi creata sit?* 23. *Cur creatæ*

*animæ ejus nulla mentio* 30. *Tenta-*

*ta à serpente* 57. *Qui sustinuerit*

*colloquium serpentis?* 59. *Methodus*

*& exitus tentationis* 60. 61. 62.

&c.

*Euxinus pontus ab Ascenazo dictus*

XXIII. 10.

*Exael Angelus Pseudo-Enochi* x. 7.

*Excommunicationis origo* III. 59.

*species* ib.

F.

*Familiæ organa sunt servi* I. 24.

*Familiæ duplex societas* XIX. 16.

*Ferire animal in fœderibus usitatum*

II. 19.

*Fermentum diebus azymis comedens*

*excindendus* II. 14.

Fi-



*Fides Patriarcharum prædicata Hebr.*  
*x1. qualis fuerit? 111. 37.*

*Fides non excludit notitiam revelantis*  
*111. 21.*

*Fidei quomodo competat rationis 111.*  
*38.*

*Fideles quo sensu vincant Sathanam*  
*111. 29.*

*Figmentum malum cordis humani*  
*non fuit causa, cur Deus homini se*  
*parciturum deinceps post diluvium*  
*promitteret? 8. quid notes? 9.*

*Filii Dei & hominum v1. 4.*

*Filii Dei Genes. 6. quinam fuerint, pro-*  
*lixè disputatur x1. 3. 4. &c. Non*  
*intelligi Angelos probatur 5. 6. &c.*  
*Respondetur ad Judæ v. 6. &c.*  
*10. Non fuerunt filii potentum vel*  
*magnatum 11. 12. Sed Sethitæ.*

*Flamei seu thieristri usus in nuptiis Pa-*  
*triarcharum 1. 15.*

*Fœdera Patriarcharum 11. 15. cum*  
*infidelibus 16. an licita? 17. 18.*

*Fœderales ritus Patriarcharum 11.*  
*19.*

*Fœdus Dei cum Adamo 1v. 37.*

*Fœdus operum lapsu Adams capsum*  
*aboleri 1v. 67. 68.*

*Fœdus Dei cum Noa explicatur x1x.*  
*24.*

*Fœminæ an subfuerint præcepto se mul-*  
*tiplicandi? 1. 8. apud Hebræos non*  
*sunt capaces potestatis judicialis 11.*  
*7.*

*Fœtus an non sequatur nisi uterum ma-*  
*tris? 1. 28.*

*Fratrum & sororum primorum conju-*  
*gia fuerintne incesta? v. 40.*

G.

*Gadira urbs Hispaniæ xx111. 14.*

*Galatæ Tracmi vel Trogmi dicitur à Tho-*  
*garma xx111. 12.*

*Genesar fluvius Paradisum notat 1v.*  
*42.*

*Gentium vocatio prædicta à Noa xx.*  
*8.*

*Gentium migrationes fortuitæ & x11.*  
*11.*

*Gentium origines Græcis & Romanis*  
*fuerunt incognitæ xx111. 1. Eas*  
*solus Moses detexit 2.*

*Gentium Patriarchæ xx111. 2. 3.*  
*&c.*

*Getber author est Gazaræ vel Gadaræ.*

*Gichon an sit Nilus? 1v. 42.*

*Gigantis etymon x1. 19. 21.*

*Gigasech author Gergesæorum xx111.*  
*38.*

*Goliathi statura x1. 20.*

*Gomer non fuit parens Africa, nec Ga-*  
*latarum, nec Cimmericorum, sed*  
*Phrygiæ xx111. 4.*

*Græcæ versionis corruptio in annis*  
*Patriarcharum x111. 10. 11.*  
*Quam ob causam eam scioli corrup-*  
*runt? 11. Variæ ejusdem lectiones 12.*

*Græcæ versionis authoritas x111. 18.*

*Græcæ Lingua originem debet Hebrai-*  
*cæ xv. 18.*

*Græci unde literas suas habeant? xv. 1.*  
*20.*

*Græcorum distincti characteres xv. 1.*  
*43.*

*Gratia fons est salutis 111. 26.*

*Gratia non est universalis 111. 27.*

Ha-

## H

Habeli filii 111. 39.

Habel unde sic dicitur? v. 9. Ejus educatio 10. Pastor fuit 11. Ejus sacrificium quale? 20. An lanam & lac obtulerit? ib. Ejus sacrificium quo sensu Deus respexerit? 21. Cur ejus potius quam Caini sacrificium acceptum fuerit? 22. Quodnam signum fuerit acceptati sacrificii? 23. Occiditur à Caino 33. Ejus sanguinis vox clamans 34.

Habel quid obtulerit? xv. 22. 23.

Hadoram est Pater Drimatorum xxiii. 51.

Hagar typus ecclesie servientis 111. 47.

Hamath est Epiphania xx 111. 38.

Hanoch notat dedicatorem v. 1. 3.

Hanochus filius Caini v. 44.

Hazarmaveth est Pater Cbatramitarum xx v. 30.

Heber nomen dedit populo Hebraico xvi. 23. 24. &c.

Hebraei cur ab pecunariam Aegyptiis fuerint execrabiles? 1.

Hebraici Codices non sunt corrupti x 111. 13. Ecclesie cura pro eorum integritate 14.

Hebraicus non Græcus codex est infallibilis & authenticus x 111. 11. &c.

Hebraice Linguae verecundia xv. 16. Primam omnium fuisse probatur 14. 15. &c. Est matrix Linguarum Orientalium xv. 17. Ejus vestigia in omnibus linguis sunt conspicua 18. Ejus characteres antiquissimi non Samaritani sed Chaldaei fuerunt 43.

Hebron cur dicta sit Ciriatb-Arbe? iv. 71.

Helod Scaligeri refutatur x 11. 5. 8.

Henochia civitas v. 44. Ejus situs x 1. 26.

Herculeus lapis quid sit? xx 11. 15.

Herculis stadium xv 11. 12.

Hermon mons an ob maledictionem perpetuis nivibus rigeat? x. 7.

Hesperidum hortus iv. 79.

Heb author fortis xx 111. 38.

Hevilath an India? iv. 42.

Hiavo affeclat iter in Calum xx 11. 9.

Hieralogia in nuptiis Patriarcharum l. 15.

Hilhelis computus annorum x 111. 17.

Hispanie loca veteribus celebrata pleraque Phœnicia sunt xx 11. 14.

Hispania cuniculosa à יבון cuniculus nomen habet xx 11. 14.

Hivi author Hevæorum x 111. 38.

Holocausti mysterium xix. 4. quomodo à mincha distinguendum? v. 22.

Homo definitus per sermonem 111. 25. cur postremus omnium creatus? iv. 7.

Creatus est consilio totius S. S. Trinitatis 9. quomodo creatus ad imaginem Dei? 11. 12. 13. &c. qua corporis statura creatus? 21. Cur Deus eum dignatus sit Divino spiritu? 24.

Ejus causa Deus omnia fecit 45.

Homines primi an fuerint statura grandiori? x. 22.

Homines diluvio meris omnino damnati? xv 111. 18. 19.

Homines omnes in diluvio cur extingui non debuerint? xix. 13.

Homines an Syderum conventu avolosati

malus è terra produci possint? XIX.  
 13.  
 Homicidii pœna post diluuium explica-  
 tur XIX. 17.  
 Homicidii pœna semper capitalis fuit  
 XIX. 20.  
 Hortus pensilis Babylonius XX. 16.  
 Hortus Eden IV. 39.  
 Huius est auctor Chobabenes XXIII.  
 46.  
 Humidum radicale definitur XIV. 26.  
 quomodo comparatum esse debeat? ib.  
 Humos quidam ex Arlunis Strigibus  
 & Faunis natos crediderunt XL. 9.

L

Tabul fuit scenita VI. 10. Fuit Pater  
 Gentilium II.  
 Iacobi Patr. fides III. 43.  
 Ianus fuit Noë X. 41.  
 Iaphetus fuit natu maximus Noë X. X.  
 4. Noë ipsi benedicit 8. Quo sensu  
 Deus ipsi dilataturus? ib.  
 Iapheti filii XXI. 3. 4. &c.  
 Iaphetitarum prærogatiua in diuisione  
 terræ & in Ecclesia Christiana XX.  
 10.  
 Iaphetitarum sors & hæreditas sum-  
 matim proponitur XXI. 18.  
 Iapheti posterii quomodo in insulas gen-  
 tium occupauerint? XXI. 17.  
 Iared unde dictus? V. 32.  
 Iarab est Pater Ierachæorum seu A-  
 lilæorum XXI. 51.  
 Iawan parens fuit Græcorum XXIII. 7.  
 Iberi unde dicti? XXI. 14.  
 Idololatria antediluuiana V. 11. 2.  
 3. Ordo defectionis ad eam 4. An in-

ceperit à cultu barbarum? an ab ho-  
 minibus? an ab astris? 4. Ab astris  
 processum esse ad Angelos & homi-  
 nes probatur 5. Modus idololatriæ  
 primorum hominum 6.  
 Ieremiæ libri apocryphi X. 9.  
 Ietbro fueritne Sacerdos idololatriæ?  
 XV. 22.  
 Imago Dei in homine qualis? IV. 10.  
 11. &c. 33. 34. &c. quomodo diffe-  
 rat à similitudine? 33. efficit in ho-  
 mine, ne is à quoquam impunè occi-  
 datur XIX. 23.  
 Imperandi & parendi ordo II. L.  
 Imperia an fuerint ante diluuium? II. 2.  
 Imperium & Sacerdotium antiquius  
 fuit penes eosdem III. 6.  
 Incesta matrimonia quænam sint He-  
 bræis? L. 13.  
 Incubi & succubi. quid de iis statuen-  
 dum? XL. 9.  
 Inflammatio sacrificiorum fuit signum  
 acceptationis III. 53. Symbolum  
 fuit Spiritus S. 54.  
 Inspiratio animæ IV. 25. 26.  
 Intercalatio usitata tempore Patriar-  
 charum XII. 8.  
 Iobi institutio III. 7.  
 Ioctan non fuit antiquior Phalego XXII.  
 12. fuit auctor Arabum XXI. 11.  
 48.  
 Ionum migratio XXI. 13.  
 Ionæ auctor non fuit Ion filius Xutbi,  
 sed Iawan XXI. 7.  
 Ionice literæ vetustissimæ sunt Sama-  
 ritanae VI. 44.  
 Ionathæ Uzzielidis paraphrasis in Pen-  
 tateuchum V. 31.

*Jordanes fluvius* [IV. 42.](#)  
*Iosephi fides* [III. 43.](#)  
*Iosephi historici numeri in annis Patriarcharum colliguntur* [XIII. 16.](#)  
*Corrupti sunt à Græculis ib. Numeri ejus veri vindicantur* [22.](#)  
*Iovis hortus paradisi* [IV. 79.](#)  
*Iris Sacramentum fuit* [III. 57.](#)  
*Iris notat Christum* [XIX. 25.](#)  
*Iris definitur* [XIX. 27.](#) *Ejus causæ explicantur* [ib.](#) *Figura ejus & colores* [ib.](#) *Ejus significatio naturalis* [28.](#) *Supernaturalis* [ib.](#) *Fueritne signum naturale an voluntarium?* [29.](#) *Ejus analogia cum fœdere seu re significata* [30.](#) *Cum regno Christi & Ecclesia* [ib.](#) *An ante diluviū fuerit secundum substantiam?* [31.](#) *De iride sententiæ gentilium* [32.](#)  
*Ifaci fides* [III. 43.](#)  
*Ismaëliitarum contentio cum Israëlitis coram Alexandro M.* [L. 23.](#)  
*Israëliitarum politia in Ægypto* [II. 5.](#)  
*Iubal author fuit Musicæ instrumentalis* [VI. 12.](#) *Apollo fuit* [VI. 13.](#)  
*Iudas an Tbamarem supplicio addixerit privata auctoritate?* [XIX. 21.](#)  
*Iudas Ap. prophetiam Enochii unde depromserit?* [X. 6. 8. 9.](#)  
*Iudæorum exilium prædictum à Noa* [XX. 8.](#)  
*Judicii domus superior & inferior* [II. 2.](#)  
*Judicia Patriarcharum* [II. 6.](#)  
*Judicum Hebræorum requisita* [II. 7.](#)  
*Judicium ultimum creditum est Patriarchis* [III. 3L.](#)

*Juramenti usus tempore Patriarcharum* [II. 9.](#)

*Jus* [יְהוָה](#) seu assertiois per cognatum qua auctoritate sit administratum? [XIX. 21.](#)

*Jus talionis an stabiliatur* [Genes. IX. 6.](#) & an à privatis administratum? [XIX. 19. 20. 21.](#)

*Jus Rhadamanti* [XIX. 18. 19.](#)

*Justitiæ Patriarcharum fructus* [III. 45.](#) *distincta fuit à justitia Israëlitarum & fidelium Novi Testamenti* [46.](#)

## L.

*Labanis religio* [XV. 22.](#)

*Lamech Sethita propheta fuit* [III. 8.](#)

*Lamechi Cainitæ polygamia* [VII. L.](#) *Excusatur perperam ab Hebræis aliisque* [2. 3.](#) &c. *Ejus oratio thraonica ad mulieres explicatur* [VI. 8.](#) *Non occidit Cainum* [ib.](#)

*Lapidationis pœna ante legem fuit in usu* [II. 11.](#) *Ejus duplex species* [ib.](#)

*Lapsus Adami causa investigatur* [IV. 54—63.](#)

*Laterum copia in Babylonia* [XXI. 13. 14.](#)

*Latinae Linguae deductio ex Hebraica* [XVI. 18.](#)

*Latium olim dictum Oenotria* [XVII. 41.](#)

*Legum civilium vestigia tempore Patriarcharum* [II. 9. 10.](#)

*Leviathan est crocodilus. Potest redigi in potestatem hominis* [XIX. 15.](#)

*Levirationis jus usitatum Patriarchis* [L. 16.](#) *Ejus ratio mystica & civilis* [ib.](#)

- ib. Competiit germano fratri tum  
& cognato proximo ib. Ad fratres  
uterinos non pertinuit ib. nec ad na-  
tos ex concubinis ib.
- Liber fuit Noë xvi. 41.
- Liberi arbitrii primus præco serpens  
iv. 61.
- Linguarum notitia propria est nostro  
seculo xiii. 20.
- Linguae ullius author Dem an statui  
possit? xvi. 5. 6. 7. Primæ Lin-  
guæ præstantia qua in re consistat?  
8. An à Deo creata sit immediatè  
secundum omnes apices? 8. 9.
- Linguae omnes an ex auditu discantur?  
xvi. 9.
- Lingua primorum hominum fuit lin-  
gua omnium Patriarcharum xv. 10.
- Lingua primorum hominum qualis fue-  
rit? xvi. 10. 11. Hebraicam fuisse  
probatum xv. 14. — 34.
- Linguae speciem distinctam in confusione  
Labi non sunt productæ xxi. 21.
- Linguarum confusio non est facta ab  
Angelis xxi. 18. Modus illius  
confusionis disceptatur 19. 20. 21.  
fuit occasio multiplicationis Lingua-  
rum 22.
- Linguarum Cardinalium derivatio ab  
Hebræa xxi. 21.
- Litterarum usus non fuit æternus xvi.  
34. Earum necessitas 37.
- Litterarum quinam fuerint inventores?  
xvi. 35. 36.
- Litteræ Patriarcharum quales? xvi.  
41.
- Longævorum hominum exempla ex  
Plinio, Gassendo, Scaligero xiv. 1.  
Longævitas Patriarcharum xiv. 2.  
Comprobata testimoniis gentilium  
3. 4. Non est definienda annis men-  
struus 6. 7. 8. Non fuit propria Pa-  
triarcharum, quorum meminit  
Moses, sed communis ad contra-  
elium usque vitæ humanæ termi-  
num 12. 13. An se extenderit ad  
annum usque millesimum? 14. An  
fuerit producta miraculo? 15. In-  
vestigantur & prolixè disceptantur  
ejus causæ naturales, nec non fina-  
les 15. — 26.
- Loquela æquæ ac ratio ipsa est propria  
homini iv. 57.
- Lothus iudex 11. 6.
- Lud originem dedit Lydis, Mysis,  
Caribus xxi. 11. 44.
- Ludim Chami progeniem, esse Æthio-  
pes occidentales probatur xxiii. 31.
- Lydi unde sic dicti? xxi. 11. 44. Un-  
de dicti Mæones? ib.
- M.
- Macedonum mensis mutatus est xii.  
22.
- Macrobiorum exempla xiv. 1.
- Macrocephalorum causa xx. 6.
- Madai author Medorum xxi. 11. 6.
- Magnetica pyxis num tempore Solomo-  
nis innotuit? xxi. 11. 15.
- Magog est pater Scythicæ gentis xxiii.  
5.
- Maballalel laudator Dei vl. 33.
- Malaca urbs Hispaniæ xxi. 11. 14.
- Maledictio generalis terræ post dilu-  
vium non est sublata xix. 7.
- Ccccc 2
- Man.

*Mancipatio hominum an repugnet juri?*

L. 27.

*Manna qualis cibus fuerit?* xv. 12.

*Maranatha* III. L. 59.

*Maronitarum opinio de prima lingua*

xvi. 13.

*Mars Thracum Deus, Thoras dictus*

xxxiii. L. 9.

*Marsyæ ortus* xviii. L. 24.

*Martyrologium R. committitur cum*

Concilio Tridentino xiiii. 21.

*Materia caelestis ad compositionem hominis non est requisita* iv. 18.

*Matrimonium quo sensu hominibus lege Divina sit praeceptum?* 1. 8.

*Matrimonium inter Setbitas & Cainitas cur sceleratum?* xl. 15.

*Medico quatenus sit obediendum?* xv.

II. 12.

*Medorum Regia Ecbatana & Susa*

xxi. II. 6.

*Melchisedeci sacrificium* III. 50.

*Menses pleni, cavi, embolimæi Hebræorum* xi. L. 4.

*Menfium lunarium observatio facilissima* xi. L. 14.

*Menses vetusti putarunt secundum*

Φάων lunæ xi. L. 15.

*Menfis Patriarcharum qualis fuerit secundum Hebræos?* xi. L. 4. Secundum

Scaligerum xi. 5. 6. Lunares fuisse

probatur xi. L. 13. 14. 15. Fuerint

ne nominibus suis distincti? xi. 2. 1.

quando propriis nominibus insigniri cœperint? ib. (1. 37.)

*Mercatura an studuerint Patriarchæ?*

*Mercurius auctor putatus Iyræ* vi. 13.

*Meroë caput Æthiopiæ* xxi. II. 31.

*Mesech est auctor Mafianorum* xxiii.

46.

*Mesa & Sephar, in quibus habitaverunt Joëlanitæ, ubi sita?* xxiii. 49.

*Mesach Japhetita est auctor Moschorum* xxiii. 8.

*Messias consolator à Lamecho in Noë promissus est* vi. 36.

*Metatron Thalmodicorum quis fuerit?* ix. 1.

*Methuschælacubus* v. L. 34.

*Mille anni quomodo apud Deum sint unus dies?* xiv. 14.

*Mincham quomodo ab holocausto distinguant Hebræi?* v. 22.

*Mizraimi filiorum termini* xxiii. 30.

*Mizraim Ægyptum notat duplicem superiorem & inferiorem* xxiii. 20.

*Molitorum mos in juramentis* II. 19.

*Monoceros fabulosum est animal* xix.

15.

*Monogamiæ institutio* L. 9. Ejus laus ex Tertulliano vi. L. 8.

*Montes an dentur supra nubes?* xviii.

15.

*Mors non est sequela naturæ integræ* x. v. 21.

*Mosis libri sunt archetypi* iv. 38.

*Mosis libri apocryphi* x. 9.

*Moses quibus literis Scripturas exaraverit?* xvi. 43.

*Moses unde sic dictus?* xv. L. 14.

*Mossynæci populus Tibarenorum divites æris* x. xiii. 8.

*Mulieris semen quod ei promissum in Paradiso, duplex* II. L. 27. 28.

*Mulier cur condita sit ex costa viri?*

IV. 22.

Mul-

*Multiplicatio generis humani post dilu-  
vium* XIX. 12.

*Mundus quo tempore anni creatus?* IV.

15. *Ejus palingenesia à Gentilibus  
decantata* XIX. 1. *Ejus circulatio,  
seu ἰγνώσια* XIX. 1. *Vera ejus pa-  
lingenesia ex Dei verbo ostensa* 2. *Ejus  
aeternitas impugnata* 11. *Non  
est in diluvio penitus destructus pro-  
pter Christum* XIX. 7. *Ejus post dilu-  
vium regenerandi semen* 13. *Anti-  
quus mundus an in diluvio perierit?*  
XVIII. 23.

*Musicae inventio* VI. 13. *Præstantia  
& abusus* 15. 16. *Ejus vires in cor-  
pus & animum* 17.

*Mutabilitas primi hominis* IV. 56.  
N.

*Naama* VI. 21.

*Naphtuchim sunt populi* *Marmari-  
cæ* XXIII. 34. (17.)

*Natura non est asinus ad molam* XIV.

*Natura vicissitudines post diluvium ho-  
mini confirmantur* XIX. 10.

*Nebucadnezar instauravit Babylo-  
niam* XXI. 16.

*Nephilim alii orti ex solis Cainitis, alii  
ex matrimonio Sethitarum & Cai-  
nitarum* XL. 2. *Unde sic dicti?* 16.  
20. *Non fuerunt demones* 17. *de  
qualitate & quantitate eorum va-  
riæ sententiæ* 18. 19. *Fuerunt sta-  
turæ procerioris* 20. 21. *Eminentior  
statura illorum fuit propria* 22. *Cau-  
sa proceritatis corporum eorum* 23.  
*Qualitates eorum vitiosæ* 24. *Fue-  
runt tyranni, oppressores tum con-  
scientiæ tum corporum ibi. Quo tem-*

*pore extiterint?* 25. *Ubi habitaver-  
int?* 26. *Nomina eorum an cognosci  
possint?* 27.

*Nephilim sunt veterum Gigantes*  
XVIII. 42.

*Nethinæi quomodo fuerint?* XX. 10.

*Nimrod quo sensu venator dicatur?*  
XXIII. 28. *Civitates condidit ante  
dispersionem gentium* 28. *Condidit  
Nineven* 29. *Author fuit struendæ  
turris Babel* XL. 12.

*Ninus Chaldæorum* XIV. 10.

*No-Ammon est Diospolis seu Thebæ*  
XXIII. 35.

*Nod terra qualis?* V. 39.

*Noæ fides* III. 41.

*Noë unde sic dictus?* V. 35. *Quo sensu  
consolaturus suos à dolore & ab ope-  
ribus manuum* 36. *Lamech in eo  
Messiam expectavit ibi. Ejus elogium*  
37. *Gratia quam apud Deum acce-  
pit, qualis?* 37. *Vindicatur à crimi-  
natione Hebræorum* 39.

*Noæ familiam Deus conservavit in di-  
luvio* XVII. 1.

*Noë est Chaldæorum Xisuthrus, nec non  
Prometheus, Deucalion, Ogyges, Li-  
ber seu Bacchus, Ianus* XVIII. 41.

*Noë egressus ex arca sacrificat, & qui-  
dem ex fide in Christum* XIX. 3. *Ejus  
sacrificium fuit propitiatorium &  
eucharisticum, non deprecatorium* 3.  
*Cur holocaustum obtulerit?* 4.

*Noë propheta fuit* XX. 1. *Ejus ebrie-  
tas an excusari possit?* 2. *Unde co-  
gnoverit sibi à Chamo esse illum*  
3. *Ejus benedictio prophetica tri-  
partita* 5. 6. 7. 8. 10. *Cur lo-*

co Chami maledixerit Canaani? 5. Cur soli Canaani, non cæteris filiis Chami maledixerit? 6.

Noë filiorum ordo disceptatur x x. 4.

Noë non jecit sortes, nec sortibus divisit filiis terram x x i. 6. 9. 10.

Noachidarum præcepta i i. 8.

Noachidæ ante adventum in Sennaar non sunt dispersi x x i. 1. 2. quomodo dicantur ex oriente venisse in campum Sennaar 6. 7.

Nomadum institutum v i. 10.

Nominum mutatio quondam fuit actus potestatis x v. 14.

Nomina propria in translatione non solent mutari x v i. 14.

Noph est Memphis x x i i i. 35.

Nummi usus an fuerit retro diluvium? 1. 33.

Nummi veterum 1. 33.

O.

Oculus & cor sunt duo proxenetæ peccati x i x. 9.

Ogistorum x i. 20. an fuerit ex numero Nephilim? 27.

Ogyges fuit Noë, & diluvium Ogygius fuit Noëticum x v i i i. 41.

Olivæ folium cur attulerit columba Noëtica? x v i i i. 30. Fuit Sacramentum pacis 38.

Olympi altitudo x v i i i. 15. (15.

Onkelosi paraphraseos auctoritas x i i i.

Ophir Solomonis non fuit America Peruviana sed Taprobana insula x x i i. 15.

Ophir Semi filius est Pater Cusitanarum x x i i i. 55.

Organorum in ecclesia usus v i. 16.

Origines Gentium Græcis & Romanis Scriptoribus incognitæ x x i i i. 1.

Eas Moses detexit 2.

Ovis pecunia 1. 35.

## P.

Paddan-Aram est pars Syria fertiliior x x i i i. 45.

Pales, Palilia v i. 11.

Palingenesia à Gentilibus decantata x i x. 1. Mundi palingenesia post diluvium 1. 2. &c.

Panis notat omnia Balaia x v. 11.

Paradisus unde sic dictus? i v. 39.

Ejus situs indagatur 40. 41. &c.

Sacramentum fuit celestis gloriæ 43. Ejus memoria apud gentiles i v. 79. Diluvio submersus est x v i i i. 31.

Parentum consensus requiritur ad nuptias 1. 14.

Parva Deo æquè curæ sunt ac magna x v i. 7.

Pastoriam cur potissimum excoluerint Patriarchæ? 1. 31. v. 12. Ejus laus v. 11. Præstat agriculturæ v. 12.

Pastorum Ægyptiacorum rebellio 1. 32.

Qui 15. 16. & 17. dynastiam occuparunt, an fuerint Hebræi? 1. 32.

Pathrusim sunt Ægyptii Thebæi x x i i i. 35.

Patresfamilias quondam Sacerdotes fuerunt i i i. 51.

Patriarchæ etymon 1. 2. 3. &c. definitio 5. 6. Propriè & impropriè dicti 5. 6. Eorum conjugium 7. Præcepto se multiplicandi quomodo subsuerint? 8.



**8.** Monogamia iis præcepta **9.** Con-  
cubinitus iis illicitus **12.** Nec promi-  
scuæ nuptiæ iis permissæ **13.** Non nu-  
pserunt sine consensu Parentum **14.**  
Ritus eorum nuptiales **15.** Jus levi-  
tationis **16.** Institutio & educatio  
liberorum **17.** Ius primogenituræ  
**18.** Ejus prærogativæ **19—22.**  
Successio filiorum in bona paterna  
**23.** Eorum servi **24—30.** An in  
eos habuerint jus vitæ & necis?  
**30.** Vitæ genus. Cur pastoritiam po-  
tissimum excoluerint? **31.** Cur ob  
pecuariam execrabiles Ægyptiis? **32.**  
Permutatione quali usi fuerint? **33.**  
Nummi apud eos usus **33. 34.** An  
mercaturæ studierint? **37.**

**Patriarcharum civitas seu politia 11.**  
**1.** ante diluvium **2.** post diluvium  
**3.** Penes quos fuerit potestas impe-  
rii? **4.** Qualis fuerit eorum politia  
in Ægypto? **5.** Iudicia **6.** Requisita  
iudicis Patriarchæ secundum He-  
bræos **7.** Leges suas unde deprompe-  
runt? **8. 9. 10.** An supplicis capita-  
libus usi? **11.** Qualis pœna iis fue-  
rit כּוּר? **13. 14.** Eorum fœdera  
**15. 16. 17.** Ritus fœderales **19.**

**Patriarcharum Ecclesia & Theologia**  
**111.** Potestas eorum in Ecclesia &  
institutione fidei **2.** Regiminis eccle-  
siastici forma **3—7.** Fuerunt do-  
ctores publici **7.** Prophetæ **8.** Nor-  
ma institutionum eorum **9. 10.** Appa-  
ritions iis factæ **11.** Christus iis ap-  
paruit **12. 13. 14.** Quomodo Deum  
loquentem à quolibet alio distinxe-  
runt? **15—21.** Verbum Patriar-

chis divinitus patefactum quale fue-  
rit? **23.** Theologia Patriarcharum  
fusa explicata **24—33.** Iustitia  
& fides Patriarcharum **44. 45.** Li-  
bertas **46. 47. 48.** Sacrificia **50.**  
&c. A quonam administrata? **51.**  
Iussa divinitus **52.** Signum accepta-  
tionis quale? **53.** Quæ fides fuerit  
sacrificantium? **55.** Sacramenta Pa-  
triarcharum **57.** An sabbato sub-  
fuerint? **58.** Sanctificationi & pu-  
rificationi legali an subfuerint? **59.**  
Excommunicatio an iis usitata fue-  
rit? **59.** Sepultura eorum post mortem  
**60.** Animæ eorum post mortem re-  
ceptæ in Cælum **61.**

**Patriarchæ cognitam habuerunt ratio-  
nem temporum XII. 2.**

**Patriarcharum longæ vitas XIV. 2. 3.**  
&c.

**Patriarchis an seriùs obtigerit puber-  
tas? XIV. 10.**

**Patriarchæ quorum Moses meminit,  
omnesne primogeniti fuerint? XIV.  
10. 11.**

**Patriarcharum Lingua Hebraica fuit  
XVI. 14.** &c.

**Patriarcharum nomina Hebraica sunt,  
non Chaldaica XVI. 33.**

**Patriarcharum literæ quales? xv. 14.**

**Pecuariam cur Patriarchæ prætulert  
agriculturæ? v. 12.**

**Peloponnesi descriptio XXI. 13.**

**Pelusium à luto dictum XXI. 38.**

**Permutatione rei cum re primò fuit in usu  
1. 33.** Ejus necessitas & differentia ib.

**Perse à Sabtha originem traxere  
XXIII. 25.**

Persia

- Persia post tempora Cyri sic dicta ab equis* XXIII. 41.  
*Peruvianorum de diluvio traditio* XVII. 44.  
*Phalegi quamam aetate facta sit dispersio gentium?* XXII. 3. 4. *An conditor fuerit Phalgæ?* XXIII. 48.  
*Pharmarus Angelus Pseudo-Enochi* X. 7.  
*Philo* πλάτων IV. 25.  
*Philonis prævaricatio in vindicanda historia turris Babel* XI. 23.  
*Phison an sit Ganges?* IV. 42.  
*Phœnicia linguæ reliquiæ* IV. 38. *est Hebraica* XV. 20. 26.  
*Phœnices non invenerunt literas* XVI. 40.  
*Phœnicii cur nomen Chananæorum abjecerint?* XXIII. 22.  
*Phrygia catacecaumene* XXIII. 4.  
*Phuto cessit Africa Libyca à palude Tritonide ad Oceanum Atlanticum usque* XXIII. 21.  
*Pithecuſa* XVI. 14.  
*Platonis idæa* XVI. 14.  
*Pœna Cereth qualis fuerit disputatur* II. 13. 14.  
*Pœnarum justitia & necessitas* II. 11.  
*Pœnitentia quo sensu in Deum cadat?* XVIII. 7.  
*Politica & Ecclesiastica potestas hodie penes eundem non est collocanda* III. 6.  
*Polygamia oppugnata* L. 9.  
*Polygamia an ante diluvium fuerit communiter in usu?* V. II. 1. *An licita fuerit?* 2. *Repugnat juri naturali & Divino* 3. *Pugnat cum*  
*Divina imagine* ib. *Quando & quomodo invaluerit?* 7.  
*Præadamitæ refutati* IV. 38.  
*Præscium vel Proscium* XIX. 4.  
*Presbyterivatione ætatis an dignitatis ita dicti sint* II. 7.  
*Primogenituræ jus usitatum tum antequam post diluvium* L. 18. *Ejus prærogativæ* 19. 20. *Ejus mysterium* 21. 22.  
*Principatus in Ecclesia Deo non probatur* III. 3.  
*Promothæus fuit Noë* XVIII. 41. *Diluvium ejus an fuerit particulare?* ib.  
*Promissio gratuita causa est salutis* III. 26.  
*Promissio in Paradiso facta explicatur* III. 24. 25. *&c.*  
*Proportio inter annos vitæ & pubertatis non est necessaria* XIII. 24.  
*Psalmus XLII. an sit ab Adamo scriptus?* VI. 4.  
*Pubertas quando obvenit primis hominibus?* IV. 22.  
*Pubertatis & vitæ longæ an debeat esse proportio?* XIII. 24.  
*Pubertatis tempus & causæ* XIV. 10.

R.

- Ramah fuit author Rhegmæ circa Sinum Persicum* XXIII. 26.  
*Ratio non est judex revelationis* III. 21.  
*Rehoboth est Birta* XXIII. 29.  
*Rehobitarum institutum* VI. 10.  
*Reclitudo intellectus & voluntatis qua in resta?* IV. 35.

Re-

Reges quo sensu pastores vocaverint  
 prisci? v. 12.  
 Regnorum principia exigua fuerunt  
 ·x 11. 8.  
 Rephaim quinam fuerint x 11. 38.  
 x 1. 27.  
 Revelatio Patriarchis necessaria fuit  
111. qualis fuerit 18. Sola fide  
 apprehenditur 21.  
 Revelationis Judex non est ratio 111.  
21.  
 Rex Sacerdos 111. 6.  
 Rhadamantijus x11. 18.  
 Rhadamanti integrum & incorruptum  
 judicium x1x. 19.  
 Rhinocorura urbs x x11. 9. 10.  
 Riphatas author fuit Paphlagonum  
 ·x 11. 11.  
 Rossæorum habitatio x x111. 5.  
 Resen fuit Larissa x x11. 29.

S.

Sabbatum Patriarchis an injunctum  
 fuerit? 111. 58.  
 Sabbaticus annus an retro diluvium  
 in usu? v 1. 31.  
 Sabtha author Saptæ ad mare Persi-  
 cum, & Persiæ x x11. 25.  
 Sabtaca author Samyaces xx111. 27.  
 Sacrificia Patriarcharum 111. 50.  
 Sacrificia veterum rustica 111. 51.  
 Sacrificia cur à prophetis quandoque  
 improbata? 111. 52. Divinitus  
 præcepta esse probatur 52. v. 14.  
15. &c. Ubi instituta sint? v. 16.  
 quo signo divinitus approbata? 111.  
53. qua fide à veteribus oblata? 55.  
 Non fuerunt causa vel medium justi-

ficationis 56. Locus in quo oblata v.  
17. Eorum επιευαγγισ v. 23. quo-  
 modo cum fide offerri potuerint? v.  
22.  
 Sacrificari non potuit nisi quod in usu  
 fuit xv. 23.  
 Sacerdotii munus quomodo primogenito  
 competierit? 1. 19.  
 Sacerdotium & imperium antiquitus  
 iidem administrarunt 111. 6.  
 Sacerdotia priscorum patrimonialia  
 fuerunt 111. 51.  
 Sacerdotes definiti an fuerint ante dilu-  
 vium? xv. 21.  
 Sacerdotes partem victimæ jure sibi po-  
 poscerunt xv. 21. Ejus mysterium  
 ib.  
 Sagmina v. 19.  
 Salamandra xv. 10.  
 Salchodai annus magnus Persarum  
x11. 8.  
 Saleph est pater Salapenorum xx111. 50.  
 Samaritanus character non fuit anti-  
 quissimus xv. 43. 44. Ejus defor-  
 mitas 44.  
 Samaritani characteres sunt ipsi Chal-  
 dæi sed corrupti xvi. 44.  
 Samaël angelus mortis 111. 25.  
 Samaël nomen fuit serpenti tentatori  
1v. 58.  
 Sanguinis post diluvium fusi mysterium  
xix. 33.  
 Sanctorum nævi cur in Scriptura dete-  
 gantur xx. 2.  
 Sari Chaldæorum x11. 10.  
 Sara typus ecclesiæ liberæ Patriarcha-  
 rum & fidelium Novi Testamenti  
111. 47.

*Sarandib mons* IV. 7L  
*Sarmatæ à Madai* XXIII. 6.  
*Saturnus fuit Noë* XVI. 41.  
*Scandia est officina gentium* XXIII. 18.  
*Scenatarum institutum* VI. 10.  
*Scortatio an repugnat legi naturali?* L. 1L  
*Seba Cuschii filius est author Semamitarum* XXI. 23.  
*Seba filius foctanus est Pater Sabæorum, quorum metropolis Seba vel Mariabe* XXIII. 54.  
*Seculum Romanorum compositum ex XI lustris* XI. 10.  
*Semari author Semaraiim* XXIII. 38.  
*Semioxes Pseudo-Enochii* X. 7.  
*Semi prophetica benedictio* XX. 7. 8.  
*Similis fuit fœderi Abrahamico* ib.  
*Semitæ an interfuerint structuræ turris Babel* XX. 4. 5.  
*Semitarum fors & hereditas* XXI. 1L 56.  
*Semiramis non condidit Babylonem* XXI. 16.  
*Semideorum origines* XL. 9.  
*Seniores, quos Moses in Ægypto conuenit, qui fuerint?* 1L 5. an præfuerint cum iurisdictione forensi? ib.  
*Sennaar campus* XX. 8.  
*Sephora uxor Moysi quomodo fuerit Cuschæ?* XXIII. 19.  
*Sepultura Josephi & fratrum* III. 60.  
*Septenarii numeri an sit aliquod mysterium?* XVII. 25.  
*Serpens qui seduxit Evam, Sathanas fuit* 111. 25. IV. 57. 58. Ejus πνεύμα 60. 61. an primitus instruetus pedibus? IV. 6.

*Serpens* Οφιδεύς IV. 82.  
*Serui Patriarcharum* L. 24. vernaculi 27. ἀπώσωπι I. 29. preselythi ib. an impune occidi potuerint à dominis? 30.  
*Seruitutis origo ante deluuium* I. 25. legalis 26. an repugnet naturæ? ib.  
*Seruitus vernaculorum an repugnet iuri?* L. 28.  
*Sermo hominibus est naturalis* XVI. 2.  
*Sermo hypostaticus & accidentalis* XVI. 6.  
*Sesostris Colchos non deduxit ex Ægypto* XXI. 36.  
*Sethitarum & Cainitarum quoad nomina & generationes responsus* VI. 3. distincti fuerint quoad habitationem 5. 6. enumerantur 25.  
*Sethitarum columnæ* XI. 3. XVI. 37.  
*Sethi natiuitas* VI. 1. Fiducia quam in eo posuerunt Parentes ib. Mors ejus VI. 25.  
*Scheba filius Cuschii author fuit Sabæorum in parte proxima ostio maris Persici & Carmania* XXI. 1L 26.  
*Schelach author est Susiorum* XXIII. 49.  
*Schoterim sunt Officiales seu Executores* I. 5.  
*Scytharum sedes antiquitus fuit circa Araxem* XXI. 5. Eis perpetuus usus equorum ib. Eorum armatura, arcus & sagittæ ib. In Armeniam traiecerunt ib.  
*Scytharum veterum lingua* XVI. 18.  
*Sicli Hebraici valor* L. 34. quomodo cum Græci faciant didrachmum? ib. fuerintne sicli tempore Abrahami signati? ib.

- Side fuit urbs Caphtor x x III. 37.  
 Sidon auctor Sidoniorum x x III. 38.  
 Sini auctor Pelusiotarum Bocharto  
 x x II. 38.  
 Sinensium traditio de diluvio XVIII. 44.  
 Signati æris usus quando primum cap-  
 tus fuerit? L. 33.  
 Sodomæ iudices primarii II. 6.  
 Sol & luna primò omnium adorata?  
VII. 4.  
 Solæ cursus antiquis non facile cognosci  
 potuit XI. 17.  
 Solomonis fœdus cum Hiram II. 18.  
 Solomonici Templi columnæ XV. 11. 11.  
 Sosis Chaldeorum XI. 10.  
 Spiraculum vitæ inditum in naves  
 Adami quid notet? IV. 24.  
 Spiritus S. apud Patriarchas habita-  
 vit II. 54.  
 Sponsæ mora in ædibus paternis olim  
usitata. I. 15.  
 Stoicorum de mundi palingenesia sen-  
 tentia XIX. 1. 2.  
 Successio filiorum in bona paterna apud  
 Patriarchas quæ usitata? L. 23.  
 Succubi & incubi quid de iis statu-  
 endum? XL. 9.  
 Supplicia capitalia an ante diluvium  
 fuerint in usu? II. 11. XIX. 20.  
 Syene est terminus Egypti x x III.  
19.  
 Syndrium 72. Seniorum in Egypto  
II. 5. (9.)  
 Synteresis lapsu Adami labefactata IX.  
 Syri quinam olim dicti? x x III. 42.  
 Syri dicti à vi Tyro x x II. 45.  
 Syriacam linguam Maronitæ faciunt  
 primam x VI. 13.
- T.
- Tælus x. 18.  
 Talenti diversus valor L. 34.  
 Talionis jus IX. 18.  
 Tartessus à Tharsis x x III. 14.  
 Temporum notitia ad historiam requiri-  
 tur XI. L.  
 Temporum ratio dubia & intricata est  
XIII. L.  
 Tentatio Evæ ejusque methodus IV.  
59. 60. 61. &c.  
 Terminus vitæ cur primis hominibus  
 prolongatus, posterioribus contractus?  
XIV. 23. 24. Contractio ejus cur  
 molesta Patriarchis? 25. An con-  
 tractus sit in verbis Dei Genes. VIII.  
3. XVIII. 5. 6.  
 Terpander Spartanam seditionem do-  
 mat Musicâ VI. 27.  
 Terræ maledictio an sit sublata à Noa-  
 cho? VI. 36.  
 Terræ possessio fuit primorum occupan-  
 tium IV. 45.  
 Teraphim Labanis x v. 22.  
 Thamaræ incestus L. 11. Pœna vivi-  
 comburii quo jure ei decreta? II. 12.  
 Tharsis conditor fuit Iberorum x x III.  
14.  
 Thebæ non ab Ogyge sed à Cadmo con-  
 ditæ sunt x VIII. 41.  
 Thebani vocantur Ogrygi x VIII. 41.  
 Theologiæ Patriarcharum in summa III.  
32.  
 Thiras Thracum conditor x x III. 9.  
 Thogarma non Phrygium, nec Turca-  
 rum, nec Germanorum, sed Cappa-  
 docum auctor fuit x x III. 12.
- D d d d 2 Thra-

*Thracæ à Thiras* XXIII. 9.  
*Tubalcain fuit auctor polituræ in rebus fabrilibus* VI. 18. *Invenit usum noxium ferri & æris ibi. Est Vulcanus Ethnicorum* VI. 19. *Ejus imitatores Tibareni* VI. 20.  
*Tibareni imitatores Tubalcaini* VI. 20.  
*à Tubal orti sunt* X XIIII. 8.  
*Tigrin quomodo transfretaverint Noachida?* XXI. 7.  
*Trinitatis mysterium innotuit Patriarchis* IV. 9.  
*Topazii copia in Arabia* X XIIII. 19.  
*Tubal est conditor Tibarenorum* XXIII.  
*Tunicæ pelliceæ Adami* IV. 69. (8).  
*Turris Babel quo consilio structa?* XXI. 9. 10. 11. *Ejus materia lateres & bitumen* 13. *Ejus forma & magnitudo* 17. *An eversa & dissipata sit à ventis?* 21. *Gentilium cavillationes contra ejus structuram dissipatæ* 23.

## V.

*Vapores quàm altè supra terram elevari possint?* XV III. 15.  
*Venus uxor Vulcani* VI. 22.  
*Verbis an insit turpitude?* XVI. 6.  
*Verbi Divini à veritas* III. 9.  
*Vestes unde protoplastis sint confecta?* XV. 24.

*Vindicta privata nunquam licita fuit* XIX. 19.  
*Vini usus ante diluvium fueritne cognitus?* XV. II. XX. 2.  
*Virtus non est ab educatione* V. 10.  
*Vita consistit in humido & calido* XIV. 26.  
*Vita longa ante Christum fuit à gratia, brevis à severitate Dei* XIV. 23.  
*Vita longa non requirit longam pueritiam* XIIII. 24.  
*Voces non significant naturaliter sed ex pacto* XVI. 3.  
*Vocibus an insit turpitude* XVI. 6.  
*Voces quâsnam Adam immediate didicerit?* XVI. 8.  
*Vulcani descriptio* VI. 19.  
*Uzal est conditor Auzaræ* XXIII. 51.  
*Uz inhabitavit Trachonidem* XXIII. 46.

## X.

*Xifutrus quis fuerit?* XVII. 40.

## Z.

*Zabæi refutantur* IV. 38.  
*Zelotarum jus* XIX. 2.  
*Zilla Lamechi uxor unde sic dicta?* VII. 1.

F I N I S.









— 27 —

C. JOS. M.<sup>e</sup> LAIS EF. HIPON.

EX LIBRIS B. M.

